¶ Rex, vicecomiti Eborum salutem. Prohibe R. de I. ne teneat placitum quod est in curia sua de I. per breve nostrum &c. inter S. petentē & priorem de M. tenentem. Et quia idem prior &c. Aliter pro priore.

✠ Et memorādum quòd prior posuit se in magnam assisam per attornatum suum. Et quia testificatum fuit corā consilio regis apud Eborum, quòd prædictus prior tali infirmitate detinebatur quòd personaliter venire non potuit, ad ostendēdum per quæ verba posuit se in magnam assisam: missus fuit quidam clericus de Cancellaria ad præfatum priorem, ad examinandum ipsum, per quæ verba posuit se in magnam assisam: & hoc consideratum fuit per consilium regis ibidem. Nota.

☞ Si ballivi virtute prohibitionis, supersedeant placito quod est coram eis per breve de recto usq; ad proximū iter justitiariorum: tunc veniat petēs ad Cancellarium in principio summonitionis primi itineris, & ad suggestionem suam & per recordū brevis de prohibitione quod semper irrotulāt in Cācellaria, habeat breve sequens &c. vicecomiti quod procedat de magna assisa eligenda quod est tale. Regula.

REx, vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores quatuor legales milites de comitatu tuo, quòd sint coram justitiariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, ad eligendum super sacramentum suum. xii. de legalibus militibus de visinetu de N. qui melius sciant et velint dicere veritatem ad faciendum recognitionem magnæ assisæ nostræ inter A. petentem et D. tenentem, de uno mesuag' cum pertinentiis in N: unde idem D. qui tenens est posuit se in magnam assisam nostram, et petiit recognitionem fieri quis eorum majus jus habeat in mesuagio prædicto. Et summoneas per bonos summonitores prædictum D. quod tunc sit ibi audire illam recognitionem. Et habeas ibi summonitorum nomina prædictorum quatuor militum, et hoc breve. T. &c. De magna Assisa eligenda. Conceditur sine fine. Regula.

☞ Ista est forma eligendi magnam assisam, et non mutatur sive tenens posuerit se in magnam assisam in comitatu vel in curia alicujus. Regula.

✠ Et quando placitum est in banco: tunc breve de magna assisa eligēda est breve de judicio. & debet fieri in banco & non in Cancellaria.ˣ quia [illegible] in Banco. Nota.

¶ Rex, vicecomiti salutē. Sum' &c. usq; ibi inter A. petentē et D. tenētem de cōsuetudinibus & servitiis quæ idem A. à præfato D. exigit per breve nostrū de recto, de libero tenemento suo quod de eo tenet in N: unde idem A. posuit se in magnā assisam nostrā, & petiit recognitionem fieri utrū debeat pfato A. decem solidos tantum per annū sicut ei recognovit, an idem servitium, & præter illud, tantum, sicut idem A. ab eodē D exigit. Et sūmoneas per bonos summonitores &c. ut supra. Aliter de consuetudinibus & servitiis.

REx, vicecomiti Kanc' salutem. Si A. fecerit &c. tunc pone &c. D. et E ballivos nostros Cāt' quod sint &c. ostensuri quare cum nos nuper tibi p breve nostrum præceperimus, quod phiberes ballivis prædictis ne tenerent placitū quod fuit in curia nostra Cant'. inter &c. de Attachiamentū super ballivos quia pcesserūt post prohibitionē in brevi de recto patenti.

mesuagio prædicto, ac tu prætextu mandati nostri prædicti ut accepimus præfatis ballivis prohibueris ne placitũ p̃dictũ tenerẽt in forma prædicta iidem ballivi tenuerunt placitũ prædictum in eadẽ curia ad grave dãnum ipsius T. et contra legem et cõsuetud' regni nostri Angl' ac contra prohibitionem nostrã. Et habeas ibi nomina pleg' &c. T.

Regula. ☞ Quãdo tenẽs in brevi de recto essoniavit se de malo lecti, tũc fiat ei tale breve.

De essonio de malo lecti. Conceditur sine fine.

REx vicecomiti salutem. Mitte quatuor legales milites de comitatu tuo usq; D. de M. ad vidẽdum utrum infirmitas qua se essonia it de malo lecti (versus C. de A. in loquela quæ est in eodem comitatu p breve nostrum de recto inter prædict' C. petentem et prædict' D. tenentem de uno mesuagio cum pertin' in N) sit langor necne. Vel sic, in loquela quæ est in eodem comitatu per breve nostrũ de recto: vel in loquela quæ est corã justitiariis nostris apud Westm': vel in curia I. de N. per breve nostrum de recto, inter prædict' C. petentem et ipsum D. tenentem de tanto &c. sit langor necne. Et si sit langor: tunc ponant ei diem à die visus sui in unum annum et unã diem, quod tunc sit ad proximũ comitatum tuũ, vel ad proximã curiam talis, vel coram justitiariis nostris apud Westm', præfato C. inde respõsurus, vel sufficiẽtem pro se mittat respõsalem. Et si non sit langor: tunc ponant ei diem à die visus sui in xv. dies, quod tunc sit ad proximũ comitatum tuum vel ad proximã curiam talis, vel coram justitiariis nostris apud Westm', p̃fato C. inde respõsurus. Et dic quatuor militibus illis qui visui illi interfuerint, quod tunc sint ibi ad testificand' visum suũ, et quem diẽ ei posuerũt. Et habeas ibi nomina p̃dict' quatuor militũ et hoc breve. T. &c.

Regula. ☞ Breve ad videndum quem languidus loco suo attornare voluerit, sic fit: & diversificatur secundum qualitatem brevium originalium.

De attornato languidi recipiendo.

REx, Mitte quatuor legal' milites de comitatu tuo usque D. de M. qui languidus est ut dicitur, ad audiendum quem idem D. loco suo attornare voluerit ad lucrandũ &c. in loquela &c. ut supra inter A. petentem et prædictum D. tenentem de tanto &c. Et dic quatuor militibus illis quod tunc sint ad proximum comitatum tuum &c. ut supra ad testificandum quem idem D. loco suo ad hoc attornare voluerit. Et habeas &c. ut supra.

Regula. ☞ Quando languidus jacet in eodem comitatu: tunc se tenet forma prædicta. Sed quando in alio: tunc sic dicatur.

Aliter. ¶ Et dic quatuor militibus illis quod sint ad proximũ comitatũ talem tali die ad testificandum quem idem D. loco suo ad hoc attornavit &c.

De licẽtia surgendo de malo lecti.

REx, A. vel ballivis A. salutem. Ex parte C. nobis est ostensum, quòd cum A. peteret unum mesuagium cum pertinentiis in D, versus prædictum C. per breve nostrum de recto in curia tua de N, vel in curia prædicti domini vestri de N, et idem C. essoniaverit se de malo lecti &c. versus eundem A, et idem A. se detinet extra feodum tuum vel prædicti domini &c. quod tu vel prædictus C. non potuisti vel non potuit eum facere videri, nec idem A. perquisiverit se versus eundem C. sicut debuit secundum consuetudinem regni nostri Angliæ, sed maliciosè per magnũ tempus ipsum omnino

detinuit

detinuit inclusum, & prædictus C. mittens ad te vel ad vos & præfatam curiam tuam, et petierat licentiam sibi dari surgendi et comparendi in eadem curia, ad respondendum inde eidem A. secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ: tu in præfata curia licentiam surgendi ei denegasti vel denegastis. Et quia in denegatione licentiæ illius præfato C. manifestò est injuriatum, ipsi C. licentiam surgendi concessimus, ad respondendum præfato A. de mesuagio prædicto secundum legem & consuetudines prædictas. Et hoc tibi et præfatæ curiæ tuæ vel vobis significamus. T. &c.

✻ Sapientes & jurisperiti dicunt quòd si pars actrix fecerit attornatum suum in Cancellaria domini regis in loquela quæ est in curia baronis per breve, & pars rea vel tenens vel defendens calumniare voluerint hujusmodi attorsi vel atternatos, & petere judicium super defaltam partis actricis non comparentis quæ fecit hujusmodi attorsi, cadet ejus dominus agendo per illud breve, eo quod loquela non est in curia domini regis sed in curia baronis, & quod rex non habet intromittere de recipiendo attornatum nisi tantummodo de loquelis quæ sunt in dominicis curiis & comitatibus suis. Et sciendum est quòd pars actrix potest facere attornatum suum, & pars rea similiter: exceptis loquelis in quibus si pars rea cõvicta fuerit debeat imprisonari, ut in loquelis assisæ novæ disseisinæ, attachiamenti, & si quis venerit cõtra finem factum in curia domini R. & in appellis de vita & membris, & similibus. Nota de attornato faciendo.

✻ Vide opinionẽ sapiẽtum & jurisperitorum, quòd nemo potest facere attornatũ in cancellaria regis ad lucrandum &c. in loquelis quæ sunt in curia baronum. Nota.

☞ Nota contra opinionem prædictam, quod quando generales attornati alicujus debent recipi: iidem attornati admittuntur ad lucrandum &c. in quibuscunque curiis Angliæ generaliter, absque exceptione aliquali de curiis aliquorum dominorum. Tamen quære de ista materia. Regula.

☞ Fait assavoir que le petit briefe de droit gist toutdits pour sokmans que sont del auncien demesne le roy, quar nul sokman poet empleader auter sokmã de terre ne de tenement per auter briefe que per petit briefe de droit quod sequitur. Et en cest briefe ne serra pas dit, quod clamat tenere de te per liberum servitium: pur ceo que null franke home portera cest briefe. Ne en cest briefe ne dirra pas home, & nisi feceris: purceo que le briefe ne serra pas remue en countee, n'en banke, sinon per non poair de court: come si le tenaunt tient per charter le roy, ou per charter le seignior de manor, ou per fin, ou que bastardie soit alledge, ou tiels semblables. &c. Regula.



REx, ballivis suis de A. salutem. Præcipimus vobis quod sine dilatione & secundum consuetudinem manerii nostri de A. plenum rectum teneatis L, de uno mesuagio cum pertinentiis in I, quod G. ei deforc': ne ampl' inde clamorem audiamus pro defectu recti. T. &c. De Recto secundũ consuetudinem manerii. Conceditur sine fine & non indorsetur.

¶ Rex, ballivis A. de B. salutem. Præcipimus vobis &c. secundum consuetudinem manerii de B. &c. Aliter quando manerium est alterius quam regis.

¶ Rex, ballivis suis Castri de B. salutem. Præcipimus vobis &c. secundum consuetudinẽ Castri nostri de G, plenum &c. de duabus partibus piscariæ aquæ de N. in F. quas R. ei deforciat. Aliter.

☞ Omnia brevia secundum consuetudinem manerii sunt clausa. Ordo ponendi particulas, servetur in isto brevi sicut in brevi de recto patenti. Regula.

Aliter de communia pasturæ.

¶ Rex, &c. salutem. Præcipimus &c. teneatis A. de cōmunia pasturæ in C, quæ pertinet ad unum mesuagiū & decem acras terræ, quæ secūdum consuetud' manerii prædicti tenet in eadem villa: quā D. & C. ei deforc': ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu recti. T. &c.

De via obstructa.

Rex, ballivis episcopi Coventr' & Lichfi. de maneriis C. & K. salutem. Questus est nobis R, quod W. injustè & sine judicio obstruxit quādam viam in C, quæ est infra præcinct' manerii ejusdem, ad nocumentum unius mesuagii quod idem R. secundum consuetudinem manerii prædicti tenet in eadem villa. Et ideo vobis præcipimus, quod vocatis coram vobis partibus prædictis, auditisq; hinc et inde earum rationibus: eidem R. in præmissis debitum et festinum justitiæ complementum fieri faciatis, prout secundum consuetudinem manerii prædicti fuerit faciendum. T. &c.

Attachiamentum super dñm qui recusat tenere curiam suam.

Rex, vic' salutem. Si A. fecerit &c. tunc attach' D. &c. ostens. quare cùm per breve nostrum de recto clausum eidem D. nuper præceperimus quod sine dilatione et secundum consuetudinem manerii de C. plenum rectum teneret eidem A. de tanto &c. in G, quod W. ei deforc', idem D. in hac parte mādatum nostrum parvipendens: prædictum breve nostrum pro eo quod ipsum tāgebat maliciose suppressit, & curiam suam inde tenere, & prædicto A. justitiam facere in præmissis hactenus recusavit, in nostri ac mandati nostri prædicti contemptum, & ipsius A. grave damnum et exhæredationis periculum manifestum ut dicit. Et habeas ibi tunc hoc breve. T. &c.

Aliter super ballivis suis.

¶ Rex, vic' salutem. Si A. &c. poñ &c. A. et D. ballivos P. de I. curiæ suæ de N, quod sint &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato A, quare cùm per parvū breve nostrum de recto eisdem ballivis nuper præceperimus, quod sine dilatione, ut supra usq; ibi, cum pertiñ in I. &c. iidem ballivi in hac parte mandatum nostrum parvipendentes: breve nostrum prædictum in favorem prædicti F. maliciosè suppresserunt, & curiam prædicti domini sui de I. inde tenere ac prædicto A. justitiam facere &c. ut supra.

Regula.

☞ Quando dñs curiæ deforciat alicui: scribendū est domino & non ballivis sic.

Aliter domino curiæ.

¶ Rex, A. salutem. Præcip' &c. de uno mesuagio, vel de uno columbari, & uno gurgite cum pertin' in D: quæ tu ipse ei deforc' &c. vel sic, quæ tu ipse & A. ei deforc' &c.

Regula.

☞ Cest briefe quòd vicecomes accedat in propria persona sua ad curiam &c. ad videndum quòd plena justitia exhibeatur &c. touts jours est fait pour le demandant en le petit briefe de droit: purceo quil ne puit my remuer la parole per null cause. Mes le defendant poet per bon cause, sicome le baylife est heire le demandant. Mes en le graunde briefe de droit: le demandant poet faire le tolt en countee, & puis remuer en banc &c. & purceo cest briefe est don solement en le petit briefe de droit pur le demandant. Et cest briefe gist quant le demandant se pleint que tort luy est fait en le petit briefe de droit ou en proces du plee, que le vic. prise ove luy. iiii. chivalers de son countee vz. à la court veir que droit soit fait pour le demandant.

Ad videndum quod plena justitia exhibeat.

Rex, vicecomiti &c. salutem. Præcipimus tibi quòd assumptis tecū quatuor discretis & legal' militibus de comitatu tuo, in propria persona

persona tua accedas ad curiā nostr' de B. ad videnđ' quod plena justitia exhibeatur A. in loquela quæ est in eadem curia per parvum breve nostrum de recto inter ipsum A. petentem & B. tenentem de tanto terræ cum pertinentiis in I: unde idem A. queritur justitiam sibi differri in eadem curia: ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu recti. T. &c.

¶ Præcipimus tibi sicut alias præceperimus quod assumptis tecū &c. vel causam nobis significes quare mandatum alias tibi inde directum exequi noluisti vel non potuisti, &c. Sicut alias.

REx vicecomiti salutem. Præcipimus qd' justè et sine dilatione facias habere A. recordum et rationabile judicium suum in loquela quæ est in comitatu tuo ꝑ breve nostrum de recto inter ipsum A. petentem et B. tenentem de uno mesuagio &c. in I: sicut loquela illa rationabiliter deducta est in eodem comitatu: ne amplius &c. De recordo & rationabili judicio habendo. Cōceditur sine fine & non indorsetur.

☞ Istud breve semper fit pro petente, & jacet in brevi de recto patēti & clauso, quando ballivi nolunt procedere ad judicium. Regula.

¶ Rex, ballivis C. de D. salutem. Præcipimus vobis quod justè &c. ut supra usque ibi, quæ est coram vobis in curia prædicti domini vestri de D. per parvum breve nostrum de recto, inter ipsum A. petentem &c. deducta est in eadem curia: ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu recti. T. &c. Aliter in curia.

☞ Et in utroque casu potest fieri (sicut alias) & (cum pluries) sic. Regula.

¶ Cum pluries vobis præceperim', quod justè &c. faceretis habere A. recordum &c. deducta est, in eadem curia, vel causam nobis significaretis quare mandatum nostrum alias vobis inde directum exequi noluistis vel non potuistis, ac vos spretis mandatis nostris prædictis, ut accepimus, prædicto A. recordum et rationabile judicium suum de loquela prædicta facere habere, vel saltem causam quare id facere noluistis vel non potuistis, nobis significare hactenus non curaveritis, in ipsius A. damnum non modicum et gravamen, et nostri ac mandatorum nostrorum prædictorum contemptum manifestū de quo miramur quam plurimum & movemur: vobis iteratò præcipimus, firmiter injungentes, quod præfato A. recordum & rationabile judicium suum de loquela prædicta juxta tenorem mandatorum nostrorum prædictorū prius vobis inde directorum habere faciatis, vel vos ipsi sitis coram nobis tali die ubicunq; &c. ostensuri quare mandata nostra prædicta toties vobis inde directa exequi cōtempsistis. Et habeatis ibi hoc breve. T. &c. Cum pluries inde.

☞ Fiat inde attachiamentum sicut in replegiari &c. Et possunt brevia prædicta dirigi ipsi domino, in casu cùm ipse tenet curiam. Regula.

REx, ballivis C. de D. salutem. Cum loquela quæ est in curia prædicti domini vestri de E. per breve nostrum de recto, inter A. petentem &c. in I. per quasdam cavillationes & exceptiones dilatorias minus justè ex parte ipsius B. propositas, in præfata curia diutinam cepit dilationem, in ipsius A. dispendium non modicum et gravamen: vobis præcipimus quod in loquela illa quantum cum De procedēdo in brevi de recto.

justitia poteritis procedatis, & eidem A. in loquela illa plenã & celerẽ justitiam exhiberi faciatis: ne clamor ad nos perveniat iteratus. T. &c.

Regula. ☞ Istud breve jacet in brevi de recto clauso tantum secundũ quosdam, eo qd' petens in brevi patẽti potest facere toltã. Sed alii dicũt qd' jacet in utroq; brevi.

Nota. ⁂ Et nota quod recordari non datur ad removendum aliquam loquelam habitam per breve nisi pro tenentibus in brevibus de recto patente & clauso: sed pone per breve, & recordari facias sine brevi.

Aliter sectatorib. curiæ quæ est de antiquo dñico ubi sectatores hujusmodi in placitis inibi placitandis judicia reddere cõsueverunt.

Rex sectatoribus curiæ I. manerii de G. qd' est de antiquo dominico coronæ Angliæ ut dicitur salutem. Cum secundum legem & consuetudinem infra maneria quæ de hujusmodi antiquo dñico coronæ Angl' existunt hactenus ut dicitur usitatas, in placitis in curia eorundem maneriorum pendentibus, cum ad judicium inde reddend' sit placitatum, sectatores hujusmodi curiæ ad judicia in placitis illis inde redden' licitè procedere debeant & consueverunt totis temporib' retroactis: ac jam ex parte A. datum sit nobis intelligi graviter cõquerendo, quod licet in quodam placito in curia prædicta pendente ꝑ parvum breve nostrum de recto secundum consuetudinem manerii ꝑdicti, inter ipsum A. petentem & C. deforc' de &c. cum pertinentiis in G. ad judicium inde reddendum à diu fuerit placitatum, vos tamen judicium inde reddere hucusq; voluntarie distulistis, & adhuc differtis indebite & injuste, in ipsius A. dispendium non modicum et gravamẽ, ac exhæredationis suæ periculum manifestum: nos volentes quoscũq; legios nostros in curiis nostris & curiis aliorum quorumcunq; infra regnum nostrum Angliæ placitantes in placitis suis hujusmodi, secundum leges & consuetudines curiarum ipsarum debite usitatas & approbatas confoveri, & justitiam sibi in hac parte per judices curiarum illarum nullatenus differri: vobis mandamus quod si manerium prædictum de antiquo dominico coronæ Angl' existat, et consuetudo hujusmodi inibi habeatur ut ꝓmittitur, ac in placito ꝑdicto intantum sit processum, tunc ad judicium inde reddend' cũ omni celeritate procedatis, et ulterius inde fieri faciatis justitiæ complementum, prout in casu consimili ibidem debite & rationabiliter fieri consuevit: ne clamor ad nos ex hac causa perveniat iteratus. T. &c.

Recordari secundũ consuetudinẽ manerii per breve pro tenente ꝑ causam.

Rex vicecomiti Lincolñ, salutem. Præcipimus tibi quod assumptis tecum quatuor discretis & leg' militibus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad curiam R. de D, et in plena curia illa recordari facias loquelam quæ est in eadem curia per parvum breve nostrum de recto inter &c. de tãto cum pertinentiis in I. Et recordum illud habeas corã justitiariis &c. Et partibus &c. Et habeas ibi nomina prædictorũ quatuor hominũ, hoc breve, et aliud breve. T. &c.

Causa super cartam regis.

¶ Quia prædict' A. placitando in curia ꝑdicta ꝓtulit cartam dñi E. quõdã regis Angl' ꝓgenitoris nostri, ꝑ quã idem proavus noster feoffavit W. patrem ꝑdicti A. cujus hæres ipse est de mesuagio prædicto ut dicitur, ꝑ quod idem A. dicit se non debere nec posse sine nobis respondere: quæ quidem carta alibi quã in curia nostra judicari non debet &c. Fiat executio &c. si prædictus A. hoc petat, & aliter non.

Rex

REx, vicecomiti salutem. Si A. fecerit te securum &c. tunc pone &c.R. et F. ballivos K. reginæ Angl' de alto pecco, quod sint coram justiciariis nostris apud West'. à die sancti Hilarii in xv. dies, ad respondendum tã nobis quã præfato A. quare cum nos per breve nostrum tibi præceperimus, quod assumptis tecum quatuor &c. accederes ad curiam præfatæ reginæ de alto pecco, et in plena curia illa recordari faceres loquelam quæ fuit in eadem curia per parvum breve nostrum de recto, inter W. petentem et prædictum A. tenentem de uno mesuagio &c. in C. et recordum illud haberes corã justitiariis nostris apud E. ad certum diem in brevi illo contentum: et licet tu loquelam illã in curia ꝑdicta virtute mandati nostri ꝑdicti recordari feceris, et processus inde inter ꝑtes ꝑdictas corã ꝑfatis justitiar' nostr' cõtinuatus fuerit, sicut ꝑ tenorẽ recordi et ꝑcessus loquelæ ꝑdictæ corã eisdem justitiariis inde habitorũ (quẽ corã nobis in cancellaria nostra venire fecimus) nobis constat, iidem ballivi nihilominus placitum ꝑdict' in ꝑfata curia postmodũ tenuerũt, in nostri ac mãdati nostri ꝑdicti cõtẽptũ, et ꝑdicti A. grave damnũ et exhæredatiõis ꝑiculũ manifest' &c. Attachiamentum quando ballivi processerint post le recordari. Et opottet qd' tenor recordari &c. processus quæ fuerunt recordata, habeatur in cancellaria antequam fiat istud breve.

☞ Si loquela pendeat in curia alicujus, & tenens proferat cartam alicujus regis Angliæ quam habet de terra illa de qua implacitatur, & dicat se non debere respondere sine rege, et postea procedatur ad judicium in curia illa non obstante allegatione prædicta: habeat breve de falso judicio, vel potest ante judicium removere loquelam per causam supradictam in brevi &c. Regula.

¶ Quia ꝑdictus A. placitando in curia ꝑdicta, clamat tenere mesuag' prædictum ad comm' legem per finem inde in curia nostra coram justitiariis nostris de banco, vel sic, in curia domini H. nuper regis Angliæ patris nostri coram justiciariis suis de banco, inter ꝑdictum A. petentem & I. detorciantem, levatum: propter quod loquela illa in curia prædicta per parvum breve nostrum de recto deduci non debet, secũdum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ. Fiat executio &c. Causa per finẽ levatum de tenemento &c.

¶ Quia prædictus A. placitando &c. clamat tenere prædictam terram in liberam, puram, & perpetuam eleemosinam ꝑ cartam E. quondam comitis Cornub' & confirmationem tam dñi H &c. patris nostri quam nostram & non secundum consuetudinem manerii: propter qd' loquela illa in curia nostra de C. ulterius deduci non debet. Aliter ꝑ cartã comitis & cõfirmationis regis.

¶ Quia ꝑdictus I. placitando in curia prædicta, clamat tenere tenementa ꝑdicta ad coẽm legẽ, ut ea quæ idem I. et antecessores sui tenẽta illa tenentes à tempore cujus contrarii memoria non existit, tenuerunt ad coẽm legem, et non secũd' consuetudinem manerii prædicti: ꝑpter qd' loquela illa in eadẽ curia ulterius deduci non debet. Fiat &c. vel sic. Causa per præscriptionẽ temporis an. 7.

¶ Quia ꝑdictus A. placitãdo in curia prædicta, asseruit se et omnes antecessores suos, tenementa illa à tempore cujus contrarii memoria non existat, semper hactenus ad comm' legem et non secund' consuetudinem manerii de R. tenuisse: propter quod &c. Fiat &c. Causa per eundem titulum.

¶ Quia prædictus I. clamat tenere mesuagium et terram prædictam ad coẽm legem, per cartam S. quondam domini manerii de B. et non secundum consuetudinem manerii prædicti: propter &c. Causa ꝑ cartã dñi manerii.

¶ Quia

Causa quia tenentur ad communem legem ut de honore.

¶ Quia pdicta I. asseruit se tenere mesuag', terram et pratum pdicta de honore Penerel' de pdicta regina ad coēm legē, et nō scdm' cōsuetudinem manerii, de alto pecco, ipsaq; I. et oēs tenentes mesuag' terræ et prati pdictor', ea de nob' et pgenitorib' nostris ac aliis dñis honoris pdicti, à tempore quo nō extat memoria, semp hacten' taliter tenuisse: pter qd' loquela illa in curia pdict' per breve mostrū pdictum deduci nō debet, secundū legem et cōsuetudinem regni nostri ut dicit. Fiat &c.

Causa quia clamat tenere ptem p finem, & residuum per cartam domini manerii.

¶ Quia prædicti R. et A. placitando in curia prædicta, clamant tenere prædict' mesuag' et sexdecem acras terræ de prædictis viginti et sex acris terræ ad comm' legem, p finem inde in curia dñi E. quōd' regis Angl' avi nostri corā justiciariis suis de banco, inter A. querentem et R. deforciantem, levatum: & residuas decem acras terræ p cartas Griffini quondam domini manerii prædicti ut dicitur: propter quod loquela illa in eadem curia per parvum breve nostrum de recto deduci non debet, secundum consuetudinem regni prædicti. Fiat executio. &c.

Causa quia non sunt nisi quatuor sectatores.

¶ Quia prædictus I. protestatur se velle prosequi breve suum prædictum in natura assisæ mortis antecessoris, partésq; pdictæ in dicta curia ad captionem assisæ prædict' placitaverint, et infra dominium manerii prædicti non sunt nisi quatuor sectatores ut dicitur: propter quod assisa illa in curia illa capi non debet. Fiat &c.

Nota.

*Cōsimilis causa an. 17. R. 2. termino trinitatis, ou le tent fist defaut en bank. Et pur c' q̄ le original ne fuist pas mande, la court ne poet riens recorder de la defaut: mes agarderent la distres vers le baylifs daū loriginal en bank à certain jour.

Supersedeas ballivis reginæ Angliæ in brevi de recto patenti.

Rex ballivis K. reginæ Angliæ de N. salutem. Monstravit nobis A. quōd cùm D. petat versus eum in curia prædictæ dominæ vestræ de N. per breve nostrum de recto, unum mesuagium cum pertinentiis in N, et idem A, S. per auxilium curiæ prædictæ versus prædictum D. inde vocaverit ad warrantum, & per breve nostrum de warranto illo habendo coram justiciariis nostris apud W. tali die vicecomiti nostro Essex tulerit versus præfatum S. secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ placitandum: vos nihilominus in placito pdicto in eadem curia proceditis, contra legem et consuetudinem regni nostri Angliæ. Et ideo vobis præcipimus quod si ita est, tunc placito illo coram vobis in curia prædicta ulterius tenendo supersedeatis, donec placitum warrantiæ prædictæ in curia nostra prædicta coram justiciariis prædictis inde inter eos secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ terminetur &c. T. &c.

Nota.

* Et sciendum quod non debet dici forinsecum nisi antiquis dominicis. Mesme cesty breve eit lieu per tout, ou ils ont tiels franchises de trier garrantie per la ou la garantor ad terre al value deins la franchise sans brief: et auxint en ancient demesne sans la changer de parols al fine. Vel sic.

Aliter in villa.

¶ R. ballivis suis de N. salut'. Monstraverunt A. & D. uxor ejus, quod cum C. petat versus eos in curia nostra villæ pdictæ per nostrum breve de recto, unum mesuagium cum pertinentiis in N. & eadem D. post defaltam quam præfatus A. vir suus fecit in eadem curia, versus pdictum C. ad jus suum defendēd' juxta formā statuti æditi admissa, D. forinsecum, terras vel tenementa in eadem villa unde warrantiam illam facere

possit

possit ut dicitur non habentē, versus præfatum C. ꝑ auxiliū curiæ nostræ indè vocaverit ad warrātū, et breve nostrū de warrāto &c. ut sup.

¶ Quia prædictus A. ꝑ cartam bonæ memoriæ domini H. quondā regis Angliæ progenitoris nostri quam inspeximus, clamat tenere maneriū de C. cum ꝑtin' de nobis in liberā, purā, et ꝑpetuā eleemosinā: ꝑ qd' de terris et teñtis suis in eodē manerio existentibus in cur' præd' respondere non debet secūdū legē et cons. regni nostri. Fiat. &c. Causa.

REx, vicecom' salutem. Præcipimus tibi quod assumptis tecū &c. accedas ad curiā W. de C. et decani et capituli eccles. beatæ Mariæ Rothomag. de Killon', et in plena curia illa recordari facias loquelā quæ est in eadē curia sine brevi nostro secundū consuetudinē manerii de Killon', inter &c. T. apud Wallingford An. viii. E. iii. &c. Recordari secundum consuetudinē manerii sine brevi.

¶ Quia prædicti D. et C. placitando &c. clamant tenere prædictā terram ad communem legem per finem &c. Causa quia tenementa sunt in manu domini manerii. Per feloniam tenentis.

¶ Quia præd' T. placitando in curia præd', clamat tenere tenementa præd' ad communē legē et non secundum cons. manerii præd', eo qd' H. qui eadem tenementa de præfato T. ut de manerio suo tenuit de D. feloniam fecit ꝑ qua suspensus fuit, idemq; T. de tenemētis prædictis post annum diem et vastum ꝑ breve domini H. nuꝑ regis Angliæ patris nostri seisitus est ut dicitur: ꝑpter quod &c. T. apud E. anno xi.

¶ Quia præd' C. placitando in curia præd', asseruit se quandam assisam no. diss. coram R. et sociis suis nuper justitiariis nostris ad assisas in comitatu Lincoln' capiendas assignatis ꝑ breve nostrū versus præfatos F. et M. de tenementis præd' aliàs arrainasse, in qua quidem assisa compertum fuit ꝑ recognitionem assisæ præd', quòd tenementa prædicta fuerunt liberum feodum, et tenta ad communem legem: et super hoc vocat rotulos justitiariorum ad warrantum &c. Causa quia alias compertum fuit per assisam, quod tenemētum sit liberū feodum ad cōmunem legē.

✣ Nota que un tenant en Bedford quest del aucien demesne, demanda sans bř un tenement en m̄ le ville, & pleda en nature de fresh force. Et le parole fuist remue lan xvi. ꝑ recordari facias loquelam quæ est in eadem curia sine brevi nostro secundum consuetudinem manerii præd', inter A. petentem & B. tenentē de tanto &c. in D. & ne dit my de quadam frisca forcia. Et la causa fuist pur ceo q̄ launcester le tenant porta un assise de no. diss. devers launcester le demaundant de m̄s les tenements devaunt certains justices, & le tenant en lassise dit que les tenem̄ts fuerunt del ancien demeane, & demaund judgem̄t si assise deveroit estre de ceux teñts: & le plaintife dit que fuerunt frank fee & tenus à la comen ley, & de ceo soy mist en lassise: ꝑ que fuit trove que ils fuerūt frank fee & tenus à la comē ley. Nota.

✣ Nota que A. 3. H. 6. term̄ Pasche, un petit bř de droit fuist sue en la court &c. Et puis le parol fuist remue ꝑ un recordari. Et le cause ē le bř fuist pur ceo que le baily de la court maintient le plee en la dit suit. Et per agard de Markham le parol fuist remand, pur ceo que si le ple fuisse ciens ꝑ cel cause, le auncien demene serr ouste de jurisdicc', & le tenem̄ts serrōt devenus frāk fee à touts jours. Et auxi tout soit que le baily fuist m̄ le partie, unc' le parol serra remand, ꝑ Thyrning. Nota.

¶ Quia prædictus A. placitando in curia præd', asserit se tenere terram prædictam sibi & hæredibus suis, ꝑ certum servitium ad Scaccarium nostrum annuatim reddendū, de arrentatione dilectorum & fidelium nostrorum R. & sociorum suorū ad vasta nostra in com' prædicto arrentandum nuper assignatorum: propter quod loquela illa. &c. Causa quòd clamat tenere sibi & hæredibus per certū servitium ad scaccarium.

¶ Quia

Cauſa quia unus clamat tenere ut jus & hæreditatem, & alius clamat de feoffato ejuſdem anteceſſoris.

¶ Quia prædictus A. placitando &c. aſſerit ſe inde tenere unũ meſuagium cum pertinentiis, ut jus et hæreditatem ſuam poſt mortem B. patris ſui cujus hæres ipſe eſt: et eadem D. ſimiliter placitando in curia præd' aſſerit ſe inde tenere unam virgatã terræ cum pertinentiis de feoffamento præd' B. qui quidẽ B. meſuagium et terram prædicta in curia domini E. quondam regis Angliæ &c. coram S. & ſociis ſuis nuper juſtitiariis dicti patris noſtri ad aſſiſas in comitatu tali capiend' aſſignatis ꝑ breve ſuum apud W. recuperavit verſus Laurentium per recognitionem aſſiſæ novæ diſſeiſinæ ibi inter eos captæ, ut jus ſuum corã præfatis juſtitiariis diſcuſſum, & iidem A. et D. recordum et ꝓceſſum aſſiſæ prædictæ inde vocaverunt ut dicitur propter quod &c.

Cauſa quia &c. in dominico ꝑ cartam præpoſiti.

¶ Quia prædictus A. placitando in curia prædicta, aſſerit ſe tenere meſuagium et terram prædicta in dominico ad cõmunẽ legem ꝑ cartam prædicti præpoſiti, qui illa tenet in ſervitio ꝑ cartam domini H. quondam regis Angliæ ꝓgenitoris noſtri quam inſpeximus: quæ quidem carta alibi quàm in curia noſtra judicari non debet. Fiat &c. vel ꝑ cartam præpoſiti hoſpitalis ſancti Benedicti de H. qui illa &c.

Cauſa in recordari ad ſectam petentis & fuit conſideratum Anno xviii.

¶ Quia p̄d' I. proteſtatur ſe velle ꝓſequi breve ſuũ in natura aſſiſæ mortis anteceſſoris, parteſq; præd' in dicta curia ad captionẽ aſſiſæ præd' placitarũt, et infra dominiũ manerii p̄d' nõ ſũt niſi quatuor ſectatores ut dicit': ꝓpter qd' aſſiſa illa capi nõ poteſt. Fiat &c. ſi præd. I. &c.

Regula de parvo brevi de recto in antiquo dominico.

☞ Nullum breve implacitatur in dominicis dñi regis excepto parvo br̃. de recto clauſo, et brevi cum quis queritur ſibi juſtitiam differri, vel quando quis petit record' & rationabile judicium, vel de falſo judicio, vel qd' executio judicii in tali curia redditi fiat, vel quòd vicecomes aſſumptis ſecũ quatuor diſcretis et legalibus militibus de com̃ ſuo in ꝓpria ꝑſona ſua accedat ad curiã talis ad videndum quòd plena juſtitia partibus exhibeatur, tũc ad ipſas curias ſcribitur ſicut alias. Nec debet loquela q̃ eſt in hujuſmodi curiis poni corã juſtic' ꝑ le pone, neq; loquelæ q̃ ſunt in aliqua curia Baroñ: niſi tantum loquelæ quæ ſunt in comitatu ꝑ brevia originalia. Sed poſſunt poni corã juſtitiariis ꝑ le recordari ꝑ bonam cauſam &c.

Superſedeas quia tenens vocat forinſecum ad warrantum.

Rex ballivis ſuis de D. et R. ſalutem. Monſtravit nobis W. de C. quod cum H. & I. fratres ejuſdem W. de C. petant verſus eum in curia noſtra de D. et R. unam acram terræ cum pertinentiis in R. per parvum breve noſtrum de recto, et idem W. de C. per auxilium curiæ noſtræ, R. de C. forinſecum qui terras ſeu tenementa infra dictum manerium non habet unde warrantiam illam facere poſſit ut dicitur, verſus prædictos H. & I. inde vocaverit ad warrantiam, & breve noſtrum de warranto illo habendo coram juſtitiariis noſtris apud W. à die ſancti Michaelis proximo futuro in xv. dies vic' noſtro Rotell' tulerit placitand': vos nihilominus in placito illo in eadem curia proceditis contra legem & conſuetudinem regni noſtri Angliæ. Et ideo vobis mandamus quod ſi ita eſt, tunc placito illi coram vobis in curia p̄dicta ulterius tenend' ſuperſedeatis, donec placitum warrantiæ illius coram juſtitiariis noſtris prædictis inde inter eos ſecundum legem et conſuetudinem regni noſtri Angliæ terminetur &c.

Aliter quando uxor admittitur ad jus ſuum defendendũ.

¶ Monſtravit nobis B. uxor C. quod cum D. petiviſſet verſus eos in curia prædicti domini veſtri de C. unum meſuagium cum pertinentiis

in F. per parvum breve nostrum de recto, et eadem B. propter defaltam quam prædictus C. vir suus fecit in curia prædicta, versus prædictum D. ad jus suum in eadem curia juxta formam statuti de communi consilio regni nostri Angliæ inde provisi defendendum admissa sit: & W. forinsec' &c.

Attachiamentum super ballivos qui processerunt pendente placito warrantiæ.

REx, vicecomiti Lincoln' salutem. Si P. et I. uxor ejus fecerint &c. tunc pone &c. L. et I. ballivos nostros de B. quod sint &c. ostensuri quare cum H. peteret versus præfatos P. et I. in curia nostra de B. unum mesuagium cum pertinentiis in W. per parvum breve nostrum de recto secundum consuetudinem manerii de B. & iidem P. & I, S. filium & hæredem M. forinsec. qui terras vel tenementa infra manerium prædictum non habet unde warrantiam illam facere possit ut dicitur, versus præfatum H. per auxilium curiæ nostræ inde vocassent ad warrantum, & breve nostrum de warranto illo habend' coram præfatis justitiariis apud W. in crastino animarum proximò præterito tibi tulissent versus præfatum M. secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ placitandum, præfatisq; ballivis nostris præceperimus quòd si ita esset, tunc placito illi in curia prædicta ulterius tenendo supersederent, donec placitum warrantiæ prædictæ in curia nostra prædicta coram justitiariis nostris prædictis inter partes prædictas secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ terminaretur: iidem ballivi pendente placito warrantiæ prædictæ coram præfatis justitiariis nostris, tenuerunt placitum in curia de B. inter partes prædictas de tenementis prædictis contra legem & consuetudinem prædictas, & contra prohibitionem nostram. Et habeas &c. T. &c. An. vii.

De certificatione si loquela warrantiæ sit discontinuata in brevi de recto per non sectam.

REx, dilecto & fideli suo W. de B. salutem. Cum A. nuper implacitasset B in curia C. de D. per parvum breve nostrum de recto secundum consuetudinem manerii de D. de octo acris terræ cum pertinentiis in D. et idem B. per auxilium curiæ nostræ F. forinsecum qui terras vel tenementa infra manerium prædictum unde warrantiam illam facere possit non habet ut dicitur, versus prædictum A. inde vocavit ad warrantum, & breve nostrum de warranto illo habendo coram vobis et sociis vestris justitiariis nostris de banco in octavis sancti Martini ꝓximo præterito vic' nostro tali tulerit, versus præd' F. secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ placitand', ꝑ qd' ad ꝓsecutionem ipsius B. mandavimus ballivis præd' C. curiæ suæ præd', quòd si ita esset tunc placito illi coram eis ulterius tenendo supersederent omnino, donec placitum warrantiæ illius coram vobis et sociis vestris prædictis inter partes prædictas secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ terminaretur, quo prætextu ballivi præd' hactenus supersederunt: ac jam ex parte ipsius A. nobis est ostensum, quòd loquela warrantiæ præd' coram vobis et sociis vestris præd' per non sectam ipsius B. jam est discontinuata: nos certiorari volentes utrũ loquela præd' pendeat coram vobis & sociis vestris præd', vel sit discontinuata ut est dictũ, vobis mandamus quòd scrutatis rotulis vestris,

nos inde sub sigillo vestro distinctè et apertè sine dilatione reddatis certiores, hoc breve nobis remittentes: ut nos inde per vos certiorari ulterius in præmissis fieri facias, quod de jure & secundum legem & consuetudinem prædictas fuerit faciendum. T. &c.

Aliter de eodē secundum W. Ayremyn.

¶ Volentes certis de causis certiorari, utrum aliquod placitum warrantiæ cartæ pendeat coram vobis & sociis vestris justitiariis nostris de banco, inter A. petentem & B. tenentem de tanto cum pertinentiis in I. an discontinuatum sit per non sectam ipsius A. vel alio modo, & si alio modo, tunc qualiter, & quo modo: vobis mandamus quod scrutatis rotulis &c.

Breve regis ad nullandum finem levatum de tenemento quod fuit de antiquo dñico coronæ Angl.

REx, dilectis & fidelibus suis W. & sociis suis justitiariis ad placita coram nobis tenenda assignatis salutem. Cum per finem in curia nostra coram dilecto & fideli nostro W. & sociis suis justitiariis nostris de banco, anno regni nostri primo inter A. de B. et D. uxorem ejus querentes, & I. de W. & I. de S. deforciantes, de uno mesuagio, decem acris terræ, & decem & octo toftis, triginta solidatis redditus, cum pertinentiis in B. levatum: iidem A. de B. & D. recognovissent tenementa prædicta cum pertinentiis esse jus ipsius I. de W. ut illa quæ iidem I. de W. & I. de S. habeant de dono prædictorum A. de B. & D. dictique I. de W. & I. de S. subsequent' concessissent prædictis A. de B. & D. prædicta tenementa cum pertinentiis, & illa ejs reddidissent in eadem curia, habenda & tenenda eisdē A. de B. & D. & hæredibus ipsius A. de corpore suo procreatis de capitalibus dominis feodi illius per servitia quæ ad prædicta tenementa pertinent imperpetuum, prout per tenorem pedis finis prædicti quem coram nobis in cancellariam nostram venire fecimus plenius apparet: ac jam ex parte dilecti & fidelis nostri H. comitis Lanc' domini manerii de P. quod est de antiquo dominico coronæ Angliæ ut dicitur, nobis sit supplicatum, ut, cum sexdecim tofta, duodecim bovatæ, & quadraginta acræ terræ, sex acræ prati, & triginta solidati redditus, de prædictis tenementis in dicto fine contentis sint parcella manerii prædicti, & à tempore, cujus contrarii memoria nō existit, usque ad levationem finis illius fuerint in curia manerii illius secundum consuetudinem ejusdem manerii placitabilia, ac eadem sexdecim tofta, duodecim bovatæ & quadraginta acræ terræ, sex acræ prati, & triginta solidati redditus, jam per finem prædictum ad communem legem ponantur, in ipsius comitis grave damnum ac exhæredationis suæ periculum manifestum: velimus pro ipso comite super præmissis de remedio congruo providere, nos quod justum fuerit fieri volentes in hac parte, mittimus vobis sub pede sigilli nostri tenorem supradictum, mandantes quod viso tenore illo, & vocatis coram vobis quos fore videritis evocandos, auditisque hinc & inde partium rationibus: ulterius super adnullatione finis prædicti quoad prædicta sexdecim tofta &c. fieri facias, quod de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fore videritis faciendum. T. &c. Anno xvii. ☞ Peruyng tunc cancellario.

¶ En

✠ En launcien demeane que sont en les mains dauters per graunt du roy ou de ses progenitours, si auters services ou custumes soient demaundes des tenaunts quils ne soloient faire quant celles demeanes fuerent en la main le roy ou ses progenitours: Ils averont tiel briefe. Nota.

REx, abbati de N. salutem. Monstraverunt nobis homines tui, vel A. B. et C. homines tui de manerio de I. quod est de antiquo dominico coronæ Angl' ut dicitur, quod tu exigis ab eis alias consuetudines et alia servitia quàm facere debent, et antecessores sui tenentes de eodem manerio facere consueverunt, tēporibus quibus maneriū illud fuerit in manibus progenitorum nostrorū quondā regum Angliæ, vel in manu nostra. Et ideo tibi præcipimus quod à præfatis hominibus non exigas aut exigi permittas alias cōsuetudines vel alia servitia quam facere debent, & antecessores sui p̄dicti facere consueverunt tēporibus p̄dictis. Et nisi ad mandatum nostrum hoc feceris: A. vic' nostro Lincolñ id fieri præcipiemus. T. &c.

Monstraverunt p̄ hominibus de antiquo dominico.

☞ Non dicitur in isto brevi, ne amplius inde &c. Sed in sequenti sic.

¶ Rex, vic' Lincolñ salutem. Monstraverunt nobis homines abbatis de N, vel A. B. et C. homines abbatis de N. de manerio de I. quod est de antiquo dominico coronæ Angliæ ut dicitur, quod idem abbas exigit ab eis alias consuetudines &c. usque ibi in manu nostra. Per quod eidem abbati præcepimus, quod à præfatis hominibus non exigeret vel exigi permitteret alias consuetudines vel alia servitia quam facere debent, & antecessores sui prædicti facere consueverunt temporibus prædictis. Et ideo tibi præcipimus, quod nisi idem abbas ad mandatum nostrum hoc fecerit, tu id fieri fac': ne amplius &c. pro defectu justitiæ. T. &c.

Regula. De eodem, vicecomiti.

☞ Si autem homines hujusmodi per brevia prædicta pacem vel justitiam exequi non possunt tunc ad eorum querimoniam attachietur dominus hoc modo, & inserantur nomina singulorum tenentium in brevi sic. Regula.

REx. Si A. B. & C. homines abbatis de N. de manerio de I. quod est de antiquo dominico &c. ut dicitur, fecerint te securum de clāore &c. tunc pone &c. prædictum abbatem, quod sit &c. coram nobis &c. ostensurus quare exigit à præfatis hominibus suis alias consuetudines et alia servitia quam facere debent et antecessores sui tenentes de eodem manerio facere consueverunt, temporibus quibus manerium illud fuit in manibus progenitorum nostrorum quondā regum Angl' vel in manu nostra (si casus fuerit) cōtra prohibitionē nostram. Et habeas &c.

Attachiamentum inde. Conceditur sine fine & indorsetur.

✠ Nota quod attachiamentum istud potest fieri coram justitiariis nostris de banco &c. Si dicatur (in manibus progenitorum nostrorum) omittatur (in manu nostra) & econverso in casu. Et potest fieri breve de attachiamento prædicto corā justitiariis nostris de banco &c. Si A. B. &c. usq; ibi, quod sit coram justitiariis nostris &c. Nota.

¶ Rex, justitiariis suis de banco salutem. Sciatis quod A. B. et C. homines abbatis de N. &c. ut dicitur, attornaverunt coram nobis loco suo K. et S, ad lucrādum &c. in loquela quæ est coram vobis per breve nostrum de recto &c. de eo quod idem abbas exigit à præfatis hominibus alias consuetudines &c. ut supra usque ibi, regum Angl' vel in manu nostra (si casus fuerit). Et ideo vobis mandamus quod ipsos

De attornā in brevi de attachiamento.

K. et S. vel alterum ipsorum si ambo interesse non possunt, loco ipsorum A.B. et C. ad hoc recipiatis. T. &c.

Regula. ☞ Et potest fieri coram rege.

Billa de attornato faciendo. ¶ A. po. lo. suo R. ad lucrandum &c. coram ipso rege per breve suum de recto inter ipsum A. &c. usque ibi in manu nostra. T. R. &c. Et non dicatur, & ideo &c.

Regula. ☞ Et fiat ista billa clausa ad modum brevis.

Pro hominibus de hameletto. ¶ Monstraverunt nobis B. et C. homines tui de hameletto de I. quod est membrũ de manerio de B. quod est de antiquo dominico coronæ Angliæ ut dicitur, quod tu exigis ab eis &c. ut supra. Eodem modo fiet vic'. mutatis mutandis.

Ad attachiandum dñi quia bona abstulit &c. pendente attachiamento. REx, vic'. Lincoln salutem. Si A. et B. homines abbatis de C. de manerio de N. quod est de antiquo &c. fecerunt &c. pone &c. prædictum abbatem &c. coram nobis &c. vel coram justiciariis &c. ostensurus quare cum nuper ad prosecutionem prædict' hominum nobis suggerentiũ, præfatum abbatẽ ab eis exigisse alias consuetudines & alia servitia quàm facere debent, et antecessores sui tenẽtes de eodẽ manerio &c. usq; regum Angliæ, tibi præceperimus quod poneres per vad' &c. ꝑdictũ abbatem quod esset corã nobis à die paschæ proximo præterito in xv. dies ubicũq; &c. ad respõdendum præfatis hominibus de præmissis: idem A. pendente coram nobis placito attachiamenti prædicti, ꝑdictos homines eo gravius distrinxit, et omnia bona et catalla ac averia sua in eodem manerio vel hameletto inventa eis abstulit, et ea eis adhuc detinet, quo minus ipsi placitũ attachiamẽti ꝑdicti præ paupertate prosequi possunt, in nostri ac mandatorum nostrorum prædictorum cõtemptum, & ꝑdictor hominum dispendiũ non modicum et gravamẽ, et ꝓsecutionis juris sui retardationem, et status sui depressionẽ manifestam: et averia bona et catall ꝑdicta eisdẽ hominibus ꝑ sufficientem securit' interim deliberari fac'. Et habeas ibi nomina pleg' &c.

De certiorãdo utrum maneriũ sit de antiquo dominico &c. REx, Thes. et Cam'. suis salutem. Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus, utrũ maneriũ de S. in comitatu N. sit de antiquo dominico coronæ Angl' necne: vobis mandamus quod scrutato libro nostro qui vocatur Domesday. de eo quod inde inveneritis nos in cãcellar' nostram sub sigillo Scaccarii nostri distincte et aperte sine dilatione reddatis certiores, hoc breve nobis remittentes. T. &c.

Conceditur sine fine & indorsetur.

Nota. * Fait assavoir q̃ le liure de Domesday fuit fait en temps de seint Edw. le roy, et touts les terres que furent en le main le dit saint E. all temps que le liure fuist fait sount aũcien demene, et les terres q̃ furent adõques en auter main soũt frank fee.

Aliter de certiorando ꝑ quæ servitia tenet'. ¶ Rex, eisdẽ &c. salutẽ. Volentes &c. certiorari ꝑ quæ servitia manerium de S. in comitatu N. cum pertin' tenetur: vobis mandamus quod scrutatis tam libris feodorũ quàm libro vocato Domesday, et aliis memorandis de Scaccario prædicto, præmissa tãgentibus in Thes. nostro sub custodia vestra existentibus ut dicitur, de eo quod &c. ut supra.

Quãdo mulier admissa propter defaltã viri sui, vocat forinsecum ad warrantum. REx, ballivis Will' Kynwoln' præpositi ecclesiæ collegiatæ sancti Johannis Beverlaci de Beverlaco salutẽ. Cum W. de D. et M. uxor ejus, nuper petierint in curia Roberti Mansfeld' clerici tunc præpositi

ecclesiæ

ecclesiæ prædictæ prædecessoris ipsius nunc præpositi de Beverlaco, p breve nostrum de recto versus I. & K. uxorẽ ejus, unum mesuagiũ cum pertin' in G, ac eadem K. propter defaltam quam prædict' I. vir suus fecit in curia prædicta versus præfatos W. & M, ad jus suũ in eadem curia juxta formam statuti de cõmuni consilio regni nostri Angl' provisi defendend admissa fuerit, & P. de D. filiũ L. de O. qui terras aut tenementa infra libertatem præpositi ecclesiæ prædictæ non habet ut dicitur, per auxiliũ curiæ nostræ in comitatu Eborum summonẽdum inde vocaverit ad warrantum, quæ quidem warrantia in curia prædicti domini vestri de Beverlaco ex causa præmissa terminari non potest, in ipsorum W. & M damnum non modicum & gravamen, unde nobis supplicarunt sibi de remedio provideri: nos qui singulis de regno nostro in exhibitione justitiæ sumus debitores, volentes eisdem W. & M. in hac parte fieri quod est justum: vobis præcipimus quod si in dicta curia præfati nuper præpositi taliter sit processum, tunc in plena curia illa recordari fac' loquelam prædictam, & recordum & processum ejusdem loquelæ cum omnibus ea tangentibus justitiariis nostris apud Westm' sub sigillo vestro distincte & aperte mittatis, & hoc breve: ita quod ea habeatis in Octavis sancti Michaelis, partibus prædictis eundem diem præfigentes, quod tunc sint ibi facturi & recepturi quod curia nostra prædicta consideraverit in hac parte, ut terminata warrantia illa coram præfatis justitiariis nostris, eadem recordum & processum vobis remittamus, ad procedendum in loquela prædicta prout de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angl' ac consuetudinem libertatis prædictæ fuerit faciendum. T. &c.

☞ Si faux judgement soit done en county, court Baron, aut auter court meant enfraunchise que ont conisaunce de plee, celuy contre qui judgement est done poet aver briefe de recorder la parole devant justices en banc ou en eire. Et cest rule sextende auxibien en autre briefe come en briefe de droit, & la ou la parole est per briefe ou sauns briefe. Mes en ville ou citee enfraunchisee, home avera en cest cas briefe derror & nemie briefe de faux judgement. Regula.



REx, viccecomiti Eborum salutem. Si A. fecerit &c. tunc in pleno comitatu tuo recordari facias loquelam quæ est in eodem comitatu per breve nostrum de recto, inter ipsum A. petentem & B. tenentẽ de uno mesuagio cum pertin' in C, unde idem A. queritur falsum sibi factũ fuisse judicium in eodem comitatu. Et recordum illud habeas coram justitiaris nostris apud Westm' tali die, sub sigillo tuo & p quatuor legales milites ejusdẽ comitat' ex illis qui recordo illi interfuerũt. Et summ' p bonos summonitores pdict' D, quod tunc sit ibi ad audiendũ recordũ illud. Et habeas ibi summ' nomina pdict' quatuor militum & hoc breve. T. &c. De falso judicio in comitatu. Nota statutum de Marlebr. cap. xxiij Cõceditur pro fine vi.s. viij.d.

✻ Nota que cest briefe ferra fine. Nota.

☞ Si tenens alienaverit tenementum, tunc sic. Regula.

¶ Et summ' &c. D. & C. qui mesuagium illud vel terram illam nunc tenent quod tunc sint ibi ad audiendum &c. Et si dicatur in brevi (per parvum breve nostrum de recto) tunc dicatur, Et habeas ibi nomina

prædictorum quatuor hominum, hoc breve et aliud breve.

Nota. * Et nota quòd in brevi de falso judicio dicit, sub sigillo tuo et per quatuor legales homines, pur ceo quil coviēt q̄ les sutours y veignēt à tesmoigner lour record &c.

Nota statutum. * Nota q̄ per le statuit fait lan primer du roy E. iij. cap iiij. ordines est & estably que countre recorde de la court, le quel recorde vient en la court le roy per briefe de faux judgemēt, en cas ou la partie dit q̄ le recorde est auter que la courte ne recorda: soit resceu all averment de bon pais, & de ceux qui feurent present en la court quaunt la recorde se fist, si iceux veignent ove les autres du pais per retourne de viscount: et sils ne veignent soit lenquest pris per bone pais.

Aliter in curia. ¶ Si A. fecerit te &c. tunc assumptis tecum quatuor discretis et legalibus militibus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad curiam B. de C, & in plena curia illa recordari facias loquelam quæ fuit in eadem curia per breve nostrum de recto inter ipsum A. petentem et B. tenentem de tanto &c. unde idem A. queritur falsum sibi factū fuisse judicium in eadem curia. Et recordum &c. sub sigillo tuo et sigillis quatuor legal' hominum ejusdem curiæ ex illis qui recordo illi interfuerunt. Et summoneas &c. Et habeas ibi summonitorū nomina prædictorū quatuor hominum, et hoc breve. T. &c.

De attornato inde. ¶ Rex, justitiariis suis de Banco salutem. Sciatis quod A. attornavit coram nobis loco suo R. et S, ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est coram vobis per breve nostrum, inter ipsum A. et B, de recordo loquelæ quæ fuit in curia D. de E. per breve nostrum de recto, inter ipsum A. petentem et prædictum B. tenentem de uno mesuagio cum pertinentiis in N: unde idem A. queritur falsum sibi factum fuisse judicium in eadem curia. Et ideo. &c.

Aliter in curia sine brevi. ¶ Recordari facias loquelam quæ fuit in eadem curia sine brevi nostro inter ipsum A. et B, de quadam transgressione eidem A. per præfatum B. illata ut dicitur: unde idem A. queritur falsum sibi factum fuisse judicium &c.

Aliter de conventione in hundredo. ¶ Accedas ad hundredū A. de B, & in pleno hundredo illo recordari facias loquelam, quæ fuit in eodem hundredo per breve nostrum vel sine brevi nostro inter A. et B, de eo quod idem B. teneret præfato A. conventionem inter eos factam de uno mesuagio cum pertinentiis in F. unde idem A. queritur &c.

Aliter pro abbate. ¶ Si abbas de I. fecerit &c. tunc accedas ad curiam N. de K, et in plena curia illa recordari facias &c. inter S. petentem et G. tenentem de tanto &c. in K. de quo quidem &c. idem abbas curiam suam sibi petiit liberari quæ sibi denegata fuit ut dicitur: unde idem abbas queritur falsum &c.

Regula. ☞ Fait assavoir que le briefe de faux judgement la ou un seigniour demande sa court de son seigniour en auter courte, ne poet jammes estre forsq; la ou il y ad chiefe seigniour mean et tenaut, et le chiefe seigniour distreine le tenaunt deins son fee quest per my et per tout à respoundre en sa court des choses des queux le seigniour mean doit aver conisaunce: donques le mean purra demaunder sa court de son tenaunt hors de la court son seigniour peramount, pur ceo que ambideux les seigniours purront avower sur le tenaunt en lour fee. Mes un estraung seigniour ne purra demaunder sa court dun auter estraung seigniour purceo que laction en ceo cas est tout al tenaunt &c.

¶ Accedas

¶ Accedas ad curiam nostr' Cantuar', et in plena curia illa recordari facias loquelam &c. inter N. de C. petentem & T. et Dionisiā uxorem ejus tenentes de tanto &c. unde iidem T. et Dionisia queruntur eidem Dionisiæ (quæ post defaltam quam pdictus T. vir suus inde fecit in eadem curia versus præfatum N. admissa fuit ad jus suum in hac parte defendendum, juxta formam statuti de communi consilio regni nostri Angliæ inde provisi) falsum factum fuisse judicium in eadem curia. Et recordum &c. Et summoneas &c. Et habeas &c.

Aliter in curia, qñ uxor admittitur ad jus suū defendendum, juxta formam statuti W. ij. cap. iij.

¶ Rex vicecomiti Lincolniæ salutem. Si I. quæ fuit uxor I. fecerit te &c. tunc assumptis &c. ut in recordari fac' &c. per breve nostrum de recto inter I. de A. petentem et E. de B. tenentem de duodecim acris terræ cum pertinentiis in C, quæ quidem I. et prædictus I. quondam vir suus in loquela pdicta, pro eo quod pdicta E. pdictam terram tenuit in dotem de hæreditate ipsius I. et defaltam fecit in eadem curia, petierūt se admitti ad jus ipsius I. defendendum, juxta formam statuti de communi consilio regni nostri Angliæ inde provisi: unde pdicta I. queritur sibi falsum factum fuisse judicium in curia pdicta. Et recordum &c.

De falso judicio pro eo qui petiit se admitti ad jus suū defendēd'.

¶ Rex, vicecomiti Lincolñ salutē. Si A. fecerit &c. tunc assumptis &c. accedas ad curiā K. reginæ Angliæ de P. et in plena curia illa recordari facias loquelam quæ fuit in eadem curia p retornum brevis nostri inter ipsum A. et B. et C. executores testamenti F. de eo quod iidem executores redderent &c. T. apud Helmesley anno x.

Quādo loquela fuit in curia per retornum brevis. Et est contra registrum.

☞ Et eodem modo eodem anno fuit consimile breve consigñ, rege existente apud Keynesch.

Regula.

¶ Rex, vicecomiti Lincolniæ salutem. Si I. quæ fuit uxor I. de H. fecerit &c. tunc assumptis &c. accedas ad curiam H. fil' H. de P. de C. et in plena curia illa &c. loquelam quæ fuit in eadem curia de C. dum in manu A. quæ fuit uxor H. de P. quæ manerium de C. nuper tenuit in dotem de hæreditate prædicti H. fil' H. extitit per breve nostrum de recto inter I. de A. petentem et præfatos I. de H. et I. et Helenam quæ fuit uxor S, et Margaretam quæ fuit uxor C. de B. tenentes de uno mesuagio, triginta tribus acris terræ, et medietate unius acræ prati cum pertinentiis in C. in qua quidem loquela prædicti I. de H. et I, quoad undecim acras terræ, unam acram et tertiam partem unius mesuagii, quas præfata Helena in dotem, et quod ad alias undecim acras terræ, et unam acram et tertiam partem medietatis unius acræ prati et tertiam partem unius mesuagii, quas prædicta Margareta in dotem inde tenuerunt de hæreditate ipsius I. propter defaltam quam eadem H. et Margareta fecerunt in eadem curia, petierunt se admitti ad jus I. in hac parte defendendum, juxta formam statuti de communi consilio regni nostri Angliæ inde provisi, et quoad prædicta terram pratum et tertiam partem unius mesuagii quæ prædicta M. sic tenuit admissi fuerunt, sed ejusdem petitionis admissio quoad prædicta terram pratum et tertiam partem mesuagii, quæ prædicta H. tenuit ut prædictum est, per præfatum I. de A. extitit ut dicitur contraplacitata, unde eadem I. queritur falsum sibi et præfato

De falso judicio in curia hæredis, de loquela quæ fuit in curia nostra tenent. in doté &c. qñ petiit se admitti.

& pfato I. quondam viro suo factum fuisse judicium in eadem curia: Et recordum illud &c. Et summoneas &c. Et habeas &c. T. &c.

De falso judicio in curia quæ habet returna brevium.

¶ Rex, &c. Accedas ad curiã abbatis btẽ Mariæ Eborũ de E. & in plena curia illa recordari facias loquelam quæ fuit in comitatu tuo per breve nostr' inter C. et D. &c. quæ quidem loquela juxta libertates eidem abbati per cartam progenitorum nostrorum &c. cõcessas, coram ballivis ejusdem curiæ per te retornata fuit placitand': unde idem C. queritur &c. T. anno xvii. apud Westm'. Pernyng Canc'.

Aliter sine brevi secundum consuetudinem civitatis A. 17. apud Westm̃.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si T. filius & hæres R. fecerit &c. tunc assũptis tecũ quatuor discretis et legalibus militibus &c. accedas ad curiã nostrã Wyntoñ, et in plena curia illa recordari facias loquelã quæ fuit in eadem curia sine brevi nostro secundum consuetudinẽ civitatis pdictæ inter A. de T. petentem et prædictũ T. tenentem de uno mesuagio cum pertinentiis in W. unde idem T. queritur falsum sibi fact' fuisse judicium in eadem curia &c. Et recordum &c. T. apud W. xvii.

Nota.

* Nota quod breve de falso judicio nõ jacet in assisa de frisca forcia, sed breve de errore corrigendo quo casu factum fuerit breve sequens anno vii. E. apud Eborum.

De errore corrigendo in assisa friscæ forciæ.

REx, ballivis suis Oxoniæ salutẽ. Quia in recordo & processu, ac etiam in redditione judicii assisæ friscæ forciæ, quæ inter W. et M. uxorem ejus et S. fil' I. C. summonita fuit et capta, corã vobis in curia nostra Oxoniæ sine brevi nostro secund' cõsuetudinẽ civitatis prædictæ de uno mesuagio cum ptinẽtiis in Oxonia, error intervenit manifestus, ad grave damn' ipsius W. sicut ex querela sua accepimus: nos errorem si quis fuerit modo debito corrigi, et partib' prædictis plenam et celerem justitiam fieri volentes in hac parte: vobis præcipimus qd' si judicium inde redditum sit, tunc recordum & processum assisæ pdictæ, cum omnibus ea tangentibus nobis sub sigillis vestris distincte & aperte mittatis, et hoc breve: ita quod ea habeamus à die sancti Martini in xv. dies ubicunq; &c. ut inspectis recordis et proc' prædictis, ulterius in præmissis fieri faciamus quod de jure & secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum. T. &c.

Nota. Cum pluries inde.

* Eodem anno factum fuit inde sicut alias.

¶ Rex, ballivis suis Oxoinæ salutem. Cum nos nuper ad prosecutionẽ S. accipientes, quod in recordo &c. usq; ibi uxorem ejus et prædictum S. summonita fuit &c. manifestus: et nos errorem si quis fuerit modo debito corrigi, et partibus prædictis plenam et celerem justitiam fieri volẽtes in hac parte, vobis pluries præceperimus, quod si judicium inde redditum esset, tunc recordum et processum assisæ prædictæ cum omnibus ea tangentibus nobis in cancellariam nostram sub sigillis vestris distincte et aperte mitteretis, et breve nostrum quod vobis inde venit, vel causam nobis significaretis quare mãdato nostro alias vobis inde directo minime paruistis: ac vos spretis mandatis nostris prædictis ut accepimus, rec' et proc' pdicta nobis in cancellariam nostrã pdictã mittere, vel saltem causam quare id facere noluistis, vel non potuistis, nobis significare hactenus nõ curaveritis, in nostri ac mandator'

nostrorum

nostrorum prædictorum contemptum manifestum, et ipsius S. damnum non modicum et gravamen, de quo miramur quā plurimū et movemur: vobis adhuc præcipimus firmiter injungentes quod si judicium &c. sit, tunc recor' et proc' prædicta cum omnibus ea tangent' &c. mittatis, juxta tenorem mandatorum nostrorum prius vobis inde directorum: vel vos ipsi sitis coram nobis tali die ubicunq; &c. ostensuri quare mādatis nostris prædictis toties vobis inde directis parere contempsistis. Et habeatis ibi hoc breve. T. &c.

* Fiat inde attachiamentum sicut in brevi replegiari recitando breve prædictum, mutatis mutandis. Nota.

Rex justitiario suo Cestriæ vel ejus locum tenenti ibidem salutem. Quia in recordo et processu, ac etiam in redditione judicii loquelæ, quæ fuit coram vobis (præfate justitiarie) per breve nostrum de errore secundum consuetudinem comitatus prædicti, inter W. de B. et I. uxorem ejus, et R. filium R. defuncti ut dicitur, de recordo et processu assisæ novæ disseisinæ, quæ inter ipsum R. et prædictos W. et I. et alios in brevi nostro originali comitatus pdicti contentos, sūmonita fuit et capta coram vobis per breve nostrum comitatus prædicti de ten in S.) error intervenit manifestus, ad grave damnum R. fil' et hæredis prædicti R. sicut ex querela sua accepimus: nos errorem si quis fuerit modo debito corrigi, et partibus prædictis plenam et celerem justitiam fieri volentes in hac parte: vobis mandamus quod si judicium inde redditum sit, tunc tam recordum et processum loquelæ prædictæ quā recordum et processum dictæ assisæ coram vobis sic habita cum omnibus ea tangentib', nobis sub sigillo vestro distincte et aperte mittatis, et hoc breve: ita quod ea habeamus à die sancti Michaelis in xv. dies vbicunq; &c. ut inspectis recordis et processibus prædictis, ulterius fieri faciamus quod de jure et secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum. T. &c.

De errore in comitatu Cestriæ, in recordo & processu alterius loquelæ de errore &c.

* Nota que en brief derror en le county de Chester jour serra done per si longe tēps que trois countees purront estre tenus la devant le jour de returne de mesme le bř en le banc le roy, per quel temps le Justices ou lievtenant deins m̄ le countee purront redresser lerror sils voylent: et ceo per les usages de mesme le countee. Mes en bř derror sur error ils naveront nul tiel poyer. Mes les recorde et proces devont estre mandes à la primer countee cy en banc le roy. Et per le usage de m̄ le cōūtee, neuf cōūtees serront ten' la en un an, et huit ē lautre et ē cōverso. &c. Nota.

¶ Rex di. et fi. suo R. C. salutem. Quia in recordo et processu ac etiam in redditione judicii loquelæ quæ fuit coram vobis et sociis vestris justitiariis nostris de banco, p breve nostrum inter H. et I. de eo qd' idem I. reddat pfato &c. rationabilē compotū suū de tempore quo fuit ballivus suus in L. et receptor denariorum ipsius H, error intervenit manifestus ad grave damnum ipsius I, sicut ex querela sua accepimus: nos errorē si quis fuerit modo debito corrigi, & eidem I. plenam et celerē justitiam fieri volentes in hac parte: vobis mandamus quod si judiciū inde redditum sit, tunc recordū & processum loquelæ prædictæ cū omnib' ea tangentibus, nobis sub sigillo vestro distincte & aperte mittatis, & hoc breve: ita quod ea habeamus &c.

De errore corrigendo facto coram justitiariis de communi bāco in brevi de compoto.

¶ Rex

De errore corrigendo per parliamentum.

¶ Rex, vicecomiti Bristoll' salutem. Quia in recordo & pcessu ac etiam in redditiōe judicii loqlæ quæ fuit coram nobis per breve nostrū de errore inter W. C. et A. uxorē ejus qrentes, & B. deforciantē, sup recordo & processu assisæ friscæ fortiæ q nup summonita fuit & capta coram E. nuper majore villæ Bristoll' & R. B. et I. C. nuper ballivis ejusdē villæ, inter pdictū B. et pfatos W. et A. ac H. C. et B. uxorem ejus de teñ in Bristoll' sine brevi nostro secundum consuetudinē ejusdē villæ, error intervenit manifestus, ad grave damnum ipsius B. &c. in hac pte tibi præcipimus quod per probos et legales homines de balliva tua scire facias præfatis W. et A. qui de disseisina eidem B. de tenemētis pdictis facta per recognitionē assisæ pdictæ convicti fuerunt, quod sint coram nobis & consilio nostro in parliamento nostro apud Westm' in quindena sancti Hilarii proxima futura tenend', ad audiendum recordum & processum prædicta coram nobis sic habita, necnon errores quos præfatus B. in hac parte assignare et allegare contigerit: & ad faciend' ulterius et recipend' quod curia nostra parliamenti consideraverit in præmissis. Et habeas ibi nomina illorum per quos eis scire feceris, et hoc breve. T. &c.

De errore corā Senescallo & Mareschallo scut pluries.

¶ Rex, Senescallo et Marescallo hospitii sui salutem. Quia in recordo et prosessu, ac etiam in redditione judicii loquelæ q fuit coram nobis in curia nostra marescalciæ sine brevi nostro secundum cōsuetudinem ejusdem curiæ, inter W. S. et R. C. de quadam transgressione eidem W. per præfatum R. apud T. infra virgam nostram illata ut dicitur, error intervenit manifestus &c. accepimus: ac nos volētes errorē si quis fuerit modo debito corrigi, et partibus prædictis plenam & celerē justitiam &c. in hac parte vobis per breve nostr' pluries mandaverimus, qd' si judicium inde redditum esset, tunc recordum et processum pdicta cum omnib' ea tangentibus nobis in cancellariam nostram sub sigillo vestro (vos præfate Senescalle) distincte & aperte sine dilatione mitteretis, unà cum brevi quod vobis inde venit, vel causam nobis significaretis quare mandato nostro aliàs vobis inde directo minime paruistis: ac vos spretis mandatis nostris pdictis ut accepimus, pmissa facere, vel saltē causā quare ea facere noluistis vel non potuistis, nobis significare hactenus non curaveritis, in nostri ac mandatorum nostrorum pdictorum &c. ut in pluries de averiis repleg', et movemur: vobis adhuc mandamus firmiter injungentes, quod si judicium inde redditum sit, tunc recordum & processum pdicta cum omnib' ea tangētib' nobis in cācellariam nostram sub sigillo vestro (præfate Senescalle) distincte et aperte sine dilatione mittatis: vel vos ipsi sitis coram nobis in octavis sancti Hilarii ubicunq; tunc fuerim' in Angl', ostensuri quare mandatis nostris prædictis toties vobis inde directis parere contempsistis. Et habeatis ibi hoc breve &c.

Nota.

✠ Nota que est ordeigne per le statut en temps le roy Edward tierce lan du son reign decimo ca. tertio, q en cas que home se voudra pleindra de error fait devant les Senescal & Mareschal de lostell le roy: eit le plaintif brief de fair vener le record & processe devant le roy en son place, & illonques soit lerrour redresse: & auxint soit fait ē chesc' auť cas ou hōe se vaudra pleindre derror fait devāt les dits Seneschal & Mareschal del hostiel le roy.

Rex



Ex, vicecomiti Eborum salutem. Præcipimus tibi quod executionem judicii nuper redditi in comitatu tuo, de loquela quæ fuit in eodem comitatu per breve nostrum de recto, inter A. petentem & B. tenentem de uno mesuagio cum pertinentiis in I. sine dilatione fieri facias. T. &c. *De executione judicii in comitatu.*

¶ Præcipimus tibi sicut alias præcepimus, quod executionem judicii &c. fieri facias vel causam nobis significes, quare mandatum nostrum aliàs tibi inde directum exequi noluisti vel non potuisti. T. &c. *Sicut alias.*

¶ Rex, ballivis suis de hundredo de C. salutem. Cum pluries vobis præceperimus, quod executionem judicii nuper redditi in Hundredo nostro de C. de loquela quæ fuit in eodem Hundredo sine brevi nostro inter C. & D. de debito decem librarum quod idem C. à præfato D. exigit, sine dilatione fieri faceretis, vel causam nobis significaretis quare mandatum nostrum aliàs vobis inde directum exequi noluistis, vel non potuistis, ac vos spretis mandatis nostris prædictis ut accepimus executionem judicii prædicti fieri facere, vel saltem causam quare eam facere noluistis vel non potuistis nobis significare hactenus non curaveritis, in nostri ac mandatorum nostrorum prædictorum contemptum manifestum, & ipsius C. damnum non modicum & gravamen, de quo miramur quamplurimum & movemur: vobis adhuc præcipimus firmiter injungentes, quod executionem judicii prædicti fieri faciatis, juxta tenorem mandatorum nostrorum prædictorum vobis prius inde directorum: vel vos ipsi sitis coram nobis in tali die ubicunque &c. ostensuri quare mandata nostra prædicta toties vobis inde directa exequi contempsistis. Et habeatis ibi hoc breve. T. &c. *Cum pluries.*

☞ Et fiat inde attachiamentum coronatoribus, quod semper observetur versus vicecomitem. Sed attachiamentum versus ballivos semper dirigitur vicecomiti. *Regula.*

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit &c. tunc pone &c. F. ballivum abbatis G. de K. quod sit coram nobis &c. ostensurus quare cum eidem ballivo pluries præceperimus, quod executionem judicii &c. fieri faceret, vel causam nobis significaret quare mandata nostra pluries ei inde directa exequi noluit vel non potuit, vel quod esset coram nobis tali die proximo præterito ubicunq; tunc essemus in Anglia, ostensurus quare mandata nostra prædicta toties ei inde directa exequi contempsit, & breve nostrum ei inde directum haberet tunc ibidem: idem ballivus spretis mandatis nostris prædictis ut accepimus, executionem judicii prædicti fieri facere, vel saltem causam quare eam fieri facere noluit vel non potuit, nobis significare, vel coram nobis ad diem prædictum venire, & breve nostrum ei inde directum ibidem retornare non curavit, in nostri ac mandatorum nostrorum prædictorum contemptum manifestum, & ipsius A. damnum non modicum & gravamen. Et habeas &c. *Attachiamentum.* *Aliter de trasgressione.*

¶ Inter A. & C. de quadam transgressione eidem A. per præfatum C. illata ut dicitur sine dilatione &c. vel sic, executionem judicii nup redditi in curia nostra Ebor', de loquela quæ fuit in eadem curia sine brevi nostro *Aliter secundū consuetudinem civitatis de debito.*

n nostro secundum consuetudinem civitatis prædictæ inter Alanum de C. et B. de D. de debito. C. librarum quod idem A. à præfato B. exigit.

Aliter de averiis. Aliter.

¶ Vel sic, inter A. et B. de averiis ipsius A. captis et injustè detentis ut dicitur fieri facias &c. De quadam pixide vel cista cum cartis & aliis similibus.

Aliter in London in assisa friscæ forciæ.

¶ Rex, ballivis de K. vel vic. London' salutem. Præcipimus vobis &c. in curia nostra de K. vel in curia nostra London sine brevi nostro inter A. et B. de quadam frisca forcia eidem A. per præfatum B. de ten' in K. vel in London' facta ut dicitur, sine dilatione &c.

Aliter pro executoribus de debito.

¶ Inter A. et B. executores &c. & N. de eo quod idem N. reddat iisdem executoribus viginti solidos &c. sine brevi &c.

Nota.

* Nota breve in casu isto apud Coventre propter libertatem concessam per cartam &c.

Regula.

☞ Si briefe de droit soit purchase a pleder en la court dascun seniour, de terre quest du fee dun auter seigniour, le seigniour a qui la terre est, avera briefe a repeller la ple, si ceo soit en Eir ou devant justice de banc, que est tiel.

Cum quis petit curiam de tenẽte suo extra curiam regis.

Rex, dilectis & fidelibus suis Johanni de W. et sociis suis justitiariis itinerantibus in comitatu tali salutem. Ex querela R. accepimus, quod cum ipse sicut cæteri liberi homines de regno nostro Angliæ per magnam cartam de libertatibus Angliæ, curiam suam habere debeat de libero tenemento quod de eo tenetur, & unde per breve nostrum de recto implacitatur: ac A. de B. implacitet M. de tanto &c. coram vobis per breve nostrum de recto, quod quidem placitum inchoatum fuit primò in curia P. quod quidem ten' idem M. tenet de prædicto R. per servitium unius denarii per annum pro omnio servitio, per quod cognitio placiti prædicti ad ipsum R. et non ad alium de jure pertinere debet ut dicit: nos dicto R. in hac parte injuriari nolentes, vobis mandamus si vobis constare poterit prædictum tenementum de prædicto R. & non de prædicto P. tenæri ut prædictum est, ita quod placitum illud in curia sua de jure debeat deduci: tunc cognitioni placiti prædicti coram vobis prout justum fuerit supersedeatis donec aliud vobis inde præceperimus. T. &c.

De warrantia de servitio regis pro defendente. Non sunt in usu.



Ex, ballivis Thomæ comitis L. honoris de Tuttebury in comitatu Staff. salutem. Sciatis quod abbas de Miravall fuit in servitio nostro tali die, ita quod eo die interesse non potuit loquelæ quæ est coram vobis in curia prædicti domini vestri honoris prædicti in comitatu prædicto sine brevi nostro inter G. et præfatum abbatem de averiis ipsius G. captis & injuste detentis. Et ideo vobis præcipimus &c. ut postea. T. ix. die Septembris, anno quinto.

Aliter.

¶ Rex, vicecomiti Lincoln' salutem &c. loquelæ quæ est in comitatu tuo sine brevi nostro, inter ipsum episcopum & priorem de B. de averiis ipsius episcopi captis et injuste detentis &c.

Aliter.

¶ Inter ipsum I. petentem et B. de H. tenentem de manerio S. cum pertinentiis &c.

¶ Inter

¶ Inter ipsum W. de H. & B. de averiis ipsius B. captis & injustè detentis ut dicitur. Aliter.

¶ Rex, justitiariis suis de banco salutem. Sciatis quòd A. fuit in servitio nostro per præceptum nostrum die lunæ in crastino quindenæ Paschæ proximò præterito, ita quòd eo die interesse non potuit loquelæ, quæ est coram vobis per breve nostrum inter B. petentem et prædictũ A. tenentem de uno messuagio cum pertinentiis in N: unde idem A. C. versus prædictum B. inde vocavit ad warrantum ut dicitur. Et ideo vobis mandamus quòd prædictus A. propter absentiam suam ad diem illum non ponatur in defaltam, nec aliquo sit perdens, quia idem illum quoad hoc warrantizamus &c. De warrantia de servitio regis.

☞ Et potest scribi majori & vicecomitibus Londoñ, & episcopo Dunelm̃ infra libertatem suam Dunelm̃. Et justitiariis ad assisas &c. & vicecomiti &c. Regula.

¶ Sciatis quòd A. fuit in servitio nostro per præceptum nostrum die Jovis in octavis sancti Hillarii, & die Lunæ in crastino animarum ꝓximis præteritis, ita quòd diebus illis interesse non potuit loquelæ quæ est coram vobis per breve nostrum inter &c. Et ideo vobis mandamus quod prædictus A. propter absentiam suam ad dies illos non ponatur &c. quia dies illos quoad hoc ei warrantizamus. T. &c. Aliter.

☞ Ista duo brevia præcedentia non conceduntur nisi per ipsum regem. Regula.

¶ Quia A. fuit corã Senescallo & Marescallo nostro die lunæ in quindena sancti Johannis Baptistæ proximò præterito, in diversis inquisitionibus, quæ coram eisdem Senescallo & Marescallo, prædicto die summonitæ fuerunt apud E. sicut idem Senescallus noster coram nobis testificatus est, vobis mandamus quod prædictum A. pro eo quòd nõ venit coram vobis in aliis inquisitionibus quæ coram vobis eodẽ die summonitæ fuerũt, non amerciemini, nec exitus si in quos coram vobis ea occasione inciderit, perdere permittatis. T. &c. De warrantia testimonium senescalli regis.

☞ Breve de warrantia de servitio domini regis potest fieri pro petente sicut pro tenente. Et factum fuit anno xiiii. Edwardi iii. sic. Regula.

¶ Sciatis quòd A. fuit in servitio nostro die lunæ in crastino quindenæ paschæ proximo præterito, ita &c. inter ipsum A. petentem & B. tenẽtem &c. Et dictum fuit die lunæ in crastino quindenæ, quia die dominica quæ fuit xv. placita non tenentur. Aliter.

Rex, dilecto et fideli suo G. Lestrop & sociis suis &c. salutem. Cùm R. de C. clericus implacitet in curia nostra coram nobis per breve nostrum A. de C. de quadam transgressione eidem R. per præfatum A. illata ut dicitur, ac idem A. prosecutionem præfati R. in hac parte callidè machinans impedire: ad quindenam sanctæ Trinitatis proximò præteritam, quem diem partes prædictæ habuerunt, ut dicitur, in eodem brevi, coram nobis de servitio nostro versus præfatum R. se fecerit essoniari. Et quia certitudinaliter nobis constat, quod idem A. in servitio nostro ad quindenam prædictam nõ extitit, nec adhuc existit; præmissa vobis significamus, ut ulterius inde fieri faciatis quod de jure et secundum legem &c. faciend'. T. &c. Quando aliquis se essoniavit de servitio regis, breve ad procedendum.

Regula. ☞ Brevia præcedentia non sunt in usu.

De clamia admittenda in itinere per attornatum primo die itineris.

¶ Rex, justitiariis suis proximè itinerantibus in comitatu tali salutem. Quia I. diversis obsequiis nostris de mandato nostro intendit, per quod ad primum diem summonitionis de itinere prædicto in comitatu prædicto corā vobis facto, coram vobis personaliter accedere non potest: vobis mandamus quod clamiam ipsius I. de libertatibus suis in comitatu prædicto, quam coram vobis per attornatum suum in hac parte fecerit, per eundem attornatum suum admittatis, et eidem I. super hoc justitiam faciatis absentia sua non obstante. T. este & cetera.

Aliter de libertatibus exigendis in itinere.

¶ Rex, eisdem salutem. Quia per commune consilium regni nostri Angliæ provisum est, quod quilibet liber homo liberè possit facere attornatum suum ad libertates suas vendicandas, exigendas, prosequendas et defendendas: vobis mandamus quod attornatum quem R. per literas suas patentes suo loco attornare voluerit ad libertates suas vendicandas, exigendas, prosequendas et defendendas, coram vobis in itinere vestro in comitatu prædicto, loco ipsius R. sine difficultate ad hoc recipiatis hac vice de gratia nostra speciali. T. &c.

De attornā in omnibus placitis & querelis in itinere, & ad libertates calumniandas.

¶ Rex, justitiariis suis proximè itineraturis vel itinerantibus in comitatu tali salutem. Sciatis quod A. attornavit coram nobis loco suo B. & C. ad lucrandum vel perdendum in omnibus placitis et querelis motis vel movendis pro ipso A. vel contra ipsum, necnon ad libertates suas calumniandas, prosequendas et defendendas, coram vobis in itinere vestro in comitatu prædicto. Et ideo vobis mandamus &c. recipiatis &c.

Nota. ✠ Hic non dicatur juxta formam statutorum.

Aliter in omnibus placitis & querelis in itinere juxta formam statuti Merton. cap. ix. Gloucester ca. viii. W. ii. ca. x.

¶ Ad lucrandum vel perdendum in omnibus placitis et querelis motis vel movendis, pro ipso A. vel contra ipsum, coram vobis in itinere vestro in comitatu prædicto. Et ideo vobis mandamus &c. recipiatis juxta formam statuti de communi consilio regni nostri inde provisi. T. &c.

Aliter de attornā.

¶ Ad lucrandum vel perdendum in omnibus placitis et querelis motis vel movendis, pro ipso A. vel contra ipsum, necnon ad libertates &c. coram justitiariis nostris &c. Et ideo &c.

Regula. ☞ Non dicatur hic juxta formam &c.

Dedimus potestatem inde.

¶ Ad lucrandum &c. in omnibus placitis &c. per ipsum A. vel contra ipsum, coram justitiariis nostris itinerantibus in comitatu Lincolñ, juxta formam statuti de communi consilio regni nostri Angliæ inde provisi. Et ideo vobis mandamus quod attornatos &c.

Nota. ✠ Nota que per le statuit de Westminster fait en temps le roy Edwarde tierce Anno quinto, capitulo quinto, est estable & accorde, que essoigne de service le roy, ne protection, ne soyent allowes en nul brief dattaint, nient plus quen assise de novel disseisin: pur eschuer grand delayes.

¶ Rex,

Ex, omnibus ballivis et fidelibus suis ad quos præsentes literæ pervenerint salutem. Sciatis quòd A. qui de licẽtia nostra versus partes transmarinas profecturus est, attornavit corã nobis loco suo R. & S. sub alternatione, ad lucrandum vel perdendum in omnibus placitis et querelis motis vel movendis pro ipso A. vel contra ipsum in quibuscunq; curiis Angliæ. Et ad instantiam ipsius A. concessimus, quòd iidem R. et S. vel eorũ alter, quem præsentem esse contigerit, loco ipsius A. facere possint vel possit attornatos vel attornatum, quos vel quem voluerint vel voluerit in curia nostra coram nobis, ad omnia prædicta placita et querelas prosequenda et defendenda, et ad lucrandum vel perdendum in eisdem sicut prædictum est. In cujus &c. has literas &c. patentes per biennium vel triennium vel quadriennium duraturas: præsentibus minime valituris, si contigerit ipsum A. iter illud non arripere, vel postquam citra terminum illum in Angliam redierit à partibus supradictis. T. &c.

De attornato generali quia profecturus est ad partes transmarinas: & taliter debet indorsari. Iohãnes Frãke clericus recepit attorñ usq; reditum constituentis in Angliam.

☞ Non cõceditur nisi pars quæ facere voluerit attornatũ, venerit coram aliquo magistrorum cancellariæ in propria persona, nisi sit per billam de privato sigillo. Regula.

¶ Rex, eisdem salutem. Sciatis quòd A. &c. ut supra usq; ibi sub alternatione: & tunc sic, ad lucrãdum vel perdendum in omnibus placitis et querelis tam per brevia nostra de premunire facias, quam in omnibus aliis placitis et querelis motis vel movendis &c. ut supra. Aliter.

¶ Rex eisdem salutem. Sciatis quòd A. qui de licentia nostra in partibus transmarinis moratur, attornavit coram nobis &c. ut supra usque ibi, valituris: et tunc sic, præsentibus minime valituris post adventum ipsius A. in Angliam, si contigerit ipsum interim venire ad partes istas T. &c.

Aliter: & debet indorsari sic ꝑ unũ magistrorum, Iohannes Franke clericus recepit attorñ ipsius cõstituentis, usq; adventum ipsius in Angliã.

¶ ∴ Rex, eisdem salutem. Sciatis quòd A. qui de licentia nostra versus partes Hyberniæ profecturus est, attornavit coram nobis &c. ut supra in primo patente. ∴ Aliter.

¶ * Rex, omnibus ballivis et fidelibus suis in Hybernia salutem. Sciatis quòd A. qui in Anglia moratur, attornavit coram nobis &c. ut supra usque ibi, vel contra ipsum: et tunc sic, in quibuscunque curiis Hyberniæ. Et ad instantiam &c. voluerit coram nobis in cancellaria nostra Hyberniæ ad omnia prædicta &c. valituris post adventum ipsius A. in Hyberniam, si contigerit ipsum interim venire ad partes illas. T. &c.

* Aliter de attornato generali in Hybernia, pro illo qui moratur in Anglia.

¶ Rex, omnibus ballivis et fidelibus suis ad quos &c. salutem. Sciatis quòd de gratia nostra speciali, et pro eo quòd dilecta nobis in Christo priorissa domus de ordine prædicatorum de Dertford', quæ de fundatione domini Edwardi nuper regis Angliæ progenitoris nostri et nostro patronatu reclusa existit, ita quod circa placita et alia negotia ipsam et domum suam prædictam tangentia personaliter laborare nequeat: concessimus eidẽ priorissæ quod ipsa generales attornatos ad omnia placita et querelas prædict' priorissam tãgentia, & loco ipsius priorissæ prosequenda & defendenda facere possit. Ac præfata Aliter.

fata priorissa attornavit coram nobis loco suo Johannem Martyn et Iohannem Deping sub alternatione, ad lucrandum vel perdendum in omnibus placitis et querelis motis vel movendis pro ipsa priorissa vel contra ipsam in quibuscunq; curiis Angliæ. Et ad instantiam ejusdem priorissæ concessimus, quod eidem Iohannes vel eorum alter quem præsentem esse contigerit, loco ipsius priorissæ facere possint vel possit, attornatos vel attornatum, quos vel quem voluerint vel voluerit, in curia nostra coram nobis ad omnia prædicta placita et querelas prosequenda et defendenda, & ad lucrandum vel perdendum in eisdem sicut prædictum est. In cujus &c. per biennium duraturas. T. &c.

De attornato generali pro abbate morāte in partibus transmarinis.

¶ Sciatis quòd dilectus nobis in Christo abbas de I, qui in partibus transmarinis moratur, attornavit coram nobis &c. usque ibi, præsentibus minime valituris post adventum ipsius abbatis in Angliam, si cōtingat ipsum interim venire ad partes istas. T. &c.

De attornato generali quia morat' in Hybernia in obsequio regis.

¶ Sciatis quòd A. qui in obsequio nostro in Hybernia moratur, vel sic qui de licentia nostra in partibus Hyberniæ moratur, attornavit &c. in quibuscunq; curiis Angliæ &c.

Dedimus potestatem de attornato generali.

¶ Rex, A. salutem. Sciatis quod dedimus vobis potestatem recipiendi attornatos A. in partibus transmarinis commorantis, quos coram vobis loco suo attornare voluerit, ad lucrandum vel perdendum in omnibus placitis &c. usq; ibi, in quibuscunq; curiis Angliæ per bienniū. Ita quod iidem attornati vel eorum alter qui præsens fuerit, loco ipsius A. si idem A. hoc petat, facere possint vel possit, attornatos &c. usq; ibi, sicut prædictum est. Et ideo vobis mandamus quod cum attornatos illos receperitis &c.

Aliter in omnibus placitis &c. ad libertates exigendas.

¶ In omnibus placitis et querelis motis vel movendis, pro ipso A. vel contra ipsum, in quibuscunq; curiis Angliæ: necnon ad libertates suas in eisdem curiis calumniandas vel exigendas, prosequendas et defendēdas per biennium: ita quod iidem attornati &c. ad omnia prædicta placita et querelas prosequenda et defendenda, et ad lucrandum vel perdēdum in eisdem, necnon ad libertates prædictas calumniand' vel exigendas prosequendas et defendendas, sicut prædictum est. T.

Dedimus potestatē de eodem quia languidus.

¶ Sciatis quòd nos statui dilectæ nobis A. (quæ tāta infirmitate ad præsens detinetur, quod ad placita et negotia ipsam in curia nostra cōtingentia personaliter prosequenda et defendenda nō sufficit) cōpatientes: dedimus vobis potestatem recipiēdi attornatum prædictæ A. &c.

De attornato generali pro priore sancti Iohannis Hierusalem in Anglia in omnib' placitis &c. & ad libertates prosequendas &c.

¶ Rex, omnibus ballivis et fidelibus suis ad quos &c. salutem. Cùm omnes et singuli domus et fratris hospitalis sancti Johannis Hierusalem, tam in Scotia quàm in Wallia et Anglia, dispositioni dilecti nobis in Christo fratris Thomæ Larcher prioris hospitalis p̄dicti in Anglia sint subjecti, & ipsum priorē dispositioni eorundē vacare oporteat, p quod ipse variis negotiis hospitale p̄dict' in Anglia tangentibus præpeditus, defensioni suæ in diversis placitis ipsum et hospitale prædictum in Anglia contingentibus personaliter vacare non potest, prout sibi & eidem hospitali expediret: volentes eidem priori gratiam in hac parte

facere

facere specialem, concessimus eidem quod frater N. et frater S. confratres ipsius prioris (quos idem prior attornavit corã nobis loco suo sub alternatione ad lucrandum vel perdendum in omnibus placitis et querelis motis vel movendis pro ipso priore vel contra ipsum, et ad libertates suas calumniandas, prosequendas, & defendẽdas in quibuscunque curiis Angliæ) vel eorum alter, quem præsentem esse contigerit, loco ipsius prioris facere possint vel possit attornatos vel attornatum quos vel quem voluerint vel voluerit, in curia nostra coram nobis ad omnia prædicta placita et querelas prosequenda et defendenda, & ad lucrandum vel perdendum in eisdem, necnon ad libertates, suas prædictas calumniandas, prosequẽdas et defendendas, sicut prædictum est. In cujus &c. per biennium duraturas. T. &c.

Nota quòd potest facere quos & quot voluerit per licentiam.

¶ Rex, venerabili in Christo &c. episcopo Oxoniæ vel dilecto sibi in Christo abbati de Bello, vel dilecto & fideli suo A. comiti Arundell', vel dilecto clerico suo A. vel Dionysio de N. salutem. Et dicatur semper. Sciatis &c. ut supra.

Nota de principiis brevium de Dedimus potestatem.

¶ Ad lucrandum vel perdendum &c. curia Hyberniæ, necnon ad libertates suas calumniandas, prosequendas, &c.

De attornã in Hybernia

¶ Rex, omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quòd cùm terræ et tenementa dilecti nobis in Christo Adæ abbatis beati Petri Glouc' ad abbatiam illam spectantia, in diversis comitatibus regni nostri Angliæ longè à dicta abbatia distantibus existant, idèmq; abbas eo frequentius per aliquos ipsum laboribus & expensis fatigare machinantes, in diversis curiis nostris & aliorum in comitatibus prædictis implacitetur multipliciter et gravetur, quo viderint ipsum abbatem propter distantiã locorum et viarum discrimina absq; maximo corporis sui periculo et præmagnitudine sumptuũ laborare nõ posse, ad negotia sua, ipsum ratione terrarum & tenementorũ prædictorum cõcernentia, in eisdẽ curiis prosequenda & defendenda, nos ad præmissa cõsiderationem habentes, ac ob devotionem et spiritualem affectionẽ quas ad ecclesiam abbatiæ prædictæ, in qua corpus celebris memoriæ dñi E. nuper regis Angl' patris nostri jacet humatũ, gerimus et habemus, volentes præfato abbati gratiam in hac parte facere specialem: concessimus pro nobis & hæredibus nostris eidẽ abbati, quòd ipse toto tẽpore vitæ suæ in curia nostra coram nobis facere possit attornatos generales, ad omnia placita et querelas mota vel movenda pro ipso abbate vel cõtra ipsum in quibuscunq; curiis prosequenda et defendenda, & ad lucrãdum vel perdendũ in eisdem: ita quod iidem attornati vel eorum alter quem præsentem esse contigerit, loco ipsius abbatis facere possint vel possit attornatos vel attornatũ, quos vel quem voluerint vel voluerit, ad omnia prædicta placita & querelas prosequenda & defendenda, & ad lucrandum vel perdendum in eisdem sicut prædictum est. Et quòd idem abbas hujusmodi attornatos generales sic per ipsum constitutos in prædicta curia nostra amovere, et alios loco sic amovendorum substituere possit, quoties sibi visum fuerit expedire: ita tamen quod hujusmodi concessio nostra non trahatur in cõsequentiam. In cujus &c. T. &c.

Literæ patẽtes regis, quòd abbas ad totã vitam suam possit facere attornatos generales.

T.&c. anno decimo Edwardi.iii. ☞ Per ipsum regem.

De attornato inde.

¶ Rex, omnibus ballivis & fidelibus suis &c. salutem. Sciatis quòd dilectus nobis in Christo Adam abbas beati Petri Gloucestriæ, cui nuper pro eo quod terræ & tenementa ipsius abbatis ad abbatiam illam spectantia in diversis comitatibus &c. ut in præcedenti brevi usq; ibi, prosequenda & defendenda: et tunc sic, necnō ad devotionem et spiritualem affectionem &c. ut supra usq; ibi, gerimus et habemus: et tunc sic, per literas nostras patentes de gratia nostra speciali concessimus pro nobis & hæredibus nostris &c. ut supra usq; ibi, vel perdend' in eisdem: attornavit coram nobis loco suo A. et B. sub alternatione &c. ut supra in cōmuni brevi. Et ad instantiam ejusdem abbatis concessimus, quod iidem A. vel B. vel eorum alter qui præsens fuerit, loco ipsius abbatis facere possint &c. usque ibi, sicut prædictū est. In cujus &c. quousq; idem abbas præfatos A. & B. vel alterum ipsorum duxerit amovendos vel amovendum. T.

De custode generali pro illo qui est infra ætatem.

REx, omnibus ballivis &c. salutē. Sciatis quod admisimus R. et T. sub alternatione, custodes dilecti nobis W. de C. infra ætatem existentis, qui nobiscum in obsequio nostro in partibus trāsmarinis moratur: vel sic, qui cū dilecto A. de B. ad partes trānsmarinas in obsequiū nostrū profecturus est: qui vel in obsequio nostro in partibus Aquitaniæ in comitiva tali moratur: qui vel de licentia nostra ad partes trānsmarinas profecturus est ibidē in obsequio nostro in comitiva tali moraturus: ad prosequendum & defendendū omnia placita & querelas mota vel movenda pro ipso W. vel contra ipsum, in quibuscunque curiis Angliæ. Et ad instantiā ejusdem W. cōcessimus, quod iidem R. & T. vel eorum alter quem præsentem esse contigerit, loco ipsius W. facere possint vel possit custodes vel custodem quos vel quem voluerint vel voluerit in curia nostra coram nobis, ad omnia prædicta placita et querelas prosequenda et defendenda, sicut prædictum est. In cujus &c. præsentibus &c. Et variatur secundum præcedens.

Literæ patent' ad faciendum generalem attornatum quia infirmus.

¶ Rex omnibus ballivis &c. Sciatis quòd cùm abbatia beatæ Mariæ de Melsa, quæ in comitatu Eborum, de diversis terris, tenementis et possessionibus in diversis partibus regni nostri ab eadem abbatia multum longinquis sit dotata, et dilectus nobis in Christo abbas loci illius adeo senio cōfractus, & tā gravi infirmitate corporis sui continuè fatigatus existat, quod dispositioni negotiorum ipsum & abbatiam suā prædictam, ratione terrarum, tenemētorū et possessionū prædictorū in locis pdictis contingentium, seu eorūdem negotiorum defensioni personaliter vacare non potest, prout sibi et dictæ domui suæ expediret, eo prætextu quam plures malevoli pdicti abbatis ipsum per diversa placita de terris, tenemētis et possessionibus supradictis frequētius gravare præsumunt, sicut ex testimonio accipimus fide digno: nos ex causis præmissis statui ipsius abbatis cōpatientes, et volentes securitati suæ in hac parte favorabilius pvidere: cōcessimus de gratia nostra speciali eidē abbati, quod ipse pro libito volūtatis suæ quamdiu dicta infirmitate detentus fuerit, facere possit in curia nostra attornatum

vel

vel attornatos, generalem vel generales, ad libertates suas in quibuscunq; curiis Angliæ calumniandas & tam ad eas quàm ad omnia placita & querelas mota vel movenda pro ipso abbate vel contra ipsum in curiis prædictis prosequenda & defendenda, necnon ad lucrandum vel perdendum in eisdem sicut &c. ita quod iidem attornati vel eorum &c. voluerit in curia nostra tam ad libertates prædictas calumniandas, quàm ad eas & omnia prædicta placita & querelas prosequēda & defendenda, & ad lucrandum vel perdendum in eisdem, sicut prædictum est. Et quod idem abbas hujusmodi attornatos generales sic per ipsum constitutos, in curia nostra prædicta amovere, & alios in loco sic amovendorum substituere possit, quoties sibi visum fuerit expedire. In cujus &c. per prædictum tempus duraturas. T. R. Anno xi. E. iii.

* Per breve de privato sigillo. Nota.

¶ Rex omnibus ballivis &c. salutem. Sciatis quòd dilectus nobis in Christo Adā abbas beatæ Mariæ de M. (qui in Anglia moratur, & qui dispensioni negotiorum ipsum & abbatiam suam prædictam contingentium seu eorum defensioni, ob continuam infirmitatē qua detinetur, personaliter vacare non potest, sicut sumus certitudinaliter informati, cui etiam ex causa premissa & aliis causis de gratia nostra speciali concessimus, quod quamdiu infirmitate prædicta detineatur, facere possit pro libito voluntatis suæ in curia nostra attornatos generales, ad libertates suas in quibuscunque curiis Angl' calumniand', & tam ad eas quàm ad omnia placita & querelas mota vel movenda pro ipso abbate vel contra ipsum in curiis prædictis prosequēda & defendenda, necnon ad lucrandum vel perdendum in eisdem prout in literis nostris patentibus inde confectis plenius continetur) attornavit coram nobis loco suo R. & S. sub alternatione, ad libertates suas in quibuscunque curiis Angliæ calumniandas: & tam ad eas quàm ad omnia placita &c. ut supra in eisdem. Et ad instantiam ejusdem abbatis concessimus, quod iidem R. & S. vel eorum alter &c. usque ibi, voluerit in dicta curia nostra tam ad dictas libertates calumniandas, quàm ad eas & omnia prædicta placita et loquelas pros. &c. in eisdem sicut prædictum est, in cujus &c. patentes quamdiu præfato abbati placuerit (ipso sic languente) duratur': præsentibus minime valituris, quamcitius idem abbas ab infirmitate convaluerit supradicta T. Anno xi. E. iii. De attorñ generali inde.

☞ Et semper fiat differentia inter attornatum generalem illius qui facit generalem attornatum & nomina eorundem attornatorum si concordent. Regula.

¶ Rex omnibus ballivis & fidelibus suis in insulis de Gerneley, Jeresey, Serk & Aureneye ad quos &c. Sciatis &c. in quibuscunque curiis nostris insularū earundē &c. post adventū ipsius A. in insulis prædictis, si contingat ipsum A. interim venire ad partes illas. T. &c. De attornato generali in insulis.

¶ Rex dilecto sibi in Christo abbati de sancto Edmūdo salutē. Sciatis quòd dedimus vobis potestatē recipiēdi attornatos I. F. quos corā vobis loco suo attornar' voluerit, ad ꝓsequēdū in cur' nostra corā nobis Dedimus potestatem de attorñ recipiendo pro dāñis adjudicatis.

pro

pro executione certorum damnorum (eidem I. in loquela quæ fuit in curia nostra prædicta inter ipsum I. & R. clericum de quadam transgressione, eidem I. per præfatum R. illata ut dicitur) adjudicatorum, & ad cognoscendum in eadem curia si eidem I. de damnis prædictis fuerit satisfactum necne: et ideo vobis mandamus quod cum attornatos, illos receperitis, nos de nominibus eorundem attornatorum in cancellaria nostra sub sigillo vestro distincte & aperte sine dilatione cōstare faciatis, remittentes nobis hoc breve. T. &c.

Protectio cum clausula volumus.

REx omnibus ballivis et fidelibus suis ad quos præsentes literæ pervenerint salutem. Sciatis quod suscepimus in protectionem & defensionem nostram, dilectum et fidelem nostrum W. qui nobiscum in obsequium nostrum per præceptum nostrum profecturus est ad partes Scotiæ, homines, terras, res, reditus, & omnes possessiones suas. Et ideo vobis mādamus, qd' ipsū W. homines, terras, res, reditus, et omnes possessiones manuteneatis, protegatis, et defendatis, non inferentes eis, vel inferri permittentes, injuriam, molestiam, damnum, aut gravamen. Et si quid eis forisfactū fuerit, id eis sine dilatione faciatis emendari. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes, usq; ad festū sancti Michaelis proximum futurum duraturas. Volumus etiam quod idem W. interim sit quietus de omnibus placitis & querelis: exceptis placitis de dote unde nihil habet, et quare impedit, et assisis novæ disseisine, & ultimæ præsentationis et attinctis: et exceptis loquelis quas coram justitiariis nostris itinerantibus in itineribus suis summoneri contigerit: præsentibus minime valituris si contingat ipsum W. iter illud non arripere, vel postquam citra terminum illum in Anglia redierit à partibus supradictis. T. &c. ☞ Per billam de privato sigillo.

Aliter cū magnate vel in comitiva magnatis.

¶ Rex omnibus &c. salutem. Sciatis quòd suscepimus in protectionē & defensionem nostram, dilectum nobis W. qui cum dilecto et fideli nostro B, vel sic, qui in comitiva dilecti & fidelis nostri C. in obsequium nostrum profecturus est ad partes Marchiæ Scociæ, homines, terras, res, reditus, et omnes possessiones ipsius W. Et ideo &c. ut supra usque ibi, citra terminum illum à partibus Marchiæ redierit supradictis. T. Vel sic: qui profecturus est ad partes Scotiæ, ibidem in obsequio nostro in comitiva dilecti & fidelis nostri I. moraturus, homines, terras, res, redditus. Vel sic: qui in comitiva dilecti et fidelis nostri I. in obsequio nostro in partibus Marchiæ Scotiæ moratur &c. præsentibus minime valituris post recessum ipsius W. à partibus Marchiæ prædictæ, si contingat ipsum interim recedere ab eisdem. Vel sic: qui in comitiva dilecti et fidelis nostri I. constabularii castri nostri de R. in munitione ejusdem castri in obsequio nostro moratur, homines, terras &c. præsentibus minime valituris post recessum ipsius W. à munitioni castri prædicti, si contingat ipsum interim recedere ab eadem. T. &c.

Aliter quia moraturus.

Aliter quia moratur.

Aliter in munitioni castri.

¶ Sciatis

¶ Sciatis quòd suscepimus in protectionem et defensionem nostram dilectum et fidelem nostrum R. de S. nuper in obsequio nostro in partibus Marchiæ Wall' captum, et ea occasione adhuc incarceratū, homines, terras, &c. usq; ibi, usque ad festum sancti Michaelis proximum futurū duratur'. Volumus etiam quòd idem R. interim si quietus de omnibus placitis &c. usq; ibi, summoneri contigerit: præsentibus minime valituris post deliberationem ipsius R. à prisona prædicta, si contingat ipsum interim deliberari ab eadem. T. Facta fuit ista protectio anno xv. Ed. tertii. Aliter quia incarceratus.


✻ Nota que anno. xx. regis Ed. tertii termino Hillarii, un briefe de disceit fuist porte vers un que avoit mis avaunt protection en delaye del demandant &c. ou le defendant mist avaunt mesme la protection, & cel fuist allowe nient obstant q̄ le pl. fuist à prover per sa sute, la protection estre malueys & en disceite purchase. Et la cause fuist, pur ceo que le jour ne fuist pas adōques encurru, à quelle la dicte protection fuit a durer. Nota.



¶ Quæ vacat, et ad nostram &c. ratione custodiæ terræ & hæredis I. quondam comitissæ de A. defunctæ, quæ de nobis tenuit in capite in manu nostra existentis. Et unde prædictus A. nos &c. ut dicitur, quæ vacat, & ad nostram &c. ratione custodiæ terræ et hæredis Joannis de la Ryver in manu domini H. nuper regis Angliæ patris nostri, ratione custodiæ terræ et hæredis Gilberti de Clare quondã comitis Glouc'. defuncti, qui de eodem parte nostro tenuit in capite, de quo quidem comite idem Joannes terram suam tenuit per servitiũ militare, nuper existentis. Et unde iidem R. & A. nos &c.

Aliter ratione forisfacturæ unius, & ratione custodiæ terræ & hæredis alterius per servitium.

¶ Præcipe R. de C. Chivaler quòd justè &c. pmittat nos et Petrũ de Tylliol & W. de K. præsentare &c. ad ecclesiam de Kirke Lemyngton' quæ vacat, et ad nostram, ratione terrarum & tenementorum quæ fuerunt W. de C. per forisfactum suum, et custodiæ terræ et hæredis Patricii de S. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, in manu nostra existentium, & ipsorum Petri et Walteri spectat donationem. Et unde idẽ R. nos & præfatos Petrum et Walterum &c. ut dicitur.

Aliter pro rege & aliis conjunctim.

¶ Quod justè &c. pmittant nos et W. de E. et Michaelem le Taillour, & Margaretam uxorẽ ejus, præsentare idoneam &c. de Bampton quæ vacat, & ad nostrã &c. ratione custodiæ terræ & hæredis Joannæ quæ fuit uxor T. de N. quæ de nobis tenuit in capite defunctæ in manu nostra existentis, & ipsorum W. M. &. M. spectat donationem. Et unde prædicti &c. nos & præfatos W. M. & M. &c. An. E. xvii.

De attornato inde.

¶ Inter nos & præfatum W. de eo quod idem W. permittat nos præsentare idoneam personam ad ecclesiam de N. Et ideo &c.

Regula.

☞ Non dicatur (quæ vacat &c.) et mutetur forma, secundum materiam brevium originalium.

Aliter pro extraneis personis.

¶ Inter A. & B. de eo quod idem B. permittat &c. Et ideo &c.

Pro alio quàm pro rege. Conceditur sine fine & nõ indorsetur.

¶ Rex, vic' Leyc' salutem. Præcipe A. quod justè &c. permittat B. præsentare idoneam personam ad ecclesiam de N. quæ vacat, et ad suam spectat donationem ut dicit. Et unde queritur quod prædictus A. eum injustè impedit. Et nisi &c.

Aliter ratione custodiæ terræ & hæredis.

¶ Quæ vacat &c. donationem ratione custodiæ terræ et hæredis W. in manu nostra existentis, ut dicit.

Nota.

✠ Il semble que cest briefe nest bon, car il deveroit estre, quòd permittat B. custodem terræ & hæredis C. præsentare &c.

✠ Nota que en Quare impedit, si le defendant face defaut apres apparance, le pl' recovera maintenant &c. & ses dammages, ut patet An.ii. H. quarti. Mes autrement est sils eient jour per continuance: la le pl' navera pas que distres, ut patet An.vi. R. secundi. Nota.

¶ Quod juste &c. permittat I. personam ecclesiæ de S. præsentare idoneam personam ad vicariam ecclesiæ de S. quæ vacat, et ad suam &c. Aliter ad vicariam.

¶ Inter A. et B. de eo quod idem B. permittat præfatum A. præsentare idoneam personam ad ecclesiam de S. et ideo vobis mandamus &c. De attorñ inde

¶ Præsentare idoneam personam ad cantariam ad altare beati Laurentii in ecclesia de C, quæ vacat et ad suam spectat &c. Aliter ad cantariam.

✠ Et potest impeditus si voluerit impetrare hanc prohibitionem sequentem, scilicet ne admittas episcopo. Et locum habet ista prohibitio infra tempus semestre, et non postea. Sed pro rege semper habet locum ista probibitio, quia nullũ tempus occurrit domino regi pendente placito, quo minus ejus præsentatus omisso jure patronatus admittatur: sed nulli alio valebit post tempus semestre, quin diocesanus illam conferat per lapsum temporis, videlicet sex menses, quia diocesanis illud specialiter est indultum. Regula.

✠ Nota tamen quando diocesanus aliquis fuerit pars in hujusmodi brevibus, tunc non poterit præsentare per lapsum temporis ut patet termino Trinitatis E. iii. Anno v. Nota.

✠ Notandum est quod quando rex præsentat & non in jure coronæ, tunc occurrit ei tempus sicut aliis, ut patet termino Trinitatis Anno xviii. E. iii. Nota.

✠ Et nota que en les briefes de Quare impedit, tout soit la franchise dascun seigniour challenge, il nest pas allowable: pur ceo que lexecution ne poet mye estre fait deins franchise, ut patet termino Hillarii An. E.iii.xl. in brevi de debito. Nota.

☞ Si breve de Quare impedit debeat impetrari coram justiciariis itinerantibus, in aliis comitatibus quàm in eo quo fuerit ecclesia: semper præfigendus est certus dies sicut ad bancum, quod observandum est de omnibus aliis brevibus. Regula.

☞ Eodem modo fiant brevia de capellis, hospitalibus abbatiis, prioratibus, & aliis domibus quæ sunt de advocationibus aliquorum ut patet per Westm̃. ii. capitulo quinto in fine. Regula.

Rex venerabili in christo patri W. eadem gratia Lincoln' episcopo salutem. Prohibemus vobis ne admittatis personam ad ecclesiam de I. quæ vacat ut dicitur, & de cujus advocatione contentio mota est in curia nostra inter nos & A. vec sic, inter nos ratione abbatiæ de C. vacantis et in manu nostra existentis, & H. London' episcopum, donec discussum fuerit in eadem curia utrum ad nos ratione vacationis prædictæ, an ad prædictum episcopum pertineat: vel sic, donec discussum fuerit in eadem curia utrum ad nos an ad præfatum A. vel sic, in eadem curia ad quem eorum pertineat ejusdem ecclesiæ advocatio. Vel sic, inter A. et B. et uxorem ejus, donec &c. utrum ad prædictum A. an ad prædictos B. et C. pertineat &c. Ne admittas. Conceditur sine fine & non indorsetur.

✠ Nota quòd si placitum sit inter duas personas ex una parte, tunc dicendum est utrum ad præfatum A. an ad prædictos B. C. pertineat &c. vel sic, ex altera parte. Nota.

¶ Rex, offic' &c. inter A. custodem terræ et hæredis I. et H. donec &c. ratione custodiæ prædictæ, an ad prædictum H. pertineat &c. Aliter.

¶ Rex venerabili &c. salutem. Prohibemus vobis ne admittatis personam Ne admittas quãdo episcopus est pars.

nam ad ecclesiam de N. quæ vacat ut dicitur, et de cujus advocatione contentio mota est in curia nostra inter vos et B. donec discussum fuerit in eadem curia utrum ad vos an ad prædictum R. pertineat ejusdem ecclesiæ advocatio. T. &c.

Nota. ✠ Istud breve præcedens solebat fieri sic.

Aliter. ¶ Prohibemus vobis ne cõferatis alicui ecclesiam de N. quæ vacat &c.

De collatione facta uni post mortem alterius cui primò facta fuerit collatio.

REx, justitiariis suis de banco salutem. Cùm Joannes Pirie clericus, cui nuper subdecanatum in ecclesia beati Petri Eborum vacantem, et ad nostram donationem spectantem ratione temporaliũ archiepiscopatus Eborum nuper vacantis in manu nostra existentium dedimus et concessimus, jam viam universæ carnis sit ingressus, per quod per literas nostras patentes dictum subdecanatum, quem jam per judiciũ coram vobis et sociis vestris justitiariis nostris de banco prædicto redditum, versus venerabilem patrem W. archiepiscopum Eborum ut dicitur recuperavimus, dilecto clerico nostro Joanni de la Chambre dedimus et concessimus, habendum cum suis juribus et pertinentiis quibuscunq; : vobis mandamus quòd si judicium prædictum redditũ sit ut est dictum, tunc præfato archiepiscopo per breve nostrum de judicio demandetis, quod præfatum I. de C. ad subdecanatum prædictum prout moris est admittat, collatione nostra prædicta prius præfato Joanni de Pirie de dicto subdecanatu facta non obstante. T. R. apud Wodstok xv. die Maii. An. xxiii. Ed. iii.

Regula. ☞ Consimile breve potest fieri de ecclesiis & præbendis, & aliis beneficiis collatis per regem, mutatis mutandis.

Nota. ✠ Si Rex contulerit alicui beneficiũ aliquod, & præsentatus ille moriatur pẽdente placito : habeat ille, cui rex de novo illud contulerit, tale breve quod præcedit.

De certiorãdo utrum aliquod placitum pendeat coram justitiariis per breve Quare Impedit. Conceditur sine fine & indorsetur.

REx, dilecto et fideli suo R. de S. salutem. Volentes certis de causis certiorari utrum aliquod placitum pendeat coram vobis et sociis vestris justitiariis nostris de banco, per breve nostrum inter A. et B. de eo quod idem B. permittat præfatum A. præsentare idoneam personam ad ecclesiam de I. necne : vobis mandamus quòd scrutatis rotulis et memorandis vestris, de eo quod inde inveneritis, nos in cancellaria nostra sub sigillo vestro distinctè et apertè sine dilatione reddatis certiores, hoc breve nobis remittentes. T. &c.

Breve inde episcopo.

¶ Rex, venerabili &c. salutem. Licèt nuper per breve nostrum vobis prohibuerimus, ne admitteretis personam ad ecclesiam de I. vacantẽ, et de cujus advocatione contentio mota fuerit in curia nostra inter nos et B. ut dicebatur, donec discussum foret &c. pertineret ejusdem ecclesiæ advocatio : quia tamen per certificationem dilecti et fidelis nostri R. de C. nobis constat, quòd nullum placitum pendet in curia prædicta coram ipso et sociis suis justitiariis nostris de banco, inter nos et præfatum B. de advocatione prædicta : vobis mandamus quòd id, quod ad officium vestrum in hac parte noveritis pertinere, liberè exerceatis, prohibitione nostra prædicta non obstante. T. &c.

Regula. ☞ Quando advocatio alicujus ecclesiæ, disrationatur in curia regis : tunc capitalis Justitiarius de banco certificet episcopum quòd præsentatum admittat, non obstante reclamatione impeditoris, ut patet in Marlebridge. ca. xi.

¶ Rex,

Ex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit &c. tunc summ' &c. H. Lincoln' episcopum, quòd sit coram justitiariis nostris &c. ostensurus quare cum idem A. in curia nostra coram præfatis justitiariis recuperasset versus B. præsentationem suam ad ecclesiã de I, per recognitionem assisæ ultimæ præsentationis ibi inter eos captæ, propter quod mandavimus eidem episcopo quod non obstante reclamatione pdicti B. ad præsentationem ipsius A. ad ecclesiam prædictam idoneã personam admitteret: idem episcopus W. clericum prædicti A. per ipsum præsentatũ ad ecclesiam prædictam admittere recusavit, in nostri ac mandati nostri prædicti contemptum, et executionis judicii prædicti retardationem, et ipsius A. damnum non modicum et gravamen. Et habeas &c. Quare non admisit super assisã ultimæ præsentationis.

☞ Cest briefe Quare non admisit, serra touts jours fait en banke hors des roules, sil ne soit en vacatiõ quant le bank est leve. Et adonques serra fait en le chaũcery, & auxi Incumbravit. Regula.

¶ Inter A. & prædictum episcopum, de eo quod idem episcopus non admisit W. clericum prædicti A. ad præsentationem suam ad ecclesiam de I. Et ideo vobis mandamus &c. De attornato inde.

¶ Rex, justitiariis suis de bãco salutem. Sciatis quòd A. attornavit coram nobis &c. per breve nostrum inter ipsum A. et I. episcopum Lincoln', de eo quòd idem episcopus G. clericum prædicti A. per ipsum præsentatum, ad ecclesiam de S. admittere recusavit. Et ideo vobis mandamus &c. Aliter super ne admittas.

¶ Rex vicecomiti salutem. Summoneas per bonos summonitores A. Winton' episcopum, quòd sit coram nobis tali die ubicunque &c. ostensurus quare cum nos nuper in curia nostra corã nobis recuperassemus versus I. præsentationem nostram ad ecclesiam de N, ratione abbatiæ de H. nuper vacantis &c. per considerationem curiæ pdict', propter quod mandaverimus eidem episcopo quòd non obstante reclamatione prædicti I. ad præsentationem nostram ad ecclesiam prædictam idoneam personã admitteret: idem episcopus W. clericum per nos ad ecclesiã prædict' præsentatum admittere recusavit, in nostri contemptum & grave damnum ac præjudicium manifestum. Et habeas &c. Aliter pro rege super Quare non admisit.

✣ Nota que cest briefe de quare non admisit pro rege ad este fait & enseale pour ascun gents sauns faire mencion de null recoverie avaunt. Mes ore null home ne le poit avoir sauns faire mencion de recoverie fait avaunt. Regula adhuc est de gratia speciali curiæ. Et auxi il soloit estre pour le roy, pone per vadium &c. sed modò contradicitur &c. Nota.

✣ Nota q per estatut fait des clercs lan. xxv. le roy E. iii. cap. vi. purceo que avaũt mesme lestatut les temporaltes des achevesques & evesques furent soveñt foits pris en le main le roy pur contempt fait aluy sur les briefes quare non admisit et ainsi pur plusours auters causes: est graunte que touts les justices qui rendront le jugement countre nul prelate de la terre en tiel cas ou semblable, quils en tiel cas puissent fraũnchement resceiver & desore resceivent pur le contẽpt aisi fin adjuge resonable de la partie ainsi condempne, solonq; la quantity du trespas, & solonq; la qualite du contempt maintenaunt au temps de judgement si la partie loffre, ou autrement apres le judgement a quel heure q la party se voet offrer: & sil besoigne, soient les chanceler & treasorer à cell resceit appelles. Nota.

Quare incumbravit super Assisa ultimæ præsentationis



Ex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit te securum &c. tunc summ' &c. H. Lincoln' episcopum, quòd sit coram justitiariis &c. ostensurus quare cùm idem A. in curia nostra coram præfatis justitiariis recuperasset versus B. præsentationem suam ad ecclesiam de I. per recognitionem assisæ ultimæ præsentationis ibidem inter eos captæ: idem tamen episcopus pendente placito in præfata curia coram præfatis justitiariis super captione assisæ ultimæ præsentationis prædictæ, eandem ecclesiam incumbravit, in ipsius A. damnum non modicũ et gravamen, et contra legem et consuetudinem regni nostri. Et habeas &c. Vel sic, per considerationẽ curiæ nostræ prædictæ, en cas quil soit ꝑ jugement de court sauns assise. Et potest fieri super le Quare impedit mutatis mutandis. Et tunc in fine sic.

Cõceditur fine fine & indorsetur.

Aliter. Regula.

Aliter.

¶ In nostri ac mandatorum nostrorum prædictorum cõtemptum manifestum et cõsiderationis curiæ nostræ prædictæ enervationem manifestam. Et habeas &c.

De attornato inde.

¶ Inter A. et prædictum episcopum, de eo quod idem episcopus pendente placito coram vobis super captione assisæ ultimæ præsentationis inter ipsum A. & I. de ecclesia de I, eandem ecclesiam incumbravit. Et ideo vobis &c. T.

Regula.

☞ Et mutetur forma istius brevis secundum formam brevium originalium.

Regula.

☞ Nota in statuto W. primer cap. xliii. purceo q̃ en briefes dassises, & dattaint, de mortd', & de utrũ, les jurours sount sovent travelles per essoin des tenaũts: purvieu est que del heur quils eient un foits apparu en court, que ils ne poent estre essoin, mes facent attourney de suer pur eux sils voilent. Et si non, soit lassise ou la jury pris per lour defaute.

Regula.

☞ Breve de utrum q̃ ensuit, est briefe de droit: car pˢon poet avoir null autre briefe à la comune ley, forsq; briefe de novel disseisine, & briefe deschete: & per estatut W. ii. ca. xxiiii. Quòd permittat de cõmunia pasturæ, & briefe de cessavit. Et en chescũ autre cas luy covient avoir briefe de Vtrum. Mes præbendary poet avoir chescun auter maner de briefe dentre, & evesq; & abbe & priour auxint, des choses quil teignent ou tener claiment appurtenantes cõme à lour eveschies, mesons ou provandres come temporaltes. Mes sils les clament auxi come annexes à chescun esglise parochiel quel ils teignent en propre oepes: ils averount null bř de tiel tenement, forsque briefe de Vtrum ut patet Trinitatis An. xx. E. iii.

Breve de Vtrũ.



Ex, vicecomiti salutẽ. Si A. persona ecclesiæ de E. fecerit &c. tũc summ' &c. xii. liberos &c. de visinetu de E, quòd sint coram justitiariis nostris ad primam assisam &c. vel corã justitiariis nostris tali die, parati sacramento recognoscere utrum unum mesuagium cum pertinentiis in E. sit libera eleemosyna pertinens ad ecclesiam ipsius A. de E, an laicum feodum S. Et interim mesuagium illud videant, & nomina eorum imbreviari fac'. Et summoneas per bonos summonitores prædictum S. qui mesuagium illud tenet, quòd tunc sit ibi ad audiendum illam recognitionem. Et habeas &c. summ' & hoc breve. T. &c.

Cõceditur fine fine & indorsetur, et datur per W. ii. cap. xxvi.

Regula.

☞ Eodem modo fiat pro vicaria.

Aliter.

¶ Vel sic, utrũ &c. sit libera eleemosyna pertinens ad ecclesiã ipsius A. de E, an libera eleemosyna ꝑtinẽs ad ecclesiã vel capellam I. de S. &c.

¶ Ad

¶ Ad lucrandum vel perdẽdum in quadam jurata quam idem A. arraniavit coram vobis per breve nostrum versus S, ad recognoscendum utrum unum mesuagium &c. in E. sit libera eleemosina pertinens ad ecclesiam ipsius A. de E, an laicum feodum prædicti S. Et ideo vobis mandamus &c. Et variatur secundum originale. De attornato inde.

¶ Si A. episcopus de L. persona ecclesiæ de E. vel sic, si W. abbas de L. vel prior de L. persona ecclesiæ de E, vel sic, si A. præbendarius præbẽdæ de I. in ecclesia beatæ Mariæ Lincoln' persona ecclesiæ de E. fecerit &c. pertinẽs ad ecclesiam ipsius episcopi, vel ipsius abbatis, vel ipsius prioris, vel ipsius præbendarii de E. an laicum feodum &c. Et interim &c. summ' &c. prædictum A. qui duas acras terræ inde tenet, B. qui unam acram terræ et dimidium inde tenet, et C. qui unam acram et unam rodam terræ inde tenet, quod tunc &c. Aliter ꝑ episcopo, abbate, priore, præbẽdario, vel præbendariis.

¶ Si W. præbendarius præbendæ de N. et R. præbendarius præbendæ de I. in ecclesia beati Petri Eborum personæ ecclesiæ de A. prædictis præbendis annexæ, fecerint &c. in forma communi &c. Aliter ꝑ præbendario.

¶ Si W. persona medietatis ecclesiæ de N, fecerit &c. utrum &c. sit libera eleemosina pertinens ad medietatem ipsius W. ecclesiæ prædictæ, an libera eleemosina pertinens ad alteram medietatem R. personæ alterius medietatis ecclesiæ prædictæ &c. Aliter ꝑ medietate ecclesiæ.

¶ Rex, vicecomitibus Londoñ salutẽ. Si decanus et capitulũ ecclesiæ sancti Pauli Lõdoñ custodes cantariæ ad altare beatæ Mariæ in ecclesia sancti Pauli Londoñ, pro anima Radulphi Seynon ordinati, fecerint vos &c. tunc summ' &c. de visinetu suburbii Londoñ, quod sint corã justitiariis nostris apud W. tali die &c. utrum viginti solidati reditus cum pertinentiis in suburbio prædicto sunt &c. pertinentes ad cãtariam ipsorum custodum ad altare prædictum, an laicum feodum I. Et interim tenementum unde reditus &c. T. &c. Aliter ꝑ custode cantariæ, & warrantizatur istud breve per statutum E. iii. an. xiiii. ca. xvi.

☞ Fait assavoir que null ne poet user briefe de utrum sil ne soit nome person. Mes ore per estatut fait en temps le roy E. iii. lan de son reigne dengleterre quatuorzisme & de france primer ca. xvii. est assentu & establie que vicars, persons, gardeins des chappelles, des chaũteries, & provostes perpetuels poyẽt user cestui briefe de utrum auxi bene come persones, des terres, tenementes, rents, & possessiõs, annexes ou dones perpetuelment en almoigne, as vicaries, chapels, ou chaũteries, & recover per auters briefes en lour cas. Regula.

☞ Et auxi Johñ de Askham gardein del hospitall de T. joust Huntingdon, porta son briefe de utrum mesme lan, & le bř meintenu tout ne fait pas lestatut mẽciõ des gardeins des hospitals in consimili casu. Et nota brevia de statuto illo &c. Utrum ꝑ custode hospitalis.

REx venerabili in Christo patri W. episcopo Norwic' salutẽ. Cùm nuper vobis ꝑ breve nostrum prohibuerimus, ne admittatis personã &c. ejusdem tertiæ partis advocationẽ, ac postmodũ ad prosecutionem ipsorũ E. et Matildæ nobis suggerentium inter eos concordatũ esse vel fuisse sub hac forma, quod prædict' E. hac vice præsentaret clericũ suum ad dictã tertiam partem, & prædicta Matilda in proxima vacatione sequente clericum suum præsentabit, sicut per quædã scripta indentata inter eos confecta, & sigillis suis signata, et coram nobis in cancellaria nostra ostensa plenè liquet, ipsósq; penes vos prosecutos Breve quod episcopus admittat clericũ, quia partes sũt cõcordatæ extra curiam nõ obstante ꝓhibitione &c.

fuisse, petend' cum instantia ut clericum ipsius E. hac vice ad dictā tertiam partem admitteretis juxta formā cōcordiæ supradictæ, vos tamen asserētes manus vestras prætextu prohibitionis nostræ pdictæ, ligatas, clericū ipsius E. admittere recusasse, & nobis supplicantium ut sibi ne collatio tertiæ partis prædictæ ad vos per lapsum tēporis qui in proximū ut dicitur imminebit, hac vice devolvatur, vellemus de congrui appositione remedii in hac parte facere provideri, mādaverimus dilecto et fideli nostro Roberto de Morle quod ipse cognitiones quas præfati E. & M. coram ipso facere vellent, utrum videlicet ipsi super jure præsentandi ad dictā tertiam partem cōcordati essent in forma prædicta, et si prædicta Matilda vellet quod clericus per ipsum E. ad dictā tertiā partem præsentatus hac vice admitteretur ad eandem, & si dicta scripta essent facta ipsorum E. & M. & nos inde in cancellaria nostra sub sigillo tuo distinctè et apertè redderet certiores: et quia præfatus Robertus nos ad mandatum nostrum certificavit, quod concordatum est inter præfatos E. et M. quod prædictus E. hac instanti vacatione præsentabit clericum suum ad dictam tertiam partem, et præfata Matilda in proxima vacatione sequente clericum suum præsentabit ad tertiam partem prædictam, & sic prædictus E. & hæredes sui & prædicta M. et hæredes sui ad tertiam partem prædictam alternatim imperpetuū præsentabunt, et quod ad cōventionem illam firmiter observandā scripta prædicta inter partes prædictas sunt confecta: vobis mandamus quod idoneam personam ad prædictam tertiam partem ad præsentationem præfati E. hac vice admittatis, & ulterius quod vestro incumbit officio in hac parte faciatis, prohibitione nostra prædicta non obstante. T. Anno xxiiii. Ed. iii. apud Londoñ. ☞ Per consilium.

Prohibitio de advocatione ecclesiæ judici pro alio quam pro rege.

Ex, venerabili in Christo patri A. eadem gratia episcopo Winton' & ejus officiali ac eorum commissario salutem. Prohibemus vobis ne teneatis placitum in curia christianitatis, de advocatione ecclesiæ de N, vel medietatis, vel tertiæ partis, vel quartæ partis, ecclesiæ de N. unde G. & F. uxor ejus queruntur, quod R. episcopus Sarum trahit eos in placitum coram vobis in curia Christianitatis: quia placita de advocationibus ecclesiarum spectant ad coronam & dignitatem nostram. T. &c.

Inde parti ne sequatur.

¶ Rex, A. salutem. Prohibemus tibi ne sequaris placitum in curia christianitatis de advocatione ecclesiæ de B, unde C. queritur quòd tu trahis eum in placitū in curia christianitatis: quia placita de advocationibus ecclesiarum spectant ad coronā & dignitatem nostram. T. &c.

Attachiamentum inde.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit te securum &c. tunc pone &c. H. episcopum H. vel E. officialem, vel C. commissarium, quòd sint &c. apud W. tali die, ostensuri quare tenuerunt placitum in curia christianitatis de advocatione ecclesiæ de N. contra prohibitionem nostram. Pone etiam per vadium & salvos pleg'I, quòd tunc sit ibi, ostensurus quare secutus est idem placitum in eadē curia, contra prohibitionem

bitionem nostram. Et habeas ibi nomina pleg', et hoc breve. T. &c.

¶ Ad lucrandum vel perdendum &c. quæ est &c. inter A. & B. de eo quod idem B. tenuit vel secutus est placitum in curia christianitatis de advocatione ecclesiæ vel capellæ, vel præbendæ, vel hospitalis beatæ Mariæ de N. vel vicariæ ecclesiæ de N. contra prohibitionem nostram. Et ideò &c. De attorñ inde.

* Nota que si ascun clerk, come persone, chapeleyne, ou autre hōme dordre que soit south dascun order, soit emplede en court christien de chose dount la conysaunce appent a la court le roy: homme avera cest brief que ensuit. Nota.

¶ Rex A. salut. Cum placita de advocationibus ecclesiarũ in regno nostro ad coronã & dignitatẽ nostrã specialiter pertineãt, ac tu C. psonam eccle' de I. sup advocatione quartæ partis eccle' de I. trahas in placitũ in curia christianitatis, sicut ex relatu plurium accepimus: tibi phibemus ne placitum illud sequaris in curia christianitatis, maximè cùm hujusmodi placita ad nos & non ad aliũ pertineant in eodem regno. T. Prohibitio pro rege de ecclesia.

☞ Eodem modo scribendum est de advocationibus capellarum, vicariarum, præbendarum, & cantariarum, &c. Regula.

¶ Rex custodi spiritualitatis archiepiscopatus Cantuar' sede vacante et ejus commissariis salutem. Cùm placita de advocationibus hospitalium in regno nostro ad nos & coronam et dignitatem nostram specialiter pertineant, ac S. archidiaconus Surr' magistrum & fratres hospitalis sancti Thomæ martyris de S. super advocatione hospitalis pdicti trahat in placitum &c. vobis prohibemus &c. maximè cum hujusmodi placita &c. T. Pro rege de hospitali.

¶ Cùm placita de advocationibus præbendarum in regno nostro &c. ac tu C. clericum pbendarium pbendæ de C. in ecclesia beatæ Mariæ de Suthwell', super advocatione ejusdem præbendæ trahas, &c. tibi prohibemus &c. maximè cum hujusmodi &c. Pro rege de præbenda.

¶ Rex vicecomiti salutem. Pone per vadium &c. S. clericum quòd sit coram justitiariis nostris &c. ostensurus quare, cùm placita de advocationibus ecclesiarum, vel præbendarum, sive hospitalis, in regno nostro, ad nos & coronam & dignitatem nostram & non ad alium ptineant in eodem regno: idem S. sicut ex relatu plurium accepimus, tenuit vel secutus est placitum in curia christianitatis de advocatione ecclesiæ de B. vel præbẽdæ de C. in ecclesia tali, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi &c. Attachiamentum pro rege.

☞ Et si dicatur præbendæ: tunc addatur in ecclesia tali &c. Regula.



Rex officiariis episcopi Lincolniæ & ejus cõmissariis salutem. Prohibemus vobis, ne teneatis placitum in curia christianitatis de catallis & debitis, unde A. queritur quòd B. trahit eum in placitum coram vobis in curia christianitatis, nisi catalla illa vel debita sint de testamento vel matrimonio: quia placita de catallis & debitis, quæ non sunt de testamento vel matrimonio, spectant ad coronam & dignitatem nostram. T. &c. Prohibitio de catallis & debitis.

¶ Rex

Inde parti.

¶ Rex B. salutem. Prohibemus tibi ne sequaris placitũ in curia Christianitatis de catallis vel debitis, unde A. queritur quòd tu trahas eum in placitum in curia christianitatis, nisi catalla illa &c. ut supra.

Attachiamentum inde.

¶ Rex vicecomiti salutem. Si A. fecerit te &c. tunc pone &c. quòd sit coram justitiariis nostris apud E. &c. ostensurus quare tenuit placitum in curia christianitatis de catallis & debitis quæ non sunt de testamento vel matrimonio contra prohibitionem nostram. Pone etiam per vadia &c. I. quod tunc sit ibi, ostensurus quare secutus est idem placitum ut de advocatione in eadem curia contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi nomina pleg'. &c. T. &c.

De attornato inde.

¶ In loquela quæ est coram vobis per breve nostrum inter A. & B. de eo quòd idem B. tenuit vel secutus est placitum in curia christianitatis, de catallis et debitis quæ non sunt de testamento vel matrimonio, cõtra prohibitionem nostram, Et ideo vobis mandamus &c. Eodem modo pro parte secutus est.

Aliter pro rege, judici & parti.

Non conceditur nisi impetrans fuerit ad minus infra sacros ordines.

¶ Rex officiariis &c. vel I. salutem. Cùm placita de catallis & debitis in regno nostro quæ non sunt de testamento vel matrimonio, ad nos et coronam et dignitatem nostram specialiter pertineant, ac tu W. capellanum sive clericum super hujusmodi catallis et debitis trahas in placitum in curia christianitatis, sicut ex relatu plurium accepimus: vel sic, ac magister W. præcentor talis ecclesiæ W. capellanum super hujusmodi catallis et debitis trahat in placitum coram vobis in curia christianitatis, sicut ex relatu &c. tibi prohibemus vel vobis, ne placitum illud sequaris in curia christianitatis vel teneatis, maximè cùm hujusmodi placita ad nos et non ad alium pertineant in eodem regno. T. &c.

Attachiamentum inde pro rege.

¶ Rex vicecomiti salutem. Pone per vadia &c. quòd sit coram justitiariis &c. ostensurus quare cum placita de catallis et debitis in regno nostro quæ non sunt de testamento vel matrimonio, ad nos et coronã et dignitatem nostram et non ad alium pertineãt in eodem regno: idẽ B. sicut ex relatu plurium accepimus, tenuit placitum in curia christianitatis de catallis et debitis B. personæ ecclesiæ de C. quæ non sunt de testamento vel matrimonio, in læsionem coronæ et dignitatis nostræ, et contra prohibitionem nostram. Pone etiam ꝑ vadia &c. quòd tunc sit ibi ostensurus quare secutus est idem placitum in eadem curia in læsionem coronæ et dignitatis nostræ, et contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi. &c.

Prohibitio de laico feodo.

REx officiariis &c. salutem. Prohibemus vobis &c. christianitatis de laico feodo R. in S. unde queritur quòd L. trahit eum in placitum coram vobis in curia christianitatis quia hujusmodi placita spectant ad coronam et dignitatem nostram. T. &c.

☞ Eodem modo fiat prohibitio parti ne sequatur, mutatis mutandis.

Regula.

Attachiamentum inde.

¶ Ostensurus quare tenuit placitũ in curia christianitatis de laico feodo prædicti A. in N. contra prohibitionem nostram. Et habeas &c. Similiter versus partem quare secutus est.

De attornato inde.

¶ In loquela &c. de eo quod idem B. tenuit vel secutus est placitum in

in curia christianitatis de laico feodo ipsius A. in C. contra prohibitionem nostram. Et ideo &c.

¶ Rex T. personæ ecclesiæ de B. salutē. Cùm placita de laico feodo in regno nostro ad coronam et dignitatē nostrā specialiter pertineant, ac tu abbatē de S. super laico feodo suo de N. trahas in placitum in curia christianitatis in læsionem &c. sicut ex relatu &c. tibi prohibemus ne placitum illud sequaris in curia christianitatis, maximè &c. Aliter pro clericis.

☞ Eodem modo fiat judici. Regula.

¶ Rex vicecomiti salutem. Pone &c. ostensurus quare cùm placita de laico feodo in regno nostro ad nos et coronā et dignitatē nostram, et non ad alium pertineant in eodem regno: idem A. sicut ex relatu &c. tenuit placitum vel secutus est placitum in curia christianitatis, de laico feodo T. personæ ecclesiæ de I. in F. in læsionem coronæ et dignitatis nostræ, & contra prohibitionem nostram. Et habeas &c. Attachiamentum inde.

☞ Si ille qui impetrat breve de prohibitione velit, potest attachiare judicem & retrahere se versus partem et cōtra, vel ambos attachiare in uno brevi. Et si judex sit in uno comitatu, & pars sequens in alio: tunc fiant duo brevia de attachiamento. Regula.

¶ Pone &c. ostensurus quare cùm idem R. præfato I. breve nostrū de prohibitione ne teneret placitum in curia christianitatis de catallis et debitis &c. vel de laico feodo, vel de advocatione ecclesiarum &c. et aliis his similibus prout moris est in regno nostro, porrexisset: idem I. mandatū nostrū in hac parte parvipendens, breve illud admittere recusavit, in ipsius R. damnum non modicū et gravamen, et nostri ac mādati nostri pdicti contemptū manifestum. Et habeas &c T. &c. Attachiamentum super judicem, qui recusat admittere prohibitionem.

¶ Rex officiario curiæ Cantuar' et ejus commissariis salutē. Cùm placita de collationibus scholarum in regno nostro Angliæ ad coronam & dignitatē nostram specialiter pertineant, ac abbas et conventus de Bello, Wilhelmū Pipard' clericum super collatione scholarum grammaticalium de Ferendoñ trahant coram vobis in placitum in curia christianitatis, sicut ex relatu pluriū accepimus: vobis prohibemus ne placitum illud teneatis in curia christianitatis, maximè cùm hujusmodi placita ad nos et non ad alium pertineant in eodem regno. T. custode. anno E. iii. Angliæ xvii. et Franciæ quarto. Parning' Canc'. Prohibitio pro rege de collatione scholarum grammaticalium.

☞ Et facta fuit alia prohibitio abbati et conventui ne sequerentur &c. Regula.

Rex venerabili &c. salutem. Cùm placita de transgressionibus contra pacem nostram factis in regno nostro, ad coronam et dignitatē nostrā specialiter pertineant, ac A. de B. C. de D. sup hujusmodi trāsgressione trahat in placitum coram vobis in curia christianitatis, in læsionem coronæ et dignitatis nostræ, et grave damnum ipsius C. sicut ex querela sua accepimus vobis prohibemus ne placitum illud teneatis in curia christianitatis, maximè cum hujusmodi placita ad nos et non ad alium pertineant in eodem regno, ac nos super his et aliis quorum cognitio ad nos pertinet, parati sumus eidem A. et aliis quibuscunque in curia nostra plenam et celerem justitiam exhibere. T. &c. Prohibitio de transgressione.

¶ Rex I. salutem. Cum placita &c. ac tu A. super hujusmodi transgressione

gressione trahas &c. tibi prohibemus ne placitum illud sequaris &c. maximè &c. usq; ibi, parati sumus tibi et aliis quibuscunq; &c.

Attachiamentum inde.

¶ Rex vicecomiti salutem. Si A. fecerit &c. magistrũ R. canonicum talis ecclesiæ, qd' sit coram justitiariis nostris &c. ostensurus quare cùm placita de transgressionibus contra pacẽ nostram factis in regno nostro, ad nos et coronã et dignitatem nostram et non ad aliũ pertineãt in eodem regno: idem R. tenuit placitum in curia christianitatis de hujusmodi transgressionibus, in læsionẽ coronæ et dignitatis nostræ, et grave damnum ipsius A. & cõtra prohibitionem nostram. Et habeas &c.

Pro rege.

¶ Cum placita de transgressione &c. ac I.H. personã de K. vel H. capellanum super hujusmodi transgressione trahit in placitum coram vobis in curia christianitatis, in læsionem coronæ et dignitatis nostræ, sicut ex relatu &c. vobis prohibemus &c.

Attachiamentum,

¶ Rex &c. pone &c. quòd sit &c. ostensurus quare cùm placita de transgressione &c. (ut supra in alio attachiamento,) idem A. sicut ex relatu plurium accepimus, tenuit placitum in curia christianitatis de quadam transgressione I. per F. capellanum illata ut dicitur. vel sic, de hujusmodi transgressionibus factis C. de Q. capellano, vel C. personæ ecclesiæ de N. ut dicitur, in læsionem coronæ et dignitatis nostræ, et contra prohibitionem nostram. Et habeas &c.

Aliter.

De attornato inde attachiamento prohibitionis de transgressione.

¶ In loquela &c. de quadam transgressione eidem A. per talem vel B. personæ ecclesiæ de N. contra pacem nostram illata ut dicitur, contra prohibitionem nostram. Et in loquela quæ est coram vobis per idem breve nostrum inter prædictum A. et I. de eo quod &c. secutus est idẽ placitum in eadem curia contra prohibitionem nostram. Et ideo vobis mandamus &c.

Regula.

☞ Istud breve fit pro quenente. Sed si judex & pars velint facere attornatos, oportet illos habere duo brevia &c.

Regula.

☞ Breve quod dicitur indicavit, fit inter quatuor personas, de quibus oportet quòd duo sint patroni & duo clerici: unde unus clericus clamat tenere ecclesiam vel partem alicujus ecclesiæ de advocatione unius patroni, & alter clericus de advocatione alterius patroni. Et si advocatio aliquarum decimarum petatur in curia christianitatis, et decimæ illæ non attingant valorem quartæ partis ecclesiæ illius: non habet locum prohibitio indicavit.

Nota W. ii. cap v. in fine conjunctim feoffatis.

✠ Et nota quòd per statutum de cõjunctim feoffatis in fine, istud breve quod vocatur indicavit, alicui de cetero non concedatur, antequam lis in curia christianitatis inter partes prædictas fuerit contestata, & quòd per inspectionem libelli, cancellarius super hoc certioretur.

Indicavit.

R Ex venerabili in christo patri A. eadem gratia Wintoñ episc' et ejus officiali ac eorum commissar' salutem: indicavit nobis S. quòd cum A. de B. teneat ecclesiam de N. de advocatione sua, C. de D. clamãs eã de advocatione E. de F. trahit eũ inde in placitũ coram vobis in curia christianitatis. Quia verò manifestum est, quod prædictus S. jacturam advocationis suæ incurreret, si prædictus C. in causa illa obtineret: vobis prohibemus ne placitum illud teneatis in curia christianitatis, donec discussum fuerit in

in curia nostra ad quem illorum pertineat ejusdē ecclesiæ advocatio. Vel sic si plures fuerint, utrum ad prædictos A. et B. an præfatum C. &c. et econverso. Quia placita de advocationibus ecclesiarum spectant ad coronam et dignitatem nostram. T. &c. Aliter.

¶ Rex, C. salutē. Indicavit nobis S. quòd cùm A. de B. clericus teneat ecclesiam de N. de advocatione sua: tu clamans eam de advocatione E. de F. trahis eum inde in placitum in curia Christianitatis. Quia verò manifestum est quòd prædictus S. jacturam advocationis suæ incurreret, si tu in causa illa obtineres: tibi prohibemus ne placitum illud sequaris in curia &c. donec discussum fuerit in curia nostra ad quem illorum pertineat ejusdem ecclesiæ advocatio. Quia placita de advocationibus &c. Aliter inde parti.

☞ Et fiat inde attachiamentum eodem modo quo supra de advocatione &c. Regula.

¶ Indicavit nobis I, quòd cum F. teneat ecclesiam de N. de advocatione sua: prior de L. clamans tertiam partem ejusdem ecclesiæ de advocatione sua propria, trahit &c. Quia verò manifestum est &c. vobis prohibemus &c. usq; ibi, ad quem eorum pertineat ejusdē tertiæ partis advocatio. Quia placita de advocatione &c. Aliter.

☞ Et fiat inde parti. Regula.

☞ Eodem modo potest fieri de vicariis, præbendis, & aliis similibus. Regula.

¶ De eo quod idē B. tenuit vel secutus est placitum in curia Christianitatis de advocatione ecclesiæ de N. vel tertiæ partis, vel quartæ partis ecclesiæ de N, vel præbendæ, vel hospitalis de N. &c. vel capellæ de N. contra prohibitionem nostram. Et ideo vobis mandamus &c. De attornato inde.

☞ Et fiat inde attachiamentum ut de attinctis mutatis mutandis &c. Regula.

¶ Rex, A. salutem Cùm R. clericus teneat ecclesiam de N. vel præbendam de T. in ecclesia tali de advocatione nostra: tu clamans eam de advocatione H. trahis eum inde in placitum in curia Christianitatis, sicut ex relatu plurium accepimus. Quia verò manifestum est quòd nos jacturam advocationis nostræ incurreremus, si tu in causa illa obtineres: tibi prohibemus ne placitum illud sequaris in curia Christianitatis, donec discussum fuerit in curia nostra utrū ad nos, an ad prædictum H. pertineat ejusdem ecclesiæ vel præbendæ advocatio. Quia placita de advocationibus &c. Indicavit pro rege.

☞ Et fiat judici mutatis mutandis. Regula.

¶ Cum A. clericus teneat vicariam ecclesiæ de N. de advocatione H. personæ ecclesiæ de N, F. clamans eam de advocatione G. trahit eum inde in placitum coram vobis in curia Christianitatis, sicut ex relatu plurium accepimus. Quia verò manifestum est &c. vobis prohibemus &c. Quia placita &c. Aliter pro clericis.

* Fiat inde parti &c. Nota.

☞ Et nota quod le indicavit potest fieri de vicaria, licet non sit in usu &c. Regula.

REx, officiali episcopi Lincolniæ et ejus commissariis salutem. Cùm A. de B. persona ecclesiæ de W. teneat omnes decimas provenientes de marisco de S. de advocatione nostra: abbas de Bello clamans eas pertinere ad ecclesiam suam de I. quam in proprios usus tenet, trahit eum inde in placitū &c. Quia verò manifestū est qd' nos jacturā advocationis Prohibitio pro decimis separatis pro rege.

vocationis decimarum prædictarum incurreremus, ſi prædictus abbas &c. vobis prohibemus &c. utrum ad nos an ad prædictum abbatem pertineat earundem decimarum advocatio. Quia placita de advocationibus decimarum &c.

Prohibitio de decimis ſeparatis pro alio quam ꝑ rege.

¶ Rex, tali judici ſalutem. Monſtravit nobis venerabilis pater H. Lincoln' epiſcopus, quod cum I. præcentor eccleſiæ beatæ Mariæ Lincoln', teneat de dono ſuo oẽs decimas dominicarum terrarũ ſuarũ, vel dominici ſui de N. quas idem epiſcopus et prædeceſſores ſui epiſcopi loci prædicti liberè conferre conſueverunt: prior beatæ Katerinæ extra Lincoln' clamans decimas illas pertinere ad eccleſiam ſuam de B. trahit eum inde in placitum &c. Et quia placitum prædictum tangit coronam et dignitatem noſtram, præſertim cum collatio earundẽ decimarum ad nos poſſit devolvi ratione cuſtodiæ vel eſcaetæ, quia etiam conſimiles decimas conferimus in quibuſdam dominicis, et ſimiliter quàm plures magnates regni noſtri in dominicis ſuis: vobis prohibemus ne placitũ illud teneatis in curia Chriſtianitatis, nec aliquid quod in derogationẽ regiæ dignitatis noſtræ cedere valeat, in hac parte attentetis, ſeu per alios attentari faciatis quovis modo. T. &c.

Regula.

☞ Et fiat inde parti mutatis mutandis.

Prohibitio ne laici ad citationem epiſcopi conveniant ad recognitionem faciendã

¶ Rex, vic' ſalutem. Præcipimus tibi quòd non permittas quod aliqui laici ad citationem talis epiſcopi, aliquo loco conveniant de cætero ad aliquas recognitiones fac' vel ſacramentũ præſtand' niſi in caſibus matrimonialibus et teſtamentariis. T. &c.

Attachiamentum inde.

¶ Rex, vic' ſalutem. Pone per vadium &c. talem epiſcopum, quòd ſit coram juſtitiariis noſtris &c. oſtenſurus quare fecit ſummoneri, et per cenſuras eccleſiaſticas diſtringi laicas perſonas, vel laicos homines et fœminas, ad comparendum coram eo ad præſtandum juramentum pro voluntate ſua ipſis invitis, in grave præjudicium coronæ et dignitatis noſtræ regiæ, necnon contra conſuetudinem regni noſtri. Et habeas ibi nomina pleg. &c. T. &c.

Prohibitio de recognitione debitorum in curia chriſtianitatis.

¶ Rex, officiariis ſalutem. Cùm recognitiones debitorum quæ nõ ſunt de teſtamento vel matrimonio, ad nos et coronam et dignitatem noſtram, et non ad alium pertineant in regno noſtro, executionéſq; earundem recognitionum per nos et miniſtros noſtros et non per alios fieri debeant, ac jam ex querela I. acceperimus quòd vos ipſum I. ad viginti ſolidos, quos coram vobis nuper in curia Chriſtianitatis recognovit ſe debere A. eidem A. ſolvendum infra certum tempus jam præteritum monuiſtis, et in ipſum I. pro eo quòd prædictos viginti ſolidos infra tempus prædictæ admonitionis veſtræ ſolvere recuſavit, quanquam hujuſmodi recognitio teſtamentum vel matrimoniũ non tangat, nec ad curiam Chriſtianitatis aliqualiter pertineat, ſententiam excommunicationis fulminaſtis, in læſionẽ coronæ et dignitatis noſtræ, et ſtatus ejuſdem I. depreſſionem manifeſtam: nos qui ad illæſam obſervationem jurium coronæ et dignitatis noſtræ vinculo juramenti aſtringimur, nolentes talia tolerare: vobis prohibemus ne quicquam in præmiſſis attentare præſumatis, per quod juri coronæ et

dignitatis

dignitatis nostræ derogari valeat quovis modo. Et si quid per vos in hac parte minus rite attentatum fuerit, id sine dilatione aliqua revocari faciatis: ne ad vos tanquam ad jurium coronæ & dignitatis nostræ violatores graviter capere debeamus. T. &c.

Clausula ad revocandū indebitè attēpt. &c. Et nota qd curia noluit concedere istā clausulam in prohibitione de catallis & debitis. Sed concessit clausulā ad revocandum sentētiam excōmunicationis &c.

¶ Rex, vicecomiti Notingh. salutem. Si Johannes le Ward' de Kingston' fecerit te &c. tunc pone Radm' de yarawall', quod sit coram justitiariis nostris &c. ostēsurus quare cum recognitiones debitorum, quæ non sunt de testamento vel matrimonio, ad nos & coronam & dignitatem nostram, & non ad alium in regno nostro pertineant, executionésque earundem recognitionum per nos & ministros nostros, & non ꝑ alios fieri debeant: nosq; pro eo quod idem Radulphus, ipsum Johannem septem marcas quas ipse coram præfato Johanne in cur' Christianitatis recognovit se debere magistro Rogero de Lenton', eidem Rogero infra certum tempus solvendas (quanquam hujusmodi recognitio testamentum vel matrimonium non tangat, nec ad cur' Christianitatis aliqualiter ꝑtineat) sub pœna recognitionis solvere monuit, eidem Radulpho prohibuerimus ne quicquā in præmissis attentare præsumeret, ꝑ qd' juri corōæ & dignitatis nostræ derogari valeret quovis modo, & id qd' ꝑ ipsū Radm' in hac parte minus ritè attentatum fuisset, sine dilatione aliqua revocari faceret: idem Radulphus executionē dictarum septem marcarum super ipsum I. ꝑ coercionē ecclesiasticā fieri fecit, & id qd' ꝑ ipsum in præmissis minus rite attentatum fuit, revocare recusavit, in nostri contemptū & juris coronæ & dignitatis nostræ derogationem, & præd' I. & status sui dispendiū & depressionē manifestā, & contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi &c.

Attachiamentum inde.

¶ Rex, Richardo de C. & Johanni de I. salutē. Cum recognitiones debitorū &c. usq; ibi, in regno nostro ꝑtineant, ac G. magistrum I. occasione cujusdā recognitionis centum marcarū eidem G. ꝑ præfatū I. corā vobis ut asseritur factæ, quæ quidem recognitio non est de testamento vel matrimonio, trahat in placitum coram vobis in curia Christianitatis, & vos ipsum Johannem ad prædictas centum marcas eidem G. solvendas sub pœna excommunicationis monueritis, ad grave damnum ipsius I. sicut ex querela sua acceperimus: vobis prohibemus ne placitum illud teneatis in curia Christianiatis, nec quicquam in hac parte attentetis seu attentari faciatis, quod in coronæ & dignitatis nostræ præjudicium cedere valeat quovis modo: sententiam excommunicationis, si quam in ipsum occasione prædicta fulminaveritis, sine dilatione revocari facientes. T. &c.

Aliter. Prohibitio de recognitionibus debitorum &c. Inde judici.

Clausula ad revocandum sententiam.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si I. fecerit te &c. tunc pone &c. ostensurus quare cùm recognitiones debitorum &c. in regno nostro pertineant: iidem R. & I. tenuerunt placitum in curia Christianitatis de quadam recognitione centum marcarum G. per præfatum I. facta, quæ quidem recognitio non est de testamento vel matrimonio, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & grave damnum ipsius I. & contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi nomina pleg. &c. T. &c.

Attachiamentum inde contra judicem.

Aliter. Prohibitio de recognitionibus debitorum &c.

¶ Rex, magistro I. & W. de K. salutem. Cum recognitiones debitorũ &c. in eodem regno, ac G, magistrum T. personam ecclesiæ de S occasione cujusdam recognitionis centum marcarum eidem G. per præfatum T. &c. ut supra usque ibi, monueritis, sicut ex relatu plurium accepimus: vobis prohibemus &c. ut supra.

Aliter.

¶ In curia christianitatis &c. vos sententiã excõmunicationis in ipsũ S. ꝑ eo quod ipse diem solutionis pecuniæ non observavit, fulminaveritis, in nostri & coronæ ꝓjudic', sicut ex relatu pluriũ accepimus &c.

Prohibitio qñ debitum quod non est de testamento vel matrimonio, recuperatur in curia christianitatis.

¶ Rex archidiacono Tanton' & ejus officiali & eorum commissariis salutem. Monstravit nobis T. de O. quod cum R. prior Tanton' & frater I. de A. concanonicus ejusdem prioris, nuper implacitassent coram vobis in curia christianitatis, prædictum T. de debito viginti marcarum, quod non est de testamento vel matrimonio, & debitum illud coram vobis in eadem curia versus præfatum T. recuperassent, ac vos in ipsum T. pro eo quod ipse prædictas viginti marcas ad monitionem vestram solvere recusavit, sententiam excommunicationis fulminaveritis, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & damnum ipsius T. non modicum & gravamen: nos qui ad illæsam observationem &c. ut supra usq; ibi, tolerare, maxime cum placita de hujusmodi debitis in regno &c. ad nos & coronam & dignitatem nostram & non ad alium ꝑtineant in eodem regno: vobis prohibemus nec quicquã in præmissis attentare præsumatis, ꝑ quod juri coronæ & dignitatis nostræ derogari valeat quovis modo. Et si quid per vos in hac parte minus rite attentatum fuerit: id sine dilatione aliqua revocari faciatis: ne ad vos tanquam ad jurium coronæ & dignitatis nostræ violatores graviter capere debeamus &c.

Aliter de recognitione debitorum.

¶ Rex, officiali episcopi Karl' & ejus commissariis salutem. Cum recognitiones debitorum quæ non sunt de testamento vel matrimonio & condemnationes eorundem, ad nos & coronam & dignitatem nostram & non ad alium pertineant in regno nostro, executionesq; earum recognitionũ & cõdemnationũ ꝑ nos & ministros nostros & non ꝑ alios fieri debeãt: & nos nuꝑ post mortẽ I. de G. qui in diversis computis & debitis nobis tenebatur, omnia bona & catalla quæ fuer' ejusdẽ I. in manũ nostrã capi, & ea, I. quæ fuit uxor ꝓd' I. & W. de H. executoribus testamenti ejusdẽ I. ꝑ manucaptionẽ de reddendo nobis cõputos & debita præd': vel sic, computos præd' & de satisfaciendo nobis de debitis præd' fecerimus liberari: jamq; ex insinuatione prædictorum I. & W. nobis conquerendo graviter sit intimatum, quod vos ipsos I. & W. vel ipsos executores ad octo libras quas asseritis ipsos coram vobis recognovisse se debere Radulpho de W. de bonis & catallis quæ fuer' præd' I. & in quibus ipsos executores condemnastis eidẽ Radulpho infra certũ terminum solvend' (quanquam ipsi nobis de debitis præd' nondũ satisfecerint) monuistis & moneri fecistis, ac ipsos ꝑ eo qd' prædictas octo libras ad monitionẽ vestram solvere recusarunt (quanquam dicta recognitio testamentũ vel matrimoniũ non tangat) in cur' christianitatis inquietastis multipliciter & gravastis, ac sententiã

excommu-

excõmunicationis in ipsos ea occasione fulminare intenditis, in nostr' præjudiciũ & coronæ et dignitatis nostræ regiæ læsionẽ, & status eorundẽ J.& W. vel executorum depressionẽ manifestã: nos hujusmodi præjudicio nostro ꝑcavere, & indẽnitati nostræ ꝓspicere, ac jura coronæ nostræ illæsa cõservare volentes ut tenemur: vobis prohibemus ne placitũ de hujusmodi recognitione & condẽnatione in curia christianitatis teneatis, nec quicquã in hac parte quod in nostri ꝑjudicium seu coronæ & dignitatis nostræ regiæ læsionẽ cedere valeat aliqualiter attentetis, seu ꝑ alios attentari faciatis. Et si quid per vos seu ministros vestros in hac parte minus rite fuerit attentatũ: id faciatis sine dilationis incommodo revocari, taliter vos habentes in hac parte, ne ad vos tanquã ad jurium nostrorum violatores & mãdatorum nostrorum cõtemptores materiam habeamus graviter capiendi T. anno xiii. E. iii.

¶ Rex, archidiacono Midd' & ejus officiariis ac eorũ cõmissariis salutem. Cum placita de reditibus annualibus in regno nostro Angliæ, ad nos & coronã & dignitatem nostrã specialiter pertineant, ac P. R. W. de C. super hujusmodi annuis reditibus trahit in placitum coram vobis in curia christianitatis, in læsionẽ coronæ & dignitatis nostræ, & grave dampnum ipsius W. sicut ex querela sua accepimus: vobis prohibemus ne placitum illud teneatis in curia christianitatis, maximè cum hujusmodi placita ad nos et nõ ad alium pertineant in eodem regno, ac nos super his & aliis quorum cognitio ad nos pertinet, parati sumus eidem P. & aliis quibuscunq; in curia nostra plenam et celerem justitiam exhibere. Et sententiã excõmunicationis, si quam in ipsum W. occasione prædicta fulminari feceritis, sine dilatione revocari faciatis. T. &c. Aliter de annualibus reditibus. Clausula ad revocandũ sententiam, &c.

¶ Rex, venerabili in Christo patri E. eadem gratia episcopo Wintoñ & ejus commissariis salutem. Cum placita de detentionibus scriptorum in regno nostro Angliæ ad coronam & dignitatem nostram specialiter pertineant, ac A, B. super hujusmodi detentione scriptorum trahat in placitum coram vobis in curia christianitatis, in læsionem coronæ et dignitatis nostræ, sicut ex relatu plurium accepimus: vobis prohibemus &c. ut supra. Prohibitio de detentionibus scriptorum.

¶ Rex, officiariis &c. salutem. Monstravit nobis prior de B. quod cum ipse implacitet in curia nostra coram justitiariis nostris de banco per breve nostrum W. de C. de quadam transgressione eidem priori per præfatum W. illata ut dicitur, vos præfatum priorem pro eo quod ipse persona ecclesiastica existens, placitum suum hujusmodi, (cujus cognitio ad nos & dignitatem nostrã regiam in regno nostro de jure pertinet, & non ad alium) versus præfatum W. personam ecclesiasticam similiter existentem in curia nostra prædicta coram judice seculari prosequitur, ad respondendum coram vobis in curia christianitatis in hac parte citari fecistis, in nostri cõtemptum & juris coronæ nostræ læsionem manifestam: vobis prohibemus ne quicquam in præmissis, quod in juris coronæ nostræ enervationem cedere valeat, attentetis, seu attentari faciatis quovis modo. Et si quid per vos minus rite in hac parte attentatum fuerit, id sine dilatione revocari faciatis. T. &c. Prohibitio. Nota bene.

Prohibitio de reditibus feodalibus.

¶ Rex, priori de C. salutẽ. Cum placita de reditibus feodalibus, theoloniis, & aliis consuetudinibus secularibus ad nos & coronam & dignitatem nostram & non ad alium pertineant in eodem regno, ac tu R. ballivum nostrum de C. pro eo quod idem ballivus hujusmodi cõsuetudines à tenentibus tuis de T. nobis debitis exigit, trahas in placitum coram officiar' episcopi Lincolñ in curia christianitatis, in coronæ & dignitatis nostræ præjudicium manifestum : tibi prohibemus ne placitum illud sequaris in curia christianitatis &c. maximè &c.

Prohibione de feodalibus & libertatibus feodalium.

¶ Rex, venerabili &c. archiep. Cantuar' &c. salutem. Ostensum est nobis ex parte H. ballivi nostri de C. quod cũ singuli tenẽtes, vestri exceptis tantũmodo illis habitãtibus infra muros civitatis nostræ Cantuar', pro negotiationibus suis quas infra villã nostrã de W. exercere solẽt, theolonium hactenus sicut alii præstare cõsueverint, & idem ballivus jam ꝑ septẽnium illud in eadem villa nomine nostro & juris nostris regii & coronæ nostræ, à dictis tenẽtibus percepit, prout alii ballivi nostri illud in reliquis temporibus solent continuè percipere : vos ipsum à dicta perceptione hujusmodi cõsuetudinũ nobis debitarũ ꝑ censuras & coerciones ecclesiasticas, intenditis coercere, & quod nostrũ est & hactenus existit, ꝑ hujusmodi coerciones vobis conamini usurpare. Et cũ placita de feodalibus, & libertatibus feodaliũ ac rerum seculariũ in quibuscũq; personis seu dignitatibus à nobis seu progenitoribus nostris in regno nostro concessis, sint et esse consueverunt jurisdictionis nostræ, nosq; vobis parati sumus in hac parte, si fortè de dicto ballivo aut aliis cõqueri volueritis, plenã & celerẽ justitiã exhibere : vobis sub debito fidei; qua nobis tenemini, districtè prohibemus, ne ꝑ sentẽtias aliquas aut coerciones, dictũ ballivũ aut alios ministros nostros super ꝑmissis in causam vel in placitũ trahatis in curia christianitatis. Quia hujusmodi placita pertinent ad coronam & dignitatem nostrã T. &c.

Prohibitio de quadam conventione, quod patronus sit quietus de decimis vitulorũ & lacticiniorũ, juxta formam indenturæ.

¶ Rex, tali judici salutem. Monstravit nobis A. tenens quãdam partẽ manerii de D. quod licet E. nuper dominus manerii ꝑdicti per quoddã scriptum indentatum dedisset et concessisset F. nuper personæ ecclesiæ de D. quatuor acras terræ cum pertinẽtiis in eodem manerio, habend' & tenend' eidem F. et successoribus suis personis ecclesiæ prædictæ imperpetuum, & idem F. per prædict' scriptum de assensu & voluntate episcopi Lincolniæ diocesani loci prædicti & I. tunc patroni ecclesiæ prædictæ, concessisset pro se et successoribus suis, quod idem E. hæredes & assignati sui imperpetuum essent quieti de decimis vitulorum & lacticiniorũ in manerio supradicto, pro dictis quatuor acris terræ sic sibi datis et concessis, idemq; E. hæredes & assignati sui semper hactenus à tẽpore concessionis prædictæ de decima vitulorum & lacticiniorũ infra maneriũ ꝑdict' quieti esse cõsuevissent : G. tamẽ nunc persona ecclesiæ ꝑdictæ tenens ꝑdictas quatuor acras terræ, prædict' A. assignatum prædicti Edwardi, super decimam hujusmodi vitulorum & lacticiniorum in eodem manerio sibi præstandam, trahit in placitum coram &c. christianitatis, & ipsum ea occasione multipliciter inquietat, in enervationem concessionis & donationis prædictarum, &

prædicti A. dispendium non modicum & gravamen. Et quia discussio hujusmodi donationis et concessionis de laico feodo in regno nostro initarum, in curia nostra, & non alibi tractari & fieri debet: vobis prohibemus ne placitum aliquod laicum feodum in regno nostro tangens teneatis in curia christianitatis, nec quicquam in hac parte, quod in enervationem dicti scripti aut donationis & concessionis prædictarum quæ in curia nostra & non alibi tractari debent, sicut prædictum est, cedere poterit, attentetis seu attentari faciatis quovis modo. T. &c.

☞ Vel potest dici sic, tali cōd. & cōventione in dicto scripto adjectis qd' idē A. hæred' & assignati sui imppetuū essēt quieti de decima lacticiniorū &c. ut supra.. Regula.

¶ Rex, conservatoribus privilegiorum prioris & fratrum hospitalis sancti Johānis Hierusalem in Angl' & eorum cōmissariis salutē. Monstravit nobis Johannes Brauncestr', quod cum prædictus prior nuper implacitasset ipsum I. coram vobis in curia christianitatis de quibusdā cōsuetudinibus de teñ ipsius I. in K. facīed', & nos pro eo quod hujusmodi placita ad nos & nō ad alium pertinēt in eodem regno, vobis per diversa brevia nostra ꝓhibuerimus, ne placitū teneretis de laico feodo ipsius I. in K. unde ꝑdict' prior traxit eum in placitū corā vobis in curia christianitatis: ac vos asserentes prohibitiones nostras prædict' per ipsum I. in libertatis ecclesiasticæ læsionem impetratas & vobis porrectas fuisse, ipsum inde trahatis in placitū corā vobis in curia christianitatis, in læsionem coronæ dignitatis nostræ, & dānum ipsus I. non modicū & gravamen. Et quia nō est juri cōsonum, quod aliquis trahatur in placitum in curia christianitatis, pro eo quod hujusmodi brevia in cancellaria nostra impetrat & prosequitur secundum legem & consuetudinē regni nostri: vobis ꝓhibemus ne placitum illud teneatis in curia christianitatis, nec quicquam quod in derogationē regiæ dignitatis nostræ cedere valeat, in hac partē attentetis seu per alios attētari faciatis quovis modo. Et si quid per vos &c. revocari faciatis. T. &c. Prohibitio quando judex implacitat in curia christianitatis aliquem deferentem sibi regiam prohibitionem, W. ij. cap. xviij.

¶ Rex, vicecomitibus London salutem. Si I. de B. &c. tunc ponite &c. priorem sancti Bartholomei de S. Lōdoñ quod sit &c. ad respondendū tā nobis quàm præfato I, quare cum nos nuper præfato P. prohibuerimus ne placitum teneret in curia christianitatis de laico feodo ꝑdicti I. in K, unde prior sancti Johānis &c. traxit eum in placitum in curia christianitatis, ac postmodū ad prosecutionem ꝑdicti I. nobis suggerentis ꝑfatum priorem asseruisse prohibitiones nostras prædictas per præfatum I. in libertatis ecclesiasticæ lesionem impetratas, & eidem P. porrectas fuisse, ipsumq; I. inde traxisse in placitum in curia christianitatis in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & contra prohibitiones nostras ꝑdict', eidem B. prohibuerimus ne placitum illud teneret &c. (mutatis mutandis) revocari faceret: idem P. tenuit placita ꝑdicta in curia christianitatis, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ & cōtra prohibitiones nostras prædictas, & ea quæ per ipsum in præmissis minus rite attentata fuerunt, revocare recusavit in nostri cōtemptū & prædicti I. grave damnum. Et habeatis ibi nomina pleg'. &c. T. &c. Attachiamentum inde.

¶ Rex, officiariis cur' Cantuar' & ejus commissariis salutem. Monstravit Prohibitio de

laico feodo, formata quando aliquis legaverit aliquod tenementū ad inveniendum capellanū post statutum de terris ad manum mortuam non ponendis & sine licētia regis, & postea rex perdonavit transgressionem.

stravit nobis I. le Benster, quod cum Walterus de Hendoñ nuper civis civitatis nostræ Londoñ, post publicationē statuti de terris & tenemētis ad manū mortuā nō ponendis editi, in testamento suo in ultima voluntate sua legasset tria mesuagia, viginti & septē shopas, unum gardinū & sexdecim solidatos reditus cum ꝑtinēt' in civitate ꝑdicta & suburbio ejusdē, ad inveniendum & sustentādum tres capellanos, divina singulis diebus in ecclesiis sancti Johannis Zacariæ London, & sancti Andreæ in Holborn', pro anima ipsius Walteri, & anima Gilberti de Clare quondam comitis Glouc' & Hertford', ac animabus parentum & benefactorū ꝑdicti Walteri & Eliæ de la forde celebratur' im ꝑpetuū, licentia dñi E. quondam regis Angliæ avi nostri, aut dñi E. nuper regis Angl' patris nostri, aut nostra nō obtenta: quæ quidē mesuagia, shopæ, gardinū, & reditus, ad manus Johannis Knych', R. de B. & A. de C. jam devenerunt, & occasione transgressionis illius ꝑ R. de R. nuper escaetorē ipsius patris nostri capta fuerūt in manum suā ut dicebatur: ac idē pater noster de gratia sua speciali ꝑdonasset transgressionem factam in hac parte, & concessisset pro se & hæredibus suis quantum in ipso fuit, ꝑfatis I. R. & A, quod ipsi ꝑdicta mesuagia, shopas, gardinum, & reditum cum pertin', rehaberent, & tenerēt sibi & hæredibus suis ad inveniendum & sustentandum capellanos ꝑdict' imperpetuum, statuto ꝑdicto nō obstante: jámq; R. de K. capellanus cantariæ in ecclesia sancti Andreæ ꝑdicta, inplacitet præfatā I. nunc tenentem tertiæ partis mesuagiorum, shopàrum, gardinorum, & reditus ꝑdict', coram vobis in curia christianitatis de tertia parte ꝑdicta, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & status ipsius Isabellæ depressionē manifestā. Et quia placitum prædict' eo qđ tangit laicum feodum, ad nos & coronam & dignitatē nostram, & nō ad alium pertinet in regno nostro: vobis prohibemus ne placitū illud teneatis in curia christianitatis, nec quicquam in præmissis attentetis quod in læsionem coronæ & dignitatis nostræ cedere valeat quovis modo. Et si quid per vos minus rite attentatum fuerit in præmissis, sine dilatione aliqua revocari faciatis. T. &c.

Prohibitio ne aliquis trahatur in placitum in curia christianitatis, pro eo quòd sequitur jus suum in curia regis.

¶ Rex, archidiacono &c. salutem. Monstravit nobis M. de B, qd' cum ipsa implacitet coram nobis in curia nostra per breve nostram W. de E. & H. de O. de eo qd' iidem W. & H. ipsam M. apud S. cepissēt, imprisonassent & malè tractassent, et bona et catalla sua ad non modicam valentiam ibidem inventa cepissent, et asportassent: vel sic, per breve nostrum W. de E. et H. de O, de quadam transgressione iidem M. ꝑ præfatos W. et H. illata ut dicitur: iidem W. et H. prosecutionem placiti ipsius M. in hac parte callidè machinātes enervare, asserentésq; ipsos in hac parte ꝑ ipsam M. diffamari: trahant eam in placitum coram vobis in curia christianitatis, sicut ex querela sua accepimus. Et quia non est consonum rationi quod quis ꝑ aliquibus quæ in curiis nostris ritè prosequitur, trahatur in placitum in curia christianitatis, seu aliqualiter ꝑgravetur: vobis prohibemus ne placitum illud teneatis in curia christianitatis, nec quicquā in hac parte attentetis, qd' in læsionē coronæ et dignitatis nostræ cedere valeat quovis modo. Et si quid minus ritè attentatum

tatū fuerit in hac parte: id ſine dilatione aliqua revocari faciatis. T. &c.

¶ Rex vic' Warr' ſalutem. Si Margareta le Baxt' fecerit &c. tunc pone &c. quod ſit coram juſtitiariis &c. oſtenſur' quare cum nos nuper ad proſecutionem præfatæ M. nobis ſuggerentis, Will' Erueis & Henr' Ode, pro eo quod ipſa præfatos W. & H. de quadam tranſgreſſione eidem Marg' per præfatos W. & H. illata ut dicebatur, coram nobis implacitaverit, aſſerētes ſe per præfatam Margaretam ea occaſione diffamari, ipſam inde traxiſſe in placitum coram præfato R. in curia chriſtianitatis, eidem R. per breve noſtrum prohibuerimus ne placitum illud teneret in curia chriſtianitatis, nec quicquam in hac parte attentaret, quod in læſionem coronæ & dignitatis noſtræ cedere valeret quovis modo, & ſi quid minus rite per ipſum attentatum foret in hac parte, ſine dilatione revocari faceret: idem R. tenuit placitum in curia chriſtianitatis &c. & id quod per ipſum in hac parte minus rite attentatum fuerit revocare recuſavit, in noſtri contemptum & coronæ & dignitatis noſtræ læſionem, dictæque Margaretæ damnum non modicum & gravamen, & contra prohibitionem noſtram. Pone etiam per vadium & ſalvos plegios prædictos W. & H. quod tunc ſint ibi oſtenſuri quare ſequuti ſunt idem placitum in eadem curia, in læſionem coronæ & digintatis noſtræ, & grave damnum ipſius M. & contra prohibitionem noſtram. Et habeas &c. Attachiamentum inde.

¶ Rex offic' cur' Cantuar' & ejus commiſſar' ſalutem. Monſtravit nobis dilectus & fidelis noſter H. comes Lanc', quod cum nuper inter W. de Ferrar' dudum comitem Derb' dominum honoris de Tuttebury ex una parte, & abbatem & capitulum ſancti Petri ſuper Dinam, unde prioratus de Tutteburi cella exiſtit ut dicitur, ex altera, ſuper advocatione prioratus prædicti per quoddam ſcriptum indentatum inde inter eos confectum cōventum fuiſſet, quod in ſingulis vacationibus dicti prioratus, abbas loci prædicti qui pro tempore foret de aſſenſu capituli ſui, tres perſonas de conventu ſuo, præfato Will' & hæredibus ſuis dominis honoris prædicti nominaret, de quibus idem W. & hæredes ſui prædicti unum quem voluerint eligerent, & ad prioratum prædictū loci dioceſano præſentarēt: & licet abbates loci ꝑdicti qui ꝑ tempore fuerint, hujuſmodi perſonas eidem W. & hæredibus ſuis dominis honoris prædicti, & poſtmodum Edmundo dudum comiti Lācaſtar', cui dominus H. nuper rex Angl' proavus noſter, ad cujus manus honor prædictus certis de cauſis devenit, honorem illum conceſſit, habendum eidem Edmundo & hæredibus de corpore ſuo exeuntibus, necnon Thomæ filio & hæredi ejuſdem Edmundi fratris prædicti Henri' cujus hæres ipſe eſt, & etiam idem Henr' in ſingulis vacationibus dicti prioratus virtute ſcripti ꝑdicti à tempore cōfectionis ejuſdem nominaverint, idemq; W. & hæredes ſui ꝑdicti necnō ꝑfati E. T. & H. illos quos de eiſdē ꝑſonis elegerūt ad prioratū ꝑdict' loci dioceſanis qui ꝑ tēpore fuerint, ſucceſſive ꝑſentaverint, et ipſi ſic ꝑſentati ad prioratū illum ad ꝑſentationē hujuſmodi admiſſi fuerint et inſtituti in eodem, ſupprior tamē et cōventus loci ꝑdicti machinantes præfatū comitem Prohibitio de quadam conventione eligendi priorem.

comitem de jure suo advocationis pdictæ dufraudare, ptendentesq; jā de novo electionem de hujusmodi priore in vacationib' hujusmodi ad ipsos ptinere debere: fratrē Alex' de portu pfato comiti p nūc abbatē loci pdicti ad prioratū pdict' nuper per resignationem I. de sancto Albano ultimi prioris ejusdē vacantē, inter alios nominatū & per eundē comitem electū, & loci diocesano psentatū, & in priorem loci illius p dictum diocesanum admissum, necnō pfatum abbatem & fratrē Wil. de Escaiolo super impedimēto psentationis hujusmodi & aliorum pmissorum trahūt in placitum coram vobis in curia christianitatis. Nos ad hoc qd' psentatio prædicta ad nos & hæredes nostros, si pfatus comes sine hærede de corpore suo exeunte obierit, reverteretur, quodq; placitum illud pendet in curia nostra corā justitiariis nostris de banco per breve nostrum inter ipsum comitem & pfatos suppriorem & cōventum super advocatione prioratus prædicti, sicut per certificationem dilecti & fidelis nostri Joh. de Stonore capitalis justitiarii nostri de banco, quam coram nobis in cancellaria nostra venire fecimus, nobis constat, considerationem habentes, volentesq; tam nostræ quàm pfati comitis exhæredationi in hac parte prout cōvenit pcavere: vobis prohibemus ne quicquam quod in nostri præjudicium vel exhæredationem in hac parte cedere valeat attentetis, seu attentari faciatis quovis modo: maximè dum placitum prædictum de advocatione illa inter partes prædictas coram præfatis justitiariis nostris pendet indiscussum. T. &c. Ed. iij. Anno. xviij.

Prohibitio ne quis visitet hospitale de fundatione regis & progenitorū suorum.

¶ Rex venerabili &c. episcopo Karliol' salutem. Cum cācellarius noster qui pro tempore fuerit seu deputandus ab ipso, omnia hospitalia in regno nostro de fundatione seu patronatu nostro aut progenitorum nostrorū quondam regnum Angl' existentia visitare debeat, & omnes cācellarii nostri & progenitorū nostrorum prædict' seu deputandi ab eisdem, ea à tempore quo nō extat memoria semper hactenus visitare consueverint, absq; eo quod aliquis alius officium visitationis in eisdem exercere debeat, seu hactenus consueverit: vos nihilominus officium visitationis in hospitali sancti Nicholai extra Karliol', quod Marger' de Gold' tenet ex cōcessione nostra, quod de fundatione progenitorum nostrorum existit, vobis attrahitis, & illud visitare intenditis jam de novo, sicut ex relatu plurium accepimus, quod si toleraretur, in nostri ac coronæ nostræ præjudicum & exhæredationem cederet manifestè: nos hujusmodi pjudicio & exhæredationi obviare volentes ut tenemur, vobis prohibemus ne quicquam quod in nostri aut coronæ nostræ præjudicium in hac parte cedere valeat attentetis, seu attentari præsumatis quovis modo, scientes quòd si secus feceritis, ad vos tanquam ad juris nostri regii violatorem non immeritò graviter capiemus. T. &c.

Ne quis intromittat se de libera capella regis prohibitio.

¶ Rex abbati sancti Jacobi Northamptoñ salutem. Cum ecclesia sanctæ Cedde de Salop. per progenitores nostros quondam reges Angliæ fundata, & variis libertatibus & privilegiis communita, capella libera dictorum progenitorum nostrorum à primeva sua fundatione continuè

nuè fuerit, et sic nostra sit in præsenti, nobisq; & ministris nostris solis & insolidum omni jure subjecta, & ab omni provisione de decanatu, canonicalibus, & præbendis, ac officiis quibuscunque dictæ capellæ, auctoritate sedis apostolicæ seu quavis alia concedenda vel facienda exempta penitus & immunis, quibus quidem privilegiis & libertatibus, exemptione & immunitate dicti progenitores nostri & nos, ac etiam dicta capella nostra liberè, pacificè, & quietè absq; interruptione qualibet prout de jure coronæ ad nos pertinere dignoscitur, usi sumus hactenus & gavisi, ac jam intellexerimus quòd vos privilegiorũ, libertatum, exẽptionum, & immunitatum prædictarum considerationem non habentes, sub colore quorundam mandatorum seu cõmissionum vobis in hac parte factorum, processus & executiones facere nitimini, in derogationem privilegiorum, libertatum, exemptionis & immunitatis prædictorum, quæ si fierent, in nostri juris coronæ nostræ præjudicium ac exhæredationis nostræ periculum cederent manifestum: nos conservationi jurium nostrorum volentes prospicere ut debemus, vobis prohibemus ne quicquam in præmissis quod in nostri vel dictæ capellæ nostræ præjudicium, seu jurium nostrorum cedere valeat quovis modo, attentetis indebitè seu per alios attentari faciatis. Et si quæ per vos in hac parte perperam attentata fuerint, ea sine dilatione revocari faciatis. T. &c.

Prohibitio ne quis ordinarius se intromittat de hospitali eo quod cõsistit totum in temporalibus & nihil in spiritualibus pro aliquo, quam rege.

¶ Rex, archidiacono Tantoñ & ejus officiali ac eorũ cõmissariis salutem. Ex parte M. quæ fuit uxor I. nobis est ostẽsum, quod cũ hospitale sancti Egidii leprosorũ de B, ꝑ antecessores R. filii & hæredis præd' J. ad sustentationem leprosorum & aliorum pauperum & infirmorum ibidem, totum in tẽporalibus & nihil in spiritualibus fundatum existat, idemq; hospitale cujus advocatio ad præfatam M. tanquam pertinens ad manerium de B, qd' eadem M. tenet ad terminum vitæ suæ de hæreditate prædicti R. in singulis vacationibus dicti hospitalis per ipsam M. conferri, & illi quibus hospitale illud sic conferri contigerit in corporalem possessionem ejusdem per ballivos & ministros præfatæ M. induci debeant, ac omnes antecessores prædicti R. à tempore fundationis hospitalis prædicti, hospitale illud in singulis vacationibus ejusdem conferre, & per ballivos & ministros suos illis quibus idem hospitale sic collatum fuerit inducere consueverint, absque hoc quod aliquis archidiaconus Tãtoñ vel ejus officialis seu cõmissarius eorũdẽ, seu quivis alius ordinarius, officiũ inductionis seu visitationis in eodẽ exercere, seu in aliquo se inde intromittere debeãt, seu hactenus cõsueverunt: vos nihilominus in hospitali ꝑdict' qd' de patronatu ꝑd' Marg' & totũ in temporalibus & non aliqualiter in spiritualib' fundat' existit, officiũ visitation' jam de novo nitimini exercere, & R. de S. R. de K. & I. de B. homines & pauperes hospit' præd', trahitis inde in placitũ in curia christianitatis: et in ipsos pro eo qd' mandatis vestr' in hac parte parere noluerũt, sẽtẽtiã excõmunicationis fulminastis & eis diversa gravãina & oppression' ꝑ citatiões & alias censuras ecclesiasticas ex causa ꝑdicta diversimodè intulistis & indies inferre non desistitis in

læsionem

læsionem coronæ et dignitatis nostræ, ac præfatæ M. & hominum ac pauperum prædictorum damnum non modicum & præjudiciū manifestum: nos pro eo quod placitum prædictum tangit nos & coronā & dignitatem nostram, præsertim cum collatio dicti hospitalis ad nos ratione custodiæ posset devolvi, vobis prohibemus ne quicquam in hac parte attentare præsumatis, seu per alios attentari faciatis, quod in nostri præjudicium seu coronæ prædictæ læsionē cedere valeat quovis modo. Et omnia quæ per vos in hac parte minus rite attentata fuerint: sine dilatione aliqua revocari faciatis: ne ad vos tanquam ad jurium coronæ nostræ violatores et contemptores mandatorum nostrorum graviter capere debeamus. T.&c.

Prohibitio ꝑ terminariis qū provisor implacitat clericum suum super advocatione ecclesiæ.

¶ Rex offic' curiæ Cātuar' & ejus cōmissar' salutem. Querelā W. et G. receperimus continentem, vel querentem, quod cum venerabilis pater T. episcopus Hereford' manerium suum de H. cum pertinentiis, unà cum advocatione ecclesiæ ejusdem manerii per scriptum suum indentatum, præfatis W. & G. ad certū terminum nondum præteritum dimisisset & cōcessisset, iidemq; W. & G. de eodē manerio virtute dimiss. & cōcess. prædict' seisiti fuissent pacificè & quietè, ac pro eo qd' dicta ecclesia de H. post dimissionem & concessionem prædictas, durante termino prædicto per mortem magistri E. ultimi rectoris ejusdē vacavit, & dn̄s episcopus ipsos W. & G. suꝑ præsentatione sua ad ecclesiam prædictam impedivit: iidemq; W. & G. per breve nostrū versus præfatū episcopum, pro eo quòd ipse permitteret ipsos præsentare idoneam personam ad ecclesiam prædictam, coram justitiariis nostris de banco tulissent placitandum. Et licet ipsi præsentationē suam prædictam ad dictam ecclesiam versus præfatum episcopum per considerationē curiæ nostræ prædictæ recuperassent, & nos per breve nostrum mandaverimus præfato episcopo qd' non obstante reclamatione sua ad præsentationem prædictorum W. & G. idoneam personā admitteret ad ecclesiam supradictam, sicut per tenorem recordi & processus loquelæ inde coram præfatis justitiariis habitæ, quē corā nobis in cancellaria nostra certis de causis venire fecimus, plenius apparet, idemq; episcopus virtute considerationis & brevis nostri prædictor' R. de F. clericum per ipsos W. & G. ad ecclesiam prædict' præsentatū admisisset & ipsum ꝑsonā in eadē canonicè instituisset: magr' tn̄ S. de P. clericus, prætēdens dictā ecclesiam tēpore mortis prædicti E. fuisse de advocatione seu collatione prædicti episcopi cùm nō fuerit, & ipsum S. prætextu cujusdam provisionis per curiam Romanā de ecclesiastico beneficio ad collationem seu provisionem dicti episcopi spectante sibi ut dicitur factæ, dictā eccle' acceptasse, & executores provision' prædictæ eandem ecclesiā eidem S. cōtulisse, seu sibi de eadē ꝓvidere fecisse, ad amovēdū prædictū R. de possessione ecclesiæ suæ prædictæ quæ de advocatione prædict' W. & G. tēpore mortis prædicti E. extitit & adhuc existit: secutus est placitū corā vobis in curia christianitatis & sic in eadem curia discussionem de advocatione eccl' prædictæ fieri nititur cum effectu. Quæ si procederent, in nostri & juris nostri regii

regii præjudicium,& ipsorum W. & G.damnum non modicum ac considerationis prædictæ enervationem cederent manifestè: nos hujusmodi præjudicio præcavere, & jura coronæ nostræ illæsa conservare volentes prout astringimur vinculo juramenti: vobis districtè prohibemus ne placitum inde in nostri præjudicium teneatis in curia christianitatis, nec quicquam in hac parte attentetis seu attentare aliqualiter præsumatis, quod in nostri seu juris nostri regii præjudicium seu considerationis prædictæ enervationem cedere valeat quoquo modo. T. custode Angl' &c. Anno xiii. Ed.iii

¶ Rex, &c. et ejus commissar' salutem. Monstravit nobis dilectus clericus noster S. de N. quod cum venerabilis pater R. quondam Norwic' episcopus, ipsum ad præsentationem nostram ad ecclesiam de C. tunc vacantem, et ad nostram donationem spectantem ratione terrarum et tenementorum H. fil' et hær' G. in manu et custodia nostra existentium admiserit, et ipsum perpetuum rectorem instituerit in eadē ecclesia: I. clericus asserens N. quondam Norwic' episcopum sibi eam contulisse per lapsum temporis, præfatum clericum nostrum trahat inde in placitum coram vobis in curia christianitatis. Quia verò de hujusmodi præsentationibus ad ecclesias ex consuetudine hactenus obtenta in regno nostro et approbata nobis non currit tempus, et tam nos ratione custodiæ nostræ quàm prædictus hæres in custodia nostra existens jacturam advocationis nostræ incurreremus, si prædictus I. in causa illa obtineret: vobis districtè prohibemus, ne causam illam ulterius teneatis in curia christianitatis: quia placita de advocationibus ecclesiarum spectant ad coronam &c.

Prohibitio formata de advocatione ecclesiæ.

¶ Rex, offic' &c. salutem. Ex relatu plurium intelleximus, quod cum G. persona ecclesiæ de N. per breve nostrum de banco implacitasset abbatem de Melsa de debito centum librarum, in quibus idem abbas per scriptum suum obligatorium præfato G. tenebatur, ac frater Richardus de B. commonachus ejusdem abbatis machinans præfatum G ab actione sua in hac parte fraudulenter et subdolè impedire, sigillum ipsius G. ad acquietantias inde nomine ipsius G. in enervationem actionis suæ prædictæ consignandas apud Eborum controfecisset, prædictusq; G. præmissa perpendens præfatum fratrem Richardum de B. in domo W de Boshale de Eborum selegraver cum hujusmodi sigillo controfacto per ballivos civitatis nostræ Eborum ibidem secundum legem & consuetudinem regni nostri attachiari fecisset, prædictus abbas et conventus loci prædicti ea occasione asserentes præfatum G. manus violentas in præfatum fratrem Richardum injecisse seu injeci procurasse vel fecisse: præfatum G. trahunt inde in placitum coram vobis in curia Christianitatis, in læsionem coronæ et dignitatis nostræ, et ipsius G. damnum non modicum et gravamen. Et quia non est juri consonum, quòd quis pro eo quod negotia sua super hiis quorum cognitio ad nos pertinet in curia nostra, modo debito prosequitur, trahatur &c. vobis prohibemus &c. ne quicquam &c. ut supra.

Prohibitio qñ aliquis trahatur in curia christianitatis, eo quod asseruit, ipsum cōtrofecisse sigillum suum, & ipsum ea occasione fecerit arrestari.

¶ Rex,

Prohibitio pro eo quod aſſeruit ſe diffamari, quia aliàs perhibuit teſtimonium veritati in quadam inquiſitione. &c.

¶ Rex, &c. ſalutem. Monſtravit nobis M. de H. miniſter noſter Cambii Eborum, quod cum ipſe unà cum aliis ad hoc electis teſtimonium perhibuiſſet veritati in quadam inquiſitione, quam nuper fieri fecimus de miniſtris & ſtatu Cambii noſtri prædicti, & nos per inquiſitionem illam H. de B. & quoſdam alios tunc miniſtros Cambii prædicti amoveri fecimus ab eodem: idem H. aſſerens ſuper hoc perſonam ſuam diffamari, trahit eum inde in placitum &c. Et quia non eſt juri conſonum &c. vobis prohibemus &c. ne teneatis in curia chriſtianitatis &c. T. &c. in forma communi.

Prohibitio qñ judex facit excommunicari partem quæ impetravit ꝓhibitionem nomine proprio.

¶ Rex, offic' epiſcopi E. et ejus commiſſario ſeu commiſſariis quibuſcunq; ſalutem. Ex parte W. nobis eſt oſtenſum quod cum L. nuꝑ coram vobis in curia chriſtianitatis traxiſſet in placitum ipſum W. de catallis &c. vel matrimonio, & ꝓ eo quod cognitiones hujuſmodi placitorum ad nos et coronam noſtram et non ad alium in regno noſtro ꝑtineant et ꝑtinuerunt ab antiquo: præfatus W. ad cancellariã noſtram accedens, quandam ꝓhibitionem noſtram, nomine ſuo ꝓprio in eadem cancellaria noſtra impetravit, et eam vobis, ne placitum illud teneretis in eadem curia chriſtianitatis ut dicitur, liberavit, cujus prohibitionis noſtræ vobis ꝑ eundem W. ꝑ ſeipſo, ut præmittitur, liberatæ prætextu, vos aſſerentes eundem W. ſanctam eccleſiam in hoc graviter offẽdiſſe: ipſum W. abſq; dilatione ulteriori ipſo facto fore excommunicatum decreviſtis, et in eundem W. excommunicationis ſententiam publicè in eccleſiis parochialibus decanatus de E. pulſatis campanis & candelis accenſis fulminari feciſtis, in noſtri et dictæ coronæ noſtræ præjudicium manifeſtum, et ſtatus ejuſdem læſionem manifeſtam, nos nolentes aliquos de eodem regno ſuper aliquibus quæ in curia noſtra rite impetraverunt, et quorum cognitio ad nos ꝑtinet, aliqualiter prægravari, ſed eos potius in hujuſmodi impetrationibus quatenus poterimus confovere ut tenemur: vobis mandamus quod ſi ita eſt, tunc ſententiam prædictam in ipſum W. ex cauſa præmiſſa fulminatam, ac alia quæ in hac parte in noſtri et coronæ noſtræ præjudicium attemptari feceritis, ſine dilatione aliqua revocari faciatis. Taliter ſuper hiis vos habentes, ne ad vos tanquam ad juris noſtri et coronæ noſtræ violatores graviter capere debeamus. T. &c.

Prohibitio ne epiſcopus conferat eccleſiam per lapſum temporis ante lapſum temporis ſex menſium.

¶ Rex, venerabili in chriſto patri R. epiſcopo London' et ejus offic' ac eorũ cõmiſſar' ſalutem. Quia ſecundũ legẽ et conſ. regni noſtri Angl' epiſcopi ſeu alii dioceſani eccleſias ſeu alia beneficia de quorumcunq; patronatu exiſtunt, infra dioceſanã ſuam vacantia, ꝑ lapſum temporis ante ſex menſes à tempore vacationum eorundem tranſactas conferre non debent, nec conferre conſueverunt aliquibus temporibus retroactis: vobis præmiſſa ſignificamus, ut ulterius in cauſa quæ eſt coram vobis inter I. præſentatum ad eccleſiam de M. per B. et dilectum clericum noſtrum R. de W. archidiaconum, & Rich. et S. de B. cui prædictus archiepiſcopus dictam eccleſiam per lapſum temporis contulit, ut dicitur, ſecurius procedere valeatis. T. &c.

Prohibitio qd'

¶ Rex, majori & ballivis ſuis civitatis Eborum ſalutem. Cum cognitiones

tiones placitorum de transgressionibus, clericis nostris & progenitorum nostrorum de cancellar' aut eorundem clericorũ servientibus & ministris in locis ubi cancellar' moram fecerit illatis, vel quas iidem clerici nostri, ministri, vel servientes sui secum in locis illis morantes aliis ibidem fecerint, ad cancellarium vel ad custodem sigilli qui ꝑ tempore fuerit pertineant, & hactenus pertinere consueverint, ac vos ad prosecutionem W. de S. & quorundam aliorum de civitate prædicta, asserentiũ diversas transgressiones sibi apud Eborum, ubi cancellaria nostra jam existit, per B. & C. dilecto clerico nostro I. de T. uni clericorum nostrorum de canc' deservientes & cum eo morantes, illatas esse, placita inde per diversas querelas inter præfatos W. & alios ac prædictos B. & C. teneatis, cognitiones hujusmodi, quæ ad custodem sigilli nostri ipso ibidem existente, & non ad alium pertineant, vobis attrahendo contra consuetudinem prædictam: nos nolentes clericos nostros de cancellaria nostra aut eorum servientes vel ministros, aliter in hujusmodi causa, quàm temporibus retroactis fieri consuevit, pertractari: vobis præcipimus, quòd placitis illis coram vobis ulterius tenendis supersedeatis omnino, præfato W. & aliis conquerentibus dicentes ex parte nostra, quòd ad dictum custodem accedant, justitiam de transgressionibus prædictis in cancellaria nostra prosecuturi si sibi viderint expedire. T. xii. die Decembris Anno viii. Ed. iii.

Clerici de cancellaria & ministri sui non respondeãt coram aliq·o nisi coram cancellario de transgressione &c.

¶ Rex, &c. salutem. Monstravit nobis Matilda quæ fuit uxor R, quod cùm illa implacitet corã justitiariis nostris de banco per breve nostrũ I. de una acra prati cum pertinentiis in N. eidem I. per præfatum R. quondam virum suum in vita sua dimissis, idemq; I. prosecutionẽ præfatæ M. callidè machinans impedire, asserensq; præfatum M. sacramẽtum corporale quod ipsum I. post mortem prædicti R. quondam viri sui de prato prædicto non implicitaret præstitisse, ipsamq; Matild' dictum I. de prato prædicto contra sacramentum suum hujusmodi sic implacitare: eandem M. super læsionem fidei suæ in hac parte trahit eam in placitum coram vobis in curia christianitatis, ut ipsa M. coram vobis laboribus & expensis diversimodè fatigatam, à prosecutione juris sui in curia nostra perquirendi taliter impediatur, in ipsius M. dispendium non modicum & gravamen, & exhæredationis suæ periculum manifestum. Et quia non est juri consonum, quòd quis pro eo quòd pro jure & hæreditate sua secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ recuperandis in curia nostra ritè prosequitur, trahatur in placitum in curia christianitatis: vobis districtè prohibemus ne placitum illud teneatis in curia christianitatis, nec quicquam, quod in legis & consuetudinem prædictarum derogationem cedere valeat, aliqualiter attentetis. T. &c.

Prohibitio quã mulier petit hæreditatem post mortem viri sui qui alienavit, & implacitatur de læsione fidei, eo quod præstitit juramentum.

¶ Rex, archidiacono Lincoln' & ejus offic' ac eorum commissar' salutẽ. Cum hospitale nostrum sanctorũ Innocentium juxta Lincoln', de fundatione ꝓgenitorum nostrorum regum Angl' & de advocatione nostra & ad collationem nostram spectans, de terris & possessionibus ꝑ sustentatione pauperũ & infirmorũ in eodem hospitali degentiũ

Prohibitio pro hospitali regis, ne visitetur per ordinarium.

dotatum existat, & licet magistri hospitalis prædicti qui pro tempore fuerint, in corporalem possessionem ejusdem, ꝑ vic' nostrũ Lincolñ & non ꝑ loci ordinar' totis temporibus retroactis induci consueverunt & debeant hiis diebus, dictumq; hospitale per cancellarium nostrum, qui pro tempore fuerit vel per alios quos per literas nostras patentes sub magno sigillo nostro ad hoc deputaverimus, visitari debeat, tam in capite quam in membris, absq; eo quod aliquis ordinarius officiũ visitationis seu aliam jurisdictionem ordinariam, in dictum hospitale seu magistrum, fratres, sorores, aut ministros hospitalis illius exercere consueverit, seu de eodem hospitali in aliquo se intromiserit: vos tamẽ jurisdictionem ordinariam in hospitale prædictum, magistrum, fratres, sorores, & ministros exercere intenditis, ipsosque magistrum, fratres, sorores, & ministros, præmissa occasione per diversas citationes fatigatis jam de novo, in nostri & juris nostri regii præjudicium, ac coronæ & dignitatis nostræ læsionem manifestam. Nos igitur jura coronæ nostræ illæsa observare, & hujusmodi præjudicio volẽtes præcavere: vobis prohibemus ne quicquam in hac parte quod in nostri & juris nostri regii præjudicium, ac coronæ & dignitatis nostræ læsionẽ cedere valeat in præmissis, attentare præsumatis quovis modo. Et si quid in hac parte per vos fuerit attentatum, id sine dilatione aliqua revocetis, ne ad vos tanquam ad jurium nostrorum violatores graviter capere debeamus. T. &c.

Prohibitio qñ quis appellat de non admissione post recuperationem factam in curia regis & prosequitur appellationem in curia christianitatis.

¶ Rex, Johanni Brok salutem. Cum A. in quadam assisa ultimæ præsentationis quam B. de C. arrain' coram justitiariis nostris de banco, ꝑ breve nostrum versus prædictum A. de ecclesia de Lalleford', recuperasset præsentationem suam ad ecclesiam prædictam ꝑ consideratione curiæ nostræ prædictæ, ꝑ quod mandavimus episcopo L. qd' ad præsentationem ipsius A. ad ecclesiam præd' idoneam ꝑsonam admitteret, non obstante reclamatione ipsius B, sicut per tenorem recordi & processus assisæ prædictæ (quem coram nobis in cancellaria nostra certis de causis venire fecimus, quem tibi significamus) nobis constat: at jam intelleximus quod tu asserens te ad ecclesiam prædictam ꝑ præfatum B. esse præsentatum, & à præfato episcopo de non admissione ad curiã Cantuar' appellasse, appellationis illius negocium coram officiali curiæ Cãtuar' & ejus commissariis in curia christianitatis, ad amovendũ I. de B. clericum ad dictam ecclesiam ꝑ præfatum A. præsentatum, & in eum virtute recuperationis & considerationis prædictarum ꝑ præfatum episcopum institutum ꝓsequeris cum effectu: quæ quidem appellatio si procederet, in nostri præjudicium & recuperationis & considerationis prædictarum enervationem cederet manifestè. Et quia judicia in curia nostra rite reddita in suis roboribus manuteneri volumus & defendi, prout ad hoc vinculo juramenti astringimur & tenemur: tibi prohibemus ne placitum illud sequaris in curia christianitatis, nec quicquam, quod in nostri præjudicium seu enervationem recuperationis & considerationis prædictarum cedere valeat, aliqualiter attentes seu attentari fac'. T. &c.

¶ Rex,

¶ Rex, officiali curiæ Cantuar' et ejus cōmissar' salutem. Cum ut acceptimus I. de W. persona ecclesiæ de B, traxerit W. de C. in placitū in curia christianitatis de laico feodo suo in I, & licet idem W. quoddam breve nostrum de prohibitione, ne placitum illud sequeretur in curia christianitatis, præfato I. porrexerit: idem tamen I. pdictum mādatum nostrum parvi pendens, dictum placitum contra eundem W. in dicta curia christianitatis ulterius prosequebatur, per quod ipsum per aliud breve nostrū fecerimus attachiari, essendi corā justitiariis nostris apud West. ad certum diem in dicto brevi contentum, ostensurum quare secutus est idem placitum in eadem curia christianitatis cōtra prohibitionem nostram pdict': præfatus I, machinans præfatum W. super prosecutione sua attachiamēti prædicti in curia nostra pdicta callide impedire, ipsum ratione impetrationis & porrectionis dicti brevis nostri de prohibitione excōmunicari, et ipsum tanquā excōmunicatum capiet imprisonari procuravit, & nihilominus præfatum W. occasione impetrationis & porrectionis dictæ phibitionis nostræ trahat iteratò in placitum corā vobis in curia christianitatis, & ipsum corā vobis ea occasione multipliciter fatigat ex hac causa, in nostri cōtemptū ac legum & juriū coronæ nostræ enervationē, & ipsius W. grave dānum. Et quia nō est cōsonum rationi, quòd quis pro impetratione brevium nostrorum pro jurium nostrorum defensione et eorundē brevium deliberatione excommunicetur, nec in placitum in curia christianitatis ea de causa trahatur, seu aliqualiter prægravetur : vobis phibemus ne placitum illud teneatis coram vobis in curia christianitatis, nec quicquam in hac parte attentetis, quod in nostri contemptum aut coronæ & regiæ dignitatis nostræ læsionem vel prosecutionis ipsius W. super jure nostro & suo in hac parte impedimentum cedere valeat, aliqualiter attentetis, donec placitum attachiamenti prædicti in dicta curia nostra inter partes prædictas terminetur. T. R. Anno xxii. E. iii.

Aliter de laico feodo.


Ex, offic' curiæ Cantuar' & ejus cōmissariis salutem. Monstravit nobis I. persona ecclesiæ de B, quod cum ipse in quadam causa curiæ Cantuar' legitimè devoluta implacitasset coram vobis in curia christianitatis A.B. & C, de eo quod ipsi decimas de sylva cædua infra fines & limites parochiæ dictæ ecclesiæ & loca decimabilia ejusdem notoriè provenientes, & ad dictum I. tanquam rectorem ecclesiæ prædictæ pertinentes, abduxerūt, occupaverunt, & detinuerunt: pdicti A.B. & C. cognitionē quæ ad forum ecclesiasticum pertinet in hac parte machinantes impedire asserentesq; placitum illud esse in curia christianitatis de catallis & debitis quæ non sunt de testamento vel matrimonio : quandam prohibitionem nostrā ne hujusmodi placitum in curia christianitatis teneretis, vobis dirigi procurarunt, cujus prætextu vos in causa illa hucusq; procedere distulistis & adhuc differtis, in ipsius I. grave damnum & libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestam. Et quia in articulis &c. cōtinetur, quod in causis de decimis, oblationibus & obventionibus,

Consultatio de sylva cædua.

tionibus, quando sub istis nomin ibus proponuntur, prohibitioni regiæ non est locus: vobis significamus, quod in causa prædicta quatenus de decimis sylvæ cæduæ infra fines et limites parochiæ ecclesiæ prædictæ & loca decimabilia ejusdem provenientibus coram vobis duntaxat agitur, dum tamen de grossis arboribus in hac parte non agatur, licitè procedere, & ulterius facere poteritis, quod ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, dicta prohibitione nostra non obstante. T.&c.

Aliter in violatione sequestri.

¶ Rex, officiali episcopi Elien̄ et ejus cōmissariis salutem. Cùm, ut accepimus, I. de H. pro eo quod sequestrum ꝑ vos de sylva cædua infra parochiā de S. Elien̄ diocesf.excisa, ratione decimæ dictæ sylvæ cæduæ, rectori dictæ ecclesiæ de S. nō solutæ & injustè detentæ, interpositum violavit, coram vobis super violatione sequestri ꝑdicti responsur' citari feceritis: prædictus I. cognitionem quæ ad forum ecclesiasticum pertinet in hac parte machinans impedire, asseréns in curia nostra, vos pro eo quod idem I. decimā de grossis arboribus suis in bosco de T. solvere recusavit, sententiam excōmunicationis in ipsum I. ad prosecutionem persone ecclesiæ ꝑdictæ minus justè fulminasse, quādam prohibitionē ne in hujusmodi causa procederetis vobis porrigi procuravit, quo prætextu in causa prædicta in curia christianitatis procedere distulistis. Et quia in articulis de clero per dominum Ed. nuper regem Angl' concessis continetur, quod in causis decimarum quādo sub illo nomine proponūtur, prohibitioni regiæ nō est locus: vobis significamus quod in dicta causa quatenus de violatione sequestri dictæ sylvæ cæduæ excisæ ratione decimæ inde rectori ecclesiæ ꝑdictæ debitæ, injustè detentæ & non solutæ per vos sic impositæ, tantūmodo agitur, licet procedere & ulterius facere poteritis, quod ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, dicta prohibitione nostra non obstante.

Consultatio ad procedendum cōtra parochianos in causa super emendatione defectuū corporis ecclesiæ &c. ubi prohibitio de laico feodo prius porrecta fuit judicibus curiæ christianitatis.

¶ Rex, venerabili in Christo patri H. eadem gratia Lincoln̄ episcopo & ejus commissariis salutem. Ex parte vestra nobis est intimatum, quòd cùm vos nuper ad corrigendum crimina & excessus subditorum vestrorum juxta officii vestri debitum procedentes, R. de C. militi & parochiano ecclesiæ parochialis de C. vestræ dioc' objeceritis, quòd ipse parochianus dictæ ecclesiæ existens, imminentes & notabiles defectus in navi seu in corpore ejusdem ecclesiæ parochialis & capella beatæ Mariæ eidem annexa, quorum defectuum emēdatio et reparatio ad ipsum & ceteros parochianos de consuetudine notoria & approbata pertinere dignoscitur, unà cum certis parochianis, prout ad ipsum pertinet, emēdare & reperare nō curavit, quin potiùs recusavit & expressè contradixit, in animæ suæ periculum, aliorúmq; exemplū perniciosum, ecclesiæq; prædictæ damnum nō modicū & gravamen, volentes contra eundem R. ad correctionem animæ suæ in præmissis procedere, statuere, & facere quod justum foret, & animæ suæ saluti expediens juxta canonicas sanctiones: prædictus R. cognitionem vestram & correctionem animæ suæ in hac parte satagens declinare, ac suggerens in cancellaria nostra ipsum tractum fuisse in placitum coram vobis in curia christianitatis de laico feodo suo in C, breve nostrū de

De forma concedendi ista brevia, vide quoddā statutū editū tempore E. primi. Et qualiter ꝓcedendū est in causa vide statutum Ed. til. An. l. cap. iiii.

de prohibitione, ne placitum illud ſequeremini in curia chriſtianitatis, vobis dirigi procuravit: quo prætextu vos in correctione prædicta ꝓcedere diſtuliſtis, ad grave periculũ animæ ſuæ & læſionem libertatis eccleſiaſticæ manifeſtã. Et quia nolumus cognitionẽ eccleſiaſticã in iis quæ ad forum eccleſiæ & maximè ad correctionem animæ pertinent, contra juſtitiam impediri: vobis ſignificamus quod ſuper reparatione & emendatione defectuũ corporis eccleſiæ juxta cõſuetudinẽ approbatam faciend' procedere poteritis, & ea facere quæ ad forũ eccleſiaſticũ noveritis pertinere, dicta prohibitione nõ obſtante. T. &c.

¶ Rex, officiali curiæ Cantuar' & ejus cõmiſſar' ſalutem. Monſtravit nobis A, quod cũ ipſa petat coram vobis in curia chriſtianitatis executionem cujuſdã ſententiæ in cauſa teſtamentaria, ꝑ ipſa A. et cõtra T. executorem teſtamenti B. matris ꝑdictæ A, ſuper quadraginta libris in teſtamẽto ꝑdictæ B. eidem A. legatis, per offic' epiſcopi Londoñ latæ, et poſtmodum per vos confirmatæ: dictus T. executionem ſententiæ prædictæ ſatagens impedire, breve noſtrum de prohibitione, ne placitum de catallis et debitis quæ &c. matrimonio in curia chriſtianitatis teneretis, vobis dirigi procuravit: cujus brevis prætextu vos executioni ſententiæ memoratæ ſuperſediſtis hucuſq;, ad grave damnũ ipſius A. et præjudicium manifeſtum. Et quia per dictum breve noſtrum non prohibetur, quin de catallis in teſtamento legatis agi poſſit in curia chriſtianitatis, nolentes juriſdictionem quæ ad forum eccleſiaſticũ pertinet taliter impediri: vobis ſignificamus, quòd in cauſa, ubi petitur ab executore legatum ſub nomine legati in teſtamento relictum, procedere poteritis, et ea facere quæ ad forum eccleſiaſticum noveritis pertinere, prohibitione noſtra prædicta non obſtante. T. &c.

Conſultatiõ ad procedendũ in cauſa teſtamentaria.

Iſta clauſula non utitur.

❧ Nota q̃ Anno l. regis E. iii. ordines eſt q̃ lou conſultacion eſt un foits duement graunte, ſur prohibicion fait à judge de ſeint eſgliſe: que meſme le judge de ſeint eſgliſe poet proceder in la cauſe per vertue de meſme la conſultacion, niẽt obſtant aſcun autre prohibicion ſur ceo a luy baille. Purveu touts foits que la mater de la libel de dicte cauſe ne ſoit ingroſſe ne enlarge, ou en autre manere chaũge.

Nota bene.

¶ Rex, arch' Lincolñ et ejus offic' ac eorũ commiſſar' ſalutẽ. Querelã veſtram recepimus continẽtem, quòd cùm vos T. de W. capellano ex officii veſtri debito objeceritis, quòd ipſe C. carnaliter cognovit et in concubinam publicè tenuit in animæ ſuæ periculum et ſcandalum aliorũ, unde contra eundẽ ad correctionem animæ ſuæ tendere dignoſcuntur: ꝑfatus T. in hac parte cognitionẽ veſtrã ſatagens declinare, ac ſuggerens in cancellaria noſtra eccleſiam beatæ Mariæ Warr' quæ eſt de patronatu T. filii et hæredis H. nuper comitis Warr' infra ætatem et in cuſtodia noſtra exiſtentis, cum omnibus capellis eidem eccleſiæ annexis, liberam eſſe à tempore fundationis ejuſdem, et ab omni juriſdictione ordinaria penitus exemptam et immunem, vóſque in eccleſia et capella prædictis juriſdictionẽ archidiaconalem velle exercere jam de novo, in læſionem libertatis eccleſiaſticæ eccleſiæ & capellæ ꝑdictarũ, ac dicti T. exhæredationis periculũ manifeſtum, breve noſtrum de ꝑhibitione, ne juriſdictionẽ aliquã ordinariã in eccleſia ſeu

Conſultatio ad procedendum cõtra capellanum, ad correctionem animæ ſuæ, eo quòd teneat concubinam.

capella prædictis aliter quàm temporibus progenitorum dicti T. fieri consuevit, exercere præsumeretis, vobis dirigi procuravit: cujus brevis prætextu vos in correctione prædicta supersedistis hucusq;, in gravem libertatis ecclesiasticæ læsionem. Et quia nolumus quod per hujusmodi excogitatam malitiam & suggestam falsitatem, cognitioni ecclesiasticæ, & maximè in correctionibus animarum derogetur: vobis significamus quod in correctione prædicta quatenus ad pœnitentiam corporalem & non pecuniariam pro peccato imponendam agitur, procedere poteritis prohibitione priore non obstante.

Nota bene. * Nota quod pro eo quod in articulis cleri inter cætera continetur, quòd si prælatus imponat alicui pænam pecuniariam pro peccato, & repetat illam: locum habet regia prohibitio. Veruntamen si prælati imponant pænitentias corporales, & sic puniti velint hujusmodi pænitētias pro pecunia sponte redimere: non locum habet regia prohibitio, sed coram prælatis pecunia ab eis exigatur. Ideo ista clausula videlicet (quòd in correctione prædicta quatenus ad pœnitētiam corporalem & non pecuniariam pro peccato &c.) in isto brevi inscritur.

Consultatio ad procedendū in causa de decimis et mortuariis. ¶ Rex, offic' &c. salutem. Mōstraverunt nobis dilecti nobis in Christo prior & conventus de B, quod cum ipsi implacitent corā vobis in curia christianitatis magistrum I. personā ecclesiæ de N, de eo quod idē I. ipsos priorem & conventum & ecclesiam suam de B. prædictam, de quibusdā decimis & mortuariis ad dictam ecclesiā suam pertinentibus ut dicitur spoliavit, in quarum quidem decimarum & mortuariorum possessione, iidem prior & conventus & prædecessores sui ac ecclesia sua pdicta, à tempore cujus cōtrarii memoria non existit, extiterunt sicut dicunt, quousq; per pfatum Joannem de eisdem, ut præmittitur, fuerant spoliati: abbas Westmonasterii prosecutionem ipsorum prioris & conventus machinans enervare, suggessit in cancellaria nostra præfatum Joannem dictam ecclesiam de N. de advocatione sua tenere, & præfatos priorem & cōventum tertiam partem ejusdem ecclesiæ de advocatione sua propria clamare, sicq; per ipsum jacturā suæ advocationis incurrere, si pdicti prior et conventus in causa illa obtinerent, prohibitionem nostrā quæ dicitur Indicavit, ne placitum illud teneretis in curia christianitatis, vobis porrigi fecit: cujus prohibitionis prætextu, vos in placito illo procedere distulistis & adhuc differtis, in ipsorum prioris & conventus grave damnum, & ecclesiæ suæ prædictæ exhæredationis periculum manifestum. Et quia in articulis, prælatis & clero regni concessis continetur, quod in decimis, oblationibus, obventionibus, & mortuariis, quādo sub istis nominibus proponuntur, prohibitioni nostræ nō est locus: vobis significamus, quòd si corā vobis inter ipsos priorem & conventum & præfatum I, actio super hujusmodi decimis & mortuariis moveatur, & actio illa sub hujusmodi nominibus proponatur: tunc non obstante prohibitione nostra prædicta, in dicto negotio procedere poteritis, prout de jure & secundum forum ecclesiasticum fore videritis faciendum. T. &c.

Ite cōsultatio ad procedendū in causa de decimis. ¶ Rex, venerabili &c. salutem. Ex parte dilectarum nobis in Christo priorissæ & cōventus de S. ecclesiā de H. in proprios usus obtinentiū, nobis

nobis est ostensum qd' cùm ipsæ petant coram vobis in curia christianitatis versus H. personam ecclesiæ de B. restitutioné medietatis decimarum garbarum provenientium de quatuor bovatis terræ & dimidio in B, quas M. N. et R. tenent, quas quidem decimas ipsæ et prædecessores sui nomine suo & ecclesiæ suæ de H. pdicta, cõtinuè et pacificè à tempore cujus contrarii memoria nõ existat, perceperunt & possesserunt, de quibus per eundé H. spoliatæ existunt: T. de W, processum pdicti placiti corã vobis inchoati nitens pro viribus impedire, ac suggerens in cancellaria nostra pfatum H. clericum tenere ecclesiã de B. de advocatione sua, dictámq; priorissam clamanté quartã parté de advocatione sua propria, ipsum H. inde in placitũ corã vobis in curia christianitatis trahere: breve nostrum, ne placitum illud teneretis in curia christianitatis, donec discussum esset in curia nostra ad quem illorum pertineret dictæ quartæ partis advocatio, vobis dirigi procuravit, quo ptextu &c. ut supra, manifestum. Nos jurisdictioni ecclesiasticæ derogari nolentes, vobis significamus qd' in placito prædicto, quatenus de spoliatione et non de advocatione alicujus partis ecclesiæ prædictæ coram vobis agitur, procedere poteritis, et ulterius facere quod ad forum ecclesiasticum pertinet, prohibitione nostra non obstante. T. &c.

¶ Rex officiali archidiaconi de B. & ejus commissar' salutem. Monstravit nobis M. nuper persona ecclesiæ de T. Oxoñ dioc', qd' cum tam de jure cõmuni quã de cõsuetudine laudabili de parochia de T, à tempore cujus contrarii memoria non existit, visitata, observata, et legitimè præscripta, jus percipiendi & habẽdi omnimodas decimas tam reales quã psonales de fundis, terris, & agris de I, infra fines, & limites ac loca decimabilia parochiæ ecclesiæ pdictæ notoriè situatis & jacentibus pvenientes, ad rectorem dictæ ecclesiæ qui pro tempore fuerit nomine ejusdem ecclesiæ pertineat & pertinere debeat, præfatusq; M. & omnes prædecessores sui rectores ecclesiæ pdict' suis temporibus successivis de hujusmodi decimis nomine dictæ ecclesiæ possessionati extiterint pacificè & quietè, ac idem M. nuper petierit corã vobis in curia christianitatis versus T. dioc' pdictũ quasdã decimas garbarũ, frumenti, hordei, siliginis, fabarũ, pisarũ, vesciarũ, avenarum, fœni, & porcellorũ, de fũdis, terr' & agris pdict' pvenientes, ad ipsũ M. nomine dictæ eccle' de jure & cõsuetud' pdictis ptinentes, & p pfatum T. subtractas & detentas indebitè & injustè: idem T. cognitioné quæ ad forũ ecclesiasticũ ptinet in hac pte, machinans impedire, asserensq; ipsum corã vobis in curia christianitatis de catall' & debitis, quæ non sunt de testamét' vel matrimoñ, p pfat' M. molestari, quandã phibitioné nostrã ne hujusmodi placitum in eadem curia christianitatis teneretis, vobis dirigi procuravit, cujus ptextu vos in placito illo hucusq; pcedere distulistis & adhuc differtis, in ipsius M. grave damnum & ecclesiæ prædictæ exhæredationis periculum manifestum. Et quia in articulis prælatis & clero regni nostri per dominum E. nuper regem Angliæ progenitorem nostrum concessis, continetur, quod in causis de decimis, oblationib', & obventionibus, quãdo sub istis nominibus proponuntur prohi-

De decimis bladorum.

prohibitioni regiæ nõ est locus : vobis significamus quod in causa ꝑdicta quatenus de decimis garbarum frumenti, hordei, siliginis, fabarũ, pisarũ, vescarum, avenarum, fœni, et porcellorum de fundis, terr' et agris ꝑdictis infra fines et limites ac loca decimabilia parochiæ prædictæ situatis provenientibus, et per ipsum T. indebitè et injustè subtractis et detentis, ut præmittitur, corã vobis tantummodo agatur, licitè ꝓcedere ulteriusq; facere poteritis, quod ad forum ecclesiasticum dignoscitur pertinere, dicta prohibitione nostra non obstante. T. &c.

Consultatio ad procedendum quia pecunia petitur ratione matrimonii contracti.

¶ Rex priori sanctæ F. Oxoñ et ejus cõmissar' salutẽ. Mõstravit nobis Thomas le Berl'. qd' cũ ipse implacitet &c. A. et M. executores testamẽti Roberti de Arderñ, nuper executoris testamenti Feliciæ de A, de quadraginta marcis quas dicta F. eidẽ T. causa matrimonii cũ A. filia ꝑdicti F. cõtrahendi fide media solvere ꝓmisit, & quãquã matrimonium postmodũ inter ipsum T. & ꝑfatã A. in facie eccle' prout moris est solẽnizatum fuisset, eidem tñ T. de ꝑdicta pecuniæ summa per ꝑfatam F. vel ꝑfatum R. dum vixerunt non extitit satisfactum, nec adhuc existit, petẽdo ipsos executores testamenti ꝑdicti R. ad solutionem dictæ pecuniæ per vos judicialiter condemnari : iidem executores cognitionem quæ &c. (ut in communi consultatione usq; ibi,) grave damnum & libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestam. Et quia placita testamentum vel matrimonium concernentia, coram judice ecclesiastico per hujusmodi prohibitionem nostram teneri non prohibentur : vobis significamus, quòd si dicta pecunia ratione matrimonii inter præfatos T. et A. contrahendi, per præfatam F. promissa fuerit, et idem matrimonium postmodum inter eos solẽnizatum fuerit ut est dictum, tunc in eadem causa licitè procedere et ulterius facere poteritis, quod ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, dicta prohibitione non obstante. T. anno x.

Consultatio ad procedẽdum, ubi rector implacitat parochianum impedientem ipsum cariare decimas.

¶ Rex venerabili &c. salutem. Monstravit nobis A. persona ecclesiæ de B, qd' cùm ipse nuper implacitet C. parochianum suum coram vobis in curia christianitatis, de eo quòd postquam & ubi constitutio in consilio provinciali Londoñ contra impedientes ecclesiarum rectores, quò minùs decimas sibi nomine ecclesiarum suarum debitas, à ꝑdiis & ꝑ prædia, de quibus hujusmodi decimæ proveniunt, cariare poterunt, impedientes hujusmodi efficialiter arctavit : idem C. dictæ cõsuetudinis non ignarus, sed conscius & scienter cõtemptor, præfatum A. quò minùs ipse per se et suos, decimas ecclesiæ ꝑdictæ, de ꝑdiis dicti C. necnõ aliorum parochianorum ecclesiæ dictæ A. infra fines & limites, notoriè constitutis provenientes, à ꝑdiis & ꝑ prædia prædicta cum libero ingressu ad eadẽ, et egressu ab eisdem cariare potuit, ꝑ se & suos maliciosè impedivit, in sententiã excõmunicationis majoris à dicta cõstitutione cõtra omnes hujusmodi impedientes latã incidendo, ipso facto petendo ipsum C. excõmunicatum esse publicè pronuntiari, et ulterius fieri quod justitia suaderet : dictus C. cognitionem quæ &c. impedire, ad cancellariam nostram accedens, prohibitionem nostram de catallis & debitis quæ &c. procuravit, quo prætextu &c. præjudicium

cium manifeſtum, nos nolētes qd' per hujuſmodi breve noſtrum, cognitio, quæ ad forum eccleſiaſticum pertinet, impediatur: vobis ſignificamus, quòd in dicto placito, quatenus de excōmunicatione, occaſione impedimenti de decimis colligendis & cariandis per loca debita & conſueta, agitur, licitè procedere poteritis in curia chriſtianitatis, prohibitione noſtra prædicta non obſtante. T. &c.

¶ Rex officiali cur' Cantuar' & ejus commiſſariis ſalutem. Ex parte dilectorum nobis in Chriſto abbatis de Lira & conventus ejuſdem loci nobis eſt oſtenſum, qd' cū ipſi in quodā tuitorio appellationis negotio, quod occaſione ſpoliationis cujuſdam annuæ penſionis quinquaginta & trium ſolidorum & quatuor denariorum de eccleſia de N. & rectore ejuſdem qui pro tempore fuerit, p̄fatis abbati & conventui ut de jure eccleſiæ ſuæ beatæ Mariæ de Lira in Normanum debitæ, in dicta curia inter præfatos A. & conventum, ac Nicolaū de la Flode perſonā dictæ eccleſiæ de N. vertebatur, petant coram vobis in curia chriſtianitatis ſe ad poſſeſſionē percipiendi penſionē p̄dictam, de qua per præfatum Nicolaū fuerant, ut aſſerunt, ſpoliati, reſtitui, & ipſum Nicolaum ad ſolutionem penſionis illius & arreragiorum ejuſdē præfatis abbati & conventui compelli: quidā cognitionem quæ ad forum eccleſiæ pertinet in hac parte, impedire nitentes, aſſerenteſq; p̄fatum abbatem ipſum Nicol' traxiſſe in placitū corā vobis &c. vel matrimonio: quandā prohibitionē noſtrā ad ſuggeſtionē hujuſmodi nomine noſtro impetratā vobis dirigi procurarūt, quo p̄textu &c. et adhuc differtis: ſuper quo iidem abbas et conventus nobis ſupplicaverūt, ut eis ſubvenire velimus remedio oportuno. Nos nolentes cognitionem, quæ ad forum eccle' pertinet, per hujuſmodi brevia noſtra de prohibitione aliqualiter impediri: vobis ſignificamus qd' in negotio p̄dicto, quatenus de ſpoliatione ſeu ſubtractione penſionis p̄dictæ corā vobis agitur, in curia chriſtianitatis ulteriùs procedere poteritis, prout ad forū eccle' pertinere noveritis, dicta prohibitione noſtra non obſtante. T. an. vii.

Conſultatio ad procedendū in cauſa de ſubtractione penſionis.

¶ Rex officiali &c. ſalutem. Mōſtravit nobis dilectus nobis in Chriſto magiſter hoſpitalis ſancti Ioh. juxta W. qd' cùm ipſe petat corā vobis in curia chriſtianitatis verſus W. perſonam eccleſiæ de H. quæ eſt de advocatione dicti magiſtri, quandam penſionē annuam quadraginta ſolidorum dicto hoſpitali debitā de jure, à tēpore cujus cōtrarii memoria non exiſtit: quidā tamen malevoli cognitionem, quæ ad forum eccle' pertinet in hac parte, impedire nitentes, aſſerenteſq; placium p̄dictum in curia chriſtianitatis eſſe de catallis & debitis quæ non ſunt de teſtamento vel matrimonio, quoddam breve noſtrum de prohibitione nomine noſtro in cācellaria noſtra impetrarunt, & vobis, ne hujuſmodi placitū de catallis & debitis in curia chriſtianitatis teneretis, liberarūt, p̄textu cujus vos in dicto placito de pēſione prædicta ſuperſediſtis: ſu p quo dictus magiſter nobis ſupplicavit ſibi remediū adhiberi. Et quia nolum' qd' p hujuſmodi brevia noſtra cognitio quæ ad forū eccle' p tinet, indebitè impediatur: vobis ſignificamus, qd' ſi p̄dictū placitū coram vobis ſit de hujuſmodi pēſione de eccle' p̄dicta hoſpitali

Item de annua penſione.

prædicto

prædicto de jure & de antiquo debita, ut prædictum est, tunc non obstante prohibitione nostra prædicta, ulteriùs in præmissis facere poteritis, qd' ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere. T. &c.

Consultatio de spoliatione decimarum.

¶ Rex, officiali &c. salutem. Monstravit nobis prior & conventus ecclesiæ de T, quòd cùm ipsi implacitent coram vobis in curia christianitatis Thomam personam ecclesiæ de E. dictæ dioc', de eo quòd ipse præfatos priorem & conventum de quibusdam decimis de certis terris & locis de dominico, quod quondam fuit A. inter villã de E. & quoddam brachium maris La pole nuncupatũ provenietibus, quas quidẽ decimas iidem prior & conventus & omnes prædecessores sui nomine suo & dictæ ecclesiæ suæ de T, à tẽmpore et per tempus pacificè habere & percipere consueverunt ut dicunt, spoliaverat, petendo restitutionem decimarum earundẽ per vos sibi adjudiciari, & statum suũ & ecclesiæ suæ de T. supradictæ super hoc reformari: quidã processum placiti prædicti machinantes impedire, asserẽtesq; præfatum T. tenere dictã ecclesiã de E. de advocatione sua propria, ipsumq; T. tractũ esse corã vobis in curia christianitatis super advocatione dictæ medietatis: quoddam breve nostrum de prohibitione inde nomine nostro in cãcellaria nostra impetrarũt, & vobis, ne hujusmodi placitũ de advocatione teneretis in curia christianitatis, dirigi procurarunt, quo prætextu vos in dicto placito de spoliatione ulteriùs procedere distulistis, & adhuc differtis, in ipsorum prioris & conventus grave damnum, & ecclesiæ suæ de T. supra dictæ exhæredationis periculũ manifestũ. Et quia nolumus qd' cognitiones, quæ ad forum ecclesiæ in hujusmodi causis pertinent, per hujusmodi prohibitionem nostrã indebitè impediantur: vobis significamus qd' in placito prædicto coram vobis in curia christianitatis, quatenus de spoliatione decimarũ ꝑdictarũ, & nõ de jure patronatus nec de advocatione dictæ medietatis inter partes ꝑdictas agitur, ulterius ꝓcedere, & id qd' ad forum ecclesiæ noveritis ꝑtinere, facere poteritis, ꝓhibitione nostra nõ obstãte. T. &c.

Consultatio de decimis lanarum.

¶ Rex, Lucæ personæ ecclesiæ sancti Vigoris de Fulburñ salutẽ. Cùm tu nuper ut accepimus, petivisses in curia christianitatis versus Wilhelmum Ace parochianum tuum, decimam lanæ provenientẽ de centum bidentibus infra parochiam tuam per unum annũ depascentibus & cubantibus, tibi & ecclesiæ tuæ prædictæ subtractã: idem W. cognitionem, quæ ad forum ecclesiæ pertinet in hac parte, machinans impedire, asserensq; ipsum per te implacitatum fuisse in curia christianitatis de catallis & debitis quæ &c. matrimonio, quandam prohibitionem, ne placitũ illud sequereris in curia christianitatis, tibi dirigi procuravit, quo ꝑtextu tu placitum illud ꝓsequi distulisti, in ecclesiæ tuæ ꝑdictæ ꝑjudicium manifestum. Et quia in articulis, ꝑlatis & clero regni nostri ꝑ dominũ E. nuper regẽ Angliæ patrẽ nostrum concessis pleniùs continetur, qd' in decimis, oblationibus, obventionibus, & mortuariis, quando sub istis nominibus proponuntur, prohibitioni regiæ non est locus: tibi significamus, quòd placitum illud, quatenus de subtractione decimæ prædictæ agitur, licitè prosequi poteris. &c.

¶ Re

¶ Rex, Roberto de Valens salutem. Cùm tu nuper, ut accepimus, coram decano & capitulo beati Petri Eborum, quinquaginta & quinq; libras & viginti & duos denarios, ad quos defectus reperti in cancella, libris, & aliis ornamentis ecclesiæ beatæ Mariæ Eborum, necnon in maneriis, domibus, & aliis ad ecclesiam præd' & portionem ejusdē tangentibus, de tempore quo magister Robertus de Pykering nuper decanus dictæ ecclesiæ beatæ Mariæ Eborum ecclesiam prædictam habuit, taxantur, sicut per inquisitionem ad mandatum ipsorum decani & capituli inde factam, plenius ut dicitur, poterit apparere, quæ quidem ecclesia cum suis portionibus ad te tanquā ad antiquiorem canonicū dictæ ecclesiæ Eborum juxta consuetudinem ejusdem jam devenit ut dicitur, versus executores testamenti ejusdem decani nomine eorundē defectuum petivisses: iidem executores &c. (ut in communi consultatione,) quoddam breve nostrum de prohibitione, ne placitum illud sequereris in curia christianitatis, tibi dirigi procurarunt, cujus prætextu tu negotium illud versus eosdem executores ulterius prosequi distulisti. Et quia cognitionem &c. impediri: tibi significamus quod negocium prædictum versus eosdem executores quatenus pecunia illa occasione hujusmodi defectuum petitur, licitè prosequi poteris in curia christianitatis, prohibitione nostra prædicta non obstante. T. &c.

Consultatio ad procedendum quia pecunia petitur ratione defectuum in rectoria repertorum.

¶ Rex, offic' &c. salutem. Monstravit W. de le Blount persona ecclesiæ de P, quòd cùm ipse nuper petivisset coram vobis in curia christianitatis Edwardum executorē testamenti Iohannis Golde ultimi rectoris ecclesiæ præd' in quindecim libris pro defectibus in cancella, libris, & ornamentis ecclesiæ præd', ac in ædificiis & manso rectoriæ ejusdem repertis, post mortem ejusdē Iohannis legitimè taxatis condemnari: idem E. cognitionem, quæ &c. impedire, asserénsq; &c. vel matrimonio: quandam prohibitionem nostram &c. & gravamen. Et quia nolumus &c. vobis significamus quòd in causa illa quatenus de damnis pro defectibus hujusmodi taxatis coram vobis agitur, ulterius licitè procedere poteritis, prout ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, prohibitione nostra prædicta non obstante. T. &c.

Item consultatio de defectibus in rectoria repertis

¶ Rex, &c. Monstravit nobis R. de Onedon' vicarius ecclesiæ de E, qd' cùm ipse petat &c. versus A. & B. executores testamenti Simonis de Eldelington nuper parochiani ecclesiæ prædictæ, decimam lanæ provenientem de quater viginti bidentibus, quæ fuerunt ipsius Simonis, infra parochiam prædictam per medietatem unius anni depascentibus & decubantibus, quam quidem decimam idem S. dum vixit eidem R. detinuit, & iidem executores ei adhuc detinent: præfati executores cognitionem quæ &c. (ut in illa consultatione de decimis &c.)

Consultatio ad procedendum quia petitur decima lanæ de bidentibus in parochia per medietatem unius anni depastis.

¶ Rex, officiali &c. salutem. Monstravit nobis R. persona ecclesiæ de D. qd' cū ipse nuper implacitaverit corā vobis in cur' christianitatis A. E. & C. parochianos suos, de decima vitulorum, lanarum, & lacticiniorum provenientе, de quater viginti animalibus depascentibus in quadam pastura vocata C, infra limites parochiæ prædictæ singulis annis

Item consultatio de decimis vitulorū, lanarum, & lacticiniorum, ovium occisarum & morientium, & mellis & ceræ apium.

à festo

à festo sanctæ Trinitatis usq; ad festum sancti Petri quod dicitur ad vincula, & de decima lanæ provenientis de ovibus eorundem parochianorum infra eandem parochiam occisis & morientibus à festo sancti Michaelis usq; ad festum Paschæ singulis annis, & de decima mellis & ceræ ꝓvenientiū de apibus & alveis apium infra limites parochiæ supradictæ à tempore cujus contrarii memoria non existit, in eadem parochia usitatis: iidem parochiani cognitionē quæ &c. de laico feodo ipsorum A.E.& C. in D, quandam prohibitionem &c. Et quia in articulis &c. non est locus, etiam si propter detentionem illorū diutinam ad æstimationem eorum pecuniariam perveniatur: vobis significamus quòd in causa prædicta, si de decima, ut præmittitur, agatur, ulteriùs licitè ꝓcedere poteritis, prout &c.

Consultatio de legatis & de decimis.

¶ Rex, offic' salutē. Monstravit nobis &c. quòd cùm ipse &c. christianitatis versus G. & H. executores testamenti W. decem solidos, quos idē W. in testamento sua fabricæ ecclesiæ sanctæ Mariæ de B. legavit, ut dicitur, & duo quarteria bladi de decimatione duorū molēdinorū quæ fuerunt ipsius W. anno tali ꝓvenientia: prædicti executores ꝓcessum placiti illius coram vobis inchoati impedire fraudulenter machinantes, asserentesq; placitum illud &c. in ipsius A. & ecclesiæ suæ præd' dispendium & jacturam. Et quia placita de catallis & debitis quæ sunt de testamento & matrimonio ad forū ecclesiæ specialiter dignoscimus ꝑtinere, ac etiā in articulis clero regni nostri &c. concessis continetur, qd' in causis de decimis, quando sub isto nomine ꝓponuntur, ꝓhibitioni nostræ non est locus: vobis significamus, quòd in placito prædicto, quatenus de legatis & decimis hujusmodi coram vobis agitur, in curia christianitatis procedere &c.

Item consultatio de decimis.

¶ Rex, tali judici salutem. Monstravit nobis &c. quòd cùm ipse nuꝑ petivisset coram vobis &c. versus H. parochianum ecclesiæ prædictæ, quasdam decimas fabarum & avenarū, provenientes de aliquibus locis infra limites parochiæ præd' ecclesiæ existentibus, quas quidē decimas idem vicarius & prædecessores sui vicarii ecclesiæ præd' à tempore quo memoria non existit semper hactenus ꝑcipere & habere cōsueverunt: idem H. cognitionem, quæ ad forum ecclesiasticum ꝑtinet in hac parte, machinans impedire, asserénsq; placitum &c. (ut in brevi de diffamatione usq; ibi) & adhuc differtis, in ipsius vicarii dispendiū & ecclesiæ suæ præd' exhæredationis periculum manifestum. Et quia in articulis &c. continetur, quòd in decimis, oblationibus, obventionibus, & mortuariis, quando sub istis nominibus ꝓponuntur, ꝓhibitioni regiæ nō est locus: vobis significamus qd' in placito ꝑd' si merè de decimis agatur, & decimæ illæ quartam partem ecclesiæ prædictæ non attingant, tunc non obstante prohibitione nostra prædicta ulteriùs facere poteritis, quod secundum forum ecclesiasticum ac formā articulorum prædictorum fore videritis faciend'. T. &c.

Consultatio de mortuario.

¶ Rex, officiali &c. salutem. Ex parte R. ꝑsonæ ecclesiæ de S. nobis est ostensum, ut cùm ipse nuꝑ petierit &c. versus I. & W. executores testamenti H. nuꝑ defuncti, secundū melius animal quod fuit ejusdem H. nuper

nuper parochiani dictæ ecclesiæ nomine mortuarii ecclesiæ suæ prædictæ debiti: præfati executores cogn' &c. periculum manifestū. Et quia in articulis &c. ut supra &c.

¶ Rex, officiali episcopi Cicestr' et ejus commissario salutē. Monstravit &c. I. persona ecclesiæ de T. quod cum ipse petivisset &c. versus Nicolaum Vilers dominum manerii de B. parochianum ecclesiæ suæ præd', decimas de pannagio de bosco suo & de sylva sua cædua infra dictam parochiam renovata & excisa, infra parochiam ecclesiæ præd' situato provenientes, & de pullanis ꝓvenientibus de equitio suo, necnon de butyro, caseo, & lacticinio tempore hyemali sibi & ecclesiæ suæ prædictæ debitas, & ꝑ præfatum Nicolaum ꝑ quinq; annos ꝓximè præteritos injustè detentas: idem Nicolaus cognitionem, quæ &c. de laico feodo ipsius Nicolai in N. &c. et gravamen. Et quia in articulis &c. (ut in communi consultatione de decimis &c.) Consultatio de pannagio de pullanis, butyro, caseo & lacticinio.

❧ Herlaston. Concordatum fuit coram consilio regis in parliamento apud Sarū, quod consultationes fieri debent de sylva cædua, eo non obstante quòd non renovatur per annum. Et super hoc facta fuit quædam consultatio pro abbate de Notley de sylva cædua, &c. Nota.

¶ Rex, officiali &c. salutem. Monstravit nobis A. quòd cùm ipsa implacitasset coram vobis in curia christianitatis L, de eo quod ipsa præfatam A. apud bonos et graves, penes quos priùs non extiterat diffamata, maliciosè et odii causa diffamavit, crimen falsi et adulterii eidē A. imponendo, per quod in excommunicationis sententiā incidit ipso facto: eadem L. cognitionem, quæ ad forum ecclesiæ pertinet in hac parte, machinans impedire, asserensq; placitum illud in curia christianitatis esse de catallis et debitis quæ non sunt de testamento vel matrimonio, quandam ꝓhibitionem nostram, ne hujusmodi placitum in curia christianitatis teneretis, vobis porrexit, cujus prætextu vos in causa illa hucusq; ꝓcedere distulistis et adhuc differtis, in status ipsius A. scandalum, et læsionem libertatis ecclesiasticæ manifestā. Et quia in articulis &c. continetur, quòd in causis diffamationis, de quibus agitur ad pœnam canonicam imponendam, licitè corrigant prælati, prohibitione nostra non obstante: vobis significamus quòd si in dicta causa de diffamatione ad pœnam canonicam imponendam agatur: tunc ulterius licitè facere poteritis, quod ad forum ecclesiæ noveritis pertinere, prohibitione nostra non obstante &c. Consultatio de diffamatione.

☞ Oportet omnino quòd specialis materia diffamationis semper exprimatur in libello, aliter non fiet nec conceditur consultatio inde. Regula.

¶ Rex, offic' &c. salutē. Monstravit nobis S. quòd cùm ipse implacitasset &c. W, de eo qd' ipse à præfato S. pro mutuo quinq; librarū eidem S. facto, exegisset & recepisset ab eodem S. ultra sortem dictæ summæ, triginta summas parvi salis precii cujuslibet summæ tanti, usurariam pravitatem publicè committendo, petivissetq; dictum W. usurarium publicè declarari, et ratione dicti criminis puniri: idem W. hujusmodi cognitionem vestram ac animæ suæ correctionem in hac parte nitens ꝑ viribus impedire, quandā prohibitionē de catallis &c. Et quia Consultatio de usura.

 in arti-

in articulis &c. continetur, quòd si prælati imponant alicui pœnitẽtiam pro peccato, prohibitioni nostræ non est locus: vobis significamus quòd ad correctionem animæ præfati S. in hac parte, dumtamen nihil aliud attentetis quod cedat in læsionem dignitatis nostræ, in curia christianitatis procedere poteritis, prohibitione nostra prædicta non obstante &c.

Consultatio de transgressione facta capellano vel alio clerico.

¶ Rex, officiali &c. salutem. Ex parte A. de B. nobis est ostensum, quòd cùm ipse coram vobis in curia christianitatis petat C. de D. in majoris excommunicationis sententiam à canone latam incidisse, & excommunicatum fuisse, & per vos sententialiter & diffinitivè pronuntiari & declarari, & ꝓ excommunicato publicè nuntiari, pro eo quod in ipsum A. sciens ipsum esse presbyterũ & in possessione præsbyteratus existentem, manus injecit temerè violentas: ac præfatus C. ꝓcessum causæ prædictæ coram vobis sic inchoatæ impedire seu penitus enervare nuꝑ machinans fraudulenter, breve nostrum de ꝓhibitione, vobis ne placitum illud teneretis in curia christianitatis, dirigi ꝓcuravit, cujus brevis prætextu vos in causa illa jam diu ꝓcedere distulistis & adhuc differtis, in ipsius A. grave dispendiũ & libertatis ecclesiæ læsionem manifestam. Et quia in articulis &c. continetur, qd' si quis manus violentas injecerit in clericum, ꝓ violata pace, debet emenda fieri coram nobis; ꝓ excommunicatione verò, coram prælato, ut imponatur pœnitentia corporalis: vobis significamus quòd si in causa prædicta, non de violata pace nostra, sed de excommunicatione ad correctionem animæ tantummodo, agatur, tunc ulteriùs in eadem, non obstante ꝓhibitione nostra prædicta, facere poteritis, quod secũdum forum ecclesiæ & de jure fore videritis faciend'. T. &c.

Aliter de eodẽ

¶ Mõstravit nobis A, quòd cùm ipse nuper implacitaverit B. corã vobis &c. de eo quod idem B. in ipsum A. sciens ipsum esse capellanum &c. violentas &c. per quod in sententiam excommunicationis damnabiliter incidit ipso facto: idem B. prosecutionem ipsius A. in hac parte machinans impedire, breve nostrum de ꝓhibitione &c. Et quia &c. vobis significamus quòd si in causa prædicta coram vobis pro excommunicatione tantummodo agatur, ut imponatur pænitentia corporalis, tunc in eadem causa ulteriùs procedere poteritis, prout ad forum ecclesiæ noveritis pertinere, prohibitione nostra prædicta non obstante. T. &c.

Consultatio de decimis super indicavit.

¶ Rex, officiali &c. salutẽ. Cùm nuꝑ ad ꝓsecutionẽ prioris de P. nobis suggerentis, quòd cùm ipse petat coram vobis in curia christianitatis duas partes decimarũ garbarũ ꝓvenientiũ de dominicis existentibus de feodis de L. versus Adam ꝑsonam ecclesiæ de C, quas quidẽ decimas idẽ prior & prædecessores sui ab antiquo ꝑcipere consueverunt, & de quibus ꝑ Adam nuꝑ ꝑsonam ejusdẽ ecclesiæ extitit spoliatus ut dicitur, idẽ Adam volens cognitionẽ vestrã in hac parte declinare, suggessit in cancell' nostra quòd ipse dictam ecclesiam tenuit de advocatione R. filii & hæredis W. infra ætatem & in custodia nostra existentis, & quòd præfatus prior clamans quartam partem dictæ ecclesiæ de advo-

de advocatione sua propria traxit eum inde in placitum corā vobis in curia christianitatis, ad suggestionem hujusmodi breve nostrū de ꝓhibitione vobis, ne placitum illud teneretis in curia christianitatis donec discussum esset in curia nostra, utrum ad nos ratione custodiæ hæredis ꝑdicti, an ad prædict' priorem pertineret ejusdem quartæ partis advocatio, maliciosè dirigi procuravit, cujus quidem brevis prætextu licet portio decimarum petitarum ad decimā partem æstimationis ecclesiæ ꝑdictæ se non extendat, vos in placito prædicto procedere distulistis: mandaverimus venerabili patri Lincolñ episcopo quod nos ꝑ literas suas patentes tam de valore ecclesiæ ꝑdictæ juxta taxationem decimæ jam currentis, quàm de valore decimarū petitarum ut ꝑdict' est habita, super hoc pleniore informatione distinctè & apertè redderet certiores, ac idem episcopus nobis jam ꝑ literas suas patentes significaverit, quòd dicta ecclesia, deducta portione decimarum petitarum, quam ꝑdictus prior percipere consuevit ad decem marcas, & dicta portio ad unam marcam duntaxat secundum taxationē ultimam sunt taxatæ: nos nolētes jurisdictionem ecclesiæ per hujusmodi brevia per falsam suggestionem impetrata impediri: vobis significamus quòd si de spoliatione decimarū prædictarum inter partes prædictas agatur ut prædictum est, tunc propter breve nostrum prædictum de prohibitione non omittatis, quin in ꝑdicto placito spoliationis, prout ad forū ecclesiasticum pertinet, procedatis ad justitiam partibus inde faciendam. T.

Consultatio ad procedendū in causa adnullationis cujusdā annuæ pensionis de duabus partibus proventuum ecclesiæ.

¶ Rex, episcopo Hereford' & ejus cōmissar' salutem. Monstravit nobis Thomas de Brymptoñ persona de Eytoñ, quòd cùm vos authoritate quarundam literarum apostolicarum, ad instātiam ejusdem personæ, vocari feceritis coram vobis abbatissam de P. ad ostendendum quare quædam ordinatio per Rogerum nuper Coventr' & Lich' episcopum facta, quòd quilibet rector futurus ecclesiæ prædictæ pro tēpore suo, duas partes redituum & proventuum dictæ ecclesiæ nomine pēsionis annuæ præfatæ abbatissæ & conventui ejusdem loci solveret, & super hoc antequam possessionem dictæ ecclesiæ consequeretur, sacramentum corporaliter præstaret, de solutione dictæ pensionis faciend', tanquā iniqua & minus rationabiliter facta revocari nō debeat: eadē abbatissa cognitionem, quæ ad forum ecclesiæ pertinet &c. de laico feodo suo in Eytoñ &c. procuravit, quo prætextu vos in dicto negotio de ordinatione illa adnullanda hucúsque procedere &c. gravamen. Et quia cognitionem, quæ ad forum ecclesiæ pertinet in hac parte, per hujusmodi breve nostrum nolumus aliqualiter impediri: vobis significamus quòd in negotio prædicto, quatenus de adnullatione ordinationis prædictæ, & non de laico feodo ipsius abbatissæ coram vobis in curia christianitatis agitur, procedere & ulteriùs facere poteritis, quod ad forum ecclesiæ noveritis pertinere, prohibitione nostra prædicta non obstante. T. &c.

Consultatio ad procedendū in causa de subtractione oblationum.

¶ Rex archidiacono Norwic' vel ejus offic' aut eorum cōmissar' salutē. Cùm vos ꝑtate officialis, vulgari fama ad vos proveniente, H. de R. parochianū ecclesiæ omnium Sanctorum de B, in detrimentū honoris

& cōmodi ecclesiæ suæ parochialis ꝑdict', oblationes diebus oblationū, videlicet Paschæ, Nativitatis dñi, & omniū sanctorū, quibus singuli parochiani dictæ ecclesiæ oblationes facere tenentur, injustè subtraxisse, ꝓprióq; suo sacerdoti juxta canonicas sanctiones peccata sua cōfiteri non curasse, & viaticū qd' à singulis catholicis semel in anno recipi debet cessāte legitimo impedimēto, ꝑ multos annos recipere recusasse, in ꝑniciosum exemplū aliorū, ipsum ex officio vestro coram vobis ex causis ꝑmissis evocari feceritis, ad procedendū contra eum ad pœnā corporalē sibi pro correctione animæ suæ in hac parte infligēdam, prout inde per canonicas institutiones statutū est & definitū : ꝑdict' H. machinans cognitionem &c. (usq; ibi,) læsionem manifestā ut accepimus. Et quia nolumus quòd cognitiones, quæ ad forum ecclesiasticum pertinent, ꝑ hujusmodi brevia nostra indebitè impediantur: vobis significamus qd' in dicto placito sic corā vobis ex officio vestro moto procedere, & ulteriùs licitè facere poteritis in curia christianitatis, quod ad vos & ad forum ecclesiasticū noveritis pertinere, prohibitione nostra ꝑdicta, vobis, ut præmittitur, directa non obstante. T. &c.

Consultatio ad procedendum in causa subtractionis cujusdā libræ ceræ ecclesiæ ab antiquo debitæ de quodam tenemento.

¶ Rex, officiali &c. salutem. Mōstraverunt nobis R. & S. custodes bonorum & redituum ecclesiæ de W, quòd cùm custodes ejusdē ecclesiæ qui ꝑ tempore fuerint, à tempore cujus contrarii memoria non existit, percepissent & percipere consuevissent singulis annis ad terminū sancti Michaelis, unā librā ceræ de quodā tenemento in dicta villa de W, ad sustentationem unius cereæ corā cruce in eadem ecclesia quousq; D. de M. nunc tenens tenementum ꝑdictum, dictā ceream sic annuatim debitam & solutā subtraxit & solvere recusavit, sic dictam ecclesiā à sua possessione spoliādo : petentes dictā ecclesiam ad possessionem suam ꝑdictam restitui, ipsamq; D. ad solutionem decem librarum ceræ per ipsam subtractarum condemnari & cōpelli cum effectu : dicta D. cognitionem vestram in hac parte &c. manifestam. Et quia nolumus quod juri ecclesiæ seu cognitioni, quæ ad forum ecclesiasticum pertinet, derogetur: vobis significamus, quòd in placito prædicto quatenus de restitutione possessionis in qua ecclesia prædicta extitit, à tempore cujus contrarii memoria non existit, coram vobis agitur, procedere poteritis, & ulterius facere quod &c. prohibitione nostra &c.

Consultatio in causa remissionis unà cum expensis levādis.

¶ Rex, officiali &c. salutem. Monstravit nobis Johanna de P. quod cum R. ipsam I. nuper implacitaverit coram vobis in curia christianitatis, de eo quod eadē I. ipsum R. apud bonos et graves, penes quos prius non extitit diffamatus, diffamavit, in qua quidem causa eadem I. ad instantiā ꝑdicti R. coram vobis sentētialiter fuit absoluta, eadémq; causa ꝑ appellationem ejusdem R. ad curiam Cantuar' postmodū fuit devoluta, & sententia per vos lata ibidem confirmata : dictúsq; R. ad vos remissus & pro injusta fatigatione ipsius I. in octo solidis condemnatus, executióque dictæ sententiæ authoritate ejusdem curiæ vobis demandata fuerit facienda : idem R. executionem ejusdem sententiæ machinans impedire, suggeréńsq; &c. cujus prætextu vos executioni dictæ sententiæ confirmatoriæ faciendæ hucusq; supersedistis

&

et adhuc supersedetis,in ipsius &c.manifestã. Nos attendentes cognitionẽ causæ principalis ad forum ecclesiasticum pertinere, nolentésq; ea de causa executionẽ dictæ sententiæ, quæ est loquela ejusdem causæ,per hujusmodi brevia nostra impediri: vobis significamus qd' executionẽ ejusdem summæ,quatenus levationem expensarum ejusdem I. in dicta causa appellationis ꝑ injusta fatigatione ejusdem R.adjudicatarũ,et non alia catalla vel debita concernit, exequi,et ulteriùs facere poteritis,quod ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere &c.

¶ Rex, officiali &c. salutem.Ex parte I.S. et G. parochianorũ ecclesiæ de D.nobis est ostensum,qd' cùm nuper compertum est in visitatione dicti episcopi,quòd,cũ magister W. dudũ rector ipsius ecclesiæ duas capas de serico dictæ ecclesiæ assignaverat, ac postmodum G. de H. executor testamenti dicti magistri W. languens in extremis in testamento suo voluerit,ordinaverit, et injunxerit Rogero de H. et R.executoribus dicti testamenti sui,ut dictas capas quas diu indebitè detinuerat,seu valorem earundẽ præfatæ ecclesiæ restituerent,vos præfatos R.et R. pro eo quòd dictas capas vel valorem earundem sic restituere nõ curarunt,ex officio ad promotionem dictorum parochianorum traxeritis in placitum in curia christianitatis corã vobis:iidem R. et R.machinãtes cognitionem quæ ad forum ecclesiasticum pertinet in hac parte,impedire,prohibitionem &c. in jurisdictionis ecclesiasticæ depressionem, et ipsius ecclesiæ ac parochianorum prædictorum præjudicium manifestum. Nos jurisdictionem ecclesiasticã nolentes indebitè impediri: vobis significamus, quòd si contra dictos executores de dictis capis juxta voluntatem dicti defuncti,ecclesiæ præfatæ,ut præmittitur, restituend' tantummodo agatur corã vobis, tunc in placito illo licitè procedere &c. prohibitione &c. non obstante.T.&c. Consultatio ad procedendũ in causa subtractionis duarum caparũ ecclesiæ legatarum.

¶ Rex,officiali &c. salutem. Cùm vos, ut accepimus, nuper ex officio vestro Thomam de Wolfde Conventr'citari feceritis coram vobis,objicientes eidem quòd ipse immemor salutis suæ, in Johannem priorem de M. et Adam personam ecclesiæ de L, sciens ipsos esse clericos et in possessione clericatus existentes, et pro talibus publicè se gerentes, in casu à jure non permisso, manus injecit violentas,sententiam excõmunicationis majoris à canone latam ipso facto damnabiliter incurrendo,et procedens contra eum in curia christianitatis pro correctione animæ suæ in hac parte juxta canonicas sanctiones: idẽ Thomas cognitionem &c. vobis significamus, quod in dicta causa ex officio vestro quatenus ad pœnam corporalem imponend' &c. Consultatio ad procedendũ in causa de violeta injectione manuum in clericum.

¶ Rex,officiali archidiaconi Berk. et ejus commissar' salutem. Cùm vos ex officio vestro ut accepimus G. Okle parochiano ecclesiæ de D. objeceritis, quòd cùm venerabilis pater R. episcopus Sarum, et dilectus clericus noster E. de la Boch' archidiaconus archidiaconatus ꝑdicti habere et percipere debeãnt, ipsiq; et prædecessores sui episcopi et archidiaconi locorum ꝑdictorum à tempore et ꝑ tempus, cujus contrarii memoria nõ existit, habere & percipere cõsueverint, omnes fructus et ꝓventus quorũcunq; beneficiorũ in archidiaconatu ꝑdicto Consultatio ad procedendũ in causa decimarum tempore vacationis ecclesiæ subtractarum.

 vacantium,

vacantium, durante vacatione eorundem, deniq; B. propriis temeritate et audacia, decimas et oblationes proprias ecclesiæ prædictæ per ipsum debitas, et quas pdicti episcopus et archidiaconus de eadē ecclesia nup vacāte pmortē R. de O. ultimi rectoris ejusdem percipere et habere deberent subtraxit, et eas solvere recusavit minus justè, in animæ suæ periculum aliorumq; exemplum perniciosum, vósq; contra eundem G. ad correctionē animæ suæ in præmissis procedere statuere et facere volueritis quod justum foret et animæ suæ saluti expediens, juxta canonicas sanctiones: prædictus G. cognitionem vestram et animæ suæ correctionem in hac parte satagens declinare, ac suggerens in cācellaria nostra ipsum tractum fuisse in placitum in curia christianitatis de catallis et debitis &c. procuravit, quo prætextu &c. differtis, in animæ ipsius G. grave periculum & læsionem libertatis ecclesiasticæ manifestam. Et quia in articulis &c. quod in decimis, oblationibus, &c. non est locus: vobis significamus quod in causa prædicta, quatenus de subtractione hujusmodi decimarum coram vobis tantummodo agitur, et sub isto nomine proponitur in curia christianitatis, procedere et facere poteritis, quod ad forum ecclesiasticū noveritis pertinere, prohibitione &c. non obstante &c. T. anno xiij.

De procedēdo ad pœnam interdicti.

¶ Rex, dilectis sibi magistro W. de S. et R. de B. salutem. Ex parte vestra nobis est ostensum, quòd cùm religiosi viri prior de L. et ejusdem loci conventus, domum suam, ipsósq; priorem et conventum et successores suos et bona sua licitè et effectualiter nuper obligassēt, ad inveniendū quatuor capellanos idoneos in capella sanctæ Trinitatis de H, singulis diebus pro animabus talis et talis imperpetuū celebratur sūptibus & expensis religiosorum prædictorum, prout in quadā ordinatione super hoc ritè et canonicè facta plenius dicitur contineri, iidèmq; religiosi ad præmissa observanda diversis pœnis et censuris se astrinxissent, et potissimè quòd quādocunq; dicta cātaria quatuor capellanorū in toto vel in parte foret subtracta, extūc liceret decano ecclesiæ cathedralis Sarū vel ejus offic' qui pro tempore foret, hoc quantumcunq; summariè cognito, ecclesiā dictorum religiosorū de L. ecclesiastico supponere interdicto, et eā sub interdicto hujusmodi sic tenere, quousq; demissis sic subtractis fuisset plenariè satisfactū: ac offic' pdicti decani, pdictos religiosos, eò quòd contrariā pdict' pro majore parte ejusdē à tempore nō modico subtraxerant minus juste, nec ibidē quatuor capellanos idoneos prout juxta formā ordinationis pdict' tenebātur, invenire nō curabant, prout in dictis partibus manifestum est seu notoriū, et etiā dicto officiali sūmaria facta fides super præmissis tanquā manifestis seu notoriis contra dictos religiosos, pcedere intendisset, ex officio suo statuere et definire, prout sibi incūbebat juxta tenorem ordinationis prædictæ et canonicis cōveniebat institutis: præfatus prior executionem ordinationis prædictæ, ac cognitionem pdicti officialis et prosecutionem vestram in hac parte callidè machinans impedire, quandā prohibitionem nostrā, ne placitū illud sequeremini in curia christianitatis, fieri, et eam vobis porrigi procuravit,

quo

quo prætextu, vos negotiũ illud ulteriùs ꝓsequi distulistis et adhuc differtis; in cultus divini diminutionẽ, dictæq, cantariæ et ordinationis ac ꝓsecutionis p̃dictorũ enervationẽ manifestã. Et quia cognitionem, quæ ad forũ ecclesiasticũ pertinet in hac ꝑte, per hujusmodi callidas machinationes nolumus impediri: vobis significamus, q̃d' placitũ p̃d' quatenus ad pœnam interdicti cæterásq; pœnas canonicas in dicta ordinatione cõtentas, & subtractionẽ cãtariæ p̃dictæ cõcernentes, juxta formã ordinationis ejusdem ritè imponend' agitur, licitè ꝓcedere poteritis, et facire qd' ad forũ ecclesiasticum pertinet in hac parte. T. &c.

¶ Rex, magistro I. de P. salutem. Ex parte tua nobis est ostensum, quod licèt dominus Benedictus papa 12. tibi sub forma qua pro pauperibus clericis beneficiand' sedes apostolica scribere consuevit, de beneficio ecclesiastico cũ cura vel sine cura, ad collationẽ vel ꝓvisionem venerabilis patris Heref. episcopi spectante gratiam cõcessisset, certis executoribus seu executore sub certa forma deputatis seu deputato, ac subsequẽter executor seu executores p̃d' juxta vim et effectum gratiæ supradictæ servato processũ canonicè ad reservandum inhibitionm et decretũ ut moris est ritè & canonicè processissent, ac subsequenter ecclesiam parochialem de H. dictæ diocesios per mortem magistri E. ultimi rectoris ejusdem vacantem, et ad collationem dicti episcopi spectantem, et sub gratia tua cadentem, debitè acceptasses, adeo qd' dicta ecclesia alteri quàm tibi, cui ecclesia ipsa duntaxat virtute præmissorum debeatur, postmodum conferri non potuit quovis modo, seu provideri de eadem, cui etiam iidem executores seu executor dictam ecclesiam post hujusmodi acceptationem canonicè conferri fecerũt seu fecit, tibiq; provideri de eadem: quidã tamẽ R. de B. et W. de C. canonici eccle' cathedralis Hereford' p̃fato episcopo in remotis agente, et se generales vicarios prætẽdentes, post p̃missa omnia et singula, et p̃cipuè post reservationem, inhibitionem, decretũ, et acceptationem p̃dictas, quæ ipsos similiter non latebant, Rob. de F. ad ecclesiam de H. p̃dictam admiserunt de facto, ipsumq; Rob. rectorem instituerunt, instituiq; et in corporalem possessionẽ ipsius induci, quin verius, intrudi, fecerũt, in tui damnum non modicum et gravamen, à quo quidem gravamine, ad curiam Cantuar' legitimè extitit ut dicitur appellatum: et super hoc corã curiæ Cantuar' p̃sidente petitum, quod probatis seu detectis hiis vel eorum aliquo quæ vel qd' tibi seu procuratori tuo in hac parte sufficere debeant aut debeat in p̃missis pro appellatione p̃dicta et ejus causis seu causa ipsamq; appellationem justam fuisse et esse, necnon pro jurisdictione curiæ Cantuar' per ipsum judicem p̃sidentem pronunciari, dictásq; admissionem, institutionem, et inductionem, quatenus de facto processerũt, necnon omnia et singula gravamina post et cõtra appellationem in hac parte interpositam qualitercunq; illata, et in tui præjudicium temerè attentata, revocari, cassari, irritari, adnullari, cassã, cassum, irrita, irritum, nullaque, nullum pronuntiari, viribusq; omnino carere debere, decerni, dictumq; R. de F. et quemcunq; alium dictæ ecclesiæ de H. illicitum detentorem

Consultatio super judicavit ita quod non agatur de advocatione ecclesiæ.

rem ab eadem amoveri, tibiq; super omnibus & singulis justitiam fieri, ac te in corporalem possessionem dictæ ecclesiæ ac jurium & pertinentium ejusdem per eum, ad quem de jure vel de consuetudine pertinet, servato tamen juris ordine qui in hac parte requiritur, inducendum fore, decerni, & cum effectu induci, & inductum in eadē teneri pariter & defendi, ulteriusq; fieri statui & decerni in pmissis & ea cōtingētibus qd' fuerit justum, & secundum qd' hujusmodi negotii qualitas & natura exigit & requirit: pfatus R. de F. cognitionem, quæ ad forū ecclesiasticum pertinet in hac parte, callidè machinans impedire, asserēsque in cancellaria nostra, ipsum ecclesiā pdictam de advocatione W. de O. tenere, téq; clamantē eam de advocatione pdicti episcopi, trahere eundem R. inde in placitum in curia christianitatis, quandā prohibitionem nostram, quæ dicitur Indicavit, sub nomine dictæ W. in eadem cancellaria nostra, ne placitum illud sequereris in curia christianitatis, impetrari, & tibi porrigi procuravit, quo pretextu &c. manifestam. Et quia cognitiones quæ ad forum &c. impediri: tibi significamus, qd' placitum illud, quatenus ad pronunciationem justitiæ, appellationis tuæ pdict', ac jurisdictionis curiæ Cantuar', necnon quatenus ad admissionem tuam ad ecclesiam pdictam & inductionem in eadē, ac revocationem, cassationem, irritationem, & annullationem gravaminum sic attentatorum, & amotionem pdicti R. ab eadem ritè agitur, licitè prosequi & ulteriùs facere poteris, quod ad forum ecclesiasticum in hac parte noscitur pertinere, prohibitione nostra non obstante: dum tamen de advocatione prædictæ ecclesiæ non agatur. T. apud B. Anno xiiij. E. iij.

Consultatio pro fratribus quòd ipsi possint habere sepulturas & audire confessiones.

¶ Rex venerabili &c. Monstravit nobis dilectus nobis in christo Gardianus fratrū ordinis minorū de Salop, qd' cùm ipse magistrum Thomam de B, clericū W. & I. de eo qd' iidem T. W. & I. ipsum Gardianū & cōfratres suos, quo minus ipsi juxta privilegia sibi per sedē apostolicam concessa, homines in ultima voluntate sua eligentes apud eosdē fratres ecclesiasticam sepulturam admittere & confessiones hominum ejusdem fratribus qui ad loci diocesanū sunt psentati, & per ipsum ad hujusmodi cōfessiones audiendas admissi, confiteri volentium, audire possint, impediunt, & hominibus partium illarum, ne præfatis fratribus confiteantur, nec eis charitativa subsidia largiantur, maliciosè inhibent, & dicta privilegia sua taliter infringere satagunt, coram vobis implacitet in curia christianitatis: pdicti &c. machinātes impedire, asserentesq; &c. super quibusdam trāsgressionibus contra pacem nostram factis traxisse in placitum &c. gravamen. Et quia cognitionem, quæ ad forum ecclesiasticum &c. vobis significamus quòd si placitum coram vobis sic inchoatum de sepultura ac confessionibus & largitionibus charitativis hujusmodi, & non de transgressionibus cōtra pacem nostram factis coram vobis agatur: tunc ulterius in placito illo licitè procedere & facere poteritis, qd' ad forum &c. non obstante. T. apud Wyndsore. xx. die Augusti A. xiii. E. iii.

Consultatio

¶ Rex officiali curiæ Cātuar' & ejus commissar' salutem. Monstravit nobis

nobis Johannes Lench', quòd cùm ipse nuper matrimonium cum I. legitimè contraxisset, ac illud in facie ecclesiæ solemnizari fecisset, & iidem Joannes & Is. ut vir & uxor adinvicem habitassent, seq; taliter pertractassent deservietes invicem obsequio conjugali: R. & S. præfatum Johannem in possessione præmissorum ut præmittitur existentem jure & possessione sua spoliarunt, præfatam Isabellam secum detinendo, quominus præfato Johanni viro suo conjugali cōsortio posset adhærere: per quod idem Johannes coram vobis in curia christianitatis versus præfatos R. & S. diu prosecutus fuisset, petendo dictum matrimonium decerni, dictamq; Is. dicto I. restitui conjugali officio adinvicem deservitur': iidem R. & S. prosecutionem ipsius I. in hac parte machinantes impedire, quandam prohibitionem &c. (usq; ibi), læsionem manifestam. Et quia cognitionem ecclesiasticam per hujusmodi brevia nostra nolumus impediri: vobis significamus qd' in dict' causa, quatenus idem Johannes jam vobis pro restitutione præfatæ Isabellæ uxoris suæ duntaxat prosequitur, ulteriùs procedere & facere poteritis quod ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, prohibitione nostra prædicta non obstante. T. custode apud Kenyngtoñ anno xii. *Pro viro quod prosequitur pro restitutione uxoris abductæ.*

¶ Rex officiali curiæ Cantuar' & ejus commissar' salutem. Monstraverunt nobis religiosi viri prior & conventus de Ledes, qd' cùm ipsi nomine monasterii sui fuissent in possessione percipiendi quādam annuam pensionem. xl. solidorum à tempore cujus cōtrarii memoria nō existit ab ecclesia de M. Rof' dioc' & ejusdem rectoribus qui pro tempore fuerāt, ac iidem religiosi in possessione hujusmodi pensionis existentes, ac metuentes ex similibus causis super jure & possessione sua hujusmodi posse grave præjudicium generari, nequis in præjudicium ipsorum religiosorū aut monasterii sui quicquam attentaret seu faceret attentari, ad sedem apostolicam & pro tuitione curiæ Cantuar' appellassent: quidam tamen magister Hugo de H, persona dictæ ecclesiæ, ipsos religiosos super jure hujusmodi & possessione sua multipliciter inquietat, dictam pensionem toto tempore, quo rector dictæ ecclesiæ extitit, pfatis religiosis subtrahēdo, quo ptextu vos eundem Hugonē corā vobis vocari fecistis in dicto negotio pfatis religiosis respōsur', facturū & recepturū qd' justitia suadebit: dictus Hugo cognitionē vestrā &c. læsionē manifestā. Et quia cognitioni ecclesiast' in iis quæ ad forū ecclesiast' pertinēt, nolumus derogari, vobis significamus qd' in causa pdicta, si dicta pēsio tanquam de ecclesia, ecclesiæ, à tempore cujus cōtrarii memoria nō existit, debita, coram vobis petatur in curia christianitatis, pcedere poteritis, & ea facere quæ ad forū ecclesiasticum noveritis pertinere, dicta phibitione nostra non obstante. T. &c. *Consultatio de annua pēsione.*

¶ Rex tali judici salutem. Ex parte Julianæ de O. nobis est ostens', qd' cum A. de B. implacitasset coram vobis præfatam I. de eo quòd ipsa eandem A. apud bonos & graves &c. diffamavit, crimen &c. imponendo, à qua quidem diffamatione eadem I. judicialiter est absoluta, propter quod vos xl. solid. eidem I, pro misis & expensis suis in hac parte adjudicastis, & executionem inde fieri demandastis: præfata *Consultatio de xl.s. pro misis & expressis in quadam causa adjudicatis.*

A. exe-

A. executionē illam machinans impedire, aſſerenſq; &c. Et quia in articulis &c. continetur, qd' in cauſis diffamationis, in quibus agitur ad pœnā corporalē imponendū, licitè corrigant ꝑlati, regia prohibitione non obſtante, & eſt juri cōſonū, qd', ubi cognitio cauſæ principalis ad forum eccleſiaſticū pertinet, & ejus acceſſoriū pertinere debeat, vel ſic, & eſt juri cōſonū, qd', cùm attribuitur cognitio in cauſa principali, eidem attribui debet executio ejuſdem: vobis ſignificamus qd' ſi ꝓdict' xl. ſolidi ꝑfatæ I. pro miſis & expenſis in cauſa diffamationis hujuſmodi adjudicati fuerint ut eſt dictum, tunc ad executionem inde faciendum licitè procedere poteritis, prout ad forum &c.

Conſultatio de repetitione pecuniæ prælato vel læſo promiſſæ.

¶ Rex decano &c. ſalutem. Monſtravit nobis I, capellanus, quòd cùm ipſe nuper traxiſſet in placitum &c. G. & R, de eo quòd ipſi in præfatum I. ſcientes ipſum eſſe clericum, & in poſſeſſione clericatus notoriè exiſtentem, manus injecerunt violentas, per qd' in ſententiam excommunicationis majoris inciderunt ipſo facto, fuiſſetq; eiſdem G. & R. pœnitentia corporalis pro violenta manuū injectione & excōmunicatione ꝓdictis per judicem ſuū ordinariū in ea parte impoſita, quā iidem R. & G. per certas ſummas pecuniæ ꝓdicto I ꝓmiſſas redimerunt, implacitetq; nunc dictus I. coram vobis in curia chriſtianitatis prædictos G. & R. dictas pecuniæ ſummas repetens: prædicti G. & R. cognitionem &c. Et quia in articulis &c. continetur, quòd ſi aliquis manus violentas injecerit in clericum, pro violata pace debet emenda fieri coram nobis; pro excommunicatione verò, coram prælato, ut imponatur pœnitentia corporalis, quam ſi reus velit ſpōte per pecuniam redimere dandam prælato vel læſo, poteſt recipi coram prælato, nec in talibus locum habet regia prohibitio: vobis ſignificamus quod in dicto placito de repetitione pecuniæ prælato vel læſo promiſſæ pro redemptione pœnitentiæ corporalis in caſu præmiſſo impoſitæ, procedere poteritis dicta prohibitione nō obſtante. T. &c.

Conſultatio ad procedendum in cauſa de inhabilitate perſonæ.

¶ Rex tali judici ſalutem. Monſtravit nobis Magiſter W. de Luda, ad eccleſiam de E. Sarum dioc. per M. de N. veram patronam ejuſdem præſentatus, quòd cùm ipſe implacitet coram vobis in curia chriſtianitatis W. de B, qui per præfatam M. ad eccleſiam prædictam nuper præſentatus extitit, & poſſeſſioni dictæ eccleſiæ incumbit, petens ipſum W. de B. propter varia crimina quæ ipſum inhabilem efficiunt ad dictam eccleſiam retinēdum, ab eadem eccleſia ſententialiter amoveri & privari, ipſúmq; W. de L. ad dictā eccleſiam admitti, & canonicè inſtitui in eadem: dictus W. de B. cognitionē &c. Et quia nolumus quòd per hujuſmodi brevia noſtra, cognitiones, quæ ad forum eccleſiaſticum pertinent, indebitè impediantur: vobis ſignificamus quòd ſi de amotione præfati W. de B. ab eccleſia prædicta tantummodo pro inhabilitate coram vobis agatur, licitè procedere, & ea in præmiſſis facere poteritis, quæ ad forum &c. prohibitione &c. T. &c.

Conſultatio ad procedendum in cauſa legati ꝓ fratribus de ordine minorum de Coventre.

¶ Rex tali judici &c. ſalutem. Cùm vos ut accepimus ad inſtātiam fratrum de ordine minorū de Covētr' aſſerētium viginti libras ſibi in teſtamento A. defunctæ legatas eſſe, & denarios illos eiſdem fratribus per

per R. executorem teſtamẽti præd' (ad cujus manus denarii præd' inter cætera bona & catalla quæ fuerunt p̃d A. devenerũt ad miniſtrãd') contra voluntatẽ dictæ teſtatricis fore detentos, p̃fatũ R. coram vobis vocari feceritis ad judic', ſuꝑ quibuſdã interrogatoriis dictã adminiſtrationẽ concernentibus reſponſurũ, ac ꝓceſſu ſuꝑ ꝑmiſſis coram vobis inchoato, idẽ R. machinans cognitionẽ, quæ ad forum eccleſiaſticũ in hac parte ꝑtinet, ac dictũ ꝓceſſum impedire, aſſerẽſq; ipſum R. & R. de G. coram vobis tractos eſſe de catallis &c. vel matrimonio, quoddã breve noſtrum de ꝓhibitione &c. impetravit &c. vobis &c. procuravit, quo prætextu &c. diſtertis, in ipſorum fratrum grave damnum & libertatis &c. manifeſtam. Et quia per prædictum breve noſtrum non prohibetur, quin debita & catalla, quæ ſunt de teſtamento vel matrimonio, liberè peti poſſunt in curia chriſtianitatis: vobis ſignificamus quòd in negocio antedicto, quatenus tangit executionem ſupradicti legati, ſi denarii prædicti R. nomine executorio devenerint ut prædictum eſt, ulteriùs ꝓcedere & licitè facere poteritis, quod ad forum eccleſiaſticum noveritis pertinere, prohibitione noſtra non obſtante. T. &c.

¶ Rex, ut ſupra ſalutẽ. Cùm nos nuꝑ accipientes, vos ad inſtantiam fratrum &c. (uſq; ibi) coram vobis feciſſe vocari ad judicium &c. reſponſũr', ac ꝓceſſu corã vobis ſuꝑ præmiſſis inchoato, eundem R. ad dictum ꝓceſſum ac cognitionem ad forum eccleſiaſticũ in hac parte pertinentem impediend', breve noſtrum de ꝓhibitione ſub ipſius R. & R. de G. nomine, ne placitum de catallis & debitis quæ &c. vel matrimonio, teneretis, impetratum, vobis dirigi procuraſſe, voſq; hujuſmodi prætextu in negocio præd' ꝓcedere diſtuliſſe, vobis ſignificaverimus qd' in negotio &c. uſq; ibi, non obſtante: Jamq; vos in eodem negocio ad inſtantiam eorundem fratrum ritè ꝓcedentes I. N. H. & A. teſtes in hac parte neceſſar' ad teſtimoniũ veritati ſuꝑ injuſta detentione legati præd' ꝑhibendum, corã vobis citari feceritis: iidem I. N. H. & A. machinantes ꝓceſſum memoratum fraudulenter impedire, ſuggerenteſq; ipſos de catallis & debitis &c. vel matrimonio, per vos ex officio tractos fuiſſe in placitum in curia chriſtianitatis, quoddam breve noſtrum de prohibitione inde in Cancellaria noſtra impetrarunt, & vobis, ne placitum hujuſmodi &c. procurarunt, quo prætextu vos in negotio &c. grave damnum & executionis teſtamenti prædicti retardationem, ac libertatis eccleſiaſticæ læſionem manifeſtam. Nos nolentes executionem cauſarum ad forum eccleſiæ merè ſpectantium per hujuſmodi brevia noſtra impediri: vobis ſignificamus quòd in negocio memorato, quatenus iidem I. N. H. & A. tanquam teſtes neceſſarii ad perhibendum teſtimonium veritati, quoad injuſtam & malicioſam detentionem legati prædicti per executorem prædictum pro executione ejuſdem in hac parte obtinenda corã vobis citati fuerint, ulteriùs ꝓcedere & licitè facere poteritis, quod ad forum eccleſiæ noveritis pertinere, prohibitione noſtra prædicta non obſtante. T. &c.

De eodem pro eiſdem.

¶ Rex venerabili in Chriſto patri A. eadem gratia epiſcopo Winton ſalutem.

Quãdo placitũ

est in curia christianitatis inter duos clericos de decimis & patronus alterius clerici tulerit breve Indicavit: tunc alter clericus habeat istud breve ad inquirendũ de valore ecclesiæ & decimarum petitarum.

salutẽ. Cum H. ꝑsona ecclesiæ de M. petat corã vobis in cur' christianitatis versus R. ꝑsonã ecclesiæ de D. decimas garbarũ de C. et xx. & una acris terræ in M. infra fines et limites parochiæ ipsius H. p̃d' existentibus ut asserit ꝓvenientes, asserens decimas illas ad ecclesiã ipsius H. de M. p̃d' ab antiquo spectasse et de jure pertinere in præsenti, et p̃fatus R. cognitionẽ vestrã in hac parte satagens declinare, asserensq; placitũ illud esse corã vobis in cur' christianitatis de advocat' quartæ partis ecclesiæ de D. quandã prohibic' nostrã nostro nomine impetraverit et vobis liberaverit, cujus quidem brevis nostri prætextu, vobis in placito illo, ac si portio decimarũ sic petitarũ ad quartã partẽ valoris ecclesiæ de M. p̃d' se extenderet cum non extendat, hucusq; procedere distulistis et adhuc differtis, in ipsius H. dispendiũ non modicum et gravamen, et ecclesiæ suæ prædictæ exhæredationis periculũ manifestũ, super quo idẽ H. nobis supplicavit sibi ꝑ nos remedium adhiberi: volentes igitur tam super vero valore ecclesiæ p̃d' juxta taxationem decimæ nunc currentis, quàm valore decimarum petitarũ per vos plenius certiorari: vobis mandamus, quòd habita super præmissis per inquisitionem & aliis modis informatione pleniori, nos inde in cancellaria nostra sub sigillo vestro distinctè et apertè sine dilatione reddatis certiores, hoc breve nobis remittentes. T. Custode An. xii. E. iij.

Regula.

☞ Faut assavoir que quant les justices grantent consultation des dismes de spoliation ou en auter cas: ils fount endorser le libel en tiel maner, Dominus rex nõ prohibet cognoscere in foro ecclesiastico de spoliatione decimarum, quatenus de jure patronatus seu de advocatione decimarum non agatur: & issint ils donent nul poiar per lendorsement. Mes en le chauncery est done poiar as judges ꝑ tiels parols. Vobis significamus quòd in causa illa facere poteritis &c. per que il sẽble que bon serroit de changier les parols en le chauncerie, & accorder al endorsement des justices issint. Vobis significamus quod non prohibetur per breve nostrum prædictum vel prohibitionem &c. quin cognosci poterit in foro ecclesiastico de spoliatione &c. quatenus &c.

Nota.

✱ Nota que les justices dient que dismes ne serront dones forsque des choses que profitent dan en an & ceo per memorie de home, mes cest encounter decretall. Et encontre consultacion en cas de diffamation sont touts les justices. Et auxi de carbonibus nec de quarera & auters semblables, ils sacordent en nul maner à consultation, pur ceo que parsons prent disme del blee que crest sur les carbons, per quì il ne prendra de eux. Mes per semblable reason home ne donera mye disme dagistement, pur ceo quil done des bestes que pestent en la pasture. Et auxi ils diont que consultation ne doit estre graunte properment, mes en cas ou home ne purra recovery avoir en la court le roy. Et ceo voet lestatute.

Consultatio ad procedendum in causa diffamationis, & similiter in causa submissionis.

¶ Rex, decano ecclesiæ beatæ Mariæ de arcubus London' et ejus cõmissario salutẽ. Cùm nuper, ut accepimus ꝑ vos (præfate commissar') contra H. de Lyndesey Notariũ publicũ super fornicatione infra jurisdictionem vestram (præfate decane) ut dicitur commissa graviter infamatũ, tam super dicto crimine, quàm suꝑ eo quòd præd' Henr' jurisdictionẽ vestrã per tumultum & rixas executionesq; vestras in hac parte debitè faciend' nequiter impedivit, ex officio ad animæ suæ correctionem fuisset processum: præfatus H. cognitionẽ vestram & processum in hac parte faciendũ, per suas appellationes frustratorias inhibitionesq; curiæ

curiæ Cantuar' per falsam suggestionem impetratas, perperam impedivit, demumq; hujusmodi appellationibus minime prosecutis, sed dimissione habita à præfata curia, prædictoque processu contra eundem Henr' in statu suo priùs resumpto, idem Henr' errorem suum & reatum in præmissis humiliter recognoscens, se ordinationi & voluntati vestris (præfate decane) submisit, præfixisque postmodum per vos (præfate decane) dicto Henr' certis die & loco competentibus, ad audiendum qd' foret de submissione hujusmodi rationis: præfatus Henr' suæ salutis immemor, ne vos (dicte decane) juxta submissionem hujusmodi aliqualiter ordinaretis, iterum frivolè appellavit, appellationéq; hujusmodi minimè ꝓsecuta, sed dimissione à dicta curia, ut priùs, obtenta, idem Henr' voluntati & ordinationi vestris (præfate decane) iteratò se submisit, factaq; subsequenter præfato Henr' citatione legitima ad comparendum coram vobis, voluntatem & ordinationem vestras (præfate decane) juxta suam submissionem hujusmodi auditurus, ulteriusq; facturus & recepturus in ea parte quod fuerat rationis: præfatus Henr' suggerens coram nobis in cancellaria nostra vos, ipsum, pro eo quòd brevia nostra de prohibitione pro jure nostro regio conservando vobis porrigi fecit, jurisdictionē ecclesiasticā asserere impedivisse, ipsum Henr' in placitum coram vobis in curia Christianitatis ea de causa traxisse, & per varias censuras ecclesiasticas multipliciter inquietasse & fatigasse: quoddam breve nostrum de ꝓhibitione ad hujusmodi suggestionem impetratū, ne vos ipsum Henr', pro eo quòd ipse brevia nostra prædicta, pro jure nostro regio, ut præmittitur, conservando, vobis porrigi fecit, trahatis in placitum, nec ea occasione molestetis seu occasionetis, vobis dirigi procuravit, quo prætextu vos in causis correctionis animæ & submissionis prædictarū hucusque procedere distulistis & adhuc differtis, in animæ ipsius Henr' grave periculum & executionis officii vestri retardationem, ac libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestam. Et quia in articulis &c. continetur, quòd in causis diffamationis in quibus agitur &c. non obstante: vobis significamus quòd tam in dicta causa diffamationis, quatenus ad pœnam canonicam imponendam coram vobis tantummodo agitur, quàm in causa submissionis supradictæ, procedere & ulteriùs facere poteritis quod ad forum &c. non obstante. Proviso quòd quicquam, quod in juris nostri regii derogationem cedere valeat, aliqualiter per vos nullatenus attentetur. T.&c.

¶ Rex, officiali curiæ Cantuar' & ejus Commissar' salutem. Monstravit nobis Wilhelmus Rok de B. clericus, quòd cùm ipse implacitet coram vobis in curia Christianitatis in causa ibidem legitimè ventilata, Johannem de Copham London', de eo videlicet quod episcopus London' ipsum Wilhelmum per Wilhelmum de Heyle verum patronum ecclesiæ de Wokyndon' septem fontium London' dioc' & in possessione præsentandi ad eandē existentem eidem episcopo præsentatum, cui de advocatione ejusdem ecclesiæ ac jure præsentationis, necnon habilitate præfati præsentati & de aliis articulis in hac parte debitis

Consultatio quando episcopus admisit præsentatum illius qui jus non habuit præsentare, & recusavit ejus præsentatum admittere qui jus per considerationem curiæ inde, habuit, sicut constat

tenorem recordi & processus inde habitorum in cancellaria missi &c. quatenus agitur de non admissione prædicti & nó de jure patronatus &c.

debitis & consuetis ad plenum constitit, absque eo quod aliquid eidem præsentato obviavit de canonicis institutis, quò minus ad eandem ecclesiam admitti deberet, ut rector institui posset canonicè in eadem admittere recusavit, & prædictum Joannem ad præsentationem novi patroni ejusdem ecclesiæ præfato episcopo inde factam indebitè admisit, & personam instituit in eadem contra canonicas sanctiones, quarum præsentationis, admissionis & institutionis prætextu, idem Joannes ecclesiam detinuit & detinet occupatam fructus & proventus ejusdem indebitè percipiendo: ac Joannes Bandechon cognitionem, quæ ad forum ecclesiasticum pertinet in hac parte, machinans impedire, asserénsque in cancellaria nostra præfatum Joannem Copham dictam ecclesiam de advocatione sua tenere, & præfatum Wilhelmum Rok clamantem eandem ecclesiam de advocatione præfati Wilhelmi de Heyle, ipsum Joannem Bandechon inde traxisse in placitum coram vobis in curia Christianitatis, vobis per breve nostrum prohibuerimus ne placitum illud teneretis in curia Christianitatis, donec discussum foret in curia nostra ad quem prædictorum Joannis de Bandechon & Wilhelmi de Heyle pertineret ejusdem ecclesiæ advocatio, eo quod placita de advocationibus ecclesiarũ spectant ad coronam & dignitatem nostram, cujus brevis prætextu vos in dicto negocio in eadem curia Christianitatis ulterius procedere distulistis & adhuc differtis, in ipsius Wilhelmi Rok grave damnum & libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestam. Et quia per tenorem recordi & processus loquelæ, quæ fuit in curia nostra coram justitiariis nostris de banco per breve nostrum inter præfatum Wilhelmum de Heyle & Joannem Bandechon, de eo quod idem Joannes permitteret præfatum Wilhelmum de H. præsentare idoneam personam ad ecclesiam prædictam, in cancellaria nostra de mandato tuo missum, pleniùs apparet, quòd idem Joannes Bandechon non potuit dedicere quin ad præfatum Wilhelmum de H. adtunc pertinuit ad dictam ecclesiam præsentare, ut in secundo turno suo prætextu cujusdam compositionis coram præfatis justitiariis nostris in placito prædicto allegatæ, salvo sibi & hæredibus suis turno suo præsentandi ad eandem ecclesiam in proxima vacatione cùm acciderit: nolentes cognitionem, quæ ad forum ecclesiasticum pertinet in hac parte, prætextu dicti brevis nostri indebitè impediri: vobis significamus quòd in negocio prædicto coram vobis in curia Christianitatis, quatenus de non admissione seu institutione ejusdem Wilhelmi Rok ad præsentationem præfati Wilhelmi de Heyle, & non de jure patronatus ejusdem ecclesiæ agitur, licitè procedere & ulteriùs in hac parte facere poteritis, quod ad forum ecclesiasticum &c. non obstante. T. &c.

Consultatio de subtractione cantariæ.

¶ Rex, venerabili in Christo patri I. eadem gratia episcopo E. & ejus officiali ac eorum Commissar' salutem. Cùm ut intellexerimus ad præsentationem rectoris & parochianorum ecclesiæ parochialis de B. vestræ Dioc' (pͣfate episcope) vobis suggeretiũ quasdam possessiones infra

infra fines & limites parochiæ ecclesiæ prædictæ & ecclesiæ de I. ejusdem dioc', diu ante statutum de religiosis de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis æditum, ad inveniendum quendam capellanum ad divina in dicta ecclesia de B. singulis diebus celebranda, tanquam annexas dictæ ecclesiæ de B. datas & collatas fuisse, dictámq; cantariam prætextu donationis & collationis prædictarum, semper à tempore prædicto absq; subtractione aliqua per possessores & occupatores dictarum possessionum, quousq; eædem possessiones ad manus W. de H. jam tenentis dictarum possessionum devenerunt, continuè inventam fuisse, ac eandem cantariam per ipsum Wilhelmũ per triennium jam elapsum maliciosè & nimis voluntariè absq; causa rationabili subtractam fuisse & adhuc esse, in cultus divini diminutionem & libertatis ac jurium dictæ ecclesiæ de B. læsionem manifestam, præmissa eidem W. objeceritis, procedere intendentes contra ipsum ad dictam cãtariam ad statum pristinum reducendam, & debitam punitionem occasione subtractionis cantariæ prædictæ eidem W. imponendã, in correctionem animæ suæ juxta canonicas sanctiones: idem W. machinans cognitiones, quæ ad forum ecclesiasticum in hac parte pertinent, callidè perturbare, asseréntq; in cancellaria nostra ipsum W. per I. W. personam dictæ ecclesiæ de B. de transgressionibus contra pacem nostram factis, coram vobis præfatis offic' & commissar' implacitari, quandam prohibitionem nostram, ne placitum de hujusmodi transgressionibus in curia christianitatis teneretis, vobis dirigi procuravit, quo prætextu vos ulteriùs in causa illa hucusq; procedere distulistis & adhuc differtis, in libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestã. Et quia nolumus cognitiones, quæ ad forum ecclesiasticum pertinent, per hujusmodi prohibitiones nostras aliqualiter impediri: vobis significamus quòd in causa illa, quatenus ad cantariam prædictã ad pristinum statum reducendam, & ad debitã punitionem occasione subtractionis hujusmodi eidem W. imponendam per vos agitur, licitè procedere & ulteriùs facere poteritis, quod ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, dicta prohibitione nostra seu aliqua alia vobis in causa prædicta imposterum dirigend' non obstante. T. &c.

¶ Rex, præsidenti curiæ Cantuar' & ejus cõmissar' salutem. Cùm nuper, ut accepimus, ad prosecutionem rectoris & parochianorum ecclesiæ parochialis de B. Exoñ dioc', venerabili patri I. Exoñ episcopo & ejus officiali seu eorum commissar' suggerentium, quasdam possessiones infra fines & limites parochiæ ecclesiæ prædictæ et ecclesiæ de I. ejusdem dioc', diu ante statutum de religiosis de terris & tenementis ad manum mortuam non ponend' æditum, ad inveniendum quendam capellanum ad divina in dicta ecclesia de B. singulis diebus celebranda, tanquam annexas dictæ ecclesiæ de B. datas & collatas fuisse, dictámq; cantariam prætextu donationis & collationis prædictarum, semper à tempore donationis & collationis earundem absq; subtractione aliqua, per possessores & occupatores dictarum possessionum, quousq; eædẽ possessiones ad manus W. de H. nunc tenentis possessio- Aliter.

num prædictarum devenerunt, continuè inventam fuisse, ac eandem cantariã per ipsum W. per triennium tunc elapsum & amplius, maliciosè & nimis voluntariè absq; causa rationabili subtractam fuisse, in cultus divini diminutionẽ, & libertatis ac jurium dictæ ecclesiæ de B. læsionem manifestam, p̃fatos episcopum & ejus offic' processisse contra ipsum ad dictam cantariam ad statum pristinum reducẽdum, & debitam punitionem occasione subtractionis cantariæ prædictæ eidem Wilhelmo imponendam, in correctionem animæ suæ juxta canonicas sanctiones, eũdémq; W. cognitiones quæ ad forum ecclesiasticum in hac parte pertinebat callidè machinãtem perturbare, suggerentémq; diversa placita in curia christianitatis de catallis & debitis ac de transgressionibus nec non de laico feodo contra ipsum mota fuisse, diversa brevia nostra de prohibitione inde per diversas vices, ne ipsi placita illa in curia christianitatis tenerent, præfatis episcopo & offic' dirigi p̃curasse, eosdémq; episcopum & officialem ulteriùs in causa illa procedere distulisse: & nos cognitiones, quæ ad forum ecclesiasticum pertinẽt, p hujusmodi prohibitiones nostras nolentes aliqualiter impediri, eisdem episcopo & officiali per brevia nostra significaverimus quòd in causa illa, quatenus ad dictã cantariam ad debitum statum reducendũ, & ad debitã punitionem occasione subtractionis hujusmodi eidẽ W. imponendã per ipsos, agebatur, licitè procedere & ulteriùs facere possent quod ad forum ecclesiasticum noverant pertinere, dictis prohibitionibus nostris non obstantibus, quo prætextu idem W. per processum corã dicto officiali in eadem curia christianitatis ritè & legitimè factum, sententia majoris excõmunicationis extitit innodatus: p̃fatus W. totum processum p̃dictum per appellationes frustratorias ac inhibitiones curiæ Cantuar' satagens impedire, ad dictam curiã Cantuar' frivolè appellavit, asserénsq; ipsum, eò quòd quandam prohibitionem nostrã ad impediendum jurisdictionem ecclesiasticam in hac parte præfatis episcopo et officiali porrexit, in sententiam prædictam incidisse, petendo omnia et singula gravamina eidem Wilhelmo post & contra appellationẽ suam prædictam illata, seu in sui præjudicium attentata, necnõ omnia & singula, propter quæ in hac parte extitit appellatus, irritari, cassari, sive adnullari, viribúsq; omnino carere: cujus quidem appellationis prætextu, præfatis episcopo & officiali districtè inhibuistis, ne quicquã in præjudicium p̃dicti Wilhelmi ea occasione pendente appellatione prædicta attentarent seu facerent attentari, præfatúsq; Wilhelmus suæ salutis immemor, inhibitione hujusmodi sic habita, ac appellatione prædicta minimè prosecuta, dimissionéq; à præfata curia Cantuar' obtenta, frivolè et minùs veraciter suggessit nobis in cãcellaria nostra ipsum Wilhelmum, pro eo quòd quoddam breve nostrum de attachiamento super prohibitione pro jure nostro regio conservando versus Johannẽ Vf. prosequebatur, in placitum corã vobis in curia christianitatis, ad prosecutionem ejusdem Joannis tractum fuisse, & ipsum W. ea occasione corã vobis multipliciter inquietare & fatigare, quoddam breve nostrũ de prohibitione ad hujusmodi

fictam

fictam & falsam suggestionem impetratū, ne vobis placitū illud teneretis in curia christianitatis, ne quicquam in hac parte quod in nostri contemptum aut coronæ & regiæ dignitatis nostræ læsionem cedere valeat attentaretis, donec placitum attachiamenti prædicti inter partes prædictas in dicta curia nostra terminaretur, vobis porrigi fecit, cujus quidem brevis virtute vos in causa appellationis prædictæ hucusq; procedere distulistis & adhuc differtis, in libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestā. Et, quia ad præmissa sic per partem prædicti W. fraudulenter & maliciosè in enervationem jurisdictionis ecclesiasticæ attentata considerationem habentes, nolumus executiones causarum, quæ ad forum ecclesiasticum pertinent, per hujusmodi fraudulentas suggestiones & cautelas aliqualiter impediri: vobis significamus quòd in causa & processu prædictis coram vobis in curia Cantuar' virtute appellationis prædictæ devolutis, quatenus ad dictam cantariā ad debitum statum reducere faciendum, & ad debitā punitionem occasione subtractionis hujusmodi eidem W. imponere faciendum, & ad dictam sententiam in ipsum W. latam, si ritè deducta fuerit, in suo robore permanere faciendum per vos agatur, licitè procedere & ulteriùs facere poteritis quod ad forum ecclesiasticum noveritis pertinere, dictis prohibitionibus nostris non obstantibus. T. &c.

¶ Rex, archidiacono Surr' & ejus offic' ac eorum commissar' salutē. Cùm vos nuper, ut accepimus, juxta officii vestri debitum, objeceritis Joanni de E. parochiano ecclesiæ parochialis de C. infra archidiaconatum vestrum ꝑdictum (præfate archidiacone) quòd ipse, quandam vaccam et diversa alia bona & catalla, per quamplures parochianos ejusdem ecclesiæ in testamentis suis in ultimis voluntatibus, pro reparatione & emendatione corporis ecclesiæ prædictæ, & clausuræ cimiterii ejusdem, quæ jam multipliciter minatur ruinā ut asseritis, à jamdiu legata, contra piam intentionem testatorum ꝑdictorū detinet occupata, eáq; custodibus fabricæ ecclesiæ ꝑdictæ, ad quos hujusmodi legata de jure pertinent custodiēda, liberare recusat, in animæ suæ periculum, ac ecclesiæ & cimiterii prædictorum deteriorationē manifestam, procedentes cōtra ipsum in hac parte ad debitam restitutionem de vacca, bonis, & catallis prædictis, pro reparatione & emendatione corporis ecclesiæ & clausuræ cimiterii prædictorum, præfatis custodibus faciendam, & ad pœnam canonicā eidem Joanni pro detentione legatorum prædictorum imponendam: idem I. processum per vos in præmissis contra ipsum inchoatum callidè machinans declinare, asserénsq; in cancellaria nostra ipsum Joannem coram vobis in curia christianitatis de catallis & debitis, quæ nō sunt de testamento vel matrimonio, implacitari, quandam prohibitionem nostrā, ne placitū hujusmodi teneretis in curia christianitatis, vobis dirigi procuravit, quo ꝑtextu vos ulterius in causa illa hucusq; procedete distulistis & adhuc differtis in libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestam. Et quia nolumus quòd cognitiones, quæ ad forum ecclesiasticū pertinent, ꝑ hujusmodi ꝓhibitiones nostras impediātur: vobis significamus qd' in causa

Consultatio de restitutione bonorum & catallorum, pro reparatione ecclesiæ & clausuræ cimiterii, legatorū, facienda.

prædicta, quatenus ad restitutionem eisdem custodibus de legatis p̄dictis in forma p̄dicta faciendam, et ad pœnam canonicā eidem I. p detentione legatorum eorundem imponēdam corā vobis tantūmodo agitur, licitè procedere et ulteriùs facere poteritis, quod ad forū ecclesiasticum noveritis pertinere, prohibitione nostra nō obstante. T.&c.

Consultatio in causa correctionis animæ ex officio.

¶ Rex offic' curiæ Cantuar' et ejus cōmissario salutem. Cùm vos nuper ex officio vestro, fama publica referente quòd T. vicar' ecclesiæ de M. vestræ jurisdictionis, C. in amplexibus fornicar' tenet, et jam diu tenuit, ipsum coram vobis in curia christianitatis pro correctione animæ suæ in hac parte citari feceritis, procedentes contra eum ibidem juxta canonicas sanctiones, ac etiam objicientes eidem T. quod licita et canonica mandata vestra ecclesiastica sibi per vos facta contēptibiliter facere recusavit, ac nos ex relatu plurium accipientes, quòd vos vicar' prædictum traxistis coram vobis in placitum in curia christianitatis de catallis & debitis quæ non sunt de testamento vel matrimonio, vobis per breve nostrum prohibuerimus ne hujusmodi sequeremini in curia christianitatis, cujus prætextu vos ulterius ad correctionem animæ ipsius vicarii in curia christianitatis distulistis ut accepimus, in læsionem libertatis ecclesiasticæ, et animæ ipsius vicarii periculum manifestum. Et quia nolumus quòd cognitio spiritualis, quæ ad forum ecclesiasticum pertinet in præmissis, per hujusmodi breve tollatur: vobis significamus quòd in causis prædictis ex officio vestro, quatenus ad correctionem animæ ipsius vicarii et non placita de catallis & debitis concernunt, in curia christianitatis, procedere, et ulteriùs ibidem pro salute animæ suæ statuere et facere poteritis quod ad officium vestrum speciale noveritis de jure pertinere, prohibitione nostra prædicta non obstante. T. &c.

De manuum injectione in clericum, & de expensis adjudicatis.

¶ Rex, decano de Arcubus Londoñ et ejus commissario salutem. Monstravit nobis T. ut cùm ipse nuper implacitasset in curia Christianitatis coram tali episcopo et ejus cōmissario W, pro eo quòd ipse in p̄fatum T. sciens ipsum esse clericū et in possessione clericali existentem vel constitutum, in capella de B. manus injecit temerè, violenter ipsum ad effusionem sanguinis ibidem verberando, petendo ipsum in sententiam excommunicationis majoris, à canone contra hujusmodi delinquentes latam et promulgatam, per præfatum episcopum incidisse promulgari, ac dicta causa coram vobis postmodum ad prosecutionem præfati Thomæ partis appellantis devoluta, eundem W. pro eo quòd appellationem suam in hac parte suggestam non probavit, ad examen ejusdem W. remiseritis, & ipsum in expensis prædicti. T. condemnastis ad decem solidos moderatè taxistis, pro quorum levatione præfato episcopo vices vestras cum cujuslibet cohibitionis canonicæ potestate commisistis: præfatus W. executionem judicii per vos in hac parte redditi machinās impedire, asserens in canc' nostra, ipsum, præfato T. de prædictis decem solidis satisfecisse, & literas suas acquietātiæ inde penes se habere, quoddam breve nostrum de prohibitione, ne placitum de prædictis decem

solidis

ſolidis teneretis in curia chriſtianitatis, in eadem cancellaria impetrari et vobis dirigi procuravit, quo prætextu vos in placito prædicto hucuſq; procedere diſtuliſtis & adhuc differtis, in ipſius T. aſſerentis ipſum de aliquo ſummæ prædictæ ſatisfactum non eſſe, damnum non modicum,& libertatis eccleſiaſticæ læſionem manifeſtam.Et.quia non eſt conſonum rationi, quòd cognitio acceſſorii in curia chriſtianitatis impediatur, ubi cognitio cauſæ principalis ad forum eccleſiaſticum noſcitur pertinere: vobis ſignificamus, quòd, ſi coram vobis pro expēſis prædictis recuperandis agatur, idemque T. petierit præfatum W. tanquam excommunicatum pro hujuſmodi violēta manuum injectione in prima cauſa coram prædicto epiſcopo devoluta tantummodo ad inflictionem pœnæ canonicæ pronunciari, tunc ulterius pro prædictis decem ſolidis, ſi nondum levati fuerint, levandis, facere poteritis qd' ad forum eccleſiaſticum noveritis pertinere, prohibitione noſtra prædicta non obſtante. T. &c.

¶ Rex officiali &c. ſalutem. Monſtravit nobis A, quod cùm ipſe implacitaſſet coram vobis in curia chriſtianitatis I. quæ fuit uxor H. executrix teſtamenti ejuſdem H. de viginti ſolidis eidem A. per p̄fatum H. in teſtamento ſuo legatis, & ſibi per præfatum I. detentis. &c. Conſultatio de legatis.

¶ Rex officiali cur' Cantuar' ſalutem. Ex parte, vel ſic, Monſtravit &c. ut in libello, recitando titulum juris brevis, et tunc clauſula provocationis, incipiendo, Et licet, & concludendo ſuper gravaminibus & injuriis, & tunc clauſula ultimæ appellationis, incipiēdo, ſuper quo &c. ſentiens &c. & tunc ſic, præfatus &c. cognitionem quæ ad forum &c. machinans impedire &c. quatenus in hujuſmodi appellatione neg' &c. Conſultatio ſuper appellatione facta ſuper provocatione.

REx decano de arcubus Londoñ & ejus cōmiſſario ſalutem. Cum in ſtatuto, in parliamento domini Henrici nuper regis Angliæ patris noſtri apud Leyceſtr', anno regni ſui ſecundo tento, ædito, inter cætera contineatur, quòd quandocunque copia libelli per legem eſt concedenda, concedatur, & parti abſq; difficultate liberetur, ac jam ex querela Radulphi acceperimus, quòd licèt ipſe copiam libelli cauſæ verſus ipſum ad ſectam I. coram vobis in curia chriſtianitatis motæ et pendentis, ſibi concedere & liberare vos pluries requiſierit, quæ quidem copia per legem eſt concedenda ut dicitur: vos tamen id facere, & eidem Radulpho liberare diſtuliſtis & differtis de præſenti, in noſtri contemptū & ipſius Radulphi grave damnum, ac contra formam, vim, & effectum ſtatuti prædicti. Nos volentes ſtatutum illud in omnibus ſuis articulis inviolabiliter obſervari: vobis mādamus qd' præfato R. copiam libelli cauſæ prædictæ coram vobis verſus ipſum ut præmittitur motæ & pendentis, ſi per legem ſit concedēda, concedatis, & eidem R. copiam illam abſque difficultate liberetis, juxta formam ſtatuti prædicti. Et hoc ſub pœna centum librarum nullatenus omittatis. T. &c. xxxviii. Henrici ſexti. Breve de copia libelli deliberanda.

Quod clerici regis non cōpellantur facere residentiam personalē. Articuli super cartas, cap. vi.



Rex venerabili &c. cum clerici nostri ad faciendam in beneficiis suis residentiam personalem, dum nostris immorantur obsequiis, compelli, aut aliàs super hoc molestari seu inquietari non debeant, nosq; ac progenitores nostri quondam reges Angliæ hujusmodi libertate & privilegio pro clericis nostris à tempore quo non existat memoria semper hactenus usi sumus: vobis mandamus quòd dilectum clericum nostrum A. personam ecclesiæ de S. vestræ dioc', qui in cancellaria nostra nostris jugiter intendit obsequiis, ad personalem residentiam in beneficio suo prædicto faciendam, dum eisdem obsequiis nostris immoretur, nullatenus compellatis. Et sequestrum, si quod in fructibus aut aliis bonis ecclesiæ suæ prædictæ ea occasione per vos aut vestros fuerit appositum, sine dilatione relaxari faciatis. T. &c.

Sicut alias.

¶ Rex venerabili &c. Cum clerici nostri &c. vobis mandamus sicut aliàs mandavimus, quatenus dilectum clericum nostrum &c. vel causam nobis significetis quare mādato nostro aliàs vobis inde directo parere noluistis vel non debuistis. T. &c.

Attachiamentum inde.

¶ Rex vicecomiti Salop' salutē. Pone per vad' &c. Thomā Hereford' episcopum, qd' sit coram nobis &c. ostēsurus quare cùm clerici &c. (ut supra usq; ibi,) hactenus usi sumus, per qd' mandamus eidem episcopo, qd' Guilielmum de Hardeshul' personam ecclesiæ de S. clericum nostrum, qui in cancellaria nostra nostris intendit obsequiis, ad residentiam personalem in officio suo prædicto faciendam (dum eisdem obsequiis immoratur) nullatenus compelleret, & sequestrum si qd' in fructibus aut aliis bonis ecclesiæ dicti clerici nostri per ipsum episcopum aut suos ea occasione esset appositum, sine dilatione faceret relaxari: idem episcopus, præfatum clericum nostrum nostris obsequiis prædictis ut prædictum est immorantem, per varias coerciones per se & suos ad hujusmodi residentiam personalem faciendam compulsit, & ipsum occasione præmissa molestare & inquietare indies non desistit, in nostri contemptum, ac libertatis ac privilegii nostri prædictorū læsionem manifestam. Et habeas &c. T. &c.

Item quod clerici regis non faciāt residentiam personalem, nec assumant aliquod officium quod exigit residentiam, &c.

¶ Rex venerabili &c. Cum clerici nostri &c. ut supra usq; ibi, usi sumus, jámq; intelleximus qd' vos dilectū clericum nostrum Rober. de Sprot personam ecclesiæ de E, qui per præceptum nostrum, nostris in cancellaria nostra jugiter intendit obsequiis, qui ad officium decanarus de Neubery infra dioc' vel archidiac' vestrum prædictum electus est ut dicitur, ad assumendum officium illud residentiam personalem merè requirens, per censuras ecclesiasticas compellere nitimini, in libertatis & privilegii nostrorum prædictorum præjudicium, & enervationem manifestam: volentes igitur hujusmodi præjudicio obviare, & privilegium prædictum manutenere prout decet: vobis districtè ꝓhibemus ne ipsum R. ad residentiam aliquam in beneficio suo prædict' faciendam, seu ad assumendum officium ꝑdictū vel aliquod aliud hujusmodi residentiam requirens, dum obsequiis nostris ꝑdictis sic intēderit, quoquo modo compellatis. Et sequestrum si quod, &c.

¶ Rex

¶ Rex venerabili &c. salutem. Cum &c. usq; ibi, vobis mandamus qd' dilectum clericum nostrum Guilielmum personam ecclesiæ de F. vestræ dioc', qui in obsequio nostro in comitiva dilecti & fidelis nostri Nicolai de la Breche in partibus Vascon moratur, ad personalem &c. dum obsequio nostro prædicto immoretur, nullatenus compellatis. Et sequestrum &c. T.


Aliter. Et nota, quia consultatio fuit per literas de protectione quas ostendit curiæ.

✲ Quia literæ de protectione ostensæ fuerint in cancellaria : & possunt dirigi archidicono vel officiali vel decano, ubi habent jurisdictionem &c.

Nota.

¶ Rex venerabili &c. Cum clerici nostri &c. ut in primo brevi usq;, usi sumus, jamq; ex relatu plurium intellexerimus, quòd vos dilectum clericum nostrum Johannem de Silbetorp personam ecclesiæ de C. vestræ dioc', qui in cancellaria nostra nostris jugiter intendit obsequiis pro non recidentia sua, dum nuper persona ecclesiæ de N. ejusdem dioc' extitit, ad duas marcas argenti coram vobis in curia christianitatis multaveritis, & ipsum I. ad prædictas duas marcas vobis ea occasione solvendas monueritis, pro eòq; quod easdem duas marcas ad monitionem vestram solvere recusavit, sequestrum & alias censuras ecclesiasticas in ipsum I. diversimodò exercueritis, in juris coronæ nostræ præjudicium, & libertatis & privilegii prædictorum læsionem manifestã : nos hujusmodi præjudicialibus, viis & modis quibus poterimus, præcavere, & libertatem & privilegia nostra prædicta manutenere cupientes : vobis districtè prohibemus, ne quicquam in præmissis attentetis, seu per alios attentari faciatis, quod in juris coronæ nostræ præjudicium, seu libertatis & privilegii prædictorum læsionẽ cedere valeat quovis modo : sequestrum, si quod in bonis ipsius I. ecclesiasticis per vos aut vestros appositum fuerit, sine dilatione relaxari facientes. T. &c.

Quod clericus regis non solvat pecuniam ad quam multatur pro non residentia.



Ex vicecomiti Suth' salutem. Cum in curia nostra coram nobis per considerationem ejusdem curiæ, nuper recuperaverimus versus R. tunc electũ Winton jam episcopum loci illius, præsentationem nostram ad domum sanctæ crucis juxta Wynton vacantem, & ad nostram donationẽ spectantẽ, ratione episcopatus Wynton nuper vacãtis & in manu nostra existentis, ad quã quidem domum sic vacantẽ & ad nostram donationem spectantem, dilectum clericum nostrum Galfrid' de Wolford' præsentaverimus, ac jam intellexerimus quòd in eadem domo & quibusdam ecclesiis dictæ domui annexis in comitatu tuo, vis laica & armata se tenet, quò minùs dictus clericus noster per præfatum episcopum ad dictam domum, ad nostrã p̃sentationẽ admissus, in dictam domũ authoritate ipsius episcopi induci possit, necnon ad pacẽ nostram in eodẽ comitatu p̃turbandã : nos volẽtes hujusmodi maliciis obviare, tibi p̃cipimus quod omnẽ vim laicã seu armatam, quæ se tenet in dicta domo & ecclesiis eidẽ domui annexis, ad pacẽ nostrã in comitatu tuo perturbandam, sine dilatione amoveas ab eisdẽ. Et si quos in hac parte resistẽtes inveneris: tũc assumpto tecũ sufficiente posse comitatus tui, si necesse

De vi laica amovenda ab ecclesia ad quã rex recuperavit præsentationem versus electum.

necesse fuerit, eos per corpora sua attachies, & in prisona nostra salvò custodias, ita qd' eos habeas corã nobis in octavis sancti Michaelis ubicunq; &c. ad respõdendũ nobis de cõtẽptu & resistẽtia supradictis. Et habeas ibi nomina illorũ quos sic attachiaveris & hoc breve. T.

De vi laica seu armata amovenda, & resistetia assumpto posse comitatus attachiãda ad respondendum inde coram rege.

¶ Rex vicecomiti Suff salutem. Præcipimus tibi quod omnem vim laicam seu etiam armatam potentiã, quæ se tenet in præbenda de Esterden in ecclesia Cicester ad pacem nostram perturbandum, sine dilatione amoveas ab eadem. Et si quos tibi resistentes inveneris in hac parte: tunc assumpto tecum sufficienti posse comitatus tui si necesse fuerit, eos attachies per corpora ipsorum, & in prisona nostra salvò custodias: ita quod eos habeas coram nobis in octavis sancti Michaelis ubicunq; &c. ad respondendum nobis de contẽptu & resistentia prædictis, & habeas ibi hoc breve. T. &c.

Aliter ex altera parte dirigitur breve vicec. ... uth De vi laica amovenda tantùm ad requisitionem episcopi loci.

¶ Rex vicecomiti salutem. Ad requisitionẽ venerabilis patris I. Wintoñ episcopi tibi præcipimus, quod omnem vim laicam quæ se tenet in ecclesia de I. suæ dioc', ad perturbandum ipsum episcopum quò minùs officiũ suum spirituale in ecclesia illa exercere possit sine dilatione amoveas ab eadem. T. &c.

Nota.

⁘ Et possunt fieri sicut aliàs, & cum pluries.

Aliter.

¶ Rex vicecomiti salutem. Cùm nuper ad requisitionẽ venerabilis patris I. Lincolñ episcopi tibi præceperimus, qd' omnẽ vim laicam quæ se tenet in ecclesia de I. ad perturbandum &c. quò minùs ipse officium suum spirituale exercere possit, ibidem sine dilatione amoveres ab eadem, vel causam &c. quare mandatũ nostrum aliàs tibi inde directum exequi noluisti vel non potuisti, ac tu pro eo qd' quidam ignoti in superpellitiis & albis tanquam clerici se gerentes, ostia ejusdem ecclesiæ strictè contra te clausa tenebant, & te ingressum in eadem habere vi vetitaverunt, dictam ecclesiam ingredi & mandatum nostrum prædictũ exequi nõ potuisti sicut nobis significasti: nos returnũ illud minus sufficiens reputãtes, ꝑsertim cũ in statuto dudũ apud Westm' edito inter cætera contineatur, qd' si vicecomes vel sui ballivi invenerint resistentiam in mandatis nostris exequendis, quod statim vicecomes omnibus omissis, assumpto secum posse comitatus sui, eat in propria persona sua ad faciẽdã executionẽ, & illos quos resistentes invenerit, castiget per prisonã à qua non deliberetur sine speciali ꝑcepto nostro: tibi ꝑcipimus quòd omnem vim laicam quæ se tenet in ecclesia ꝑdict', sine dilatione amoveas ab eadem, juxta tenorem mãdatorum nostrorũ prædictorum tibi priùs inde directorum. Et taliter te habeas in hac parte, ne in tui defectũ querela ad nos inde perveniat iterata, per quod manum ad hoc aliter apponere debeamus. T. &c.

Aliter.


¶ Rex vicecomiti Suth' salutẽ. Cùm in curia nostra coram nobis, per considerationem ejusdem curiæ nostræ nuper recuperavimus versus R. tunc electũ Wyntoñ jam episcopũ loci illius, præsentationem nostram ad domum sanctæ crucis juxta Wyntoñ. vacãtem et ad nostram donationem spectantem, ratione episcopatus Wyntoñ nuper vacantis & in manu nostra existentis, ad quam quidem domum sic vacãtem,

et

& ad nostram donationem spectantem, dilectum clericum nostrum G. præsentavimus, ac jam intellexerimus quòd in eadem domo & quibusdam ecclesiis dictæ domui annexis in comitatu tuo, vis laica & armata se tenet, quo minus dictus clericus noster per præfatum episcopum ad dictam domum ad nostram præsentationem admissus, in dictā domum authoritate ipsius episcopi induci possit, necnon ad pacē nostram in com' tuo ꝑturbandā : nos volentes hujusmodi maliciis obviare, tibi præcipimus qd' omnē vim laicam seu armatā potentiā quæ se tenet in dicta domo & ecclesiis eidē annexis ad pacē nostrā in comitatu tuo ꝑturbandā, sine dilatione amoveas ab eisdē. Et si quos in hac parte resistentes inveneris : tunc assumpto tecum sufficiente posse comitatus tui si necesse fuerit, eos ꝑ corpora sua attachies & in prisona nostra salvo custodias, ita qd' eos habeas coram nobis in octavis &c. ubicunq; &c. ad respond' nobis de contēptu & resistentia supradictis. Et habeas ibi nomina illorū quos sic attachiaveris & hoc breve. T. &c.

REx, vicecomiti Leyc' salutē. Cùm nuper ad requisitionem venerabilis patris &c. usq; ibi, amoveres ab eadem, ac jam ex parte I. de T. nobis sit ostensum, quòd licèt ipse ad præsentationem prioris de L. in ecclesia prædicta canonicè sit institutus, & eam diu possideret & possideat in præsenti, cntentioq; inter ipsum Johannem & Richardum de S. asserentem ipsum jus ad eandem ecclesiam ex provisione apostolica habere in curia Christianitatis mota fuerit, jam est diu & adhuc pendeat indiscussa : tu tamen colore mandati nostri prædicti ipsum I. in possessione dictæ ecclesiæ adhuc existentem, à possessione sua prædicta amovere, & præfatum Richardum in possessionem ejusdem ecclesiæ ponere, & ipsum in eadem vi armata manutenere & defendere niteris minus justè, in ipsius I. dispendium non modicum & gravamen. Et quia intentionis nostræ non extitit, quòd aliquis virtute mandati nostri prædicti à possessione juris sui amoveretur, sed quòd vis laica duntaxat amoveatur : tibi præcipimus quod habita consideratione ad mandatum nostrum prædictum, in executione ejusdem ita proinde & taliter te habeas, quòd alicui super possessionem juris sui præjudicium nullatenus generetur. Et si quæ per te in hac parte minus justè fuerint attentata, ea sine dilatione facias emendari : ne in tui defectum querela ad nos inde perveniat iterata, per quod manum ad hoc aliter apponere debeamus. T. &c.

Breve ne vicecomes colore mandati nostri quenquam amoveat à possessione ecclesiæ minus justè.


REx, A. salutē. Cùm secundū cons. in regno nostro hactenus obtentā & approbatā, ullus de eodē regno, sup his quorū cognitio ad nos & cur' nostrā dignoscitur ꝑtinere, trahi nō debeat in causā extra idē regnū, ac tu I. suꝑ causis pecuniariis & aliis, vel sic suꝑ diversis causis quarū cognitio ad nos ꝑtinet, trahas in placitū extra idē regnū, in læsionē coronæ & dignitatis nostræ, & contra consuetudinē ꝓd', sicut ex relatu plurium accepimus : tibi districtè ꝓhibemus, ne ꝑfatum I. cites seu citari procures, ad comparendum coram aliquo judice extra idem regnum, tibi super hujusmodi responsurum, nec aliquid contra ipsum attentetis vel atten-

Ne quis trahatur in causam extra regnum.

attentari faciatis, quod in derogationem regiæ dignitatis nostræ, seu in læsionem consuetudinis prædictæ cedere valeat, quovis modo: maximè cùm præfatus I. paratus sit infra idem regnum in omnibus stare juri. Et si quid per te in præmissis minus ritè attentatum fuerit: tu id revocari facias indilatè, taliter te habens in hac parte, ne ad te tanquam ad impugnatorem regiæ dignitatis nostræ capere debeamus. T. meipso. &c.

Attachiamentum inde.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Pone ꝑ vadium &c. ostensurus quare cùm secundum consuetudinē in regno nostro &c. usq; ibi, extra idē regnū: prædictus A. dilectum clericum nostrum I. præbendarium præbendæ de N. in ecclesia de L, ad respondendum extra idem regnum suꝑ jure collationis præbendæ prædictæ sibi per nos inde factæ, vel super diversis causis quarum cognitio &c. trahi fecit in causam in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, & consuetudinis prædictæ præjudiciū, ac contra prohibitionem nostram. Et habeas &c. T. &c.

Ne quis se trāsferat extra regnum.

¶ Cùm secundum consuetud' &c. vobis mandamus sub forisfactura omniū quæ nobis forisfacere poteritis firmiter injungentes, quòd vos extra dictum regnū nostrū ad respondendum alicui super his quorum cognitio ad nos ꝑtinet, nullo modo trāsferatis. Talit' vos habētes &c.

Ne quis se trāsferat extra regnum ad respondendū super aliquibus quorum cognitio spectat ad regem.

¶ Rex, I. salutem. Vacante nuꝑ sed archiepiscopatus Eborum, & in manu claræ memoriæ domini H. quondam regis Angliæ patris nostri existente: idem pater noster præbendam de S. in ecclesia prædicta tunc vacantem, & ad donationem ipsius patris nostri ratione vacationis prædictæ spectantem tibi contulit suo jure, sicut ipse & cæteri ꝓgenitores nostri quondam reges Angliæ, hujusmodi præbendas temporibus vacationum archiepiscopatuum & episcopatuum in regno Angliæ mero jure coronæ regiæ conferre consueverunt, quam quidē præbendam virtute collationis illius obtines sicut liquidè nobis constat. Et jam intelleximus quòd tu de novo, ad prosecutionem quorundum juri nostro regio repugnare nitentium, extra potestatem nostram ad respondendum ibidem super præbenda prædicta, per quandam citationem tibi factam super hoc, in brevi divertere te proponis. Nos igitur attendentes quòd si negocia jus nostrum regium tangentia extra potestatem nostram deducerentur quoquo modo, in exhæredationem nostram & coronæ nostræ cederet manifestè: tibi ꝓhibemus sub pœna incarcerationis corporis tui, & forisfactura omnium quæ in regno nostro obtines, & quæ nobis forisfacere poteris, firmiter injungētes ne ad partes exteras ad dictum negocium vel aliquod aliud nos & coronam nostram aliqualiter contingens extra dictum regnum in curia aliqua deducend' te divertas, nec ꝓcuratorem seu responsalem aliquem clam vel palam ibidem transmittere præsumas, ad quicquam in hac parte faciendum vel etiam exercendum. T. &c.

Prohibitio ne quis citet clericum regis ad respondendum personaliter coram summo pontifice super hiis quorum cognitio spectat ad regem.

¶ Rex, venerabili in Christo patri R. eadē gratia archiepiscopo Cantuar' totius Angl' primati salutē. Ad jura coronæ nostræ integra & illæsa ꝓ viribus conservanda, eò amplius curam & operam adhibere nos convenit studiosam, quòd ad hoc ex debito astringimur vinculo ju

ramenti. Cum igitur recolendæ memoriæ dominus E. quondam rex Angl' progenitor noster, magistrum Nicholaum de T. clericum ad ecclesiam de Reyculere dudum vacantem per mortem magistri S. de F. quondam ꝑsonæ ejusdem ecclesiæ & ad donationem suam spectantē ratione temporalium archiepiscopatus Cantuar' tunc in manu sua existentium, pleno jure regio præsentasset, imdemq; N. virtute præsentationis illius in eadem ecclesiæ canonicè institutus, & in corporalem possessionem ejusdem ecclesiæ inductus fuisset, eandemq; ecclesiam virtute præsentationis, institutionis, & inductionis hujusmodi diutius tenuerit & adhuc teneat pacificè & quietè, ac intellexerimus jam de novo quòd quidam Bernardus de Bonisuilla, occasione cujusdam collationis sibi ꝑ summum pontificem veritate tacita, in præjudicium juris nostri regii ut dicitur dudum factæ, quærens accasiones eundē N. gravandi indebitè, & suggerend' dicto summo pontifici eundē N. se indictam ecclesiā in contemptū sedis apostolicæ temerè intrusisse: literas apostolicas de citando ipsum N. de comparendo ꝑsonaliter corā dicto summo pontificè suꝑ præmissis responsur' dirigi ꝑcuravit. Et quia manifestū est citationem hujusmodi, si taliter fieret, in coronæ & regiæ dignitatis nostræ ꝑjudic' redundare: vobis ꝑhibemus, ne prætextu alicujus bullæ vobis in hac parte directæ seu etiā dirigendæ citationē hujusmodi facere seu aliquid aliud qd' in derogationem juris nostri regii aut status ꝑdicti N. in ecclesia ꝑdicta enervationē cedere valeat, præsumatis quomodo libet attentare. T. ꝑ ipsum regem.

¶ Rex, B. salutē. Ad jura coronæ &c. ut supra: ac intellexerimus jam de novo quòd tu occasione cujusdam collationis dudum. Bernardo de B. factæ ut diciter de eadē ecclesia, tacita veritate in præjudiciū regii juris nostri tanquam ejusdē Bernardi ꝑcurator, quærens occasiones eundē Nicolaū gravandi indebitè & vexandi, suggesto domino summo pontifici &c. venerabili patri R. Cantuar' archiepiscopo totius Angliæ primati detulisti. Et quia manifestū est &c. tibi ꝑhibemus, ne ꝑtextu alicujus bullæ impetratæ, seu etiam impetrandæ in hac parte, citationē hujusmodi seu quicquā aliud qd' in derogationē juris nostri regii aut status præd' N. in ecclesia ꝑdicta enervationem cedere valeat quomodo libet fieri ꝑcures, seu etiam ꝑsequaris. Et scias ꝑ certo qd' si secus egeris: ad te tanquam ad violatorem nostrum coronæ nostræ non immeritò capiemus. T. &c. ꝑ ipsum regem. Aliter patri

REx, W. salutē. Turbamur nec immeritò & movemur, dum illos, qui sub nostro degunt dñio, & ibidē beneficiis & reditibus honorātur, quo ꝑtextu in defensione & tuitione jurium regiæ coronæ nostræ ipsos nobis assistere condeceret; eadem jura, erectis contra nos cervicibus conspicimus, satagentes ꝑ viribus impugnare. Cùm itaq; dominus Henricus &c. præbendam de B. in ecclesia tali magistro E. contulerit regio jure suo &c. ac jam intellexerimus &c. ut inferius: nos attendētes qd' injuris præjudicium & læsionē regiæ dignitatis nostræ manifestiùs redundaret, si collatio dicti patris nostri in hac parte frustraret Ad jura regia.

ꝑ te taliter in effectu, aut discuteretur coram te quovis modo de jure collationis supradictæ, cujus quidẽ juris discussio ad nos in cur' nostra & non ad alium dignoscitur ꝑtinere: tibi ꝓhibemus ne quicquã &c. attentari, & sequestrum. &c. relaxari. T. R. &c.

Ad jura regia ne judices delegati teneant placitum de advocatione præbendæ quã rex contulit, &c.

¶ Rex, decano & capitulo eccles. beati Petri Eborũ, salutẽ. Ad cõservationẽ juriũ coronæ nostræ, eò nos decet studiosiùs operã adhibere, quò ad hoc astringimur vinculo juramenti, & alios conspicimus ad ipsorũ jurium enervationẽ amplius anhelare. Cùm itaq; A. clericus præbendæ de N. in ecclesia vestra præd' ex collatione nostra sibi inde pleno jure regio facta, ac ꝑ consideratione cur' nostræ sit canonicè assecutus, ipsãq; diutius tenuerit pacificè & quietè, ac jã intellexerimus qd' quidã effectũ collationis nostræ ꝑd' frustrare ꝓ viribus satagẽtes, quasdã cõmissiones, quæ si ꝓcederent, in juris nostri regii præjudiciũ & enervationẽ collationis nostræ ꝑd' cederent manifestè, vobis jam de novo fieri ꝓcurarunt: nos attendẽtes qd' in nostri dedecus & ꝑjudiciũ regii juris nostri manifestiùs redundaret, si collatio nostra præd' ꝑ vos frustraretur in effectu, aut si suꝑ jure collationis ejusdẽ, cujus cognitio in regno nostro ad nos & non ad aliũ dignoscitur pertinere, discuteretur corã vobis quovis modo: vobis firmiter inhibemus, ne ꝑtextu alicujus cõmissionis vobis factæ vel etiã faciendæ quicquam suꝑ præbenda ꝑd' nobis inconsultis facere præsumatis, ꝑ qd' juri coronæ nostræ derogari, aut effectus collationis nostræ ꝑd' possit indebitè quomodolibet adnullari, sententias, si quas ꝑtextu cõmissionum illarũ fulminaveritis, sine dilatione aliqua revocantes. Et sciatis, qd' si secus facere ꝑsumpseritis, ad vos tãquã ad violatores regii juris nostri non immeritò graviter capiemus. T. Per breve de privato sigillo.

Ad jura regia.

¶ Rex, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, cancellariis, præcentoribus, ꝑpositis, sacristis, ꝑbendariis in ecclesiis cathedralibus seu collegiatis, & omnibus aliis ꝑsonis ecclesiasticis, in quacunq; dignitate vel officio constitutis necnon notariis publicis & aliis quibuscunq;, ad quos &c. ad jura nostra regia, ne depereant, seu ꝑ aliquorũ usurpationes indebitas aliqualiter subtrahantur, quatenus justè poterimus, manutenenda, subtractáq; & occupata, si quæ fuerint, ad statum debitum revocanda, necnõ ad impugnatores eorundẽ juriũ nostrorum refrenãdos, & ꝓut convenit juxta eorũ demerita puniẽdos, eò studiosius nos decet operã adhibere & solicitius extendere manũ nostrã, quò ad hoc vinculo juramẽti teneri dignoscimur & astringi, pluréśq; conspicimus indies jura illa ꝓ viribus impugnare. Cum itaq; in cur' nostra coram nobis ꝑ consideratione ejusdẽ curiæ recuperaverimus collationem nostrã ad præbendã de S. in ecclesia beati Petri Eborũ nuper vacantẽ, & ad donationẽ nostrã spectãtem ratione archiepiscopatus Eborũ nuper vacantis, & in manu domini Henrici nuper regis Angl' patris nostri existentis, versus W. archiepiscopum Eborum, & præbendam prædictam dilecto clerico nostro I. de M. contulerimus regio jure nostro, mandaverimusq; præfato archiepiscopo quod non obstante reclamatione sua, prædictũ I. ad præ-

ad p̄bendam admitteret supradictā, ac jam intellexerimus q̄d quidam jus nostrum regium & judicium p̄dict', necnon collationem nostram dicto clerico nostro sic factam ꝑ viribus impugnare nitentes, quasdā provocationes, appellationes, inhibitiones, inductiones, notificationes, præfixiones, citationes processus, & alia impedimenta diversa fecerūt, & fieri procurarunt, ꝑ quæ utiq; si procederent, jus nostrum regium & judicium p̄dict' ac effectus collationis nostræ adnullari, nobisq; & coronæ nostræ aliàs præjudicium & exhæredatio multipliciter possent generari: nos volentes hujusmodi præjudicio & exhæredationi remedio quo poterimus obviare, omniúmq; jura coronæ nostræ impugnātium conatus illicitos refrenare: vobis & vestrum cuilibet districtè prohibemus, ne prætextu alicujus cōmissionis vobis seu alicui vestrū factæ vel in posterū faciendæ, quicquā quod in derogationem juris nostri regii seu adnullationē judicii p̄dicti sic, ut præmittitur, rite redditi aut enervationem collationis nostræ p̄dict' cedere valeat, quacunq; authoritate nobis incōsultis attentare præsumatis, seu ꝑ alios attētari faciatis quovis modo: sciētes q̄d si secus feceritis, ad vos tanquā ad violatores juris nostri regii graviter capiemus. In cujus &c. T. &c.

¶ Rex, maioribus, vicecomitibus, ballivis, ministris, & omnibus aliis fidelibus suis tam infra libertates quā extra, ad quos p̄sentes literæ pervenerint salutē. Ad jura nostra regia &c. pro viribus impugnare. Cùm itaq; in curia nostra coram justitiariis nostris de banco, per considerationē ejusdem curiæ recuperaverimus præsentationem nostrā &c. regio jure nostro, & mandaverimus præfato episcopo &c. institueret in eadē, ac intellexerimus jam de novo q̄d quidam jus nostrū &c. multipliciter possent generari: nos volentes &c. refrenare: vobis & cuilibet vestrum p̄cepimus firmiter injungentes, si quos inveneritis hujusmodi provocationes, appellationes, inhibitiones, notificationes, citationes, præfixiones, processus, aut alia impedimenta quæcunq; facientes, ad impediēdum executionem judicii p̄dicti, aut effectū p̄sentationis nostræ supradictæ, & ad deducendū negotium p̄dict' extra regnū nostrū tunc eos sine dilatione capi, & in prisona nostra salvò custodiri faciatis, donec aliud inde à nobis habueritis in mandatis. In cujus &c.

Aliter de capiendo impugnatores.

¶ Rex, archiepiscopis &c. ut in primo brevi usq; ibi, salutē. Cum nuper præsentaverimus dilectum clericum nostrum Thomā de S. ad ecclesiā de F. in insulta Vecta vacantem, & ad nostram donationem spectantem, ratione temporalium prioratus de C. in manu nostra existentiū, & mādaverimus venerabili patri A. episcopo Wintoñ, quòd ipsum Thomā ad ecclesiam p̄dict' ad præsentationem nostram admitteret, & personam institueret in eadem, jámq; intellexerimus quòd quidam jus nostrum regium ac præsentationem nostrā prædictam pro viribus impugnare machinantes, provocationes &c. impedimenta fecerunt & fieri procurarunt, ac de die in diem facere & fieri procurare non desistunt, ꝑ quæ utiq; si procederent jus nostrū regium, ac effectus p̄sentationis nostræ p̄dictæ enervari, nobisq; coronæ nostræ præjudicium & exhæredatio possent multipliciter generari: nos volentes &c. ut supra

Aliter quando rex præsētavit clericum suū, & nondum recuperavit præsentationē suā. &c.

 pra

pra refrenare, vobis & cuilibet vestrũ prohibemus firmiter injungẽtes, ne quicquam, quod in derogationem juris nostri regii seu præsentationis nostræ p̄dictæ enervationem cedere valeat, nobis inconsultis quacunq; authoritate attentetis seu per alios attentari faciatis quovis modo. Scientes quòd si secus &c. capiemus. In cujus &c. T. R. &c.

Aliter quando recuperavit præsentationẽ.

¶ Rex, venerabili in Christo patri S. eadem gratia archiepiscopo Cãtuar' totius Angliæ primati & ejus officiali ac eorum cõmissar' salutẽ Cum nuper in curia nostra coram justitiariis nostris de banco per cõsiderationem ejusdem curiæ recuperaverimus præsentationem nostram ad archidiaconatum Welleñ nuper vacantẽ, & ad nostram donationem spectãtem, ratione episcopatus Bathoñ & Wellen' nup vacantis, & in manu domini E. quõdam regis Angl' avi nostri existentis, versus Radulphum Bathon' & Wellen' episcopum, dictúmq; archidiaconatum dilecto clerico nostro T. contulerimus regio jure nostro, idémq; clericus noster ad archidiaconatum p̄dict' virtute collationis p̄dictæ, per loci diocesanum admissus, & in corporalem possessionem ejusdem ritè & canonicè sit inductus, ac intellexerimus jam de novo quòd quidam jus nostrum regium & judicium p̄dictum, necnon collationem nostrã dicto clerico nostro sic factam, maliciosè pro viribus impugnare machinantes, provocationes, appellationes &c. & alia impedimenta diversa in diverso negotio fecerunt & p vos fieri procuraverunt, & de die in diem procurare nõ desistũt, per quæ utiq; si procederent, jus nostrũ regium & judicium prædict' ac effectus collationis nostræ prædictæ adnullari, nobisq; & coronæ nostræ aliàs præjudiciũ & exhæredatio multipliciter possent generari: nos volẽtes hujusmodi præjudicialibus nobis, & exhæredationis periculo, viis & modis, quibus poterimus, prout ad hoc diversimodè tenemur & astringimur, obviare & conatus illicitos omniũ & singulorum jura nostra impugnare volentiũ refrenare: vobis & cuilibet vestrum prohibemus, ne p̄textu alicujus mãdati vobis facti seu imposterum faciendi, quicquam quod in derogationem juris nostri regii, seu enervationem judicii p̄dicti, aut adnullationẽ collationis nostræ prædictæ cedere valeat, nobis inconsultis quacunq; authoritate attentetis, seu per alios attentari faciatis quovis modo. Scientes quòd si secus &c. capiemus. T. &c.

Aliter prohibitio parti quũ clericus regis adeptus est possessionem.

¶ Rex, &c. salutem. Ad jura nostra regia ne depereant &c. (ut in primo brevi usq; ibi) pro viribus impugnare. Cùm itaq; dilectum clericum nostrum B. de S. ad ecclesiam de S. Cicestr' dioc' nuper vacantem & ad nostram donationem spectantẽ, ratione episcopatus Cicestr' vacantis & in manu nostra existentis, p̄sentaverimus regio jure nostro, idémq; clericus noster possessionem ejusdem ecclesiæ virtute præsentationis nostræ prædictæ canonicè sit adeptus, ac jam intellexerimus quòd tu jura nostra & coronæ nostræ pro viribus impugnare nitens, provocationes, appellationes &c. impedimenta diversa facis & facere pponis, per quæ utiq; &c. effectus præsentationes nostræ p̄dict' de facili enervari, nobisq; & coronæ nostræ aliàs præjudiciũ & exhæredatio multipliciter possent generari, ac dictus clericus noster sup possessione sua,

quam

quam sic virtute collationis nostræ prædictæ habet in eadem ecclesia, indebitè valeat impediri vel molestari: nos volẽtes &c. tibi ꝓhibemus ne quicquã quod in derogationem juris nostri regii seu enervationẽ ꝑsentationis nostræ ꝑdictæ cedere valeat attentes seu attentare ꝑsumas, aut ꝑ alios attentari facias quovis modo. Sciens &c. capiemus. T. &c.

REx, vicecomiti Devoñ salutem. Pone per vad' &c. quòd sit coram nobis &c. ostensurus quare cum nos ꝑbendam, quã B. nuper decanus Exon' habuit in ecclesia Exon' vacãtem & ad nostram donationem spectantem, ratione episcopatus Exon' nuper vacãtis & in manu nostra existentis, dilecto clerico nostro I. de sancto Paulo cõtulerimus regio jure nostro, omnibus & singulis inhibentes ne quis provocationes, appellationes, citationes, inductiones, instrumenta, processus, seu alia impedimenta, nec quicquam, quod in derogationem juris nostri regii & coronæ nostræ aut collationis nostræ ꝑdict' enervationem cedere possit, attentarent, seu per alios attentari facerent quovis modo: prædicti W. & R. jura nostra & coronæ nostræ impugnare, & collationem nostram prædictam enervare nitẽtes, quasdam provocationes, appellationes, citationes, inductiones, instrumẽta, & processus ad deducendum negotium ꝑdictum extra regnum nostrum ad jus nostrum ibidem discutiendum, & alia impedimenta diversa, in hac parte fecerunt & adhuc faciunt & fieri procurant, in nostri præjudicium & juris nostri regii derogationem, nostriq; & coronæ nostræ exhæredationem, ac collationis nostræ prædictæ enervationem manifestam, & cõtra prohibitionem nostram. Et habeas ibi nomina &c. T. &c.

Attachiamentũ super breve ad jura regia, quãdo rex præsentavit. &c.

¶ Rex, vicecomiti &c. salutem. Pone &c. ostensurus quare cùm nos nuper ad ecclesiam de F. vacantem, & ad nostrã donationem spectantem, ratione terrarum & tenementorum, quæ fuerunt W. qui de nobis tenuit in capite, in manu nostra existentiũ, dilectum clericũ nostrum I. de T. præsentaverimus regio nostro jure, & mandaverimus venerabili patri H. episcopo Lincolñ, quòd ipsum I. ad ecclesiam prædict' admitteret, & personam institueret in eadem, inhibuerimúsq; præfato W. ne provocationes, appellationes, citationes, seu inhibitiones, aut quicquam, quod in derogationem juris nostri regii seu enervationem præsentationis nostræ prædictæ cedere posset, attentaret seu faceret aliqualiter attentari: præfatus W. provocationes, appellationes, citationes, inhibitiones, & alia impedimenta, fecit & fieri procuravit, in nostri præjudicium & contemptum, & cõtra prohibitionem nostram ut accepimus. Et habeas ibi &c. T. &c.

Attachiamẽtũ aliter inde-.

¶ Rex, officiali cur' Cantuar' & ejus cõmissar' salutem. Ad conservationem juriũ nostrorum, ne depereant seu aliqualiter subtrahantur, eò studiosius nos decet operã adhibere, & manũ nostrã solicitiùs extendere, quò ad hoc vinculo juramenti astringimur, pluresq; indies cõspicimus jura illa pro viribus impugnare. Cúmq; prioratũ de Ottritoñ, unà cum terris, tenementis, possessionibus, feodis militum, & advocationibus ecclesiarũ, ac aliis rebus quibuscunq; ad illum spectantibus, inter cæteros prioratus & domos religiosorum alienigenarũ de dominio & potestate regni Franciæ existentium, & infra regnum nostrum conver-

Ad jura regia ad revocãdum inhibitionem post appellationẽ factã cõtra clericum regis.

conversantiũ, nuper capi fecissemus in manũ nostrã, & eundem prioratum unà cum terris, tenemẽtis, & possessionibus pdictis, priori loci pdicti cõcessissemus, habẽda ad voluntatem nostrã, salvis nobis feodis militum & advocationibus ecclesiarũ ad eundẽ prioratum spectantibus, & subsequenter vacãte vicaria ecclesiæ de Harpeford', quæ est de advocatione prioratus pdicti, psentationem nostrã ad eandẽ vicariã, in curia nostra coram nobis per consideratione ejusdem curiæ versus pdict' priorem, nos in hac parte contra cõcessionem nostram pdictam impediẽtem recuperavimus, & venerabili patri I. episcopo Exoñ loci illius diocesano, per breve nostrum mandaverimus, quòd nõ obstante reclamatione dicti prioris, idoneam personam ad præsẽtationem nostram ad vicariã admitteret antedictã, ac jam intellexerimus quòd vos virtute cujusdam appellationis per quendam Henr' Godoñ, ad sedem apostolicam & ad dictam curiam Cantuar' pro tuitione factæ, continentis inter alia ipsum Henricũ esse vicarium ecclesiæ pdictæ, & eandem vicariã ex provisione dictæ sedis apostolicæ canonicè fuisse assecutũ, ipsumq; super hujusmodi possessione sua ad grave damnum & pjudicium suum p W. de H. quem ad dictam vicariam regio jure nostro psentavimus, inquietatũ fore & molestatum, tam præfato Gulielmo, quàm omnibus aliis & singulis, ne pẽdente in curia illa hujusmodi tuitoriæ appellationis negotio, quicquã in præjudicium dicti Hẽrici, quò minus appellationem suam pdictam liberè prosequi valeat, attentent, vel aliqualiter faciant attentari, quanquam dicta vicaria diu post captionem prioratus pdicti in manum nostrã antequam per præfatum Henricum existit accepta vacavit & vacare incepit, inhiberi demandastis, quo prætextu dictus episcopus & ministri sui id exequi ad dictũ mandatum nostrum, quod ad officium suũ pertinet in hac parte supersedent omnino, in juris nostri & coronæ nostræ pjudiciũ & exhæredationẽ effectúsq; præsentationis & judicii pdictorũ enervationem & derogationẽ manifestas, unde plurimum conturbamur nõ immeritò & movemur: volẽtes igitur hujusmodi præjudicio & exhæredationi, modis & viis, quibus poterimus prout ad hoc tenemur, obviare, & judicia in curiis nostris ritè reddita executioni debitæ demãdare: vobis mãdamus firmiter injungẽtes, qd si ita est, tunc inhibitionem vestram pdictam sine dilatione quacunq; revocari faciẽtes, quicquam ulterius in hac parte, quod in derogationẽ dicti juris nostri seu coronæ nostræ aut enervationem psentationis & judicii supradictorum cedere valeat, nobis inconsultis nullatenus attẽtetis, seu per alios attentari faciatis quoquo modo: scientes p certo quòd si secus feceritis, ad vos tanquã ad jurium coronæ nostræ violatores & mandatorum nostrorum contemptores graviter capiemus. T. custode &c. An. xiij.

Attachiamentũ per corpus quando rex recuperavit præsentationẽ &c.

¶ Rex, vicecomiti Devoñ salutem. Præcipimus tibi qd attachies Hẽricum Gordoñ, ita qd eum habeas corã nobis in octavis sanctæ trinitatis ubicũq; tunc fuerimus in Angl', ostensurum quare cũ nos nuper psentationem nostrã ad vicariã ecclesiæ de N. vacantem, & ad nostrã donationem spectantem, ratione temporaliũ prioratus de O. in manu nostra occasione guerræ inter nos & illos de Frãc' motæ existentiũ, in

curia nostra coram nobis per considerationem ejusdem curiæ recuperaverimus,& dilectum clericum nostrum W.de H.venerabili patri episcopo Exoñ ad vicariam illam præsentaverimus regio jure nostro, & eundem episcopum rogaverimus quatenus ipsum W. ad vicariam illam admitteret,& vicariũ institueret in eadem, ac omnibus & singulis inhibuerimus,ne quis aliqua impedimenta,per quæ jus nostrum regium seu judicium in curia nostra ut prædicitur redditum enervari, aut idem clericus noster à prosecutione juris nostri & sui impediri valeret, faceret vel fieri procuraret, aut quacunq; authoritate attentaret seu faceret attẽtari quovis modo: idem Henr' inductiones ac varios processus & notificationes eorundem in hac parte fecit, in nostri contemptum ac juris nostri regii & judicii prædictorum enervationem manifestam, ac contra prohibitionem nostram supradictam. Et habeas ibi hoc breve.T.&c.

¶ Rex vicecomitib' & omnibus ballivis,ministris, & fidelib' suis,tam infra libertates quàm extra ad quos &c. salutem. Sciatis quòd cùm ad ecclesiam de F. vacantem,& ad nostram donationem spectantem,ratione temporalium prioratus de Lentoñ in manu nostra occasione guerræ inter nos & illos de Franc' motæ existentium,dilectum clericũ nostrum R.de E. præsentaverimus regio jure nostro,idemq; clericus noster in ecclesia illa canonicè sit institutus, jamq; intelleximus quòd S.de T. clericus & W.machinantes jus nostrum enervare in hac parte & possessionem dicti clerici nostri impedire,prætendentesq; eidem S. de quodam beneficio ecclesiastico spectante ad collationem dicti prioris per curiam Romanam fore provisum, ecclesiam illam vi armatata sepius ingressi fuerunt,& indies ingredi non desistunt,& decimas & proficua ecclesiæ illius occupant & multipliciter dilapidant, hominibus & servientibus ipsius clerici nostri intantum cõminando, quòd ipsi ea, quæ sibi in hac parte incumbunt facienda,facere seu exercere ausi non existunt,in nostri contemptum,& tam juris nostri derogationem quàm coronæ nostræ exhæredatione͂, necnon ipsius clerici nostri damnum & jacturam multiplicem : nos jura nostra regia illæsa conservari, & impugnatores eorundem puniri,&, qđ justum fuerit in hac parte,fieri volentes,assignavimus dilectos nobis A.B. C.& D. conjunctim & divisim, ad ipsos S. & W. ubicunq; inventi fuerint sive infra libertates sive extra, per corpora sua attachiandos, & ipsos usq; prisonam nostram de Newgate ducendos, vicecomitibus nostris Londoñ ibidem deliberandos, in gaola prædicta salvò & securè custodiri faciend', donec aliud inde præceperimus.Et ideo vobis omnibus & singulis firmiter injungendo mandamus,quòd eisdem A. B.C. & D.& eorum cuilibet in præmissis faciend' consulentes & auxiliãtes sitis & intendentes, quoties & prout per ipsos vel eorum aliquem super hoc fueritis præmoniti ex parte nostra. In cujus &c. T. custode &c. Per consilium Anno.xiij.

Commissio ad capiendum impugnatores jurium regis &c. & ad ducẽdum ad gaolã de Newgate.

¶Rex vic' Eborum salutẽ.Si Henr' le Scrop' chiualer fecerit &c. tunc pone &c.qd' sit &c.ad respondendum tam nobis quàm p̃fato H.quare cum

Istud attachiamentũ est factũ super quod-

dam breve de prohibitione pro alio, quam pro rege ad modū prohibitionis regis quod dicitur Ad jura regia, & est notabile valde.

cum G. le Scrop̄ pater p̄dicti Henr' cujus hæres ipse est, in curia nostra coram justiciariis nostris de bāco recuperavit p̄sentationē suam ad ecclesiā de G. vacantem, & ad donationem ipsius G. tunc spectantem, & T. de D. capellanū ad eandā p̄sentaverit jure suo, nosq; nuper intelligentes qd' quidam ad prosecutionem p̄fati W. machinantes jura coronæ nostræ impugnare, & judicium in curia nostra p̄dicta ritè inde redditū adnullare, prohibuerimus omnibus & singulis per brevia nostra ne provocationes, appellationes, citationes, inhibitiones, instrumēta, vel alia impedimenta, aut quicquam qd' in nostri p̄judicium seu judicii p̄dicti enervationē vel jurium coronæ nostræ derogationē cedere valeret, aliqualiter attentarēt seu attentare p̄sumerēt quovis modo: iidē W. & alii nihilominus provocationes, appellationes, citationes, inhibitiones, instrumenta, & alia impedimenta diversa, in hac parte fecerunt & fieri procurarunt, in nostri & coronæ nostræ præjudicium, ac judicii p̄dicti enervationem, & ipsius H. dispendium non modicum & gravamen, ac contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi &c. T. &c. Angl'. xv. & Fr' secundo.

Prohibitio ne quis citet clericum regis ad respondēdum extra regnum de beneficio sibi per regē collato, & in curia ipsius regis discusso. &c.

¶ Rex venerabili in Christo patri W. eadem gratia archiepiscopo Eborum Angliæ primati salutem. Turbamur non modicùm, cùm p̄latis regni nostri, qui ad jus nostrum regium conservandum illæsum ex juramenti vinculo sunt astricti, quicquam facere conspicimus, qd' in nostri p̄judicium & antedicti juris regii læsionem cedere poterit quoquo modo. Cum igitur archidiaconatum in ecclesia vestra Eborū vacantē, & ad nostram donationem spectantem, dilecto clerico nostro I. cōtulerimus regio jure nostro, & nos præsentationē nostrā ad archidiaconatum p̄dictum versus F. qui nos in hac parte injustè impedivit, in curia nostra recuperaverimus, jamq; intelleximus qd' vos ad prosecutionem quorundam jura coronæ nostræ necnon judicia in curia nostra reddita impugnare nitentium, p̄fatum I. ut cōpareat extra regnum nostrum responsur' super jure collationis nostræ sibi inde factæ in curia nostra sic discussæ, intenditis jam citare, quæ quidem citatio, si procederet in nostrum p̄judicium & contemptum, dictiq; juris nostri regii læsionem cederet manifestè, vobis prohibemus ne p̄dictum I. ad comparēdum extra regnum nostrum prædictū super præmissis coram aliquo respōs. citetis seu citari faciatis, aut quicquā aliud in hac parte nobis inconsultis faciatis, qd' in p̄judiciū nostrū seu juris coronæ nostræ derogationem cedere valeat quoquo modo: scientes quod, si secus feceritis, ad vos tanquam ad violatorem juris coronæ nostræ graviter capiemus. T. &c. Anno. xiiij.

Attachiamentum post recuperationem in curia regis de præsentatione. &c.

¶ Rex vicecomiti Lincolñ salutem. Præcipimus tibi quòd attachies W. & A. qd' sint coram nobis tali die ubicūq; &c. ostensuri quare cùm nos nuper in curia nostra corā nobis per considerationem ejusdem curiæ, recuperaverimus præsentationem nostram ad ecclesiam de B. vacantem & ad nostram donationem spectantem, ratione temporalium prioratus sanctæ Trinitatis Eborum in manu nostra existentium, versus prædictum W. nos injustè impedientem, ac dilectum clericum

nostrum p̄sentaverimus ad eandem, ꝓhibuerimùsq; omnibus & singulis, ne quis ꝓvocationes, appellationes, citationes, inductiones, seu alia impedimenta quæcunq;, per quæ nobis super jure nostro in hac parte derogari, seu consideratio curiæ nostræ prædictæ enervari posset, quovis modo facere p̄sumeret: iidem W & A. provocationes, appellationes, citationes, inductiones, seu alia impedimenta diversa in hac parte fecerunt, ut accepimus, in nostri contemptum, & juris nostri derogationē, & consuetudinū curiæ nostræ prædictæ enervationē manifestā, & cōtra ꝓhibitionem nostram. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

REx vicecomiti Lincoln' salutem. Significavit nobis venerabilis pater H. Lincolñ episcopus per literas suas patentes, quòd B. suus parochianus vel suæ dioc', propter suam manifestam contumaciam authoritate ipsius episcopi ordinaria excōmunicatus est, nec se vult per censuram ecclesiasticam justitiari. Quia verò potestas regia sacrosanctæ ecclesiæ in querelis suis deesse non debet: tibi præcipimus quod prædictum B. per corpus suum secundū cōsuetudinem Angliæ justities, donec sanctæ ecclesiæ, tam de contemptu quàm de injuria ei illata ab eo fuerit satisfactum. T. &c. De excommunicato capiendo. Non indorsetur.

¶ Significavit nobis &c. Cantuar' archiepiscopus, quòd I. Lincolñ dioc' usq; ibi, ordinaria ratione visitationis ipsius archiepiscopi memotropolicæ in civitate Lincolñ & dioc' per ipsum nuper factæ excommunicatus &c. Aliter.

¶ Significavit nobis W. archiepiscopus Eborū per literas suas, vel sic, Eborum electus, vel sic, magister W. gerens vices venerabilis patris I. Lincolñ episcopi, ipso in partibus transmarinis vel in partibus remotis agente, per literas suas patentes &c. quod &c. nec &c. Aliter.

¶ Significavit nobis T. de S. vel decanus & capitulum ecclesiæ beati Petri Eborum custodes spiritualitatis archiepiscopatus Eborum sede vacante per literas suas patentes, quòd I. miles parochianus archiepiscopatus ejusdem, vel I. Lincolñ dioc', in quadam causa ad curiam Eborum legitimè devoluta authoritate ipsius T. vel ipsorum decani & capituli ordinaria, propter suam manifestam contumaciam &c. tibi p̄cipimus sicut aliàs tibi præcepimus, quòd prædictum I. per corpus suum &c. vel causam nobis significes quare &c. Sicut alias.

¶ Rex vicecomiti Lincolñ salutem. Cùm nuper ad denunciationem venerabilis patris H. Lincoln' episcopi, per literas suas patentes nobis significantis, quòd A & B. executores testamenti R. ac W. & F. parochiani sui vel suæ dioc' authoritate ipsius episc' ordinaria ꝓpter manifestam contumaciam suam sunt excommunicati, nec se volunt per censuram ecclesiasticam justitiari, tibi pluriès præceperimus quòd prædictos A. B. W. & F. per corpora sua secundum consuetudinem Angl' justitiares, donec sanctæ ecclesiæ tam de cōtēptu quàm de injuria &c. esset satisfactū, vel causā nobis significares quare mandatum nostrum aliàs tibi inde directum exequi noluisti vel non potuisti, ac tu spretis mandatis nostris prædictis ut accepimus, præfatos A. B. W. & F. Cum pluries inde.

per

per corpora sua secundum consuetudinem Angliæ justitiare, vel saltem causam, quare id facere noluisti vel non potuisti, nobis significare hactenus non curaveris, in nostri ac mandatorum nostrorum p̄dictorum contemptum manifestum, & præfati episcopi damnum non modicum & gravamen, ac juris suæ ecclesiæ p̄dictæ læsionem manifestā, sicut ex querela sua accepimus, de quo miramur quam plurimum & movemur: tibi adhuc præcipimus firmiter injungentes, quòd p̄dictos A. B. W. & F. per corpora sua secundum consuetudinem Angl' justities, donec sanctæ ecclesiæ &c. esset satisfactum, juxta tenorem mandatorum nostrorum prædictorum, vel tu ipse sis coram nobis tali die ubicunq; &c. ostensurus quare mandata nostra prædicta toties tibi inde directa exequi contempsisti. T. &c.

Regula de attachiamento. ☞ Et potest fieri attachiamentum sicut in le Replegiare mutatis mutandis.

Regula. ☞ Quando episcopus vel alius balliuus significat aliquem esse excōmunicatum auctoritate archidiaconi vel officialis &c. semper dicendum est in brevi, (auctoritate ipsius episcopi, vel illius qui sic certificavit &c.)

De excōmunicato deliberando quia exposuit cautiones.



REx vicecomitibus London̄ salutem. Cùm Thomas Iay Allutarius London, quem nuper ad denuntiationem venerabilis patris W. archiepiscopi Eborum pro contumaciis suis ratione cōtractus in civitate nostra Eborū habiti ut dicebatur, tanquam excommunicatum & claves ecclesiæ cōtemnentem per corpus suum secundum consuetudinem Angliæ per te justitiari præcepimus donec &c. esset satisfactum eidem archiepiscopo, ad satisfaciendum deo & sanctæ ecclesiæ, sufficientem exposuit cautionem, per quod idem archiepiscopus, officiali archidiaconi London' mutuæ vicissitudinis obtentu scripsit, ut ipsum absolvat ab excommunicationis sententia memorata, sicut idem archiepiscopus per literas suas patentes nobis significavit, tibi præcipimus qd' prædictum Thomam, cum tibi constare poterit ipsum ab excommunicatione prædicta per prædictum officialem absolvi, à prisona, qua detinetur, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, sine dilatione deliberari fac'. T.

Aliter pro abbatis. Westm. certificatione prout fit super certificatione cācellarii Oxonium ut post.

¶ Quod A. Sarum dioc'. Cantuar' provinciæ propter manifestam contumaciam suam in non parendo certis mandatis licitis in curia Cantuar' sibi nuper factis, auctoritate ipsius archiepiscopi ordinaria excommunicatus est, vel sic, in non parendo mandatis sanctæ ecclesiæ in curia, (ut supra) auctoritate &c.

Regula. ☞ Si excommunicatus satisfecerit sanctæ ecclesiæ tunc denunciet episcopus per literas suas patentes domino regi quod satisfecit sanctæ ecclesiæ de contemptu, & fiat ei breve ad deliberandum &c.

De excommunicato deliberando.

¶ Rex vic' salutem. Cum S. & I. quos ad denuntiationem decani & capituli ecclesiæ beati Petri Eborū, custodū spiritualitatis archiepiscopatus Eborum sede vacāte, vel sic, ad denunciationem venerabilis patris A. Winton' episcopi, tanquam excommunicatos & claves ecclesiæ contemnentes, per corpora sua secundum consuetudinē Angl' per te justitiari præcepimus, donec sanctæ ecclesiæ &c. usq; ibi, satisfactū: & tunc sic, jam ex ipsis decano & capitulo vel ab ipso episcopo absolutionis

lutionis beneficium in forma juris meruerint obtinere, sicut iidem decanus & capitulum, vel idem episcopus per literas suas patentes nobis significarunt vel significavit: tibi præcipimus quòd ipsos S. & I. à prisona, qua sic detinentur, si ea occasione & non alia detineantur in eadem, sine dilatione deliberari faciatis &c.

¶ Rex, custodi prisonæ nostræ de Flete salutē. Cùm nobis nuper ad denunciationē venerabilis in Christo patris R. archiepiscopi Cantuar' nobis significantis W.C. laicum Lincoln' dioc, propter suas manifestas contumacias authoritate ipsius archiepiscopi metropolitana excommunicatū fuisse, nec se velle juxta censuras ecclesiasticas justitiari, volentes ipsum W. per corpus suum secundū consf. Angliæ justitiari, ipsum prisonæ prædictæ commiserimus, in eadē moraturū, donec sanctæ ecclesiæ tam de contemptu quàm de injuria ei illata ab eo foret satisfactum, jamq; prædictum W. ab ipso archiepiscopo absolutionis beneficium in forma juris meruerit obtinere, sicut idem archiepiscopus per literas suas patentes nobis significavit: tibi præcipimus quòd ipsum VV. à prisona prædicta, qua, occasione præd', detinetur, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, sine dilatione deliberari facias. T. &c. — Aliter.

☞ Fiat sicut alias, Cum pluries, & Attachiamentum super breve præcedens &c. — Regula.

☞ Si episcopus idoneam cautionem de parendo mandatis ecclesiæ ab hujusmodi excommunicato imprisonato admittere recusaverit, volens ipsum per prisonā gravare: tunc mittat amicum ad curiam & fiat ei breve sic: — Regula.

De cautione admittenda Episcopo.

REx, venerabili &c. salutē. Ex parte A. quem ad denunciationē vestrā, tāquā excōmunicatū & claves ecclesiæ cōtemnentem, per corpus suū secundū consf. Angl' per vic' talē justitiari præcepimus, donec sanctæ ecclesiæ tā de cōtemptu quā de injuria ei illata ab eo esset satisfactū, nobis est ostēsū, qd' licet idē A. vobis frequēter obtulerit idoneā cautionē deparēdo mādatis ecclesiæ in forma juris, ut per hoc absolutionis beneficiū cōsequi posset: vos nihilomnius cautionē hujusmodi ab eo recipere seu admitt' hactenus recusastis, de quo miramur. Et quia nolumus qd' idē A. diutiùs in prisona cōtra justic' detineatur: vobis mandamus qd' accepta à præf. A. cautione præd', ipsum A. à prisona, qua, occas. præmissa, detinet', deliber' mādetis, alioquin qd' nostri est in hac parte exeqmur. T. &c.

¶ Rex, vic' salutē. Ex parte A. quem ad denunciationē venerabilis &c. tanquā excōmunicatū & claves ecclesiæ contemnentē, per corpus suū secundū consuetudinē Angl' per te justitiari præcepimus, donec &c. ut supra, usq; ibi, ostensū, qd' licèt idē A. præf. episcopo frequenter &c. usque ibi, consequi posset: idē tamen episcopus cautionem illā ab eo hactenus admittere recusavit, de quo miramur. Et quia nolumus quòd idē A. &c. usq; ibi, detineatur: tibi præcipimus quòd in propria persona tua accedas ad præfatum episcopum, & ipsum ex parte nostra moneas & efficaciter indices, ut accepta ab eodem A. cautione prædicta, ipsum à prisona prædicta mandet deliberari. Et si idem episcopus in præsentia tua id facere noluerit: tu ipsum A. à prisona prædicta, si ea occasione & non alia detinetur in eadem, deliberari fac', T. &c. — *Inde vicecom' si episcopus nolit facere.*

☞ Et

Regula.

☞ Et potest istud breve præcedens fieri Sicut alias,& Cum pluries usque ibi, deliberari facias,iuxta tenorem mandatorum nostrorum prædictorum prius tibi inde directorũ: alioquin tu ipse sis coram nobis tali die,ostẽsurus quare mandata nostra prædicta toties tibi inde directa exequi contempsisti.Et habeas &c.

Attachiamentum inde.

¶ Rex,coronatoribus suis in comitatu Kanc' salutẽ. Si W. de W. clericus fecerit vos &c.tunc ponite &c. W. vicecomitem nostrum comitatus prædicti, quòd sit coram nobis tali die &c.ostensurus quare cùm nuꝑ ad ꝓsecutionẽ præfati Wilhelmi, quem ad denunciationẽ venerabilis patris S.Elieñ episcopi tanquã excõmunicatũ &c. ꝑ præfatum vice comitẽ justitiari præceperimus, donec sanctæ ecclesiæ &c. esset satisfactũ,accipientes quòd licèt idẽ Wilh. eidẽ episcopo frequenter obtulisset idoneã cautionem &c. admittere recusaverit, ꝑ quod eidẽ vic' pluriès pceperimus qd' in ꝓpria ꝑsona sua &c. mandaret deliberari,& si eidẽ episcopus in præsentia sua id facere noluisset. præd' vic' ipsum W.&c.deliberari faceret, vel causam nobis significaret quare mandata nostra &c.vel quòd esset coram nobis &c. & quòd breve nostrum sibi inde directum haberet tunc ibidem: idem vicecomes spretis mandatis nostris pd', præmissa facere, vel saltem causam quare ea facere noluit vel non potuit, nobis significare, vel corã nobis ad diẽ prædictum venire, aut breve nostrum præd' ibidem retornare nõ curavit ut accepimus, in nostri ac mandatorum nostrorum prædictorũ contemptum manifestum,& ipsius W.damnum non modicũ & gravamen.Et habeas ibi nomina pleg' & hoc breve.Et ipsum W. à prisona prædicta, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, accepta ab eodem W. idonea cautione de parendo mandatis ecclesiæ in forma juris,deliberari facias.T.

De cautione pignoratitia admittenda antequam deliberetur: & fit contra excommunicatum & post brevia de cautione admittenda directa episcopo & vicecomiti ut supra,quando videlicet suggestio fit quòd vicecomes eũ deliberare voluerit colore brevis absque assensu episcopi.

¶ Rex,vicecomiti Cantuar' salutẽ. Cùm nuꝑ ad denunciationem venerabilis patris S.episcopi Elieñ,nobis significantis magistrum w. de W. clericum parochianum suum ꝓpter manifestas offensas suas authoritate ipsius episcopi ordinaria excommunicatum esse, & se nolle ꝑ censuram ecclesiasticam justitiari, tibi præceperimus quòd prædictum W. per corpus suum secundum consuetudinem Angliæ justitiares,donec sanctæ ecclesiæ tam de contemptu quàm de injuria ei illata ab eo esset satisfactum, & postmodum ex parte prædicti W. accipientes quòd licèt ipse eidẽ episcopo frequenter obtulerit idoneã cautionem,illam ab eo admittere recusavit, mãdaverimus præfato episcopo qd' accepta à præfato W.cautione prædicta, ipsum à prisona, qua, occasione prædicta detinetur,deliberari mandaret, subsequenter tibi præceperimus quòd in ꝓpria ꝑsona tua accederes ad præfatũ episcopum & ipsum ex parte nostra moneres & efficaciter induceres, ut accepta ab eodem W. cautione pdicta, ipsum à prisona prædicta mandaret deliberi, & si idẽ episcopus in præsentia tua id facere nollet, tunc tu ipsum W. à prisona pdicta, si ea occasione & non alia detineretur in eadẽ,deliberari faceres, & licèt idẽ W. corã pfato episcopo ꝑsonaliter cõstitutus, de injuria & contemptu pdictis expressè satisfacere recusaverit, asserensq; ipsũ tantũmodo velle cavere de parẽdo juri

juri in hac parte, quo prætextu idem episcopus ipsum absolvere seu ꝑ delibreatione sua scribere de jure nequivit, sicut idem episcopus per literas suas patentes nos in cancellaria nostra certificavit: tu tamen virtute mandati nostri præd' de monendo ipsum episcopũ tibi inde directi, ipsum W. à prisona præd' pro eo quòd ipse cautionem de parendo juri corã te obtulit, nõ satisfacto sanctæ ecclesiæ de contemptu & injuria ꝑdictis, deliberare intendis, ꝑut intelligi nobis datur, in libertatis ecclesiasticæ læsionẽ, et contra tenorem mandati nostri ꝑd' de justitiando ipsum W. tibi directi, præsertim cùm in eodẽ contineatur, qd' ipsum justitiares donec sanctæ ecclesiæ tam de contemptu quàm de injuria ei illata fuerit satisfactum. Et quia idẽ W. cautionem saltem pignoraticiã, juxta intentionẽ mandati nostri ꝑd' de satisfaciendo de hujusmodi contemptu & injuria, antequã à prisona prædicta deliberetur, offerre debet & tenetur: tibi præcipimus quòd ipsum W. à prisona prædicta, nisi in præsentia tua cautionem pignoraticiam ad minus eidem episcopo de satisfaciendo obtulerit, nullatenus deliberes absq; mandato nostro, seu ipsius episcopi in hac parte speciali. T. &c. An. 13.

¶ Rex, vic' Cantabr' salutem. Cùm nuꝑ ad denunciationem venerabilis patris S. Elien' episcopi, ꝑ literas suas patentes nobis significantis, Wilh. de W. clericum tanquam excommunicatum et claves ecclesiæ contemnentẽ, ꝑ corpus suum secundum cons. Angliæ per te justitiari præceperimus, donec sanctæ ecclesiæ tam de contemptu quàm de injuria ei illata ab eo esset satisfactum, ac jam præfatus episcopus, cautionem idoneam de præfato Wilhelmo de parendo mandatis ecclesiæ in forma juris admiserit, sicut idem episcopus ꝑ literas suas patentes nobis significavit: tibi præcipimus quòd ipsum W. à prisona, qua detinetur, si præmissa occasione et non alia detineatur in eadem, deliberari facias indilatè, eo non obstante quòd aliàs tibi præcipimus, quòd ipsum W. à prisona nullatenus deliberares, nisi prius pignoraticiam præstiterit cautionem. T. &c. Anno xiii. Breve ad deliberandum ipsum W. absq; cautione pignoraticia ad instantiam ipsius W. præstita tamen cautione idonea.

REx, vic' salutem. Cùm ad denunciationẽ venerabilis &c. tibi præceperimus, qd' A. et B. tanquam excõmunicatos et claves ecclesiæ contemnentes, ꝑ corpora sua secundũ cons. Angl' justitiares, donec sanctæ ecclesiæ &c. satisfactũ, & iidem A. & B. vel sic, iidẽ excõmunicati aliquãdiu in prisona nostra de I. ad hoc detẽti fuissent, & postmodũ nulla inde facta satisfactione aut ꝑstita cautione ꝑut moris est, de parendo mandatis ecclesiæ in forma juris, ꝑ R. nuꝑ vic' nostrũ comitatus ꝑd' à prisona ꝑd' deliberati sunt, in læsionẽ libertatis ecclesiasticæ & nostri contẽptũ manifestum, sicut ex querela ipsius episcopi accepimus, suꝑ quo nõ immeritò cõmovemur: tibi præcipimus firmiter injungentes, quòd ꝑdictos excommunicatos nisi modo legitimo à prisona ꝑdicta deliberati fuerint qua detinebantur occasione ꝑd', iteratò capi, & ꝑ corpora sua justitiari facias, juxta formã mandati nostri ꝑd' præfato R. inde directi. Et nihilominùs venire facias corã nobis præd' A. & B. tali die ubicunq; &c. ad faciendum & recipiend' quod justum fuerit in præmissis. Et habeas &c. T. &c. De excommunicatis recapiendis, pro eo quòd deliberati fuerint ꝑ alium vicecomitem nulla facta satisfactione, & quòd nunc vicecomes faciat dictos excõmunicatos venire in cancellaria regis ad certũ diem ad faciendum & recipiendũ, &c.

Superſedeas de capiendo corpus pendente placito attachiamenti verſus judicē qui proceſſit in placito in curia chriſtianitatis poſt prohibitionem ei inde directā, & excommunicavit eundem quò minus placitū &c.

REx, vic' ſalutē. Monſtravit nobis A, qd' cùm I. ipſum A. traxiſſet in placitū in cur' chriſtianitatis corā magiſtro R. de catallis et debitis quæ non ſunt de teſtamento vel matrimonio, et licet idē A. literas noſtras de ꝓhibitione ṗd' R. porrexiſſet, ne in cauſa illa ꝓcederet: idē R. in cauſa illa ꝓceſſit nihil ominus in cur' ṗd' contra ꝓhibic' noſtrā, ꝓpter qd' nos ipſum R. ꝓut moris eſt ꝑ te attachiari præceꝑimus per literas noſtras tibi inde directas, qd' eſſet corā juſtic' noſtris &c. tali die ꝓximò ṗterito, oſtenſurus quare ꝓceſſit in dicta cauſa in cur' chriſtianitatis contra ꝓhibitionē noſtrā. Et quia idē R. pendente placito attachiamēti ṗd' corā juſtitiariis noſtris ṗdictis ṗdictum A. tanquā excōmunicatū ꝑ literas noſtras tibi inde directas malicioſè capi ꝓcurat, ut ſic ipſum impediat quò minùs placitū attachiamenti illius coram juſtic' noſtris ṗdictis ſecundū legem et conſ. regni noſtri ꝓſequi poſſit: tibi præcipimus qd' ſi ita eſt, tunc mandatum noſtrum prædictum de capiendo ipſum A. occaſione prædicta nullatenus exequaris, donec placitum attachiamenti illius in curia noſtra coram juſtitiariis noſtris prædictis ſecundum legem et conſ. regni noſtri terminetur. Et ſi ipſum A. occaſione prædicta ceperis: tunc ipſum A. à priſona prædicta, qua, occaſione prædicta, detinetur, interim deliberes. T. &c

Nota.

✠ Nota que ceſt briefe ſerra fait en la Chauncery ſi la caption eſt iſſe avant que lattachment ſoit retorne. Mes ſi le jour de lattachment ſoit venu: adonques ſerra ceſt briefe fait hors des rolles des juſtices, ſil ne ſoit en temps de vacation quant les juſtices ne ſont mye ſeants.

Aliter pro clericis pendente attachiamento verſus patrem. Debet fieri in banco ex proceſſu attachiamenti coram eis habiti, niſi clauſo banco tunc fiat in cancellaria.

¶ Rex, vic' ſalutem. Cùm placita de catallis et debitis in regno noſtro, quæ nō ſunt de teſtamento vel matrimonio, ad nos & coronā et dignitatē noſtrā et nō ad alium ꝑtineāt in eodē regno Angl', et nos breve noſtrū de ꝓhibitione W. ꝑſonæ eccleſiæ de N. ꝑ eo qd' traxit G. ꝑſonā de F. in placitū in cur' chriſtianitatis de hujuſmodi catallis et debitis, nuꝑ porrigi fecerimus ne placitū illud ſequeretur in cur' chriſtianitatis, idē W, nihilominus ſecutus eſt placitū in eadē curia contra ꝓhibic' noſtra ṗd', ꝓpter qd' nos ipſum W. ꝓut moris eſt in regno noſtro ꝑ literas noſtras tibi directas attachiari præceperimus, quòd eſſet coram nobis tali die ubicunq; &c. oſtenſurus quare ſecutus eſt idē placitū in eadē curia contra ꝓhibitionem noſtram præd'. Et quia idē W. pendente coram nobis placito attachiamenti ṗd' ipſum G. tanquā excommunicatū malicioſè capi ꝓcurat ut dicitur, ac ſi cognitio placiti prædicti ad curiam chriſtianitatis ꝑtineret: tibi præcipimus quod ſi ita eſt, tunc ad captionem ipſius G. occaſione prædicta non ꝓcedas, donec placitum attachiamenti prædicti coram nobis inter nos et ṗfatum W. ſecundum legem et conſ. regni noſtri terminetur. T. &c.

De homine ꝑ cancellarium Oxoniæ excōmunicato capiendo.

¶ Rex, vic' Berk. ſalutē. Cùm de gratia noſtra ſpeciali conceſſerimus, qd' cancellar' univerſitatis Oxon' qui pro tēpore fuerit, ꝑ literas ſuas patentes cancellar' noſtro Angl' pro tempore exiſtenti ſignificare poſſit et certificare, de nominibus ſingulorum de juriſdictione præfati cancellar' Oxon' qui majoris excommunicationis vinculo fuerint innodati, et qd' dictus cācellar' noſter Angl' qui ꝑ tēpore fuerit, brevia noſtra

noſtra fieri et ſub magno ſigillo noſtro conſignari faciat, pro captione illorum de juriſdictione prædicta, qui ſic per dictum cancell' Oxoñ fuerint excommunicati, & per quadraginta dies perſeveraverint in eadem, ad ſignificationem ſive certificationem ipſius cancellarii Oxoñ ſupradictæ, prout in literis noſtris patentibus inde confectis, pleniùs continetur, ac I.de W. cancellarius univerſitatis prædictæ per literas ſuas patentes nobis ſignificaverit, quòd G. ſuæ juriſdictionis propter ſuam manifeſtam contumaciam, authoritate ipſius cancellari Oxoñ excõmunicatus eſt, nec ſe vult per cenſuram eccleſiaſticam juſtitiari, quia &c. ut ſupra in primo brevi, tibi præcipimus quòd prædictum G.per corpus ſuum ſecundum conſuetudinem Angliæ juſtities, donec ſanctæ eccleſiæ tam de contemptu quàm de injuria ei illata ab eo fuerit ſatisfactum. T.&c.

¶ Rex, vic' Berk.ſalutem. Licèt nuper ad inſtantiam venerabilis patris R. epiſcopi Sarum, nobis ſignificantis fratrem T. commonachum et procuratorem prioris de D. propter cõtumaciã ipſius T. pro non ſolutione ſubſidii nobis per clerum Cãtuar provinciæ, authoritate ipſius epiſcopi ordinaria excõmunicatum fuiſſe, nec ſe velle per cenſurã eccleſiaſticã juſtitiari, tibi per breve noſtrũ præceperimus quòd ꝑdict' T. per corpus ſuũ juſtitiares, donec ſanctæ eccleſiæ tam de cõtemptu quàm de injuria ei illata ab eo foret ſatisfactum, quia tamen præfatus prior in cãcellaria noſtra perſonaliter cõſtitutus ibidẽ, per fidem præſtitã teſtificatus eſt, quòd præfatus T. cõmonachus & procurator ſuus ꝑdictus de ſubſidio prædicto ipſum cõtingente totaliter ſatisfecerit: tibi præcipimus quòd captioni corporis prædicti T. ex cauſa prædicta ſuperſedeas omnino. Et ſi idem T. ea de cauſa captus vel impriſonatus exiſtat: tunc ipſum T. à priſona prædicta deliberes indilatè. T. &c.

Supſedeas captioni corporis excommunicati per fidem præſtitã in cancellaria per priorem excõmunicati.

Rex vicecomiti salutem. Monstravit nobis A, quòd cùm B. et C. averia praedicti A. cepissent et injustè detinuissent, idem A. coram te prosecutus fuisset pro averiis praedictis sibi secundum legem et consuetudinem regni nostri replegiandis, ac licèt per I. ballivum tuum, quem ad averia praedicta praedicto A. replegiandʼ misisti, testatum fuerit, et per inquisitionem super hoc prout moris est in pleno comitatu factam compertum, quòd idem ballivus visum de eisdem averiis habere non potuit, ad ea praefato A. replegiandʼ, per quod in pleno comitatu tuo consideratum fuit, quòd averia praedictorum B. et C. in balliva tua caperentur in withernamium, et detinerentur quousq; eidem A. averia sua praedicta secundum legem et consuetudinem regni nostri replegiari possint: idem tamen A. executionem considerationis praedictae nondum est assecutus, ad damnum ipsius A. non modicum et gravamen. Et quia praefato A. subvenire volumus in hac parte: tibi praecipimus quod si ita est, tunc averia praedictorum B. et C, capias in withernamium, et ea detineas quousq; eidem A. averia sua praedicta replegiare possis, secundum legem et consuetudinem regni nostri, et juxta considerationem praedictam. T. &c.

Nota que per cest brefe il est suppose que gents de coūtie poyent agarder un withernam.

Pl. Com. 64. 6. Dr withernam 3.

Et

☞ Et nota que le viscount poet prendre les bestes le defendaunt en withernam per agarde des gents de son county &c. Regula.

¶ Cùm pluries &c. quæ B. cepit et usq; castrum suum de N. fugavit, et ea ibidem injustè detinet, non premittens ea sibi per te &c. vel causã &c. ac tu nobis significaveris quod prædictus I. constabularius castri prædicti, cui mandasti ex parte nostra quòd averia illa præfato A. replegiari faceret, nihil inde facere curavit, ad grave damnum ipsius A. et mandati nostri prædicti contemptum manifestum: nos hujusmodi contemptum relinquere nolentes impunitum, tibi præcipimus qd' in propria persona tua accedas ad castrum prædictum, et præfato I. vel ballivis suis ibidem firmiter injungas ex parte nostra, quòd ipsi per te averia prædicta præfato A. replegiari permittant in forma prædicta. Et si ipsi hoc facere noluerint: tunc averia prædicti Johannis in balliva tua capias in withernamium, et ea salvò custodias donec &c. possis: ita te habens in hac parte, ne pro defectu tui ad te graviter capere debeamus, vel, ne pro defectu tui querela inde ad nos perveniat iterata. T. &c.

Aliter in withernamium.

Super hoc breve nota statutũ W primer capit xvi. per quel est done que si le seignioür de castel ne face deliver lez bestes, le roy ferra abater le castel sauns relever.

REx vicecomiti salutem. Cùm pluriès &c. vel causam &c. potuisti, ac pro eo quòd prædictus B. averia prædicta sua propria esse advocat, ea pfato A. replegiare non potuisti sicut nobis significasti: vel sic, ac pro eo quòd prædictus B. clamans ipsum A. nativum suum, averia illa vel catalla sua propria esse advocat, ut catalla villano suo acquisita: nolentes quòd idem A. per hujusmodi falsam advocationem de averiis suis prædictis vel catallis defraudetur, quo minus ea sibi, si sua sint, secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ replegiari possint: tibi præcipimus quòd assumptis tecum custobibus placitorum coronæ nostræ in præsentia prædicti B. si interesse voluerit, quem per te super hoc volumus præmoneri, per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu tuo, per quos &c. diligenter inquiras, utrum averia illa vel catalla sic capta & detenta sint pdicti A. vel pdicti B. et si per inquisitioně illã tibi cõstare possit, quod averia vel catalla pdicta sint pdicti A: tunc ea eidem A. replegiari facias juxta &c. directorum, et nihilo minus si pdictus A. fecerit &c. tunc pdictũ B. attachies, ita quòd eum habeas coram nobis tali die ubicunq; &c. ad respondendum nobis de contemptu in hac parte facto, & præfato A. de damnis quæ sustinuit occasione advocationis averiorum vel catallorum prædictorum, vel occasione clamei prædicti. Et habeas &c.

Replegiare nõ obstante advocatione averiorum vel catallorum vel clameo nativi.

Istud breve vocatur breve de proprietate probanda.

REx coronatoribus suis in comitatu Lincolñ salutem. Ostensum est nobis ex parte R, quòd cùm breve nostrum quod vocatur Pone, nuper detulisset P. vicecomiti nostro Lincolñ, de loquela, quæ fuit in eodem comitatu per breve nostrum inter ipsum R. et prædictum P. de averiis &c. ut dicitur, ponẽda corã justitiariis nostr' apud Westm̃ tali die proximè pterito: idem P. pro eo qd' loquela pdicta personam suam propriam tangebat, breve illud maliciosè suppressit, et illud juxta mãdatum nostrum sibi inde directum coram præfatis justitiariis retornare non curavit. Et quia tantam maliciam si &c. relinquere &c. vobis

Breve coronatoribus ad deliberandum breve vicecomiti quando non retornat le Pone.

vobis mandamus, quod ad ipsum P. personaliter accedentes, consimile breve nostrum, quod vobis mittimus, in præsentia proborum & legalium hominum comitatus prædicti eidem P. liberetis, significantes nobis per literas vestras, quo die et coram quibus dictum breve nostrũ ei liberaveritis. Et nisi breve illud coram præfatis justitiariis retornaverit, contra ipsum secundum sua demerita procedemus. T. &c.

Regula.

☞ Cest brief nest mye moult necessarie pur ceo quil mesme prendra bille de viscount per le statute de W. secund cap. xxxi. ne pur quant il ad este fait puis le statute.

Breve ad deliberandum hominem captum pro levi suspicione.

REx vicecomiti salutem. Ex parte W. nobis est ostensum, quòd cùm ipse pro levi suspitione cujusdam latrocinii apud Wintoñ nuper facti ut dicitur captus, & in gaola nostra Wintoñ per magnum tempus detentus extiterit, et licet idem W. tibi frequenter obtulerit sufficientes manucaptores, qui eum manucaperent juxta formam statuti dudum apud Westm̃ editi, in quo continetur quòd illi qui pro levi suspicione capti sunt, replegiabiles sunt dũ tamẽ bonæ famæ sint: tu tamẽ manucaptores illos à præfato W. recipere, et ipsum per manucaptionem hujusmodi à gaola prædicta hucusque deliberare distulisti et adhuc differs, in ipsius W. dispendium non modicum et gravamen, et vitæ suæ periculum manifestum, et contra formam statuti prædicti. Et quia nolumus quod idem W. in gaola prædicta contra formam statuti prædicti diutius detineatur: tibi præcipimus quòd si prædictus W. bonæ famæ sit, et pro hujusmodi levi suspitione, et non alia occasione in gaola prædicta sit detentus, et invenerit tibi sufficientes manucaptores, qui eum manucapiant habere coram justitiariis ad gaolam nostram prædictam deliberand' assigñ vel assignand' in proximo adventu eorundem pro gaola illa deliberand', ad standũ recto de latrocinio prædicto secundum legem et cõsuetudinem regni nostri Angliæ, tunc ipsum W. à gaola illa prædicta interim deliberari facias per manucaptionem supradictam, juxta formam statuti prædicti. Et habeas ibi nomina manucaptorum illorum & hoc breve. T. &c.

Aliter.

¶ Rex vicecomitibus Londoñ salutem. Ex parte I. nobis est ostensum, qd' licèt ipse de aliqua felonia seu trãsgressione non indictatus, nec de aliqua felonia appellatus, nec ad sectam alicujus ꝑtis implacitatus nec convictus existat, per qd' de jure debeat imprisonari: vos tamẽ ipsum I. pro levi suspitione latrocinii, àdiu est, voluntariè cepistis, et ipsum in prisona nostra sub custodia vestra à tẽpore prædicto detinuistis, absq; eo qd' manucaptionem aliquam ab eo capere, & ipsum per manucaptionẽ hujusmodi ab inde deliberare voluistis, & hucusq; distulistis minùs justè, in ipsius I. dispendiũ non modicum & gravamen, & vitæ suæ periculum manifestũ, ac cõtra formam statuti apud W. nuper editi, in quo cõtinetur qd' illi, qui pro levi suspicione capti sunt, nisi de aliis latrociniis prius rettati fuerint, replegiabiles existunt: nolentes ipsum I. in prisona prædicta contra formam statuti prædicti diutiùs detineri, vobis præcipimus quòd si ꝑdictus I. bonæ famæ sit, & invenerit vobis sufficiẽtes manucaptores, qui eum manucapere voluerint habere corã

nobis

nobis vel alibi coram justitiariis nostris ad mandatum nostrum, ad standum recto super latrocinio prædicto, tunc ipsum I. si pro hujusmodi levi suspicione, et non alia de causa detineatur in eadem, a prisona prædicta interim deliberari facias per manucaptionem supradictam, juxta formam statuti prædicti. T. &c.



Rex, vicecomiti Eborum salutem. Pone ad petitionem petentis corā justitiariis nostris apud Westm̄ tali die, loquelam quæ est in comitatu tuo p breve nostrū inter A. et B, de averiis ipsius A. captis et injustè detentis ut dicitur. Et summoneas per bonos summonitores prædictum B, quòd tunc sit ibi præfato A. inde responsurus. Et habeas ibi sum̄, hoc breve et aliud breve. T. &c. — Pone de averiis p petente.

☞ Sequitur pone pro defendente, quod non sit sine causa evidenti, quæ semper ponenda est in fine brevis post T. &c. — Regula.

¶ Rex, vic' Rotel salutem. Pone corā justitiariis nostris apud Westm̄ tali die, loquelam quæ est in comitatu tuo p breve nostrum inter A. et B, de averiis ipsius B. captis et injustè detentis ut dicitur. Et dic p̄fato A. quòd tunc sit ibi loquelam suam versus p̄dictum B. inde psecuturus si voluerit. Et habeas ibi hoc breve & aliud breve. T. &c. Quia prædictus B. cepit averia p̄dicta in feodo suo p consuetudinibus et servitiis sibi debitis ut dicitur. Fiat executio istius brevis si causa sit vera, et p̄dictus B. hoc petat et aliter non. — Pone pro defendente. Causa pro defendente. W. ii. cap. ii.

☞ Si servus alicujus ceperit averia, conjungatur in brevi cum domino, sic &c. — Regula.

¶ Quia prædicti B. & C. ceperunt averia prædicta in feodo ipsius B. p consuetudinibus & servitiis eidem B. debitis ut dicitur. Fiat &c. si prædicti B. & C. &c. — Causa quia in feodo &c. pro servientem.

¶ Quia p̄dictus B. tanquam ballivus vel serviens F. cepit &c. in feodo ipsius F. p consuetudinibus &c. eidem F. &c. — Causa quia p ballivum.

¶ Quia A. clericus B. vicecomitis comitatus p̄dicti, qui frequenter in absentia vicecomitis comitatus illius tenet placita ejusdem comitatus, est consanguineus p̄dicti N. ppter quod idem vicecomes fovet ipsum N. in loquela prædicta ut dicitur. Fiat &c. — Causa quia clericus vicecomitis est consanguineus petentis.

¶ Quia prædictus A. duxit in uxorem N. sororem M. capitalis clerici prædicti vicecomitis, ppter quod &c. Fiat &c. — Causa quia petens duxit sororem &c.

¶ Quia C. uxor D. vic' comitatus illius, est mater, soror, vel consanguinea p̄dicti A. ppter quod idem vicecomes fovet ipsum A. in loquela prædicta ut dicitur. Fiat &c. — Causa quia uxor vicecomitis est &c.

¶ Quia R. de M. subvicecomes comitatus p̄dicti, qui frequenter in absentia vicecomitis comitatus illius tenet placita ejusdem comitatus, capit annuam pensionem sex solidorum & octo denariorum de p̄fato A, vel de camera p̄fati vicecomitis, ppter quod idem vicecomes & subvicecomes fovent ipsum A, vel ipsum comitem &c. Fiat &c. — Causa quia subvicecomes capit annuam pensionem de petente &c. vel ejus patre.

¶ Quia p̄dictus B. vel avunculus ipsius B, implacitat W. vicecomitem comitatus p̄dicti coram justitiariis nostris de banco p breve nr̄m, de quadā transgressione eidē B. p p̄fatum vic' illata ut dicitur: ppter qd' idē vic' in odium ipsius B. fovet ipsum A. &c. Fiat. &c. — Causa pro defendente vel &c. implacitat vicecomitem coram justitiariis vel &c.

¶ Quia

Causa. ¶ Quia prædictus B, clamat prædictum A. esse nativum suũ, & ea occasione asserit averia prædicta esse sua ꝓpria, ꝓpter quod loquela in eodem comitatu deduci non debet ut dicitur. Fiat &c.

Regula. ☞ Si loquela pendeat iu curia alterius quam regis ꝑ returnum brevis: non potest loquela illa removeri nec poni coram justitiariis sine causa, sive fuerit ꝑ petente sive defendente &c.

Regula. ☞ Si autem loquela fuerit in aliqua curia regis, non fiat causa pro petente, sed ꝑ defendente debet fieri ut dicitur superius &c.

Pone pro petente in curia ꝑ returnum brevis cum causa, &c. ¶ Pone ad petitionem petentis &c. usq; ibi, quæ est in comitatu tuo per breve nostrum inter R. et abbatem de I. et W, de quodã equo ipsius R. capto & injustè detento ut dicitur. Et summoneas ꝑ bonos summonitores prædictos abbatẽ et W, quòd tunc sint ibi præfato R. inde responsuri. Et habeas ibi sum', hoc breve, et aliud breve. T. &c. Quia prædictus abbas est dominus curiæ de C, in qua loquela illa pendet ꝑ retornum brevis nostri, ꝓpter quod idem R. in loquela sua prædicta in eadem curia versus præfatos abbatem & W. justitiam consequi non potest ut dicitur. Fiat &c.

Causa in curia per returnum. ¶ Quia I. ballivus Johannis archiepiscopi Cantuar' curiæ suæ de N, coram quo loquela illa pendet ꝑ retornũ brevis nostri, in eadẽ curia implacitatur ꝑ prædictum B. de quodam debito viginti marcarũ corã præfatis justitiariis nostris ꝑ breve nostrum, ꝓpter qd' idem ballivus in odium ipsius B. fovet prædictum A. &c. Fiat &c.

Causa pro defendente in curia, quia defendens implacitat dominum ballivorum corã justitiariis. ¶ Quia prædictus B. implacitat W. Elien' episcopũ coram justitiariis nostris de banco ꝑ breve nostrum &c. ꝓpter qd' ballivi ꝑdicti episcopi Hundr' sui ꝑdicti, qui tenent placita ejusdẽ Hundr' in odium ipsius B. fovent prædictum W. in loquela &c. Fiat &c.

Causa pro petente quia arrainavit quandam assisam versus ballivũ hundredi qui tenet &c. ¶ Quia I. de M. versus quem præfatus A. arrainavit quandam assisam novæ disseisinæ coram dilectis &c. per breve nostrum, quæ quidem assisa coram eisdem remanet capiend', est ballivus prædicti abbatis de Hundredo suo prædicto, et tenet placita ejusdem Hundr': propter quod præfatus A. versus prædictum I. in Hundredo prædicto coram præfato ballivo in loquela prædicta justitiam consequi non potest, ut dicitur. Fiat &c.

Nota. ✻ Nota quòd in duabus causis proximè præcedẽtibus ponatur ista clausula post. Qui tenent placita ejusdem Hundredi in quo loquela illa pendet per returnum brevis nostri &c. propter quod loquela &c.

Causa pro petẽte, quia ballivus est dominus immediatus defendentis. ¶ Quia prædictus B. terras & tenementa sua in N. tenet immediatè de D. ballivo Henrici Lacy comitis Lincoln' curiæ suæ de N. qui tenet placita ejusdem curiæ, in qua loquela illa pendet per returnum brevis nostri, propter quod &c.

Causa pro petente & defendente secundũ diversas conclusiones &c. Conclusio pro petente. ¶ Quia W. ballivus R. de Hundredo de C. coram quo loquela illa pẽdet per returnum brevis nostri, qui tenet placita ejusdem Hundredi, capit annuam pensionem &c. ut supra, propter quod idem ballivus fovet ipsum A. in loquela sua prædicta ut dicitur: Fiat &c. Et si fiat pro petente tunc sic, propter quod idem A. in loquela sua prædicta versus præfatum B. in eadem curia justitiam consequi non potest ut dicitur &c.

✻ Et nota

☞ Et nota semper quãdo causa inseritur sive pro petẽte sive ꝓ defendente: dicendum est sic. Fiat executio istius brevis si causa sit vera, & prædictus A. vel B. hoc petat, & aliter non, &c. Nota.

¶ Ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est coram vobis per breve nostrũ inter A. et B. de averiis ipsius A. &c. detentis ut dicitur. Et ideo &c. vel sic, ut dicitur, et unde idem A. in curia nostra coram vobis dixit, quòd ipse cepit averia prædicta in villa de S. in feodo abbatis de N. vel ipsius abbatis si nominetur in brevi ꝓ consuetudinibus &c. eidem abbati debitis, vel à retro existentibus, sine quo non potest præfato A. inde respondere. Et ideo vobis mandamus &c. De attornã qñ ballivus dicit quod non potest respondere sine domino.

REx, vicecomiti Lincolñ salutẽ. Præcipimus tibi qd' in pleno comitatu tuo recordari facias loquelã, quæ est in eodẽ comitatu sine brevi nostro inter A. et B, de averiis ipsius A. captis & injustè detẽtis ut dicitur. Et recordũ illud habeas coram justitiariis nostris apud Westm̃ tali die, sub sigillo tuo & sigillis quatuor legaliũ militum ejusdem comitatus ex illis qui recordo illo interfuerunt. Et partibus eundem diem præfigas, quòd tunc sint ibi in loquela illa ꝓut justum fuerit ꝓcessuri. Et habeas ibi nomina prædictorum quatuor militum & hoc breve T. &c. Fiat executio istius brevis si prædictus A. hoc petat & aliter non. Recordare de averiis in comitatu pro petente. Indorsetur istud breve & hujusmodi.

¶ Et si fiat pro defendente, inseratur causa, sic: Quia prædictus B. placitando in comitatu prædicto, asserit se averia prædicta cepisse in separali solo suo ut in damno suo ibidem, in quo quidem solo prædictus A. clamat habere communiam pasturæ ut dicitur. Quæ quidem loquela eò quòd tangit liberum tenementum ut prædictum est, in eodem comitatu secundum legem & consuetudinem regni nostri Angl' sine brevi nostro placitari non debet. Fiat executio istius brevis, si causa sit vera & prædictus B. hoc petat, et aliter non. Causa pro defendente.

¶ Quia ꝑdicti W. R. & S. placitando &c. ut suprà, in quo quidem solo ꝑdictus A. clamat habere quoddam chiminium vel liberam chaceam suam ut dicitur. Quæ quidem loquela eò quòd tangit liberum &c. Causa.

☞ Et possunt causæ suprascriptæ en le Pone, poni en le recordare: sed non omnes &c. quia causæ quibus fit mencio de returno brevis juxta libertatem &c. non sunt ponendæ in istis brevibus de recordare. Regula.

¶ Rex, vicecomiti salutem &c. Præcipimus tibi quòd assumptis tecum quatuor discretis & legalibus militibus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad curiam Guilhelmi de C, & in plena curia illa recordari facias loquelam quæ est in eadem curia sine brevi nostro inter &c. ut dicitur. Et recordum &c. & sigillis quatuor legalium hominum ejusdem curiæ ex illis qui recordo illi interfuerint. Et partibus eundem diem &c. processuri. Et habeas ibi nomina prædictorũ quatuor hominum et hoc breve. T. &c. Quia prædictus A. est ballivus prædicti W. curiæ suæ prædictæ, & tenet placita ejusdem curiæ, & judex in sua causa propria esse non debet. Fiat executio &c. Recordare in curia semper fit cum causa, sive sit pro petente sive pro defendente. Causa.

¶ Accedas ad wapentachium nostrum de H. vel sic, ad hundredum Aliter ad wa-

pentachium, hundredum & trithingum. nostrum de I. vel sic, ad trithingum nostrum de N. & in pleno wapentachio illo, vel in pleno hundredo illo, vel in pleno trithingo illo &c.

Causa. ¶ Quia Philippus de C. ballivus prædicti Roberti curiæ prædictæ, qui una cum ballivis prædictorum Barth' & H. tenet placita ejusdem curiæ, est consanguineus &c.

Causa. ¶ Quia prædictus W. placitando in hundredo prædicto, asseruit se cepisse averia prædicta ꝓ quodã annuo reditu sibi debito, in quodam tenemento ipsius N. apud F. districtioni ipsius W. ꝑ scriptum prædicti N. ad hoc obligato. Quæ quidem loquela eò quòd tangit liberum tenementum, in eodem hundredo sine brevi nostro deduci non debet, secundum legem & consuetudinem regni nostri. Fiat executio &c.

Regula. ☞ Et sciendum est quòd recordare vel Pone pro defendente semper debet fieri cum causa, sive loquela sit in curia regis, sive alterius. Et si loquela sit in curia wapentachii, hundredi &c. alterius magnatis: semper inserenda est causa, sive fuerit pro petente sive ꝓ defendente. Si autem loquela fuerit in aliqua curia regis, non fiat pro petente cum causa, sed pro defendente sic.

Causa. ¶ Quia prædictus B. est ballivus prædicti E. hundredi prædicti, & tenet placita ejusdem hundredi: ꝓpter quod idem A. in loquela sua ꝑdicta versus præfatum B. in eodem hundredo justitiam consequi non potest ut dicit. Fiat executio &c.

Replegiare nõ obstante advocatione averiorum vel catallorum vel clamia nativi.

Istud breve vocatur breve de proprietate probanda.

REx vic' Lincolñ salutẽ. Cùm plurìes &c. ut dicitur, vel causam &c. vel non potuisti, ac ꝓ eo quòd prædictus B. averia prædicta sua ꝓpria esse advocat, ea ꝑfato A. replegiare non potuisti sicut nobis significasti, vel sic, ac ꝓ eo quòd prædictus B. clamat prædictũ A. nativũ suum, averia illa ut catalla sua ꝓpria esse advocat ut catalla villano suo acquisita, ea eidem A. &c. nolentes quòd idem A. ꝑ hujusmodi falsam advocationem de averiis suis, vel de catallis ꝑdictis defraudetur, quò minùs ea sibi, si sua sint, secundum legem & consuetudinẽ regni nostri Angliæ replegiari possint: tibi præcipimus quòd assumptis tecum custodibus placitorum coronæ nostræ, in præsentia ꝑdicti B. si interesse volueri, quem per te super hoc volumus præmoneri, per sacramentũ proborum et legalium hominum de comitatu tuo, per quos rei veritas melius sciri poterit, diligenter inquiras, utrùm averia illa vel catalla sic capta & detenta sint prædicti A. vel prædicti B. Et si per inquisitionẽ illam tibi constare poterit, quòd averia vel catalla prædicta sint prædicti A: tunc ea eidem A. replegiari facias, juxta tenorem mandatorũ nostrorum priùs tibi inde directorum. Et nihilominus si prædictus A. fecerit te &c. tunc prædictum B. attachies, ita quòd eum habeas coram nobis tali die ubicunq; &c. ad respondendum nobis de contemptu in hac parte facto, & præfato A. de damno, quod sustinuit occasione advocationis catallorum vel averiorum prædictorum, vel sic, occasione clamoris prædicti. Et habeas &c.

Breve coronatoribus, quando vicecomes non returnat le Pone. Mes

REx, coronatoribus suis in comitatu S. salutem. Ostensum est nobis ex parte R, quod cum ipse breve nostrũ quòd vocatur Pone, nuper detulisset P. vic' nostro S. de loquela, quæ est in eodẽ com̃ ꝑ breve nostrum inter ipsum R. & ꝑfatũ P, de averiis ipsius A. captis & injustè deten-

detentis ut dicitur, ponenda coram justitiariis nostris apud Westm̄ tali die proximo præterito: idem P. pro eo quòd loquela prædicta personam suam propriam tangebat, breve illud maliciosè suppressit, et illud juxta mandatum nostrum sibi inde directum coram præfatis justitiariis nostris retornare non curavit. Et quia tantam maliciam si perpetrata fuerit relinquere nolumus impunitam; vobis mādamus quòd ad ipsum P. personaliter accedentes, consimile breve nostrum, quod vobis mittimus, in præsentia proborum et legalium hominum comitatus prædicti eidem P. deliberetis: significantes nobis per literas vestras quo die et coram quibus dictum breve ei deliberaveritis. Et nisi breve illud coram præfatis justitiariis retornaverit, contra ipsum secundum sua demerita procedemus. T. &c.

nest necessary: car pur malice du viscōt, quāt ne voit returner le briefe, il prendra bill, come est ordeine per W. ii. cap. xxxix.

REx, vicec' salutem. Mōstravit nobis A, quòd cū ipse breve nostrum nuper tibi detulisset de averiis suis sibi replegiādis, quæ B. cepit & injustè detinuit, et averia illa eidē A. replegiasses, & ei dedisses diē usq; ad proximum comitatum tuum, et ꝓdict' B. attachiasses ad respōdendum super hoc ꝓfato A: idem B. post attachiamentū illud averia ꝓdict' A. iterum cepit ea occasione qua priùs ea ceperat, et ea sicut prius detinet. Et quia hoc injustū est et manifestè cōtra pacem nostrā: tibi ꝑcipimus quòd averia ꝓdicti A. sine dilatione deliberari facias, quousq; capitale placitū inde inter eos terminetur. Et si inveneris quod ꝓdict' B. averia ꝓdicti A. iterum cepit ea occasione qua priùs ea ceperat, & ea sicut prius detinet: tunc corpus ꝓfati B. habeas coram te et custodib' placitorū coronæ nostræ ad ꝓximū comitatū tuum. Et si ꝑ ballivos tuos, ꝑ quos averia prædicti A. replegiata fuerunt, et per alios probos et legales homines de comitatu tuo cōvinci poterit de secūda captione ꝓ una et eadē occasione: tunc ipsum B. ita ꝑ misericordiā castiges, quod castigatio illa in casu consimili timorem aliis præbeat delinquendi.

De recaptione averiorum ante le Pone.

☞ Istud breve fuit inventum secundum provisiones de Mertoñ.

Regula.

¶ Rex, vicecomiti salutē. Monstravit nobis A. quòd cum ipse &c. usq; ibi ad respondendum super hoc ꝓfato A, et postmodum ꝑceperimus loquelam illam poni coram justitiariis nostris apud Westm̄ tali die proximè præterito: idem B. pendente placito ꝓdicto coram eisdem justitiariis averia ꝓdicti A. iterum cepit ea occasione qua priùs ea ceperat, et ea sicut priùs detinet, et in contēptum præceptorum nostrorum justitiari non permittit. Et quia hoc &c. ut supra usq; ibi, tibi præcipimus quòd si prædictus A. fecerit &c. tunc pone &c. ꝓdictum B. quòd sit corā justitiariis nostris prædictis ad respondend' nobis de cōtemptu prædicto, et prædicto A. de transgressione ꝓdicta. Et habeas ibi nomina pleg' &c. Et averia illa eidem. A. replegiari facias. T. &c.

De recaptione averiorum post le Pone.

¶ Rex, vicecomiti Berk. salutem. Monstravit nobis Guilhelmus de Colle, quòd, cum ipse breve nr̄m nuper tibi detulisset de quodā equo suo sibi replegiando, quem I. A. & R. ceperunt & injuste detinuerunt, ac ballivi libertatis abbatis de Reding de R, quibus returnū brevis nostri ꝓdicti habere fecisti equum illum eidem W. replegiassent, et ꝓdictos I. A. et. R. attachiassent, ad respondendum super hoc ꝓfato W, et

Aliter in curia ꝑ returnū brevis & quando loquela fuit returnata placitanda juxta libertatem &c.

 postmo-

postmodū præceperimus loquelā illam poni corā justitiariis nostris apud Westm̄ tali die anno regni nostri tertio: p̄fata A. pendente placito p̄dicto coram ballivis p̄dicti abbatis curiæ suæ p̄dictæ, coram quibus loquela illa, juxta libertates eidem abbati concessas, per eosdem justitiarios returnata est placitand', averia prædicti W. iterum cepit, ea occasione qua ipsa & præfati I. & R. equum illum prius ceperant, eidémq; A. averia prædicta sicut prius detinet, & in cōtemptum præceptorum nostrorum &c. ut in præcedenti brevi usque ibi: Et averia prædicta eidem Guilhelmo interim deliberari facias. T.

De recaptione averiorum post le Recordare.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Monstravit nobis A, quòd cum B. averia prædicti A. cepisset & injustè detinuisset, & tu ad querimoniam ipsius A. prout moris est averia illa eidem A. replegiasses, & ei dedisses diem ad proximum comitatum tuum, & prædictum B. attachiasses ad respondendum super hoc præfato A. & postmodum tibi præceperimus quòd haberes recordum loquelæ prædictæ coram justitiariis nostris apud Westm̄ tali die proximo præterito: idem B. pendente placito coram præfatis justitiariis, averia prædicti A. iterum cepit ut supra &c. vel

Aliter.

sic: Monstravit nobis A, quòd cùm tu averia sua quæ B. cepit et injustè detinuit eidē A. sine brevi nostro replegiasses, & ei dedisses diem &c. ut supra &c.

Regula.

☞Breve de recaptione averiorum potest fieri ante le recordari ad querimoniam querentis, sicut ante le Pone, mutatis mutandis. Et auxint un poet aver br̄ de recaption si bien devant avowry come apres, ut patet per R. Thorp termino Hilarii anno E. tertii xlv. Et auxint nota que touts ceux briefs purront estre pledes en le comen bank: car tiel brief come est le primer brief de recaption fuist maintenus termino prædicto mutatis mutandis &c.

Aliter post le Recordare in curia.

¶ Monstravit nobis A, quòd cùm B. averia prædicti A. cepisset & injustè detinuisset, ac ballivi M. de N. ad querimoniam ipsius A. prout moris est averia illa eidem A. repleg', ac ei dedissent diem ad proximum wapentachium prædictæ dñæ suæ de H, & prædictum B. attachiassent ad respondendum super hoc præfato A, postmodúmq; tibi præceperimus quòd assumptis tecum &c. accederes ad prædictū wapentachium & in pleno &c. sine brevi nostro inter ipsum A. & præfatum B. de prædictis averiis ipsius A. captis &c. & recordum illud &c. idem B. pendente &c. ea occasione qua prius &c. pone &c. ut supra in brevi de recaptione post le Pone.

De bosco replegiando.

¶ Rex, dilecto, &c. Custodi forestæ suæ citra Trentā vel ejus locū tenēti in foresta sua de B. salutem. Mandamus vobis quòd dilecto &c. boscum suū de S. qui est infra metas forestæ nostræ p̄dict', & qui p̄ trāsgressione de viridi captus est in manum nostram ut dicitur, si secundū assisam forestæ repleg' sit, secundum eandem assisam replegiari facias. T. &c.

De moderata misericordia capienda.



Ex, A. vel ballivis A. de I. salutē Mōstravit nobis C. qd' cū ipse amerciādus esset in curia tua, vel in curia p̄dicti dñi vestri de I, pro modico delicto in quod incidit: tu vel vos ab eo gravem inde exigis vel exigitis redemptionem, cōtra tenorem magnæ cartæ de libertatibus Angliæ, in qua contine-

continetur quòd nullus liber homo amercietur, nisi secundum quantitatem delicti, et hoc salvo contenemento suo, et villanis salva wainagio suo. Et ideo tibi vel vobis præcipimus, quòd à præfato C. moderatam capias vel capiatis misericordiam secundum quantitatem delicti illius: ne clamor ad nos inde perveniat iteratus. T. &c. Secũdum modum statuti.

☞ Potest enim istud breve fieri sicut alias. Regula.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit te &c. tunc sum̃ &c. B. & C. ballivos D. de I, quod sint coram justitiariis nostris apud Westm̃ &c. ostẽsuri quare cùm idem A. nuper amerciandus esset in Hundredo prædicti domini sui de I, pro modico delicto in quod incidit, ac nos ad requisitionẽ ipsius A. præfatis ballivis præceperimus, quod juxta tenorem magnæ cartæ de libertatibus Angliæ, moderatam ab eo caperent misericordiam secundum quantitatem et modum delicti illius: iidem ballivi spretis mãdatis nostris prædictis, à præfato A graviorem inde redemptionem per varias districtiones extorquere nõ cessarunt, in nostri contemptum et ipsius A. grave damnum, et contra tenorem cartæ prædictæ ut dicit. Et habeas ibi sum̃ &c. T. &c. Attachiamentum.

☞ Et si uni ballivo scribatur, tunc sic, eidem B. præcipimus, &c. Regula.

REx, vicecomiti L. salutem. Præcipimus tibi quòd justè &c. facias habere A. rationabile auxilium de militibus et liberè tenentibus suis in balliva tua ad primogenitum filium suum militem faciend', vel ad primogenitam filiam suam maritandam, juxta formam statuti de communi consilio regni nosti Angliæ inde provisi. T. &c. Et potest fieri sicut aliàs, &c. cùm pluriès, si necesse fuerit &c. De auxilio habendo ad primogenitũ filiũ militem faciẽdum, sive filiã maritandã. W. 1. cap. xxxv. & A. E. iii. xxv. de pvisorib' victualiũ ca. xxxv.

✣ Et nota que un ne doit aver cest briefe pur faire son fits chivaler, avaunt qu' il soit de age de xv. ans, ne à sa file marier eins ceo que el soit de sept ans: & de ceo serroit fait expresse mencion en ceux briefs, per le statute de Westm̃ primer cap. xxxv. Ideo quære de forma horum brevium. Nota.

REx, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd justè & sine dilatione facias habere A. de C, B. nativum et fugitivum suum, cum omnibus catallis suis et tota sequela sua, ubicunq; inventus fuerit in balliva tua, nisi sit in dominico nostro, qui fugit de terra sua post coronationem domini Henrici regis filii regis Johannis. Et prohibemus super forisfacturam nostram, ne quis eum injustè detineat. T. &c. De nativo habendo.

☞ Anno decimo regis Henrici quarti, factæ fuerunt inde alias & pluries per cõsiderationem Wakering, Roderh. et aliorum. Regula.

✣ Nota q̃ en brief de nieff coment q̃ le plaintife soit nonsuy, le defendant ne sera my enfranchise per tant. Mes auterment est si le plaintife retrete soy de court, donques le defendant est enfranchise, ut patet anno xxix. E. filii. R. E. termino Michaelis en brief de nieff. Nota.

☞ En cestuy brief de nativis habendis non possunt poni nisi duo nativi tantum. Mes in le brevi de libertate probanda, possunt poni quotquot voluerit impetrator, et hoc in favorem libertatis &c. Regula.

☞ En le brief de nativis habẽdis, il covient que le seigñ amesne prove ou luy de sank de qu'il est seysi. Et sil ne soit seysi de nul del sank il ne gaigerna rien, si le villain nad conu en court q̃ poet recorder luy estre son villein. Et si deux pciners portent brief de nieffe, et lune soit nonsuy: le brief chiet à ť re in favorẽ libertatis &c. Regula.

☞ Et nota q̃ le viscount nad my power de pendre un villein per briefe de nieffe, tout Regula.

tout soient tielx paroles en le brief, facias habere: car tielx paroles donent poair à viscont de tener plee, & nemy auterement, ut patet anno secũdo Herici quarti en bř de faux imprisonment penes finem. Et le proces en tiel brief est summons attachiament & distres ut patet ibidem.

Quando manserit per minus temporis.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod nisi A, quem B. clamat nativum et fugitivum suum in comitatu tuo per breve nostrum, manserit in dominico nostro de N. per unum annum et unum diem sine calumnia, non remaneat loquela prædicta in comitatu prædicto, eò quod manserit in dominico nostro per minus temporis. T. &c.

Nota.

✠ Istud breve jacet pro dño clamante nativum, quando ille nativus manserit in dominico domini regis per minus temporis quàm per unum annum.

Pone de nativis.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Pone ad petitionem petentis &c. est in comitatu tuo per breve nostrum inter A. et B, quem idem A. clamat nativum et fugitium suum. Et summoneas &c. prædictum B. quod tunc sit ibi præfato A. inde responsuř. Et habeas &c. et aliud breve.

Nota.

✠ Istud breve pone, est perutile domino, si impetretur antequam clamans libertatem impetraverit le Mõstravit de libertate probanda. Et istud breve Monstravit, est nativo perutile, si impetretur ante le Pone, ut patet per statutum E. tertii anno xxv. de provisoribus victualium cap. xviii.

De libertate probanda.

Nota statutum E. iii. de A. xxv. de provisorib' capitulo. xviii. sup isto brevi.



Ex, vicecomiti salutem. Monstraverunt nobis A. et B. soror ejus, quòd cum ipsi liberi homines sint et parati libertatem suam probare: E, clamans eos nativos suos, vexat eos injustè. Et ideo tibi præcipimus, quòd si prædicti A. et B, fecerint te securum de libertate sua probãda: tunc ponas loquelam illam coram justitiariis nostris ad primam assisam cùm in partes illas venerint: quia hujusmodi probatio non pertinet ad te capiend. Et interim eisdem A. et B. pacẽ inde habere facias. Et dic præfato E. quod tunc sit ibi loquelam suam versus præfatos A. & B. inde prosecuturus si voluerit. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Aliter pro fæmina.

¶ Monstravit nobis M, quòd cum ipsa libera fœmina sit, & parata libertatem &c. E. clamans eam nativum suam, vexat &c. ut supra.

De auxilio habendo ad distringendum villanos.

REx, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd sis in auxiliũ A. de B. ubi ipse non sufficit ad distringendum villanos suos de N, ad faciendum ei consuetudines et servitia debita et consueta. T. &c.

Regula.

☞ Quando dominus rex facit dominica sua per Angliã talliari: tunc domini qui habent domini regis dominica ad feodi firmam, habeant hoc breve.

Pro dñis habẽtibus dominica regis ad firmam.

REx, vicecomiti salutem. Quia dominica nostra per Angliam talliari fecimus: tibi præcipimus quòd si manerium de C. aliquando fuerit dominicum nostrum vel progenitorum nostrorum quondam regum Angliæ, & hucusq; consueverit talliari: tunc A. rationabile tallagium habere facias de liberè tenentibus suis in manerio prædicto, sicut priùs fieri consuevit. T. &c.

De villanis regis subtractis reducendis.

REx, vicecomiti salutem. Quia accepimus quòd quidam de villanis nostris de manerio nostro de H, se de manerio illo, tam tempore domini E. quondam regis Angliæ patris nostri, postquam idem maneriũ ad manas suas tanquã escaeta sua, per forisfactũ Thomæ de Soules Scoti & inimici sui devenit, quã tempore nostro subtraxerunt, & se ad

diversa

diversa loca infra ballivam tuam, elongaverunt, & ibidem morantur, in nostri ꝑjudicium et exhæredationis periculũ manifestũ : tibi ꝑcipimus qd' per sacramentũ proborum et legalium hominum de balliva tua per quos rei veritas meliùs scire poterit, diligenter inquiras de nominibus villanorum illorum qui se de manerio prædicto taliter elõgarunt, et ubi nunc morentur, et eos, ubicunq; ipsos in balliva tua ꝑdicta inveniri contigerit, usq; manerium nostrum ꝑdictum reduci et redire fac' indilatè, ibidẽ prout prius facere, cõsueverãt, moratur̃ T. &c.



Ex vicecomiti salutem. Quia dilectus & fidelis noster W. habuit servitium suum nobiscum per præceptum nostrum in exercitu nostro Scotiæ anno regni nostri primo, vel fuit nobiscum per ꝑceptum nostrũ in exerc' &c. anno &c. sicut per rotulos A. constabularii exercitus nostri ꝑdicti nobis constat: vel sic, fecit finem nobiscum pro servitio suo in exercitu nostra Scotiæ Anno &c. sicut per certificationem thesaurarii et baronum nostrorum de scaccario in cancellariam nostram de mãdato nostro missam nobis constat: tibi ꝑcipimus quod eundem W. habere fac' scutagium suum de feodis militum, quæ de ipso tunc tenebantur in balliva tua, videlicet xl. solidos de scuto pro exercitu prædicto, et hoc nullatenus omittas. T. &c.

De scutagio habendo quia fuit in servitio per certificationem constabularii. Aliter quia fecit finem per certificationem thesaurarii & baronum de scaccario pro alio quam pro rege.

Rex dilectis &c. salutẽ. Sciatis quòd assignavimus vos ad scutagium nostrũ de exercitu nostro Scotiæ Anno regni nostri primo levand' et colligend' in comitatu K. tam infra libertates quam extra, de feodis militum quæ tunc tenebantur de nobis in capite, sive de escaetis nostris & honoribus in manu nostra tunc existentibus, sive de perquisito progenitorum nostrorum aut nostro, quàm de feodis militum quæ tenebantur de archiepiscopatibus, episcopatibus, abbatiis, prioratibus, et aliis dignitatibus, vel officiis ecclesiasticis quibuscunq; quæ tunc in manu nostra fuerunt, ac de hæreditatibus hæredum infra ætatẽ & in custodia nostra existentiũ, videlicet quadraginta solidos de quolibet feodo pro exercitu supradicto: ita qd' omnes denarios inde ꝓvenientes, habeatis ad scaccariũ nostrũ particulatim ad citius quò poteritis nobis ibidẽ solvend'. Et quia quãplura de feodis ꝑdictis ad manus diversorum devenerunt, tam temporibus ꝓgenitorũ nostrorum quàm nostro, quædam videlicet per discẽsũ hæreditariũ tam in partes quã alio modo, & quædam per alienationes inde diversimodè factas: assignavimus vos ad inquirendum per sacramentũ ꝓborum & legalium hominum de quolibet hundredo in comitatu ꝓdicto tam militum cinctorum gladio quò aliorũ per quos rei veritas meliùs sciri poterit qui tenuerũt feoda militaria tẽpore ꝑdicto in eodẽ comitatu aut aliquã partẽ feodorũ eorundẽ ut de corona nostra Angl', & de perquisito ꝓgenitorũ nostrorũ & nostro, & de archiepiscopatibus, episcopatib', abbatiis, prioratibus, & aliis dignitatibus et officiis antedictis, ac etiam de hæreditatibus hæredum prædictorũ infra ætatem tunc existentium: et quot feoda vel quãtas partes feodi, quilibet tenẽs hujusmodi tũc tenuit, et in quibus villis distinctè, et qui fuerunt antecessores illorum qui

Commissio ad levandum scutagium pro rege.

tenent

tenēt per descensum hæreditarium et qui alio modo, ac etiam qui hæredes fuerunt infra ætatem & in custodia nostra, et qui archiepiscopatus, episcopatus, abbatiæ, prioratus, et aliæ dignitates quæcunq; vel officia, tempore illo vacabant, temporalium, quorum custodia ad nos pertinuit. Et ideo vobis in fide qua nobis tenemini firmiter injungendo mandamus, quòd ad certos dies &c. p̄missa faciatis, et expleatis in forma p̄dicta, et inquisitiones super p̄missis distinctè et apertè factas, quæ de singulis feodis et de nominibus et cognominibus ea sigillatim quondam tenentium dum integra tenebantur, et eorum qui postmodum ea successivè tenebant post partitiones eorum, inter hæredes participes vel per alienationem ut prædictum est, apertam faciant mētionem, habeatis ad scaccarium p̄dictum citra festum Paschæ proximo futurū, sub sigillis vestris et sigillis eorum per quos factæ fuerint. Mandamus enim vicecomiti nostro comitatus p̄dicti, quòd ad certos &c. venire fac' &c. tot & tales, probos et legales homines tam milites gladio cinctos quàm alios de balliva sua tam infra libertates quàm extra, per quos &c. & inquiri, et quòd vobis in præmissis pareat et intendat. Mandamus etiam Thesaurario & baronibus nostris de scaccario prædicto quod hujusmodi aut feoda ad scaccarium p̄dictum reperta, terras et tenementa in comitatu prædicto contingentia vobis celeriter in scriptis mittant in evidentiam & pro majori expeditione præmissorum. In cujus &c. T. R. apud turrim Londoñ &c. Anno. xi.

Nota bene. ✲ Et factum fuit breve clausum vicecomiti, qd' venire faceret &c. Et aliud breve clausum thesaurariis & baronibus de scaccario quòd feodum &c. mittant &c.

De minis.


Ex vicecomiti Lincolñ salutē. Quia A. de B. nobis graviter cōquestus est, qd' C. ei de corpore suo manifestè minatur: tibi p̄cipimus qd' eundē A. de p̄fato C. firmam pacem nostram secundum consuetudinem Angliæ habere facias: ita qd' securus sis quòd eidem A, de corpore suo per præfatum C. vel per procurationem suam damnum vel periculum non eveniat. T. &c.

Aliter de incendio domorum. ¶ Vel sic, de corpore suo et de incendio domorum suarum manifestè &c. tibi præcipimus &c. ita qd' &c. eidem A. de corpore suo vel de domibus suis prædictis per hujusmodi incendium damnum &c.

Regula. ☞ Et potest fieri sicut aliàs cùm pluries.

Pone inde. ¶ Rex vicecomiti L. salutem. Si A. fecerit &c. pone &c. B. qd' sit &c. ostensurus quare cum præfatus B. prædicto A. de corpore suo nuper minaretur, præfatus A. ea occasione breve nostrum de pace inde habenda tibi detulisset: idem B. licet securitatem tibi prestiterit, quod per ipsum vel procurationem suam præfato A. de corpore suo damnum vel periculo non eveniret, idem B. nihilominus in præfatum A. apud N. vi et armis insultum fecit, et ipsum &c. in nostri contemptum manifestum, et ipsius A. grave damnum, et contra pacem nostram. Et habeas ibi plegios &c. T. &c.

Aliter de minis infra libertatē quinque portuum. ¶ Rex dilecto et fideli suo W. constabular̄ castri sui Dovor̄ et custodi quinque portuum suorum salutem. Mandamus vobis quod audita

querela

querela A, de eo qd' B. qui est de libertate quinq; portuũ ei &c. minatur, vocatisq; coram vobis partibus p̄dictis, auditisq; hinc inde eorum rationibus: eidem A. super hoc debitum & festinum justitiæ complementum fieri faciatis, prout de jure & secundum legem et consuetudinem portuum prædictorum fuerit faciendum, & aliàs in casu consimili fieri consuevit. T. &c.

¶ Rex dilectis & fidelibus suis I. &c. & sociis suis justitiariis nostris ad pacem nostram in comitatu Eborum conservandam assignatis salutem. Vel sic, custodibus pacis nostræ in comitatu Eborum salutem. Vel sic, vic' Eborũ salutem. Supplicavit nobis A, ut cùm ipse de vita sua ac mutilatione membrorum suorũ, necnon de incendio domorũ suarum per E. graviter & manifestè cominatus existit, velimus pro securitate ipsius A. in hac parte providere: nos supplicationi prædictæ annuentes, vobis vel tibi præcipimus firmiter injungentes, quòd prædictum E. coram vobis vel te corporaliter venire fac', & ipsum ad sufficientes manucaptores inveniend' qui eum manucapere voluerint sub certa pœna sibi per vos vel per te rationabiliter imponenda, pro qua nobis respondere volueritis vel volueris, vel sic, et ipsum E. ad sufficientem securitatem inveniendam sub pœna C. librarum ad opus nostrem solvendarum, vel quilibet eorum sub pœna &c. quòd ipse damnum vel malum aliquod eidem W. de corpore suo vel de domibus suis per hujusmodi incendium non fac' nec fieri procurabit quovis modo, compellatis vel compellas. Et si hoc coram vobis vel te facere recusaverit: tunc ipsum E. proximæ gaolæ nostræ cõmittatis vel committas, in eadem salvò custodiend', quousq; hoc gratis facere voluerit. Et cùm securitatem illam sic ceperitis seu ceperis: nos inde in cancellaria nostra sub sigillis vestris vel alicujus vestrum, vel sigillo tuo, distinctè & apertè sine dilatione reddas certiores, certificetis, vel certifices indilatè: hoc breve nobis remittentes vel remittens. T. &c. De minis de nova forma.

¶ Rex &c. salutem. Supplicavit nobis A. uxor B, ut cùm ipsa de vita sua & mutilatione membrorum suorum per p̄dictum B. &c. ut supra usq; ibi, respondere volueris, & tunc sic, quòd ipse p̄fatam A. bene & honestè tractabit & gubernabit, ac damnum vel malum aliquod eidem A. de corpore suo aliter quàm ad virum suum ex causa regiminis & castigationis uxoris suæ licite & rationabiliter pertinet, non faciat nec fieri procurabit quovis modo, compellatis &c. Aliter.

¶ Rex vicecomiti Lincolñ salutem. Supplicavit nobis I. ut cùm diversæ dissentiones & discordiæ inter ipsam I. et W. et Henricum ante hæc tempora motæ fuissent, eademq; I. metuat sibi et hominibus suis tam in personis quàm in rebus suis per p̄fatos W. & Henr̄ & eorum procurationem, damnum & periculum occasione dissentionũ & discordiarũ p̄dictarum de facili posse evenire, velimus pro securitate ipsius I. in hac parte providere: nos volentes dictam Johannam & homines suos p̄dictos de hujusmodi dãnis & periculis quatenus de jure poterimus indemnes p̄servare: tibi p̄cipimus firmiter injungentes, quòd à præfatis W. & Henr̄ & eorum quolibet, bonos & sufficientes manucaptores, Aliter.

pro

pro quibus coram nobiſmetipſis reſpondere volueris, qui pro ipſis manucapere voluerint, videlicet quilibet eorum ſub pœna centum librarum de terris & catallis ſuis ad opus noſtrum levand', capias, quòd eidem I. aut hominibus ſuis in perſonis aut rebus ſuis per præfatos W. & H. ſeu eorum aliquem aut ꝓcurationem alicujus eorundem, damnum vel periculum non eveniat ullo modo. Et ſi quis eorum hujuſmodi ſecuritatem invenire recuſaverit: tunc ipſum recuſantem arreſtes, & in priſona noſtra, donec hujuſmodi ſecuritatem invenerit vel aliud inde duxerimus demandand', ſalvò cuſtodias: nos in cancellaria noſtra de nominibus manucaptorũ ꝑdictorũ, ac de toto facto tuo in hac parte ſub ſigillo tuo diſtinctè & apertè citra feſtũ tale proxim̃ futurũ reddens certiores: & hoc ſub pœna cẽtũ librar̃ nullatenus omittas. T. &c.

Superſedeas inde per ſecuritatem in cancellaria inventam.

REx vic' Suff' ſalutem. Licèt nuper ad ſupplicationem dilecti clerici noſtri Hugonis de G. archidiaconi Sudbur̃ nobis ſuggerentis, qd' cùm idẽ archidiaconus, offic', & miniſtri ſui, de vita & mutilatione mẽbrorũ ſuorũ per W. de H. perſonã eccleſiæ de T. graviter & maniſeſtè cominati extiterint, voluimus pro ſecuritate ſua in hac parte ꝓvidere, tibi ꝑceperimus firmiter injungentes, qd' ꝑdictum W. coram te corporaliter venire faceres, & ipſum ad ſufficientes manucaptores inveniendum qui eum manucapere vellent ſub pœna CC. librarum, quod ipſe damnum vel malum aliquod per ſe vel per ꝓcurationẽ ſuam eidem archidiacono, officiali, ſeu miniſtris ſuis ꝑdictis de corporibus ſuis non faceret nec fieri ꝓcuraret ullo modo, compelleres, et ſi hoc coram te facere recuſaret, tunc ipſum W. proximæ gaolæ noſtræ committeres, in eadem moratur̃ quouſq; hoc gratis facere vellet, quia tamen Joannes de I. Joannes de W, & R. de B. cives et merceri de civitate noſtra London̄ coram nobis in cancellaria noſtra perſonaliter cõſtituti, manuceperũt pro ꝑdicto W, videlicet quilibet eorum ſub pœna CC. librarum ad opus noſtrum levand', qd' ꝑfatus W. ꝑfatis archidiacono, officiali, et miniſtris ſuis, damnum vel malum aliquod de corporibus ſuis non fac' nec fieri procurabit, quas conceſſerunt de terris & catallis ſuis ad opus noſtrum levari, ſi damnum vel periculum eidem archidiacono, officiali, ſeu miniſtris ſuis de corporibus ſuis per ꝑfatum W. vel procurationem ſuam fieri contigerit: tibi præcipimus quòd executioni brevis noſtri ꝑdicti tibi inde directi faciend' ſuperſedeas omnino. Et ſi ipſum W. virtute ejuſdem brevis noſtri ceperis: tunc ipſum W. à priſona, qua detinetur, ſi ea occaſione & non alia detineatur in eadem, ſine dilatione deliberes per manucaptionem ſupradictam. T. &c.

De ſecuritate invenienda, quòd ſe non divertat aliquis verſus partes exteras ſine licentia regia.

REx vic' &c. ſalutem. Quia datum eſt nobis intelligi qd' A. de B. clericus verſus partes exteras ad quãplura nobis & quampluribus de populo noſtro præjudicialia & damnoſa ibidem proſequend' tranſire proponit: nos maliciæ ſuæ reſiſtere volentes in hac parte: tibi præcipimus &c. ut ſupra, in brevi de ſecuritate pacis de nova forma uſque ibi, quòd ipſe verſus aliquas partes exteras ſine licentia noſtra ſpeciali ſe non divertet, nec quicquam ibidem ꝓſequetur aut ꝓſequi vel at-

vel attentari facere præsumet, quod in nostri contemptum vel præjudicium, aut populi nostri damnum cedere valeat, nec aliquem vel aliquos ibidẽ mittet ex hac causa quovis modo, compellas. Et si hoc corã te facere recusaverit: tũc &c. ut sup̃ in dicto bri de securitate pacis &c. Debet istud breve indorsari W. de K. videlicet patronus sequitur pro rege & est de gratia &c.

¶ Rex, I. de B. salutẽ. Quia datũ est nobis intelligi, quòd tu versus partes exteras absq; licentia nostra clandestinè te divertere, et quamplura nobis et coronæ nostræ præjudicialia ibidem prosequi intendis, in nostri contemptum et præjudicium, ac contra proclamationem et inhibitionẽ nostras sæpius inde factas: nos hujusmodi contemptui et præjudicio obviare volentes, tibi districtè sub periculo quod incumbit prohibemus, ne versus dictas partes exteras absq; licentia nostra speciali aliqualiter te divertas, nec quicquã ibidẽ ꝓsequi attentes seu attentari facias, qd' in nostri seu dictæ coronæ nostræ ꝑjudiciũ cedere valeat quovis modo, nec aliquẽ ibid' mittas ex hac causa. T. &c. Aliter.

REx, custodibus pacis suæ in com̃ Lincolñ & eorum cuilibet salutẽ. Volentes certis de causis certiorari super tenore cujusdã securitatis pacis nuper coram G. de B. & sociis suis nuper custodibus pacis nostræ et justitiariis nostris, ad diversa felonias, transgressiones, & malefacta in comitatu Somers. audiend' & terminanda assignatis, de R. de W. de eo quòd ipse damnum vel malum aliquod R. de B. nec alicui de populo nostro fac' nec fieri procurabit, ex officio vestro capta, quæ quidem securitas penes vos residet ut dicitur, vobis mandamus quòd nos inde in cancellaria nostra sub sigillis vestris vel unius vestrum distinctè et apertè sine dilatione reddatis certiores: hoc breve nobis remittentes. T. &c. De certiorãdo.

¶ Rex, custodibus pacis suæ in com̃ L. & eorum cuilibet salutẽ. Cùm nuper ad supplicationem W. F. nobis suggerentis, ipsum de vita sua & mutilatione membrorum suorum ꝑ I. graviter et manifestè cõminatum fuisse, vobis præceperimus qd' ipsum I. corã vobis seu aliquo vestrum corporaliter venire faceretis, et ipsum ad sufficientes manucaptores &c. ut in brevi de minis usq; ibi: et cum securitatem illam ceperitis nos inde in cancellaria nostra sub sigillis vestris distinctè et apertè redderetis certiores, et licet securitatem illam ceperitis, vos tamen inde nos in cancellaria prædicta certificare non curaveritis: vobis mandamus quòd nos de securitate prædicta per vos in hac parte capta in cancellaria nostra sub sigillis vestris distinctè & apertè certificetis indilatè: remittentes nobis hoc breve. T. &c. Aliter.

¶ Rex, vic' Leyc' salutem. Cùm nos nuper ad prosecutionem R. Burtoñ præceperimus, quòd sufficientem securitatem de R. S. I. S. & I. K, quod ipsi damnum vel malum aliquod eidem R. B. hominibus vel servientibus suis non facerent nec fieri procurarent, caperes, & quod nos de securitate illa, cùm sic capta foret, in cancellaria nostra redderes certiores, ac tu securitatem illam prætextu mandati prædicti receperis ut accepimus: tibi præcipimus firmiter injungentes quòd si ita est, tunc nos inde in cancellaria nostra prædicta sub sigillo tuo juxta tenorem mandati nostri prædicti citra festum Ascensionis domini Aliter.


proximè

proximè futurum distinctè et apertè reddas certiores: hoc breve nobis remittens. T.&c.

Aliter.

¶ Rex, vic' Somers. salutem. Volentes certis de causis certiorari super quadam securitate pacis quam R. de C. invenit coram te, de eo quòd ipse damnum vel malum aliquod I. de G. nec alicui de populo nostro faceret nec fieri procuraret, quæ quidam securitas penes te residet ut dicitur: tibi præcipimus quòd nos de securitate prædicta sic capta in cancellaria nostra sub sigillo tuo distinctè & apertè sine dilatione reddas certiores: hoc breve nobis remittens. T.&c.

Petitio ꝑ clericis de cancellaria. An. xviii. E. iii.



A Nostre seigniour le Roy & son councell monstrent les clerkes de la Chauncerie, que come les chauncellers & gardeines du graund seale de temps dount memorie ne court, ount ewe & per cause de lour office devient aver conisance des touts maners des plees de trespas faits as dits clerks de la chaũcerie, ou as auters per les dits clerks faits en cities, villes, & ailleurs ou la dit chauncerie serra demurrant, & ore de novel les viscounts de Loundres à la suit Thomas de Kyslingbury draper de Londres forgerent un bill de trespas devers Gilbert de Chishull un des clerks de la chauncerie, que rien ne trespassa, auxint come trove fuist per arbitrers, en queux lun partie & lauter se assenterent, & pur grever le dit Gilbert & luy mesner sodeinement en responce, & ouster le roy & son chauncelller de la conisance en cel partie, firent un precept sur cel bill de trespas, quel bill fuist fait le lundy procheine devaunt le feast de Lascension darrein passe apres heur de none, & firent endorser cell precept que le dit Gilbert ne fuist mye troves, & sur cell precept mesme le jour firent un auter precept sicut alias de prendre son corps, & per vertu du cel Sicut alias, cy vient Rog' Arreas sergeant de mase de la dit citie al hostiel ou le dit Gilbert fuist demorante le marsdy prochein ensuant apres la dit jour de lundy & prist le dit Gilbert countre comen ley de la terre, & autrement que devant les justices en eyre avant ces heures en m̃ la citie ad este allowes, & luy mesna al hostiel Johan de Wylesham un des viscounts de Loundres, et issint luy detiendrent tanq; il trova un citizen de la dit citie q̃ se oblige en dyx livers ꝑ fait, davoir le corps à respondre devant eux lendemein à heur de demy prime, à q̃l heur le dit Gilbert vient et allegea quil ne deveroit pas respondre devant eux mais devant le chauncelller, et mist avaunt bre le roy de surceaser du plee, et quils deveroient dire à partie plaintife quil sueroit au chauncelller daver droit del trespas fait à luy ꝑ le dit clerk si ascun fuit fait, q̃l briefe il ne voudroint mye allower ne certifier la cause ꝑ br sicut alias, mes agarderent le dit clerk à respondr devaunt eux, et de trover meinprise, & entreient mein ꝑnors pur luy, la ou il nuls ne voila trover, & pur ceo quil ne vient pas au jour assigne, agarderent un recapias contra comon ley de la terre cõe desuis est dit, ꝑ quoy il nose aler en aperte, en despite du roy & encounter les maũdemts du roy, en ostant le roy & son chauncelller de sa conisance, en contempt

contempt & prejudice du roy & de sa corone: per quoy ils priont q̃ sur ceo soit remedie ordeine, issint que la place de la chauncerie soit meinteine en maniere come el ad esté tout temps passe, & ordeiner outre que le dispite fait au roy & à son clerke en esclandre de la dite place, soit en due maniere redresse, quils ne soient esbandes de trespas, ne vileynie ou grevauns faire trop legierment à ceux de la dit place en temps avenir.

¶ Quant à cest peticion fuist respondus per assent du parlement en la maniere que sensuit, cestassavoir.

¶ Pur ceo que les chauncellers & gardeins du graund seale nostre seigniour le roy & ces progenitours, ount eu dauncien custome la conusance de quecunq; trespas per les clerks le roy de sa chauncerie, ou lour servants demourants en lour compaignie, as auters & per auters à eux la ou la dit chauncerie fuist present, & ore de novel les viscounts de Loundres sassorcent dencrocher à eux conisances des trespas faits en la presens du chauncellér nostre seigniour le roy & la place avantdit, cest assaver dun trespas que ils surmettent que Gilbert de Chishull clerk nostre seigniour le roy de sa chauncerie deust aver fait à Thomas de Kysslyngbury de Loundres en Loundres, tout soit se que briefes nostre seigniour le roy enseales soubz son grand seale de sourceaser de plee entre les parties avaundits lour viendrent, en contempt de nostre seigniour le roy & sez maundements avauntdits, & prejudice du dit chaunceller, & countre la custome avauntdit: accordes est que briefe soit maunde au maire de Londres, dattachier les dits viscounts & auters que ont esté parties & meinteinours de la querele (dount cest byll fait mencion) per lour corps, destre devant le roy en sa dit chauncerie à certein jour, à respondre auxibien du contempt fait à nostre seigniour le roy & ses maundements & prejudice de son chaunceller, come au dit clerk des dammages & trespas faits à luy &c.

Rex, justitiariis suis de banco salutem. Cùm clerici de cancellaria nostra & progenitorum suorum quondam regum Angliæ, aut eorum servientes ibidem, ad respondendum coram aliquibus justitiariis seu ministris nostris, aut aliis judicibus secularibus quibuscunque, præterquam coram cancellario nostro seu custodibus sive custode magni sigilli nostri qui pro tempore fuerit, super aliquibus placitis, querelis seu demandis quæ personam nostram non tangunt, in locis ubi cancellaria nostra fuerit emergentibus, placitis de libero tenemento, feloniis, & appellis duntaxat exceptis, juxta consuetudinem hactenus obtentam, usitatam & approbatam, contra voluntatem suam trahi vel compelli non debeant, nec aliquibus temporibus retroactis consueverunt, ac jam accepimus quòd A. de B. implacitet coram vobis I.P. clericum unum clericorum de cancellaria nostra de debito quadraginta solidorum, quod idem A. à præfato I. exigit ut dicitur, in derogationem jurisdictionis dictæ cancellariæ ac contra consuetudinem supradictam, & quia jurisdictionem & consuetudinem prædictas volumus inviolabiliter observari: vobis mandamus quòd

Supersedeas p̃ clericis cancellariæ, quòd nõ implacitentur nisi coram cãcellario regis.

placito illi coram vobis ulterius tenendo ſuperſedeatis omnino, præfato A. dicentes ex parte noſtra, quòd verſus prædictum I. coram cancellario noſtro pro debito prædicto proſequatur ſi ſibi viderit expedire. T. &c.

Aliter. ¶ Rex, vicecomitibus Londoñ ſalutem. Cùm cognitiones placitorum de tranſgreſſionibus, clericis noſtris et progenitorum noſtrorum de cancellaria, aut eorundem clericorum ſervientibus et miniſtris, in locis ubi cancellarius moram fecerit, illatis, vel quas iidem clerici noſtri aut miniſtri vel ſervientes ſui ſecũ in locis illis morantes aliis ibidem fecerint, ad cancellariũ vel ad cuſtodē magni ſigilli qui pro tempore fuerit pertineant, et à tempore quo non extat memoria pertinere conſueverunt, quæ quidem conſuetudo in parliamento noſtro apud Weſtmonaſterium anno regni noſtri decimo octavo tento, per ipſum regem, præfatos, comites, barones, et alios in dicto parliamento exiſtentes accepta fuit et approbata, prout per indorſamentum cujuſdam petitionis coram nobis inde in dicto parliamento exhibitæ, et in rotulo dicti parliamenti irrotulatæ plenè liquet, ac vos ad proſecutionem cujuſdam I. aſſerentis quandam tranſgreſſionem ſibi apud ſuburbium Londoñ ubi cancellaria noſtra jam exiſtit, per W. de N. quibuſdam clericis noſtris de cancellaria noſtra deſervientem et cum eis morantem illatã eſſe, placita inde coram vobis tenetis, cognitiones hujuſmodi, quæ ad cancellarium noſtrum, ipſo ibidem jam exiſtente, et non ad alium pertinent, vobis trahendo, contra conſuetudinem, acceptationem, et approbationem prædictas: nos nolentes clericos noſtros de cancellaria noſtra aut eorum ſervientes vel miniſtros, aliter in hujuſmodi caſu quàm temporibus retroactis fieri cõſuevit, pertractari, vobis præcipimus quòd placito illi coram vobis ulterius tenendo ſuperſedeatis omnino, præfato Johanni dicentes ex parte noſtra quòd ad dictum cancellarium accedat, juſtitiam in cancellaria noſtra proſecuturus, ſi ſibi viderit expedire. T. rege apud Weſtmonaſterium ſecundo die Junii, Anno regni noſtri triceſimo nono ſcilicet E. tertii.

Aliter. ¶ Rex, ſeneſcallo et mareſcallo hoſpitii ſui ſalutem. Cùm ſervientes et miniſtri cancellariæ noſtræ et progenitorum noſtrorum, ad reſpondendum coram aliquibus miniſtris noſtris, ſeu aliquibus judicibus præterquam coram cancellario Angliæ ſeu cuſtode magni ſigilli noſtri qui pro tempore fuerit, ſuper aliquibus placitis, querelis ſeu demandis, quæ perſonam noſtram non tangunt, in locis ubi cancellarius fuerit emergentibus, placitis de libero tenemento, felloniis, et appellis duntaxat exceptis, juxta conſuetudinem hactenus obtentam et approbatam, contra voluntatem ſuam trahi vel compelli non debeant, nec aliquibus temporibus retroactis conſueverunt, ac Richardus Curtays de Londoñ tayler implacitet coram vobis Margaretam quæ fuit uxor Jacobi de Lyons nuper unius ſervientiũ noſtrorum ad arma, executricem teſtamenti ipſius Jacobi, de eo quòd ipſa reddat eidem Richardo quadraginta ſolidos quos ei injuſtè detinet ut dicit

dicit: nos pro eo quod ex testimonio accepimus fidedigno, quòd prædicti quadraginta solidi exiguntur ratione unius contractus inter præfatum Jacobum et prædictum Richardum habiti, in loco ubi cancellaria nostra tenebatur, tempore quo bonæ memoriæ Simon nuper archiepiscopus Cantuar cancellarius noster fuit, cui quidem cancellario nostro idem Jacobus in cancellaria nostra serviens extitit et intendens, per quod placitum illud coram cancellario nostro et nō alibi est terminabile, quo prætextu pfata M. eodem privilegio quo præfatus testator suus si vixerit uti et gaudere debeat in hoc casu: vobis præcipimus quòd placito de prædictis quadraginta solidis coram vobis ulterius tenendo, seu judicio inde reddendo supersedeatis omnino, dicentes ex parte nostra præfato R. quòd versus præfatam M. coram cācellario nostro pro prædictis quadraginta solidis prosequatur si sibi viderit expedire. T. R. Avunc' Anno ix. apud Westm̄.

¶ Rex, vicecomiti salutē. Præcipimus tibi quòd distringas I. de B. nuper vicecomitem nostrū comitatus pdicti pdecessorem tuum, per omnia terras et catalla sua in balliva tua, ita quòd nec ipse nec aliquis alius per ipsum ad ea manū apponat, donec aliud à nobis inde habueris præceptum. Et quòd de exitibus eorūdem nobis respondeas, ita quòd habeas coram nobis in cancellaria nostra tali die &c. ubicunq; &c. corpus T. quem per præceptum nostrū cepit et penes se detinet, prout idem nuper vicecomes nobis in dicta cancellaria nostra aliàs retornavit, ad respondendum I. de H. uni clericorum cancellariæ nostræ pdictæ, de eo quòd idem T. reddat præfato I. duodecim marcas quas ei debet et injustè detinet ut dicit. Et habeas ibi hoc breve. T. &c. Distres.

* Nota qu'en cas que le seignour eit agisted certeins bestes, il ne purra pas eins perker ceux bestes pur lagistement arere. Mes si eux soient enchaces hors de son fee avaunt lagistement paie: il avera briefe de trespas, ut patet inferius de ovibus traditis ad pascendum. Nota.



Rex, vicecomiti Lincoln̄ salutē. Questus est nobis A, quòd B. in ipsum A. apud N. insultum fecit, et ipsum verberavit et malè tractavit, et alia enormia ei intulit, ad damnum ipsius A. non modicum et gravamen. Et ideo tibi præcipimus quòd loquelam illam audias, et postea eum inde justè deduci facias: ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu justitiæ. T. &c. De transgressione in comitatu.

☞ Nota quòd non debet dici vi & armis vulneravit, neq; contra pacem nostrā: quia vicecomes non potest terminare ea. Regula.

¶ Questus est nobis A, quòd cùm B. centū oves suas pdicto A. super terrā & pasturam suam apud N. per unum annum moraturas vel custodiendas certis condicionibus liberasset: prædictus B. oves illas ibidem super terram ipsius A. existentes sine licentia & voluntate ejusdē A. infra terminum prædictum cepit & abduxit, ad damnum &c. De ovibus ad terminum ad pascendum traditis, fugatis.

¶ Quòd B. quatuor oves vel sues ipsius A. apud N. inventas, cū quibusd̄. canibus fugavit, canes illos ad mordendū oves vel sues pdictas De ovibus fugatis &c.

in tantum incitando, quòd per fugationem illã & morsus canum pdictorum, oves & sues pdict' fœtus abortivos projecerunt, & alia enormia &c. vel sic, per fugationem illã & morsus canum pdict', duæ sues precii tanti de suibus prædictis interierũt, & sues residuæ multipliciter deterioratæ fuerunt, & alia enormia ei intulit, ad damnum &c.

De fossato fracto. ¶ Questus est nobis A. quòd B. fossatum ipsius A. apud P. noctanter fregit, & alia enormia ei &c. ad damnum &c. Et ideo &c.

Quãdo creditor recusat liberare pignora. ¶ Questus est nobis A, quòd cùm ipse quædam bona & catalla B, pro quibusdam pecuniarum summis quas ab eodem B. mutuò recepit, nomine pignorum apud C. tradidisset: idem B. licet prædictus A. eidem B. de prædictis pecuniæ summis se sæpius obtulerit satisfacere, satisfactionem tamen hujusmodi ab eodem A. recipere, & bona & catalla prædicta ei reddere contradicit, ad damnum &c.

De tauro ad terminum tradito fugato. ¶ Questus est nobis A. quod cum B. quẽdam taurum vel bovem præfato A. certis conditionibus usq; ad certum terminum tradidisset, ad commodum suum inde faciendum: prædictus B. taurum vel bovem prædictum infra terminum illum sine licentia & voluntate ipsius A. clam cepit & abduxit, ad damnum &c.

De bonis asportatis p executoribus. ¶ Questi sunt nobis A. & B. executores testamenti C, quod D. & E. bona & catalla quæ fuerunt ipsius C. ad valentiam tanti sub custodia ipsorum executorum apud N. inventa, vel in vita ipsius C. apud N. inventa ceperunt & asportaverunt, & alia enormia ei intulerunt, in retardationem executionis testamenti prædicti. Et ideo tibi præcipimus &c. ne amplius &c.

De vaccis imparcatis ita qd' fœtus abortivos projecerunt &c. ¶ Questa est nobis A. de S, quòd Richardus duas vaccas ipsius A. apud W. inventas cepit, & eas abinde usque Ancastre fugavit & imparcavit, & eas ibidem tamdiu contra legem & consuetudinem regni nostri Angliæ imparcatas detinuit, quod vaccæ prædictæ fœtus abortivos projecerunt, & alia enormia &c.

De wallia contra refluxus maris erecta fracta &c. ¶ Questus est nobis A, quòd B. quandam walliam ipsius A. inter salmas suas apud S. & refluxus maris ibidem pro salvatione salmarum illarum contra refluxus hujusmodi ab antiquo erectam fregit, per quod salmæ prædictæ per refluxus prædictos inundatæ fuerunt, & idem A. proficuum salmarum suarum prædictarum per magnum tempus amisit, & alia enormia &c.

De equis abductis ad loca ignota. ¶ Questus est nobis Anthonius, quòd Benedictus duos equos ipsius Anthonii precii tanti apud M. inventos cepit, & eos ad loca ignota abduxit, non permittens eos secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ eidem A. repleg', & alia enormia &c.

De carta fracta. ¶ Questus est nobis A, quod B. quandam cartam, quam idem A. præfato B. apud N. bona fide tradidisset inspiciendam vel custodiendam, maliciosè fregit, & alia enormia &c.

De ovibus imparcatis sine alimento quousq; interierunt. ¶ Questus est nobis A, quòd B. centum oves ipsius A. apud N. invẽtas absque causa rationabili cepit & imparcavit, & eas sic imparcatas ibidem tãdiu sine alimento contra legem & consuetudinem regni nri Angliæ detinuit, quòd oves prædictæ precii &c. interierunt, vel sic, viginti

viginti oves precii &c. de ovibus prædictis fame interierunt, & oves residuæ multipliciter deterioratæ fuerunt, & alia enormia &c.

¶ Questus est nobis A, quòd B. quandam supertunicam, vel zonam argenteam, vel librum ipsius A. prec' &c. apud N. noctanter cepit & asportavit. &c. De supertunica. zona, & libro.

☙ Nota qu'en bre de trespas termino Pasche lan vi. le roy E. tierce, un home aver recover damages, & pria execució per elegit des terres des queux le defendăt fuit seisi jour de briefe purchase & jour de lenquest passee: & non poruit habere, mes solement des terres dountle defendaũt fuit seisi jour de judgement rendus: & ceo fuit sur un scire facias suy vers les terre tenaunts: pur ceo que le viscount aver retorne sur un auter briefe que le defendaunt naver riens. Nota.

¶ Questus est nobis A, quòd B. quasdam wallias apud N. pro salvatione terrarum ibidem adjacentium contra fluxus & refluxus maris erectas fregit, per quod aqua maritima quinquaginta acras terræ ipsius A. ibidem inundavit, sicq; idem A. proficuum terræ suæ prædictæ per magnum tempus amisit, & alia. &c. De wallia contra fluxus & refluxus maris erecta fracta. &c.

¶ Si major & communitas villæ Southampton fecerint &c. pone &c. Termino Michaelis. A. xxx. E. iij.

REx, vicecomiti Lincoln salutem. Si A. fecerit te securum de clamore suo prosequendo: tunc pone per vadium & salvos pleg' B, quòd sit coram justitiariis nostris apud Westm in octavis sancti Michaelis: vel sic, quòd sit coram nobis in octavis sancti Michaelis ubicunq; tunc fuerimus in Angl', ostensurus quare vi & armis in ipsum A. apud N. insultum fecit, & ipsum verberavit, vulneravit & malè tractavit: ita quod de vita ejus desperabatur, & alia enormia ei intulit, ad grave damnum ipsius A, & contra pacem nostram. Et habeas ibi nomina pleg' & hoc breve. T. &c. De transgressione in banco.

¶ Quare vi & armis in ipsum A. apud N. insultum fecit, & ipsum verberavit, vulneravit, imprisonavit, & malè tractavit, & alia enormia &c. De imprisonamento.

¶ Quare vi & armis ipsum A. apud N. cepit, imprisonavit, & malè tractavit, & ipsum ibidem in prisona, quousq; idem A. finem per quadraginta solidos pro deliberatione sua habend' cum præfato B. fecisset, detinuit, & alia enormia. &c. De imprisonamēto quousq; finem fecerit.

¶ Quare vi & armis ipsum A. apud N. cepit, imprisonavit, & malè tractavit, & ipsum sic imprisonatum abinde usque T. duxit, & ipsum ibidem in prisona, quousque idem A. finem per undecim solidos pro deliberatione sua habend' cum præfato B, ac quoddam scriptum obligatorium viginti librarum quòd ipse præfatum B, occasione imprisonamenti prædicti non prosequetur, eidem B. fecisset, detinuit, & alia enormia &c. Aliter de imprisonamento quousq; fine & quoddā scriptū obligatorium fecerit &c.

¶ In loquela quæ est coram vobis per breve nostrum, inter ipsum A. & B. de quadam transgressione eidem A. per præfatum B. illata, ut dicitur. Et ideo &c. vel, quibusdam transgressionibus &c. Et ideo &c. De attorn̄ de transgressione coram justitiariis.

¶ Leyc' ss. A. po. lo. suo, B. & C. sub alternatione, ad lucrandum &c. quæ est rege per breve suum, inter ipsum A. & B. de quadam transgressione eidem A. per præfatum B. illata ut dicitur. T. rege apud West- Aliter de eodē coram rege, & indorsetur sic. I. Frank recepit attorn̄.

Westmonasterium tali die anno regni sui tertio.

De custode de terris pro illo qui est infra ætatem.

¶ Eborum ss. Rex admisit W. de London custodem R. infra ætatem existentis, ad prosequendum & defendendum loquelam quæ est coram ipso rege per breve suum inter ipsum R. & G, de quadam transgressione eidem R, per præfatum G. illata ut dicitur. T. rege apud W. &c.

Coram justitiariis inde.

¶ Rex, justitiariis suis de banco salutem. Sciatis quod admisimus W. custodem &c. quæ est coram vobis per breve nostrum &c. ut supra. Et ideo vobis mandamus &c. ad hoc admittatis. &c.

Nota.

✠ Aliter cum dedimus potestatem inde in fine brevium, de forisfactura maritagii.

Nota.

✠ Nota en cas que home porte briefe de transgressione de chateux nient moebles: son briefe dirra tants de chateux ad valentiam x. s. Mes si le briefe soit porte de chatelle moeble il dirra precii. x. s. & non ad valentiam &c.

De clauso fracto, arboribus succisis, vivariis piscatis, & servientibus verberatis.

¶ Quare vi & armis clausum ipsius A. apud N. fregerunt, & arbores suas ibidem nuper crescentes succiderunt, & in vivariis suis ibidem piscati fuerunt, & piscem inde ac arbores prædictas, nec non alia bona & catalla sua ad valentiam decem librarum ibidem inventa ceperunt & asportaverunt, & in C. servientem suum, vel servientem suam, vel tenentem, vel nativum vel nativam: Et si plures fuerint, dicatur sic, et in homines et servientes suos ibidem insultū fecerunt, et ipsum, vel ipsam, vel ipsos, verberaverunt, vulneraverunt, et malè tractaverunt: per quod idem A. servitium servientis sui prædicti, vel servientis suæ prædictæ, vel nativi vel nativæ, pdicti vel prædictæ, per magnum tempus amisit. Vel sic, servitium servientium suorum prædictorum per magnum &c. Vel sic, servitium eorundem hominum et servientium suorum prædictorum per magnum tempus amisit, et alia enormia ei intulit ad grave damnum &c.

De pullis esperviorum captis & asportatis.

¶ Quare vi et armis boscum ipsius A. apud N. intravit, et tres pullos esperveriorum suorum precii tanti nuper in eodem bosco nidificantium cepit et asportavit &c.

De warenna fugata, & leporibus, &c. asportatis.

¶ Quare vi et armis liberam warennam ipsius A. apud N. intravit, et in ea sine licentia et voluntate sua fugavit, et lepores, cuniculos, phasianos, et perdices cepit et asportavit &c.

De clauso fracto, & cuniculis &c.

¶ Vel sic, clausum ipsius A. apud N. fregit, et ducētos cuniculos suos precii quadraginta solidorū ibidem inventos cepit et asportavit &c.

De parco fracto.

¶ Vel sic, parcum ipsius A. apud N. fregit, et in eo &c. fugavit, et feras cepit et asportavit.

De parco & chacea.

¶ Vel sic, parcum ipsius episcopi apud A. fregit, et liberam chaceam suam apud F. intravit, et in eisdem parco et chacea sine licentia &c. et feras cepit et asportavit &c.

Regula.

✠ Et potest chacea poni per se, & parcum & chacea & warenna simul in uno brevi &c.

De trāsgressione qn̄ invenit securitatem in cancellaria.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Quia A. fecit nos securos de clamore prosequendo, per R. de comitatu Lincoln̄ et K. de comitatu Eborum: pone per vadium &c. ut supra usque ibi, contra pacem nostram,

stram. Et tunc sic T. &c. Et indorsetur sic, per I, & idem I, recepit plegios de prosequendo.

¶ Quare &c. blada et herbam ipsius A. ad valentiam tanti apud N. nuper crescentia conculcavit et consumpsit. vel sic, blada ipsius A. ad valentiam tanti apud N. nuper crescentia, cum quibusdam averiis depastus fuit, conculcavit et consumpsit, et alia enormia &c. De herba & bladis depastis.

¶ Quare &c. in solo ipsius A. apud N. foderunt, et carbones maritimos inde projectos ad valentiam tanti ceperunt et asportaverunt &c. vel sic, et terram inde projectam ceperunt et asportaverunt &c. De solo fosso & carbonibus maritimis asportatis.

¶ Quare vi et armis quendam equum ipsius A, ac bona et catalla sua apud N. inventa, absq; causa rationabili arrestavit, et ea ibidem sic sub arresto, quousq; idem A. finem per quadraginta solidos, pro deliberatione equi et catallorum suorum pdictorum habenda, cum pfato B. fecisset, detinuit, &c. De equo & catallis arrestat s quousque finem &c.

¶ Quare &c. domum ipsius A. apud N. fregit, et maeremium inde ad valentiam tanti cepit et asportavit, et alia enormia ei intulit &c. De domo fracta & maeremio asportato.

✻ Nota quòd nullum dicitur maeremium, nisi quod priùs fuit existens de domo aliqua vel pars domus. Et si aliquod fuerit aptum ad domum, plenariè potest dici maeremium. Nota.

¶ Si A et B. executores testamenti C. fecerint &c. pone &c. quare &c. quatuor boves, qui fuerunt ipsius C. precii tanti, sub custodia ipsorum executorum apud N. inventos, cepit et abduxit, et blada quæ fuerunt prædicti C. ibidem nuper crescētia messuit, et blada illa ac alia bona et catalla, quæ fuerunt ejusdem C. ad valentiam centum solidorum sub custodia eorundem executorum ibidem inventa cepit et asportavit, et alia enormia eis intulit, in retardationem executionis testamenti pdicti & contra pacem nostram. Et habeas ibi nomina plegiorum &c. Pro executoribus de bonis testatoris.

✻ Eodem modo fiat pro administratoribus bonorum mutatis mutandis. Nota.

¶ Pone &c. abbatem de I. et fratrem C. et fratrem D. commonachos ejusdem abbatis &c. quare &c. quoddam scriptum ipsius Elisabethæ communi sigillo domus prædictæ signatum, per quod idem abbas et conventus ejusdem loci tenebantur præfatæ E. in victu et vestitu et omnibus necessariis suis sibi inveniendis, quousque iidem abbas et conventus eandem E. alicui viro viginti libratas terræ vel reditus habenti maritaverint, apud L. inventum maliciose fregerunt, et alia enormia &c. De quodam scripto per qd' abbas et conventus tenebātur in victu & vestitu &c. fracto.

¶ Quare vi et armis in separali piscaria ipsius I. apud R. piscati fuerūt et herbam suam ibidem nuper crescentem falcaverunt, et in solo suo ibidem foderūt, et terram inde projectam, et herbam illam, ac piscem de piscaria prædicta ad valentiam centum solidorum ceperunt et asportaverunt, et herbam suam ad valentiam tanti ibidem nuper crescentem cum quibusdam averiis depasti fuerunt, cōculcaverunt et cōsumpserunt, et alia enormia &c. De piscaria piscata & herba falcata, & solo fossato, & herba depasta.

¶ Quare &c. blada ipsius A. apud R. nuper crescentia messuit, et herbam suam ibidem nuper crescentem falcavit, et arbores suas ibidem De bladis messis & herba falcata, &

nuper

arboribus succisis, & de aliis bladis & herba depastis.

nuper crescentes succidit, et arbores illas, ac blada & herbã prædicta ad valenc' centum librarum cepit et asportavit, ac alia blada et herbã sua ad valentiam centum solidorum ibidem nuper crescẽtia cum quibusdam averiis depastus fuit, conculcavit et consumpsit &c.

De domo fracta & maeremio combusto

¶ Quare vi et armis, domum ipsius H. apud L. fregit et maeremiũ inde ad valentiam tanti combussit, et arbores suas ibidem nuper crescẽtes succidit, et blada sua ibidem nuper crescentia messuit &c.

De jumento & pullano interfecto, & ovib' fugatis.

¶ Quare vi et armis quoddam jumentum et quendam pullanum ipsius R. precii quadraginta solidorum apud W. inventa interfecit, et cẽtum oves suas ibidem inventas cum quibusdam canibus fugavit, canes illos ad mordendas oves prædictas in tantum incitando, quod per fugationem illam & morsus canum prædictorum, quadraginta oves de ovibus prædictis fœtus abortivos projecerunt, et oves residuæ multipliciter deterioratæ fuerunt, et alia enormia ei intulit, ad grave damnum &c.

De insultu in suburbio Londõ.

¶ Quare &c. in ipsum Walterum apud Fletestrete in suburbio Londõ, vel sic, in parochia sancti Clemẽtis extra barrã novi templi Londõ, insultum fecit &c.

De equis imparcatis sine alimento.

¶ Quare vi et armis sex equos ipsius I. apud T. inventos, absq; causa rationabili cepit et imparcavit, et eos ibidem sic imparcatos tam diu sine alimento contra legem et consuetudinem regni nostri Angliæ detinuit, quod duo equi precii quadraginta solidorum de equis prædictis fame interierunt, et equi residui multipliciter deteriorati fuerunt, et alia enormia &c. ad grave damnum &c.

De moniale abducta.

¶ Quare vi et armis clausuras ipsius priorissæ apud L. fregit, et sororem Jocosam Ashe commonialem suam ibidem existentẽ cepit et abduxit, per quod divinum servitium in ecclesia ipsius priorissæ sanctæ Helenæ Londõ multipliciter subtractum fuit et diminutum, et alia enormia &c.

De averiis imparcatis, & de minis factis hominibus & servientibus.

¶ Quare vi et armis averia ipsius W. apud B. inventa, absq; causa rationabili cepit et imparcavit, et ea ibidem sic imparcata contra legem et consuetudinem regni nostri Angliæ diu detinuit, et in homines et servientes suos ibidem insultum fecit, et ipsos verberavit &c. et eisdem hominibus et servientibus de vita sua et mutilatione membrorum suorum intantum comminatus fuit, et eos tantis injuriis et gravaminibus ibidem affecit, quod homines et servientes prædicti ad terram ipsius W. excolendam, ac alia negocia sua ibidem facienda per magnum tempus palam incedere non audebant, per quod terra illa inculta, ac negocia prædicta infecta remanserunt, sicq; idem W. proficuum terræ prædictæ, ac servitium hominum et servientum suorum prædictorum per idem tempus amisit, et alia enormia &c.

De fœno in tassis, & bladis in garbis depastis

¶ Quare vi et armis fœnum ipsius A. in tassis, et blada sua in garbis apud N. nuper existentia, cum quibusdam &c. vel sic, decem quarteria ipsius A. precii tanti apud N. inventa, cum quibusdam averiis depastus fuit &c.

De transgressione facta ux-

¶ Si A. et B. uxor eius &c. tunc pone &c. quare &c. quoddam forcerium

cerium vel cistam ipsius B. apud N. inventum vel inventam fregit, et quoddam scriptum obligatorium in eodem forcerio inventum cepit et asportavit, et alia enormia ei intulit ad grave damnum ipsorum A. et B. et contra pacem nostram &c.

ori ante matrimonium.

¶ Quare vi et armis quandam navem ipsius A, precii decem librarum apud H. inventam cepit et abduxit, et bona et catalla sua ad valentiam viginti librarum in eadem navi inventa cepit et asportavit &c.

De navi abducta & catallis in eadem asportatis.

¶ Quare &c. blada et germina vinearum ipsius A. apud N. nuper crescentia ad valentiam centum solidorum cum quibusdam averiis depastus fuit, conculcavit et consumpsit &c.

De bladis & germinibus vinearū depastis.

¶ Quare &c. blada, herbam, et germina bosci cædui ipsius A. ad valentiam tanti apud F. nuper crescentia, cum quibusdam averiis depastus fuit &c.

De bladis, herba, & germinibus bosci cædui depastis.

¶ Quare &c. quoddam stagnum apud R. maliciosè fregit, per quod aqua ab eodem stagno decurrens, vivarium ipsius A. ibidem intantum inundavit, quòd per cursum aquæ illius, & inundationem prædictam, piscis in eodem vivario tunc existens, ad valentiam tanti, exivit, & alia enormia &c.

De stagno fracto per qd' inundavit vivarium.

¶ Quare &c. tres equos ipsius A. precii tanti apud S. inventos cepit & abduxit, et bona et catalla sua ad valentiam centum librarum, ac centum libras de denariis suis in pecunia numerata ibidem inventa cepit et asportavit &c.

De equis abductis & catallis & denariis in pecunia numerata asportatis.

¶ Quare vi et armis mansum ipsius A. apud Hollech obsederunt, et homines et servientes suos extra mansum prædictum existentes, idem mansum ad servitium et commodum ipsius A. inibi faciend' ingredi, ac quosdam alios homines et servientes suos inibi existentes, mansum illud, vel, prædictum ad terram ejusdem A. ibidem excolendam, et ad alia negotia ibidem facienda exire non permiserunt, per qd' centum acræ terræ ipsius A. ibidem incultæ remanserunt, et idem A. proficuum terræ suæ prædictæ ad valentiam quadraginta marcarum, et servitium eorundem hominum et servientium suorum per magnum tempus amisit, necnon averia sua ibidem imparcaverunt, et ea ibidem sic imparcata diu detinuerunt, non permittentes ea eidem A. secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ repleg', et alia &c.

De manso obsesso per qd' terra remansit inculta & averiis imparcatis.

¶ Quare vi et armis domum ipsius A. apud Wavertoñ in qua idem A. quendam Humfridū de C. Scotum, et per ipsum A. de guerra captum, tanquam prisonem suū, quousq; sibi de centum libris, per quas idem H. redemptionem suam cū præfato A. pro vita sua salvanda fecerat, satisfactum foret, detinuit, fregerunt, et ipsum H. ceperunt et abduxerūt, et alia enormia &c.

De domo fracta & prisonario abducto non satisfacto pro redemptione sua.

¶ Si Matild' de C, &c. tunc pone &c. quod sit &c. ad respondendum tam nobis quàm præfatæ M, quare cùm eadem M. nuper quoddam breve nostrum de prohibitione versus prædictū I, ne ipse placitum in curia christianitatis de catallis et debitis, q̄ non sunt de testamento vel mřimonio, seq̄retur, in curia nostra impetrasset, eadéq; M. dictū breve nřm p̄fato I. apud S. liberasset: idem I. recepto brevi dicto nřo, illud ibidem

De quodā brevi de prohibitione liberato in luto projecto & pedibus conculcato.

dem in luto projecit et pedibus suis conculcavit, necnon placitum prædictum secutus est in eadem curia christianitatis, in nostri contemptum, et ipsius M. grave damnum, ac contra pacem nostram. Et habeas &c.

De imprisonamẽto quousq; præstitit juramentum.

¶ Quare vi & armis &c. ipsum in prisona ibidem, quousque corporale sacramentum, quòd ipsos B. C. et D. occasione transgressionis illius non inquietaret, præstitisset, detinuerunt, et alia &c.

De eodem quousq; remisisset actionem.

¶ Et ipsum in prisona ibidem, quousq; omnem actionem, quam versus præfatos B. C. et D. habuit occasione transgressionis prædictæ, eisdem B. C. et D. per scriptum suum remisisset, detinuerunt, et alia enormia &c.

De nativis in cippis positis abductis, & cippis fractis.

¶ Quare cùm idem Robertus S. nativum et fugitivum suum in nido suo apud H, pro eo quod eidem R. non fuit justitiabilis, cepisset, et ipsum ibidem in cippis ad castigandum prout sibi licuit posuisset, prædicti &c. cippos prædictos vi et armis fregerunt, et ipsum R. ceperunt et abduxerunt, at alia enormia &c.

De bladis inundatis, & arboribus radicitus evulsis, & bladis depastis.

¶ Quare vi et armis quoddam fossatum in L. terra et finis in tantum implevit, qd' aqua de fossato prædicto exiens, blada ipsius W. in garbis in horrio suo ibidem existentia superundavit, per quod blada prædicta ad valentiam quadraginta solidorum putrefacta fuerunt, et arbores suas ibidem nuper crescentes ad valentiam quadraginta solidorum radicitus evulserunt et asportaverunt, et blada sua ibidem similiter nuper crescentia ad valentiam quadraginta solidorum cum quibusdam averiis depasti fuerunt, conculcaverunt et consumpserunt &c.

De vino à dolio extracto, & aqua maritima impleto.

¶ Quare vi et armis sexaginta lagenas de quodam dolio vini ipsius W. precii quinque marcarum in navi prædicti I. apud S. posito abinde usque S. ducendo extraxit, et dolium illud aqua maritima implevit, per quod residuum vini prædicti ad valentiam &c. putridum devenit et totaliter deperiit, et alia enormia &c. vel sic, per quod idem A. residium vini illius ad valentiam &c. totaliter amisit &c.

De palis ex trãsverso aquæ positis p quod navis submersa fuit.

¶ Quare &c. in aqua de Ankol', per quam inter Humbr' et Glaumfordbridge navium et batellorum cõmunis est transitus, ex transverso aquæ palos fixit, per qd' quædam navis cum triginta quarteriis brasii ipsius W. submersa fuit, et viginti quarteria brasii pdicti W. precii cẽtum solidorum deperierunt, et alia enormia &c.

De piscaria piscata, & herba falcata, & terra fossa &c.

¶ Quare &c. in libera piscaria ipsius A. apud N. piscatus fuit, et herbam suam ibidem nuper crescentem falcavit, ac in terra sua similiter ibidem fodit, et terram inde projectam, ac herbam prædictam et piscem de præfata piscaria ad valentiam tanti ceperunt et asportaverunt &c.

De domo fracta, arboribus succisis, & aliis catallis asportatis, & averiis de caruca imparcatis.

¶ Quare vi et armis domum ipsius A. apud N. fregit, et arbores suas ibidem nuper crescentes succidit, et in vivariis suis ibidem piscatus fuit, et piscem inde, ac arbores prædictas, necnon alia bona et catalla sua ad valentiam tanti ibidem inventa cepit et asportavit, et averia sua de caruca sua ibidem cepit et imparcavit, et ea tandiu ibidem imparcata detinuit, quòd xl. acræ terræ ejusdem G. per magnum tempus incultæ

incultæ permanserunt, & columbas columbaris sui ibidem cum retibus et aliis ingeniis cepit et asportavit, per quod idem G. volatum columbaris sui prædicti totaliter amisit, et alia &c.

¶ Quare vi & armis clausum ipsius prioris apud L. fregerunt, et blada in garbis, ac fœnum in tassis sua ad valentiam centum solidorum ibidem inventa, cum quibusdam averijs depastus fuit, conculcavit et consumpsit, et alia enormia &c. De clauso fracto & bladis in garbis & fœnis depastis.

¶ Quare vi et armis fœnum ipsius R. ad valentiam decem librarum apud S. inventum cum quibusdam averiis depastus &c. De feno depasto.

¶ Quare vi & armis arundinem ipsius Richardi ad valentiam tanti apud N. nuper crescentem messuit, vel falcavit & asportavit; et alia enormia &c. vel, cum quibusdam averiis &c. De arundine messa & asportata.

¶ Quare vi et armis quendam lapidem molarem ipsius prioris precii quadraginta solidorum apud S. inventũ fregit, et bona et catalla &c. vel quendam molarem ipsius prioris precii &c. fregit &c. De lapide molari fracto.

¶ Quare vi et armis stagnum molendini ipsius Richardi de M. apud R. et S. fregit, per quod aqua de eodem stagno totaliter exivit, ꝑ quod idem R. proficuum molendini sui prædicti ad valentiam centum solidorum amisit, et bona et catalla &c. De stagno molendini fracto, per quod amisit proficuum molendini.

¶ In hoc casu molendinũ fuit situatũ infra metas unius villæ, ad quod cursus aquæ se extendens, incipiebat infra metas duarum villarum quasi in spacio duorum stadiorum à molendino. Causa inde.

¶ Ostensur quare cùm idem Johannes cum præfato B. ad quandam lastam halecis rubei ab eo emendam apud N. barganizasset: prædictus B. sciens halec prædictum putridum et insufficiens, halec illud sanum et sufficiens warrantizando, idem halec præfato I. pro magna pecuniæ summa falsè et fraudulenter ibidem vendidit ad damnum &c. De halece vẽdito.

¶ Quare &c. centum oves ipsius A. apud O. inventas ceperunt et totonderunt, et lanam inde ad valentiam tanti &c. De ovibus tonsis & lana asportata.

¶ Quare vi et armis ipsum A. apud N. cepit, imprisonavit, et maletractavit, et ipsum sic imprisonatum abinde usq; P. duxit, et eum ibidẽ in prisona diu detinuit, et alia enormia &c. De imprisonato in uno loco usque ad aliũ locum ducto & imprisonato.

¶ Quare vi et armis ducentas oves ipsius abbatis apud L. et P. ceperunt, et eas abinde usq; D. fugaverunt, et ibidem imparcaverunt, et eas ibidem sic imparcatas quousq; idem Adulphus finem per quadraginta solidos pro deliberatione &c. De ovibus in uno loco captis & in alium locum fugatis & imparcatis quousque finẽ &c.

¶ Quare vi et armis exclusas ipsius A. ultra fossatum de M. pro salvatione terrarum suarum apud C. erectas, vi et armis fregit, et maeremium inde ad valentiam centum solidorum in minutas partes secuit, ita quòd per fracturam hujusmodi, terræ et prata ejusdem A. ibidem adjacentia inundata fuerunt, et idem A. proficuum terrarum et pratorum prædictorum ad valentiam tanti totaliter amisit, et alia &c. De exclusis fractis, & maeremio in minutas partes secto, & terra inundata.

¶ Quare vi et armis exclusas stagni molendini ipsius Episcopi apud N. et parcum suum ibidem et apud S. fregerunt, et in eo sine licentia De exclusis stagni molẽdini, & parco

fracto, & in separali piscaria piscata.

licentia &c. et arbores suas &c. et in separali piscaria ibidem &c. et piscem inde et arbores prædictas ad valentiam tanti, necnon feras de parco prædicto cepit et asportavit &c.

De cippis in quibus nativus positus fuerit ad justificandū fractis, & nativo abducto.

¶ Quare vi et armis clausum et cippos ipsius abbatis apud Bertoñ, in quibus cippis, Henricus le Smyth nativus suus ꝑ quibusdam inobedientiis suis per ipsum abbatem positus fuit, fregit, et ipsum H. cepit et abduxit, vel quò voluit liberè abire permisit, et alia enormia &c.

De equo percusso ꝑ quod equitans cecidit, & fregit duas de costis.

¶ Quare vi et armis quendā equum suꝑ quem eadē A. equitavit apud N. ꝑcussit, ita quòd eadē A. ꝑ subitum motum equi prædicti ad terrā cecidit, et duæ de costis suis fractæ fuerunt, et alia enormia &c.

De oculo eruto.

¶ Quare vi et armis dexterum oculum ipsius W. apud A. eruit, et alia enormia &c.

Pro custode hospitalis de bonis tempore prædecessoris asportatis.

¶ Si W. de N. custos hospitalis sancti Nicolai de C, vel magister hospitalis, vel prior hospitalis sancti Johannis Hierusalem in Anglia fecerit &c. tūc pone &c. quare vi et armis bona et catalla ejusdem hospitalis ad valentiam centum librarum, tempore I. de C. nuper custodis, magistri, vel, prioris hospitalis prædicti, prædecessoris prædicti nunc custodis, magistri, vel, prioris, apud K. inventa ceperunt et asportaverunt &c.

De eodem pro abbate.

¶ Quare vi et armis bona et catalla domus et ecclesiæ ipsius abbatis de parco Lude, tempore Gilberti Pacok quondam abbatis loci prædicti prædecessoris prædicti nunc abbatis, ad valentiam decem librarum apud F. inventa, cepit et asportavit, et alia enormia ibidem perpetravit, in deteriorationem domus et ecclesiæ prædictarum &c. Et habeas ibi &c.

Aliter de eodē, & nota bene.

¶ Quare vi et armis portas et domos domus et ecclesiæ ipsius abbatis de T, tempore R. quondam abbatis de T. prædecessoris prædicti abbatis apud L. fregit, et blada domus et ecclesiæ prædictarum tempore prædicto ibidem crescentia ad valentiam tanti, cum quibusdam averiis depastus fuit, conculcavit et consumpsit, et bona et catalla earundem domus et ecclesiæ tempore prædicto ad valentiam tanti ibidē inventa, cepit et asportavit, et alia enormia ibidem perpetravit, in deteriorationem domus et ecclesiæ prædictarum, et contra pacem nostram. Et habeas &c.

Aliter de eodē tempore vacationis.

¶ Quare vi et armis bona et catalla domus et ecclesiæ ipsius abbatis de B. tempore vacationis abbatiæ prædictæ, ad valentiam tanti apud L. inventa cepit et asportavit, et alia enormia ibidem perpetravit, in deteriorationem domus et ecclesiæ prædictarum, et contra pacem nostram. Et habeas &c.

De warenna fugata, de bosco ingresso, & pullis esperveriorum captis, & catallis asportatis.

¶ Quare vi et armis liberam warennam ipsius M. apud C. intraverūt, et in ea &c. fugaverunt, et boscum suum similiter ibidem intraverunt, et tres pullos suos esperveriorum precii quadraginta solidorum in eodem bosco nuper nidificantium, et alia bona et catalla sua ad valentiam quadraginta solidorum ibidem inventa, necnon lepores, cuniculos, phasianos et perdices de warenna prædicta ceperunt et asportaverunt &c.

Quare

¶ Quare vi et armis centum oves ipsius A. apud T. inventas cum quibusdam canibus fugavit, canes illos ad mordendas oves prædictas intantum incitando, quòd per fugationem illam et morsus canum prædictorum, oves prædictæ multipliciter deterioratæ fuerunt, et magna pars ovium illarum fœtus abortivos fecit, & in T. servientem suũ &c. per quod &c. et alia enormia &c.

De ovibus fugatis cum canibus, ita quod quædam multipliciter sunt deterioratæ, et quædam fecerunt fœtus abortivos.

¶ Quare vi et armis octo porcos ipsius W. apud C. inventos cum quibusdam canibus fugavit, canes illos ad mordendos porcos prædictos intantum incitando, quod per fugationem illam et morsus canum prædictorum, sex porci de porcis prædictis precii quadraginta solidorum interierunt, et residui multipliciter deteriorati fuerunt, et alia enormia &c.

De porcis fugatis cum canib', ita quòd interierunt.

¶ Quare &c. et malè tractavit, ac quendam canem ipsius D. ad ipsum A. mordendum intantum incitavit, quòd canis ille ipsum A. in tibia sua graviter mordebat, quo quidẽ morsu tibia illa veneno infecta fuit et putrefacta, et alia enormia &c.

De tibia morsa cum cane, unde veneno fuit infecta.

¶ Quare vi et armis quoddam fossatum apud T. per quod quædam aqua decurrit, ibidem terra et fimo intantum implevit, qd' aqua illa de antiquo cursu suo impedita, viginti acras terræ ipsius A. ibidem diversis bladis seminatas inundavit, per quod idem A. proficuum terræ suæ prædictæ totaliter amisit, et alia enormia &c.

De fossato t'ra & fimo impleto per quod terra fuit inundata & amisit proficuum terræ seminatæ.

¶ Quare vi et armis quædam fossata in N. ꝑ salvatione partium adjacentium contra aquarum dulcium inundationem ab antiquo facta, terris et fimis intantum implevit, quòd aqua illa ibidem descendens, triginta acras prati ipsius A. ibidem inundavit, per quod idem A. ꝓficuum prati sui prædicti ad valentiam tanti amisit &c.

Aliter de eodẽ.

¶ Si Johanna executrix testamenti Richardi &c. tunc summoneas &c. P. et M. ostensur̃ quare cùm iidem P. et M. unum molendinum et sex acras terræ cum ꝑtinentiis in N, præfato R. ad terminum qui nondum præteriit dimisissent, et idem R. in testamento suo prædicta molendinum et terram usque ad finem termini prædicti præfatæ executrici, ad executionem testamenti prædicti inde faciendam legasset: prædicti P. et M. post mortem ipsius R, prædicta molendinum et terram durante termino prædicto ingressi, ea præfatæ executrici detinent minus justè, in retardationem executionis testamenti prædicti ut dicit. Et habeas &c.

Quando dimissor ingreditur tenementa post mortem &c. infra terminum, in retardationẽ executionis testamenti &c. Vide istud idẽ breve in v. folio ꝓximo sequenti: & vide ibi causam, quare processus inde, incipit per sum.

¶ Si A. &c. tunc attachies B, ita quòd eum habeas coram nobis &c. ad respondendum præfato A. quare vi et armis C. uxorem ipsius A. apud N. rapuit, et eam cum bonis et catallis ejusdem A. abduxit, et ea adhuc ei detinet, et alia enormia &c. ad grave damnum ipsius A. et contra pacem nostram, et contra formam statuti in hujusmodi casu ꝓvisi. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

De uxore abducta cum bonis viri &c. W.i.cap xiii. & W.ii ca.xxxiiii.

¶ Si A. &c. tunc pone &c. quòd sit &c. ostensurus quare vi et armis C. uxorem ipsius A. apud N. rapuit &c. ut supra.

Aliter de uxore rapta cum bonis viri.

¶ Quare vi et armis averia ipsius A. apud N. cepit, et ea ad loca ignota fugavit, ita quòd averia illa eidem A. secundũ legem et consuetudinẽ

De averiis ad loca ignota fugatis Marlebridge. cap. iii.

regni nr̄i Angl' replegianda inveniri nō potuerūt, et alia enormia &c.

De averiis abductis.

¶ Quare vi et armis averia ipsius A. apud N. inventa absq; causa rationabili cepit et abduxit, et alia enormia &c.

Nota.

✱ Nota q̄ autiel br̄ fuit port an̄ .xxxii. E. iii. termino Hillarii, & le br̄ agard bon, non obstant q̄ le prise de bestes ne fuit mys ē le br̄. Et la cause fuit pur ceo que puit estre que les bestes viendrēt a luy arere, ou autermt que ils furēt a luy liveres : ē ql' cas il ne recovera my la value des bestes, mes ses dāmages pur la torceous prise.

De averiis fugatis de uno comitatu in alium. Marlebridge cap. iii. pœnæ redemptio.

¶ Quare vi et armis averia ipsius A. apud N. in com̄ tuo cepit, & ea abinde usq; P. in com̄ Kanc' fugavit, & ibm̄ imparcavit, & ea ibm̄ sic imparcata adhuc detinet, cōtra legē &c. et cōtra pacē nr̄ā. Et habeas &c.

Ne districtiones fiant extra feodum nec in via regia aut cōmuni strata. Marlebridge cap. xiiii. Pœnæ redēptio per statutū W. i. ca. xvi.

¶ Si A. &c. tunc pone &c. qd' sit corā justitiariis &c. ostensurus quare cum de communi consilio regni nr̄i Angl' ꝓvisum sit, qd' non liceat alicui districtiones facere ex quacunq; causa extra feodū suū, nec in regia via, aut cōmuni strata, nisi nobis et ministris nr̄is : ꝑdictus B. qui minister noster nō est ut dicitur, extra feodū suū apud N, averia ipsius A. contra formā ꝓvisionis prædictæ, vel sic, averia seu bona et catalla ipsius A. in regia via apud N, vel sic, in cōi strata apud N. contra formā ꝓvisionis ꝑdictæ cepit et imparcavit, et ea adhuc imparcata detinet, contra legem et consuetudinem regni nostri Angliæ, et contra pacem nostram. Vel sic, et averia ꝑdicta diu imparcata detinuit, cōtra legem &c. et contra pacem nostram. Et habeas &c. Et averia illa eidē A. interim deliberari facias &c.

Regula.

☞ Et in fine brevis ponatur, & averia illa vel catalla eidem A. interim replegiari facias, si dicatur detinet &c.

Nota.

✱ Nota quod non debet dici in brevi prædicto, specialem authoritatem ad hoc habentibus prout in quibusdam registris invenitur : quia non est in statuto. Nec dicatur simul in uno brevi, regia via & extra feodum suum &c. pur ceo que un briefe fuit abatus per cel encheson anno tertio Edwardi tertii.

Aliter de eodē Marlebridge cap. ii.

Pœnæ redēptio.

¶ Ostensurus quare cum præfatus A. nullum tenementum de eo teneat seu tenere clamat, neq; de feodo suo sit, neq; servitium aliquod ei debeat, nec idē B. ballivus nr̄ sit ut dicitur, ꝑ qd' districtiones aliquas super ipm̄ A. facere possit vel debeat secundū legē &c. ꝑdictus B. extra feodū suū apud N. averia ꝑdicti A. cepit et imparcavit, et ea adhuc imparcata detinet, cōtra legē et cons. regni nr̄i Angl', et contra pacem &c. Et averia illa &c. T. &c. vel sic, averia illa diu imparcata detinuit.

Nota.

✱ Et tunc non dicatur. Et averia &c.

Ne quis distringatur per averia carucarum vel per oves suas.

¶ Ostensur̄ quare cū ad cōmunē utilitatē regni nr̄i Angl' statutum sit, qd' nullus de eodē regno distringat' ꝑ averia carucarū suarum vel per oves suas, ꝑ debito nr̄o aut alieno seu alia quacunq; occasione ꝑ ballivos seu ministros nr̄os aut aliorū, quādiu alia habeat averia, ꝑ quæ rationabilis districtio super ipsum fieri possit ꝑ debitis illis levandis, exceptis duntaxat averiis illis quæ in damno alicujus inventa secundū legē et cons. regni nr̄i Angl'. imparcari contigerit : ꝑdictus B. averia ꝑdicti A. de caruca sua apud N, vel oves ipsius A. apud N. contra formā statuti ꝑdicti cepit et imparcavit, et ea adhuc ibidem imparcata detinet, contra legem &c. et contra pacem nostram. Et habeas &c. Et averia illa eidem A. interim deliberari fac'.

Nota.

✱ Et omittatur ista clausula, si averia deliberentur.

¶ Rex

¶ Rex, ballivis A. de N. ſalutem. Cũ de cõmuni conſilio regni nr̃i Angliæ proviſum ſit, quod non liceat alicui de eodem regno niſi nobis et miniſtris noſtris ſpecialem authoritatem ad hoc habentibus, aliquem per ballivam ſeu poteſtatem ſuam tranſeuntem attachiare, ad reſpondendum alicui ſuper contractibus, cõventionibus, ſeu tranſgreſſionibus aliquibus extra eaſdem ballivam et poteſtatem factis: vobis p̃cipimus quod non attachietis B, ad reſpondendum alicui coram vobis in balliva veſtra ſuper hujuſmodi contractibus, conventionibus, ſeu tranſgreſſionibus, contra formã proviſionis p̃dictæ. Et diſtrictionem &c.

Prohibitio qd' nullus attachiet' ſup contractibus cõventionibus & t'ñs extra ballivam ſeu poteſtatem ſuã factis W. i. cap. xxxiii.

Dãna in duplo ſunt adjudicãda in iſto b'e. viſi pars def. dãs convincat'.

¶ Si A. fecerit &c. pone &c. C. et D. ballivos A. de N, quod ſint coram juſtitiariis &c. oſtenſuri quare cum de communi conſilio regni noſtri Angliæ proviſum ſit &c. uſq; ibi, poteſtatem factis: iidem ballivi p̃dictum B. per ballivam ſuam tranſeuntem, per catalla ſua vel per quendam equum ſuum attachiaverunt, ad reſpondendum coram eis infra ballivã ſuam ſuper hujuſmodi contractibus, conventionibus, et tranſgreſſionibus, contra formam proviſionis prædictæ, et contra prohibitionem noſtram. Et habeas &c. Et catalla, averia, vel equum prædicta ea occaſione capta eidem B. interim deliberari fac' T. &c.

Attachiamentum inde.

¶ Oſtenſur' quare cùm in ſtatuto dudum apud Weſtm̃ ædito inter alia contineatur, quòd nullus capiat equos, boves, plauſtra, carectas, naves, aut batellos, ad cariagia facienda contra voluntatem illius cujus res illæ fuerint: p̃dicti B. et R. vi et armis quandã carectam, et quatuor equos prædicti A. apud N. inventos, contra voluntatem ejuſdem A. ad cariagia facienda ceperunt, et per magnum tempus detinuerunt, et alia enormia &c. ad grave damnum ipſius A, et contra formam ſtatuti prædicti, et contra pacem noſtram. Et habeas &c.

De carectis, equis, bobus, &c. contra formam ſtatuti W. 1. captis ad cariagia facienda.

¶ Si A. et B. executores &c. fecerint &c. tunc pone &c. oſtenſuri quare vi et armis bona et catalla quæ fuerunt prædicti C. ad valentiam decem librarum apud N. inventa, in vita ipſius C. ceperunt et aſportaverunt, contra pacem noſtram. Et habeas ibi nomina plegiorum &c.

De trñs p' executoribus de bonis in vita teſtatoris aſportatis ſuper ſtatutum E. 3. A. 4. cap. 7.

☞ Non dicatur ad grave damnum, nec in retardationem executionis teſtamenti &c. Et fiat breve pro executoribus executorum mutatis mutandis &c.

Regula.

¶ Oſtenſur' quare cum de cõmuni conſilio &c. quod non liceat alicui diſtrictiones facere &c. idẽ B. qui miniſter noſter nõ eſt ut dicitur, averia ac bona et catalla ipſius W. in regia via apud Decles contra formam proviſionis prædictæ cepit, et averia illa imparcavit, et ea ibidem ſic imparcata ac catalla prædicta diu detinuit, contra legem et conſuetudinem regni noſtri Angliæ, & contra pacem noſtram &c.

De averiis & catallis in regia via captis. W. 2. cap.

⁂ Nota quòd anno Edw. filii regis Edwardi decimonono, termino Michaelis petebatur judicium de hòc brevi eò quòd in principio ejuſdem ſupponitur fore factũ ſuper ſtatuto cùm dicitur: Cùm de cõmuni conſilio &c. & in concluſione terminatur ſicut eſſet breve ad communem legem, cùm ſic finitur, contra legem & conſuetudinem &c. ubi cõcluſio proſequeretur & terminaretur juxta formã principii brevis per talia verba, videlicet contra formã proviſionis prædictæ &c. attamen idem breve adjudicatum fuit fore bonum, eò quòd quicquid quod per ſtatutum editum exiſtat, in legem et conſuetudinem redigitur permanſurum.

Nota.

¶ Quare vi et armis quandã maſſam ferri ignitam ſuper talum dextrum ipſius

De maſſã ferri-

rea projecta super talum. ipsius A. apud L. projecit vel posuit, per quod venæ et nervi tibiæ suæ comburebantur, & prædictus I. claudus effectus est, et alia enormia &c. ad damnum ipsius A. decem librarum, & contra pacem nostram. Et habeas &c.

De hærede maritata. ¶ Si Reginaldus Ireys &c. tunc pone &c. W. & R. quòd sint corã justitiariis &c. quare vi et armis Johannam filiam et hæredem prædicti Reginaldi apud I. inventam rapuerunt, maritaverunt, et abduxerunt, et alia enormia &c. vel rapuerunt, abduxerunt, et maritaverunt &c.

De canonico capto & abducto. ¶ Ostensur̃ quare quandam domum infra prioratum prædictum, vel prioratum de P. quæ est parcella ejusdem abbatiæ, in qua frater Nicolaus concanonicus ejusdem abbatiæ pro delicto, in quod contra regulam ordinis sui incidit, positus extitit, juxta dicti ordinis regulam, castigandus, vi et armis fregit, et præfatum N. cepit et abduxit, et alia enormia &c.

Sladw... 4 fo 95. Breve de trñs contra vicecomitẽ ꝓ homine capto ꝑ statutũ mercatoriũ deliberato, non satisfacto de debito. ¶ Rex, coronatoribus &c. salutem. Si A. fecerit vos &c. tunc ponite &c. I. vicecomitem nostrum comitatus prædicti, quòd sit coram justitiariis &c. ostensurus quare R. mercatorem nuper per breve nostrum præfato vicecomiti directum, prætextu cujusdam recognitionis centum solidorum eidem A. per præfatum R. juxta formam statuti dudum apud Acton Burnell æditi factæ captum, et in custodia ipsius vicecomitis apud W. existentem, præfato A. de prædictis centum solidis minimè satisfacto, sine licentia et voluntate ipsius A. libere abire permisit, ad grave damnum ipsius A, et in retardationem executionis recognitionis prædictæ ut dicit. Et habeatis &c.

Nota. ✣ Nota si vicecomes amoveatur, fiat breve alio vicecomiti sic: Si A. &c. pone B. nuper vicecomitem nostrum comitatus prædicti &c.

Quando vicecomes retornat quod non &c ubi morã facit &c. ¶ Rex, coronatoribus &c. ostensuri quare cùm idem A. in parochia vel villa de B. in comitatu prædicto morã continuã faciat, et terras et tenementa ibidem sufficientia habeat per quæ distringi posset, ad reddendum C. computum si quem ei reddere debeat: idem B. prædictum A. maliciosè machinans prægravare, quoddam breve nostrum de computo ad prosecutionem p̃dicti C. versus præfatum A. impetratum, et præfato vicecomiti liberatum sive directum, coram justitiariis nostris de banco retornavit quòd idem A. non fuit inventus, nec aliquid in balliva sua habuit per quod distringi potuit, cujus prætextu idem A. ꝑ breve nostrum de judicio captus et in prisona diu fuit detentus, in ipsius A. dispendium non modicum et gravamen ut dicit. Et habeatis &c.

Regula. ☞ Eodem modo fiat de consimilibus &c.

Contra vicecomitem pro eo quòd imprisonatũ abire permisit, antequam satisfecit regi & parti &c. ¶ Rex, coronatoribus &c. ut supra, salutem &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato A, quare cùm R. nuper de quadam transgressione eidem A. per præfatum Rogerum illata coram K. et G. nuper justitiariis domini E. nuper regis Angl' patris nr̃i, ad trãsgressionem illam audiendam et terminandam assigñ convictus, et prisonæ dicti patris nostri de S. et in custodia prædicti I. tunc vicecomitis ejusdẽ patris nostri comitatus p̃dicti mancipatus fuisset: idem I. non satisfacto dicto patri nr̃o de eo quod ad ipsum pertinuit in hac parte, seu præfato A. de

damnis

damnis sibi coram præfatis justiariis adjudicatis, præfatum R. à prisona prædicta abire permisit, in nostri damnum et retardationem executionis judicii in curia dicti patris nostri redditi, ac ipsius A. dispẽdium non modicum et gravamen. Et habeas &c.

¶ Quare vi et armis clausum ipsius abbatis apud L. fregit, et fratrem W. de L. commonachum &c. in carcerali custodia infra clausum prædictum juxta regulam ordinis sui castigandum detentum, ab eadem custodia extraxerunt et abduxerunt, et alia enormiia &c. De clauso fracto & cõmonacho abducto.

¶ Quare vi et armis bona et catalla nostra ad valentiã &c. et alia enormia ibidem perpetrarunt, in nostri contemptum et grave damnum, et contra pacem nostram &c. De trãsgressione pro rege.

¶ Quare vi et armis fossata et sepes ipsius A. apud Newingtoñ fregit &c. ad damnum &c. De fossatis & sepibus fractis.

¶ Quare &c. in separali solo ipsius R. apud S. fodit, et terram inde ꝓjectã in fossatis suis ibidem projecit, et linũ et canabũ in eisdem fossatis posuit, per quod aqua in eisdẽ fossatis existens ꝑ corruptionem lini et canabi prædictorum adeo infecta devenit, quòd piscis in eisdem fossatis existens ad valentiam &c. interiit, et alia enormia &c. De lino & canabo in fossatis positis, per quod aqua corrupta est.

¶ Quare vi et armis fœnum ipsius I. in prato suo apud S. nuper erectũ ad terram projecit, et fœnum illud ad valentiam tanti cum quibusdam averiis depastus fuit, conculcavit et consumpsit &c. De fœno ꝓstrato & depasto.

¶ Quare vi et armis clausum ac ostia et fenestras domorũ ipsius A. apud F. fregit, ac ostia ac fenestras prædicta in minutas partes secuit &c. De clauso, ostiis, & fenestris fractis.

¶ Ostensur̃ quare vi et armis in ipsum I. &c. et ipsum I. in quandam domum, ad quam pro vita sua salvanda ibidem fugit, insecuti fuerunt, et ipsum inibi per tempus non modicum obsederunt, et ipsum sic obsessum, quousque corporale sacramentum præstitisset, quòd aliquam actionem versus præfatos &c. occasione transgressionis prædictæ, seu alia occasione quacunq; non moveret, detinuerunt, et alia &c. De homine insecuto in domum & inibi obsesso quousque &c.

¶ Rex, vicecomiti Salop salutem. Si Johannes de Chydewynd' chivaler fecerit &c. tunc pone &c. Alanũ de Cherletoñ chivaler et E. de W, quòd sint &c. ostensuri quare vi et armis Johannam consanguineam et hæredem prædicti I. apud Sheyntoñ inventam rapuerunt, abduxerunt, et maritaverunt, et alia enormia &c. Anno decimo quarto. De trãs de hærede rapto & maritato in vita antecessoris cujus hæres est. Co. Litt. 114 b. Co. M. C. [illegible] c. 35.

¶ Rex, vicecomiti Stafford' salutem. Si Thomas le Chapman de S. fecerit &c. tunc pone &c. G. de C, I de G. et Wilhelmum de G. ballivum hundredi nostri de Offelowe, quòd sint &c. ostensuri quare, cum in quodam indictamento super præfatum G, nuper coram dilectis et fidelibus nostris Radulpho Basset et sociis suis tunc justitiariis nostris ad diversas felonias et transgressiones in comitatu prædicto audiendas et terminandas assigñ, facto, idem Thomas ad informandos indictatores prædictos tanquam unus quatuor hominum et præposit' villatæ de S, per præfatos justitiarios oneratus extitisset: prædicti G. I. et W. pro eo quòd idem G. de diversis feloniis de quibus coram eisdem justitiariis indictatus extitit, postmodũ acquietatus fuisset, collusione inter eos prælocuta, præfatũ T. maliciosè prægravare machinantes De imprisonamento, & nota bene.

 chinantes

chinantes, asserentes pdict' Gilbertum quoddam breve nostrum de conspiratione versus præfatum Th. impetrasse cum non impetraverat, et processum inde factum de capiendo corpus præfati Thomæ à te præceptum fuisse cum non fuerat, eundem Thomam apud Stonhole vi et armis ceperunt et imprisonaverunt, et ipsum in prisona ibidem, quousq; finem per sex marcas pro deliberatione sua habenda, cum præfatis G.I.et W.fecisset,detinuerunt, et alia &c.

De trns de averiis captis &c. per quod terra remansit inculta p defectu averiorum.

¶ Si W. de C. &c. pone &c. R. ballivum Edwardi ducis Cornub' et comitis Cestriæ honoris de W.in comitatu prædicto,quòd sit coram justitiariis &c. ostensurus quare cùm idem ballivus prætextu retorni cujusdam brevis nostri,de averiis præfati W.quæ T.cepit et injustè detinuit ut dicebatur replegiand', per K. nuper vicecomitem nostrũ comitatus prædicti facti, averia prædicta eidem W. replegiasset, et præfatum T. ad respondendum E. super hoc præfato W. ad certum diem prout moris est attachiasset, et licet postmodum loquelã illam ad prosecutionem prædicti W. per breve nostrum eidem vicecomiti inde directum coram præfatis justitiariis ex certa causa poni fecerimus placitand': idem tamen ballivus pendente placito coram eisdem justitiariis super captione et detentione prædictis, falsò et absque warranto in curia honoris prædicti retornum averiorum præfato T. per non sectam ipsius W. adjudicavit, et executionem inde fieri fecit, per quod averia prædicta per præfatum Thomam apud B. imparcata, et tamdiu ibidem sine alimento contra legem et consuetudinem regni nostri Angliæ detenta fuerunt, quòd averia illa præcii centũ solidorũ fame interierunt, et centum acræ terræ ipsius W. pro defectu averiorum illorum incultæ remanserunt, per quod idem W. proficuum terræ suæ prædictæ per magnum tempus amisit, et alia enormia &c. in nostri contemptum et curiæ nostræ deceptionem,et ipsius A. damnum non modicum et gravamen ut dicit. Et habeas &c.

Sum. ad respõdendũ, quia retraxit se à curia qñ inquisitio capi debet. Nota breve diligenter.

¶ Rex, vicecomiti Suff. salutem. Si Rogerus Amyel mercator fecerit &c. tunc summoneas &c. Johannem Horald' ballivum M. curiæ suæ mercati de N,quòd sit &c. ostensurus quare cum idem ballivus ad querimoniam prædicti R, W. mercatorem per quædam catalla sua ad respondendum præfato R. in curia pdicta, secundum legem mercatoriã prout moris est in regno nostro Angl' de debito decẽ librarũ,quod idẽ R.à præfato W.exigit,attachiasset,ac in loquela prædicta in eadem curia inter partes prædictas,quæ se in inquisitionem inde posuerunt, intantum processum fuisset: prædictus ballivus pendente coram eo inquisitione prædicta,per collusionem inter ipsum et præfatum Wilhelmum habitam, à curia prædicta maliciosè recessit, et inquisitionem illam capere recusavit,per quod placitum prædictum extitit discontinuatum,idẽmq; ballivus catalla prædicta eidem W, præfato R. de debito pdicto non satisfacto, postmodum liberavit, ad damnum ipsius R. viginti librarum ut dicit. T. custode Angliæ, anno regni Angliæ xvj. et Franciæ tertio,Parnyng cancellar.

De imprisona-

¶ Et ipsum in prisona ibidem quousque idem W. per scriptum suum reversionem

reversionem quatuor viginti acrarum terræ cum pertinentiis in H. quas E. quæ fuit uxor R. tenet ad vitam suam de hæreditate ipsius W. Johannæ quæ fuit uxor Johannis Beck et hæredibus ipsius Johannæ concessisset, detinuerunt &c. Aliter ante.

mento quousq; concesserit reversionem.

¶ Ostensurus quare cùm idem G. decem libras à præfato M. ex mutuo recepisset, et ea de causa quandam recognitionem de viginti libris secundũ formam statuti mercatorii præfato M. fecisset, idemque M. per scriptum suum concessisset, quòd si prædictæ decem libræ ei ad terminum in dicto scripto contentũ persolveretur, prædicta recognitio pro nulla haberetur: idem M. quanquam præfatus G. præfato M. prædictas decem libras ad terminum statutum persolverit, et literas acquietantiæ inde à præfato M. habuerit, literas illas præfato G. apud L. abstulit, et in ipsum G. ibidem insultum fecit et ipsum verberavit &c. ita quod de vita ejus &c. et postea ipsum per breve nostrũ ratione recognitionis prædictæ capi et in prisona nostra, quousq; idem G. p̃fato M. aliam recognitionem de viginti et una libris et dimid' secund' formam statuti prædicti fecisset, necnõ omnimodas actiones et querelas ei relaxasset et remisisset, detineri fecit, et alia enormia &c. ad damnum &c.

De trãs quousq; fecisset quãdam recognitionẽ juxta formã statuti mercatorii, et omnes actiones relaxaverit.

¶ Ostensurus quare cùm idem T. ripas, seweras, et fossata maritima ipsum pro terris et tenemẽtis quæ tenet in S. in partibus Holand' contingentia, pro salvatione earundem partium contra fluxus et impetum maris facta mundare et reparare debeat, ipseq; ac omnes alii tenentes terrarum et tenementorum in eisdem partibus, ripas, seweras, et fossata maritima in sos pro rata portionis tenuræ suæ contingentia, pro salvatione partium prædictarum contra hujusmodi fluxus et impetum maris facere, mundare, et reparare consueverunt: idem Thomas ripas, seweras, et fossata maritima ipsum pro terris et tenementis, quæ tenet in eadem villa, contingentia, facere, mundare, et reparare non curavit, per quod aqua maritima pro defectu mundationis et reparationis riparum, sewerarum, et fossatorum suorum maritimorum, terram ipsius R. in Tost in Holand' diversis bladis seminatã inundavit, et idem R. proficuum terræ suæ prædictæ ad valentiam centum solidorum amisit, et alia enormia &c.

De bladis inũdatis pro defectu reparationis et mũdationis riparum, sewerarum, & fossatorum in Holandia.

Non dicatur in isto brevi nec consimili, contra pacem nostrã pureeoque tile breve fuit abatu termino Trinitatis A. xlv. E. iii. p̃ tile causa.

¶ Rex vicecomiti Canc' salutem. Si A. de P. fecerit &c. tunc pone &c. I. et R. custodes gaolæ Ph. reginæ Angliæ honoris de Medilton in comitatu prædicto, quòd sint &c. ostensuri quare cum idem A. pro arreragiis computi in quibus B. de F. tenebatur, de tempore quo fuit ballivus suus in M. arrestatus, et per auditores computi prædicti gaolæ prædictæ liberatus fuisset, in eadem, quousq; præfato B. de arreragiis p̃dictis satisfecisset, detinendus: p̃dicti I. et R. quoddam par compedũ ferrearum nimiæ strictitatis et immoderati ponderis de novo fabricari fecerunt, et ipsum A. compedibus illis et aliis duabus compedibus ac duab' cathenis ligatum, et insuper in cippis positũ ex præcogitata malicia detinuerunt, et ei vitæ suæ necessaria ministrari p̃ tẽpus non modicum vi et armis impediverunt, ita quòd per severitatem compedum et nimietatem ponderis earundem, tibiæ prædicti A. usque ad ossa

Qñ balliv' nimis durè custodivit imprisonatum pro arreragiis cõputi.

circunquaq; corrosæ extiterunt, et caro et cutis inde aruerunt, per qd' idem A. claudus et impotens ad laborandum perpetuò est effectus, et alia enormia &c. ad damnum ipsius A. centum librarum et contra pacem nostram. Et habeas &c. Pernyng.

21. Cow. 128.

De transgressione de wayf & stray.

¶ Ostensurus quare cùm idem G. in manerio suo de Meldyng habere debeat, ipseque et omnes domini manerii prædicti à tempore quo non extat memoria semper hactenus habere consueverint, omnia animalia quæ dicuntur stray, et omnia bona et catalla que dicuntur wayf infra pcinctum manerii pdicti: pdict' R. et W. duos equos pcii centum solidorum apud B. infra præcinctum manerii prædicti inventos, et ad ipsum G. tanquam stray pertinentes, vi et armis ceperunt et abduxerunt, ac bona et catalla ad valentiam decem librarum, et decem libras in pecunia numerata ibidem similiter inventa, et ea ad eundem G. tanquã wayf pertinentia ceperunt et asportaverunt, et alia enormia &c. vel sic: Quare cùm idem G. dominus manerii de M. existat, ipseq; habeat et habere &c.

Stadu vl. li. 4 fo 95.

De trñs quia platus distringitur per equitaturam. &c.

¶ Si A. prior de K. fecerit &c. ostensurus quare cùm non liceat alicui præfatum magnatem seu aliam personam ecclesiasticam regni nostri, per idem regnum alicubi transeuntem, occasione alicujus contractus seu debiti per equitaturam suam propriam distringere, dum tamen alia averia seu catalla ibidem habeat per quæ rationabilis districtio super ipsum fieri valeat: prædictus B. præfatum priorem p villam de C. nuper transeuntem, occasione cujusdam contractus inter S. quondam priorem de K. prædecessorem prædicti nunc prioris et prædictũ B. dudum facti ut dicitur, per quendam equum palfridum suum, quanquam per alia averia et catalla tunc ibidem rationabilem districtionem super ipsum facere potuisset, distrinxit, et palfridum illum diu maliciosè detinuit, per quod negocia sua prædicta ardua, pro quibus transitum prædictum fecerat, perierunt, et alia enormia &c.

De transgressione pro persona, quia vicecomes distrinxit eum in feodo ecclesiæ cõtra formam articulorum.

¶ Si A. persona ecclesiæ de C. fecerit &c. tunc pone &c. T. vic' nostrũ comitatus prædicti, & C. subvic' nostrum ejusdem comitatus, quòd sint &c. ostensuri quare cùm in articulis clero regni nostri Angliæ per dominum E. nuper regem Angliæ patrem nostrum concessis, inter alia contineatur, ne ministri nostri ut vicecomites aut alii, capiant animalia rectorum ecclesiarum vel personarum ecclesiasticarum pro districtionibus aliquibus in via regia, nec in feodis de quibus ecclesiæ illæ olim fuerunt dotatæ: prædicti vic' et subvic' averia prædicti A. apud N. in feodo ipsius A. ecclesiæ suæ prædictæ, de quo eadem ecclesia olim dotata fuit, ceperunt, & ea abinde usq; S. duxerunt & ibidẽ imparcaverũt, & ea imparcata ibidem diu detinuerunt contra legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, & contra formam articulorum prædictorum, & contra pacem nostram. Et habeas &c.

De rescussu nativi capti per præbendarium.

¶ Rex vicecomiti salutem. Si I. de F. præbendarius præbendæ de T. in ecclesia beatæ Mariæ de S. fecerit &c. tunc pone &c. W. de B. quòd sit coram &c. ostensurus quare cùm idem Johãnes de F. per R. de M. servientem suum, S. de M. nativũ & fugitivum ipsius I. de F. apud N. capi fecisset:

fecisset: idem W. de B. ipsum S. de M. apud dictam villam de N. vi et armis rescussit, et ipsum S. de M. abinde quò voluerit abire permisit, et in ipsum R. et M. ibidē insultum fecit, et ipsum verberavit &c. per quod &c. eorundem nativi et servientes &c.

¶ Rex vicecomiti salutē. Si abbas de C. fecerit &c. tunc pone &c. R. de B. quod sit coram justitiariis nostris apud Westm̄ &c. ostensurus quare cùm idem abbas per cartas progenitorum nostrorum quondam regum Angliæ et confirmationem nostram, teneat hundredū de B. liberum et quietum de omnibus rebus ad nos de prædicto hundredo pertinentibus, ipséq; et pdecessores sui abbates loci illius à tempore confectionis cartarū et confirmationis pdictarū semper hactenus habuerunt catalla felonū, fugitivorū, et damnatorū infra idē hundredū: pdictus R. de B. triginta libras in pecunia numerata de bonis quæ fuerunt A. de B. qui pro felonia, quam fecit ad ecclesiam de N. infra pdictum hundredum, regnū nr̄m Angliæ abjuravit, apud E. infra præcinctum dicti hundredi inventas vi et armis cepit et asportavit, et alia enormia &c. De catallis felonum captis & asportatis.

¶ Rex vic' salutē. Si A. de B. fecerit te secur̄. &c. tunc pone &c. R. de F. ballivum prioris de B. quòd sit &c. ubicunq; &c. ostensurus quare cum idem A. homo abbatis Gastoñ proprius sit, ipséq; A. sicut et cæteri homines ejusdem abbatis proprii per cartas progenitorum nostrorū quōdam regum Angl', quietus sit et esse debeat à præstatione theolonii per totum regnum et potestatem nostram, ac pro eo qd' idem R. ipsum A. cum bonis et rebus suis ad pdictā villam de B. venientem ad hujusmodi theolonium ibidem de bonis et rebus suis prædictis eidem R. præstand', graviter distrinxit, eidem ballivo pluries præceperimus quòd ipsum A. ac cæteros homines ipsius abbatis pprios de hujusmodi theolonio sibi in villa prædicta pstand' quietos esse permitteret, juxta tenorem cartarum prædictarum, vel causam nobis significaret quare mādatis nostris aliàs ei inde directis parere contempsit: idem ballivus spretis mandatis nostris prædictis, ipsum A. de theolonio ei in dicta villa de B. præstando quietū esse permittere, vel causam, quare id facere minimè debuit nobis significare hactenus non curavit, in nostri ac mandatorum nostrorum pdictorum contemptum manifestum, et ipsius A. damnum non modicum et gravamen. Et habeas ibi &c. T. &c. Attachiamentum.

¶ Si T. episcopus E. fecerit te. &c. tunc pone &c. G. de M. &c. ostensurus quare vi et armis arbores ecclesiæ ipsius episcopi sanctæ Etheldredæ de Ely tempore vacationis episcopatus Elieñ apud Radingtoñ crescētes ad valentiā viginti libr. succidit et asportavit, et alia enormia ibidem perpetravit, in deteriorationem ecclesiæ ipsius episcopi, et contra pacem nostram. Et habeas ibi &c. De transgressione tempore vacationis.

¶ Rex vicecomiti &c. salutem. Si W. de H. fecerit te &c. tunc attachies W. de R. ita quòd eum habeas coram justitiariis &c. ad respondend' tam nobis quam præfato W. de H. quare cùm per dominum E. nuper regem Angl', pgenitorem nr̄m et consiliū suū p cōi utilitate ejusdem regni ordinatū sit, qd' quilibet homo et fœmina dicti regni nostri cujuscunq; conditionis fuerit liberæ vel servilis, potēs in corpore et Breve de ordinatione de operariis & servientibus.

infra ætatem sexaginta annorũ, non vivens de mercatura, nec certũ exercens artificium, nec habens de suo proprio unde vivere, vel terram ꝓpriam circa cujus culturã se poterit occupare, et alteri non serviens, si de serviendo in servitio congruo considerato statu suo, fuerit requisitus, servire teneatur illi qui ipsum sic duxerit requirend', et percipiat duntaxat vadia, liberationes, mercedes, seu salaria, quæ in locis, ubi servire debeat, consueta sunt ꝓstari, anno regni dicti ꝓgenitoris nostri vicesimo vel annis cõmunib' quinq; vel sex proximis præcedentib', et si talis vir vel mulier, qui vel quæ sic de serviendo requisitus vel requisita hoc facere noluerit, statim capiatur et mittatur proximæ gaolæ, et ibidem subarcta moretur custodia, quousq; securitatem invenerit de serviendo in forma ꝓdicta: idem W. de R. de conditionibus hujusmodi existens, quanquam ipse ad serviendum eidem W. de H. pro salario statui suo competenti dictis annis communibus præcedentibus consueto sepius requisitus fuerit, penitus servire recusavit, in nostri contemptũ, et ipsius W. de H. grave damnum, et contra formam ordinationis prædictæ. Et habeas ibi hoc breve. T. &c. Breve de ordinatione.

De eodem qd' serviens nõ recedet à villa in æstate, ubi servivit in hyeme.

¶ Rex, vicecomiti Cornub' salutem. Si W. Cryek fecerit te securũ &c. tunc pone &c. Johannem Squyrell quòd sit &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato Wilhelmo, quare cùm per nos et consilium nostrum pro communi utilitate regni nostri Angliæ statutum sit, quòd nullus serviens cujuscunq; status fuerit seu conditionis, extra villam, ubi moratur in hyeme, ad serviendum alibi, si servitium in eadem villa invenire possit, sub pœna imprisonamenti eat, excepto quòd homines de comitatu Staff. Lancastr, et Derb', et de Marchia Walliæ tempore Augusti, ad laborandum in aliis comitatibus venire, et salvo ꝓut ipsi hactenus facere consueverunt, redire possint: præfatus Johannes in servitio ipsius Wilhelmi apud Fawy in hyeme nuper retentus, præfato Wilhelmo seu alicui alio in villa prædicta in æstate tunc sequente, quanquam ipse ad serviendum in eadem villa pro salario competenti sæpius requisitus fuerit, servire recusavit, in nostri contemptum et ipsius W. grave damnum, et contra formam statuti prædicti. Et habeas ibi nomina pleg' et hoc breve. T. &c.

De diversis trãsgressionib'.

¶ Rex vicecomiti Bed' salutem. Si I. de G. fecerit &c. tunc pone &c. P. de K. quòd sit &c. ostensurus quare vi et armis clausum et domos et sepes ipsius I. apud M. fregit, et stipites arborũ suarum ibidem radicitus evulsit, et stipites illos, ac buscam de sepibus prædictis ad valentiã xl. librarum cepit et asportavit, et blada et herbam sua ibidem nuper crescentia, ac poma ac pira sua ibidẽ existentia ad valentiã quadraginta solidorum cum quibusdam averiis depastus fuit, conculcavit et consumpsit, et quoddam fossatum ibidem, per quod quædã aqua juxta terram et pratum ipsius I. currere solebat et deberet, terra, fimis, et lapidibus intantum implevit, quòd aqua prædicta super inundavit, et idem I. proficuum terræ & prati prædictorum per magnum tempus amisit, et alia enormia intulit &c.

De transgressione de in-

¶ Rex vicecomiti Lincolñ salutem. Si A. de M. fecerit &c. tunc pone &c.

&c. R. de W. &c. ostensurus quare vi & armis aggregatis sibi quampluribus malefactoribus, per diversas vices ad ipsum A. interficiend' insidias apud Lincolñ fecit, ꝑ quod idē A. alicubi ad commodum & negocia sua facienda absque magno posse incedere non audebat, sicq; laboribus & expensis occasione prædicta multipliciter fatigatus existit & depressus, et alia enormia ei intulit ad damnum. &c. — fidiis ad interficiendum.

¶ Si I. et I. uxor ejus fecerint te &c. tūc pone &c. I. quòd sit &c. ostensurus quare cùm idem I. in servitio ipsorum I. et I. apud T. extitit, ex præcogitata malicia venenum in cibos ipsius I. occultè et proditionaliter posuit, per quod eadem I. tam gravi infirmitate postmodum detinebatur, quòd de vita ejus desperabatur, et alia enormia &c. ad grave damnum ipsorum I. et I. ut dicit. Et habeas ibi &c. — De veneno in cibos posito.

¶ Ostensurus quare vi et armis quandam navē ipsius N. diversis bonis et mercandisis suis apud S. carcatam, ac bona et mercimonia prædicta in feria ibidem venditioni exponend', ad mercandisandū de eisdem et commodum suum inde in eadem feria faciendum ibidem arrestavit, et navem illam cum bonis et mercandisis prædictis durante feria prædicta sub arresto detinuit, per quod idem N. commodum suū et lucrum, quæ de bonis et mercandisis suis prædictis in feria prædicta percipere potuit, totaliter amisit, et alia &c. ad damnum ipsius N. xx. li. et contra pacem &c. — De mercimoniis arrestatis quousque amiserit ꝓficuū nundinarum.

¶ Quare vi et armis averia ipsius A. apud H. cepit, et ea ad loca ignota fugavit ita quòd averia illa eidem A. secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ repleg' inveniri non potuerunt &c. — De averiis ad loca ignota fugatis.

¶ Ostensurus quare vi et armis ipsum Anthonium apud N. cepit, imprisonavit, et male tractavit, et ipsum sic in prisona ibidem, quousque quandam acquietantiam de viginti libris, in quibus idem B. præfato Anthonio tenebatur, eidem B. fecisset, detinuit &c. — De imprisonato quousque fecit acquietantiam.

¶ Quousq; quandam acquietantiam generalem de quibusdam transgressionibus, debitis &c. eidē B. fecisset, detinuit, et alia enormia &c. — Aliter.

¶ Ostensurus quare &c. in A. servientem ipsius W. vel in homines et servientes ipsius W. apud N. insultum fecisset, & ipsos verberavit &c. per quod &c. amisit et alia enormia &c. ad damnum &c. decem librarum &c. — De serviente verberato.

¶ Quare &c. clausum ipsius A. apud N. fregit, & in eo sine licentia & voluntate sua fugavit, & tot cuniculos suos precii &c. ibidē cepit &c. — De clauso fracto, & cuniculis asportatis.

¶ Quare quendam bovem et quandam vaccā ipsius A. apud N. absq; causa rationabili arrestavit, et ea sic sub arresto ibidem diu detinuit, contra legem et consuetudinem regni nostri Angliæ et contra pacem nostram. Vel sic, diu detinuit, per quod terra ipsius A. ibidem inculta remansit, ad damnum &c. — De bove & vacca arrestata per quod terra remansit inculta.

¶ Quare clausum et domos &c. fregit et maeremiū de domibus prædictis, ac alia bona et catalla sua ad valentiam tanti ibidem inventa cepit & asportavit &c. — De clauso & domibus fractis.

¶ Si

Pro administratoribus de bonis asportatis post morté testatoris.

¶ Si A. et B. administratores bonorũ & catallorũ quæ fuerunt C. de K. qui obiit intestatus ut dicitur, fecerint te secur̃ de clamore suo prosequendo &c. ostensuri quare vi et armis bona et catalla quæ fuerunt prædicti C. ad valentiam centum solidorum sub custodia ipsorum administratorũ apud K. inventa cepit et asportavit, et alia enormia ei intulit, in retardationem administrationis bonorum et catallorũ prædictorũ et contra pacem nostram. Et habeas ibi &c. T. &c.

Nota.

✲ Nota en cas que ie lesse terres à un hōe à terme des ans, le quel devise son t̃me en son lit morant à ses executors, & le lessour immediate apres son deces entra la terre, & les bestes deins troves prent & enchace, del quel chose, si les executors portent briefe de trespas, lour briefe dirra, pone per vadium ut patet antea &c. Et si le lessour entra la terre soulement sans prender nul chateux : lour briefe dirra, summoneas per bonos summonitores &c. ut hic patet.

De tenemento ingresso post mortem testatoris infra terminum.

¶ Si A. executrix testamenti B. fecerit &c. tunc sum̃ &c. C. &c. ostensurus quare cùm idẽ C. unũ molendinũ et sex acras terræ cum ꝑtiñ in N. præfato B. ad terminũ qui nondũ præteriit dimisisset, & idem B. in testamento suo prædicta molendinũ et terrã usq; ad finẽ termini præd' præfatæ executrici ad executionem testamenti prædicti inde faciendã legasset : prædictus C. post mortem ejusdem B. prædicta molendinum et terram durante termino prædicto ingressus, ea præfatæ executrici detinet minùs justè, in retardationem exec' testamenti prædicti ut dicit. Et habeas ibi summ̃ &c.

De bladis & fœno.

¶ Quare blada &c. messuit, et herbam &c. falcavit, et fœnum inde ꝓveniens ac blada prædicta ad valentiam &c. cepit et asportavit &c. vel depastus fuit &c.

De bladis tantum.

¶ Quare blada ipsius A. apud N. ad valentiam &c. vel blada ipsius A. in garbis existentia ad valentiã &c. cum quibusdam averiis &c.

De fœno in tassis.

¶ Quare fœnum in tassis ipsius A. apud N. cum averiis ad val' &c.

De pomis & piris depastis.

¶ Quare poma et pira ipsius A. ad valentiam centum solidorum apud N. cum averiis &c.

De navi abducta & bonis asportatis.

¶ Quare quandam navem ipsius A. precii centum solidorum apud N. inventam, cum bonis et catallis suis ad valentiam centum solidorũ in eadem navi existentibus, cepit et abduxit &c.

De tot florenis.

¶ Quare tot Florenos auri ipsius A. precii tanti apud N. inventos cepit et asportavit &c.

De domo fracta & prisone de guerra capto & abducto.

¶ Quare domum ipsius W. apud A, in qua idem W. quendam H. scotum per ipsum W. de guerra captum, tanquam prisonem suum, quousque sibi de centum libris, per quas idem H. redemptionem suã cum præfato A. pro vita sua salvanda fecerat, satisfactum foret, detinuit, fregit, et ipsum H. cepit et abduxit, vel quò voluit abire permisit, et alia enormia &c.

De wrecto.

¶ Ostensurus quare cum idem Thomas dominus manerii de Eston Bavent existat, et ibidem habere debeat, ipséq; et antecessores seu domini manerii prædicti à tempore quo non existat memoria hucusque habere consueverunt, wrectũ maris infra præcinctum manerii prædicti : prædicti Joceus et Robertus, bona et catalla ad valentiam centum

centum solidorum apud S. infra præcinctum ejusdem manerii ad terram projecta, & ad ipsum Thomam tanquam wrectum ptinere deberent, vi & armis ceperunt & asportaverunt &c. vel sic, decem libras in pecunia &c. vel, quare cùm p cartam &c. habere debeat &c.

¶ Ostensurus quare cùm idem prior per cartas progenitorum nostrorum quondam regum Angliæ, & confirmationem &c. habere debeat theolonium de rebus venalibus ad villam de S. venientibus, vel infra villam de S: iidem I. & S. in Radulphum Gryme servientem ipsius prioris per ipsum ad hujusmodi theolonium in villa prædicta colligendum deputatum, vi & armis insultum fecerunt, & ipsum, quominus hujusmodi theolonium ibidem colligere et percipere potuit, impediverunt, et quædam catalla per ipsum Radulphum pro hujusmodi theolonio nomine districtionis ibidem capta et attachiata, eidē Radulpho abstulerunt, per quod idem prior proficuum de hujusmodi theolonio proveniens per magnum tempus amisit, et alia enormia &c. ad damnum &c. De theolonio.

¶ Ostensurus quare cùm idem Egidius p cartas pgenitorum nostrorū quondam regum Angliæ, habere debeat singulis annis unam feriam in villa sua de H. cum omnibus pficuis ad feriam illā spectantibus: iidem I. et R. in homines et servientes ipsius A. p ipsum ad theolonium et alia pficua in feria prædicta colligendum deputatos, quominus hujusmodi theolonium colligere & pcipere potuerunt, vi et armis impediverunt, per quod idem E. pficuum feriæ suæ prædictæ, necnon servitiū eorundem hominum et servientium suorum prædictorum p magnum tempus amiserit, et alia enormia &c. De feria quare impedivit.

☞ Sic fiat de mercata singulis septimanis. Regula.

¶ Si priorissa de T. &c. pone E. &c. ostensurus quare cùm eadem priorissa quandam faldam apud F. simul cum prædicto E. ac Matheo de B. habere debeat, ipsaq; priorissa et ejus prædecessores hujusmodi faldā ibidem cum prædictis E. et M. et eorum antecessoribus à tempore quo non extat memoria semper hucusque habere consueverint: prædictus E. claias et palos ipsius priorissæ, in falda eorundem priorissæ, E, et M, apud dictam villam de F. nuper erecta, positos, vi et armis fregit, et ipsam priorissam quominus claias et palos in falda illa prout ad ipsam pertinuit ponere, vel aliquod commodum de falda illa pcipere potuit impedivit, et alia enormia &c. De falda libera vi & armis fracta priorissa.

¶ Ostensurus quare cùm idem A. per cartam domini H. quondam &c. habeat et habere debeat, idemq; A. et antecessores sui semper hactenus à tempore confectionis cartæ prædictæ habere consueverint quādam feriam apud manerium suum de B. per tres dies duraturam, videlicet in vigilia, die, et in crastino sancti Michaelis archangeli, cum omnibus proficuis ad hujusmodi feriam spectantibus sive pertinentibus: iidem B. et C. cum non modico armatorum numero ad feriam illam vi et armis accedentes, in homines et servientes ipsius A. ad theolonium et alia proficua feriæ prædictæ colligendum per ipsum assignatos ibidem insultū fecerunt, et ipsos verberaverunt &c. et ipsos, Aliter de feria p cartam &c. concessa.

quominus theolonium & proficua pdicta colligere potuerunt, impedi-verunt, p quod idē A. servitium &c. p magnum tempus, & pficuum feriæ pdictæ totaliter amisit, & alia enormia &c.

Nota. * Alia conclusio supra.

Sladen v. Li.4.f.94. De visu franciplegii.

¶ Rex ballivis Ph' reginæ Angl' honoris de T. in comitatu Notingh. salutem. Ex parte dilecti & fidelis nostri R. de C. nobis est ostensum, quòd cum ipse dominus manerii de L. existat et ibidem habere debeat, ipseque & antec' sui domini manerii prædicti, à tempore quo non extat memoria, semper hactenus habere consueverunt visum franciplegii cum omnibus ad hujusmodi visum spectantibus, de omnibus hominibus & tenentibus manerii prædicti: vos nihilominus homines et tenentes ipsius R. de manerio prædicto, ad veniendum ad visum franciplegii in curia honoris pdicti in comitatu pdicto singulis annis post festa sancti Michaelis & Paschæ, ad psentandum ibidem ea quæ in curia ipsius Radulphi visus sui pd' psentari deberent, graviter distringitis jam de novo, & ipsos ea occasione multipliciter inquietatis minùs justè, in ipsorū hominū & tenentium grave damnum, & ipsius R. exhæredationis periculum manifestum, & aliter quàm retroactis temporibus fieri consuevit. Et quia eidem R. aut hominibus seu tenētibus suis prædictis injuriari nolumus in hac parte: vobis præcipimus quòd si ita est, tunc ipsum R. visum suum prædictum cum omnibus ad visum hujusmodi spectantibus de hominibus & tenentibus suis pdictis absq; impedimento habere pmittatis, put ipse visum hujusmodi habere debet, & ipse & antecessores sui domini manerii pdicti visum illū à tempore prædicto hucusque rationabiliter habere consueverunt, præfatos homines et tenentes ad veniendum ad visum franciplegii in curia honoris pdicti, ad præsentationes ibidem faciendas de iis quæ in curia ipsius Radulphi pdicta præsentand' existunt nullatenus distringentes, aliter quàm retroactis temporibus fieri consuevit. Et districtionem &c. fac' eisdem. T. &c.

De gurgite fracto.

¶ Rex, vic' Notingh' salutē. Si Thomas de S. psona ecclesiæ de B. fecerit &c. tunc pone &c. R. de T. qd' sit &c. ostensurus quare cùm idem T. habere debeat, ipseq; & pdecessores sui psonæ ecclesiæ pd', à tempore quo non extat memoria semper hactenus habere consueverint, quendā gurgitem in aqua de Wythum in Bekyngham, ita quòd in eadē aqua inter gurgitē ipsius Thomæ & gurgitem Gerardi de Ousefleet & Margaretæ de Aylefford' dominorum manerii de Holmpyne, nullus aliquē gurgitem levare, palos seu claias figere, aut retia aliqua p pisce inibi capiendo ponere debeat seu consueverit aliquibus temporibus retroactis: idem Richardus claias & palos inter gurgites prædictorum Thomæ & Gerardi & Margaretæ in eadem aqua fixit, & retia p pisce inibi capiendo posuit, & ibidē piscatus fuit, & piscem inde cepit & asportavit, p quod idem Thomas pficuū gurgitis sui pdicti ad valentiam centum solidorum amisit, & alia enormia &c. Et habeas ibi &c. Añ Angliæ xv. & Franc' secundo.

De trñs pro

¶ Ostensurus quare cùm idem A. executionem omniū breviū nostrorū

necnon

necnon districtiones et omnia attachiamenta infra honorē de I. emergentia ꝑ ballivos suos honoris ꝑdicti facere debeat, ita quòd aliquis &c. idémq; Hugo et alii honorē illū hucusq; tenentes hujusmodi exec' et à tempore quo &c. facere cōsueverunt: idem A. quædā averia R. apud S. infra honorem ꝑdictum inventa, pro tali re nomine districtionis cepit, et exinde usq; L. extra honorem illum fugavit et imparcavit, et alia &c. ad grave &c. et læsionem libertatis suæ prædictæ &c. illo qui habet returnum omniū breviū infra honorē &c.

¶ Si A. &c. pone B. &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato A, quare B, C. tanquam excōmunicatum et claves ecclesiæ contemnentem, propter suam manifestam contumaciam, de mandato nostro in custodia ipsius A. ad gaolam castri nostri Oxoñ per vic' nostrum comitatus ꝑdicti deputatum, in eadem gaola detentum, vi et armis cepit et abduxit, et alia &c. intulit, in nostri contemptum, et ipsius A. grave damnum, ac contra pacem nostram. Et habeas ibi &c. De excōmunicato capto & abducto.

¶ Ostensurus quare vi et armis postes et palos in minera ipsius A. apud N. positos, ad supportandum mineram prædictam maliciosè fregerunt, per quod dicta minera cecidit, et idem A. proficuum mineræ suæ prædictæ totaliter amisit, et carbones maritimos in eadem minera projectos, ad valentiam centum solidorum cepit et asportavit, et alia enormia &c. De postibus & palis fractis.

¶ Rex, vicecomitibus Londoñ salutem. Præcipimus vobis quòd attachietis H, ita quòd eum habeatis coram nobis in cancellaria nostra in crastino sancti Martini ubicunque tunc fuerit, ad respondendum tam nobis quàm præfato B. de C. uni clericorum nostrorum de cancellaria prædicta, de quadam transgressione eidem B. per præfatum H. illata ut dicitur, et ad faciendum et recipiendum &c. De veniēdo in cancellariā pro trās clerico cācellariæ facta.

✱ Et factum fuit inde sicut aliàs, cum clausula (vel causam &c.) Nota.

¶ Quare vi &c. averia carucarum tenentium ipsius I. apud W. inventa, absque causa rationabili per diversas vices cepit & imparcavit, et ea diu imparcata detinuit, non permittens ea secundum legem et consuetudinem &c. Angl' repleg', et tenentibus illis tantas minas imposuit, et eos tantis injuriis et gravaminibus affecit, quòd à tenura ipsius I. totaliter recesser̄, idémq; Johannes alios tenentes ad inhabitand' tenementa sua prædicta per magnum tempus amisit, et alia enormia &c. ad damnum ipsius I. l. marcarum &c. T. &c. Quando tenētes non audent morari super tenuras suis.

¶ Rex, vicecomiti Midd' salutem. Si A. fecerit &c. tunc pone &c. ostensurus quare cùm secundum legem et consuetudinem regni nostri Angl', hospitatores qui hospitia communia tenent ad hospitandum homines per partes ubi hujusmodi hospitia existunt transeuntes et in eisdem hospitantes, eorum bona et catalla infra hospitia illa existentia, absq; subtractione seu amissione custodire die ac nocte teneantur, ita quòd pro defectu dictorum hospitatorū seu servientiū suorū, hujusmodi hospitibus damna non eveniant ullo modo: quidam malefactores quadraginta solidos de denariis ipsius A. in pecunia numerata in hospitio ipsius B. apud N. hospitati inventos, in defectu ipsius B. et servientium suorum prædictorum ceperunt & asportaverunt, & Quod hospitatores teneātur custodire bona hospitantium. Autiel bř fuit port A. 42. E. 3. termino Pasche. et nota idē placitum quia bonum est et valde utile. H Com. 129.

alia enormia &c. ad grave damnum ipsius A, et contra legem et consuetudinem supradictas. Et habeas,&c. T.&c.

De guttura fracta.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit &c. tunc pone &c. ostensurus quare cùm idem B. quandã gutturã inter domum suam et domum pfati A. apud R. reparare et sustentare debeat, ipse et omnes alii domum ipsius B. tenẽtes à tempore cujus cõtrarii memoria nõ existit, gutturã illã per magnũ tempus reparare et sustentare non curavit, ꝑ quod maeremium et parietes dictæ domus ipsius A. per pluviã descendentem putrid' devener' ad damnũ ipsius L. centũ librarũ ut dicit. Et habeas &c.

De columbari.

¶ Quare columbare ipsius A. apud N. fregit, et columbas suas in eodem columbari inventas maliciosè interfecit, per quod idem A. volatum columbaris sui prædicti totaliter amisit &c.

Breve de trñs diversis.

¶ Ostensurus quare &c. clausum et domos ipsius T. apud S. fregerunt, et in separali piscaria sua ibidẽ piscati fuerunt, et piscem inde, ac alia bona et catalla sua ad valentiã decem librarum ibidem inventa ceperunt et asportaverunt, et eidem T. ac hominibus et servientibus suis in tantum cõminati fuerunt, quòd idem T. ad propria propter metum mortis venire nõ audebat, nec aliquos servientes ad deserviendum sibi propter hujusmodi minas invenire potuit, per quod terra ipsius T. inculta, et alia negocia sua ibidem infecta remanserunt: per quod idem T. proficuum terræ suæ prædictæ totaliter amisit, et alia enormia &c.

De minera fossa & carbonib' asportatis

¶ Quare in minera ipsius A. apud N. fodit, et carbones inde ꝓjectos ad valentiã &c. ceperũt et asportaverũt, et in homines et servientes &c.

De certiorando de morte hominis.

¶ Rex, dilecto et fideli suo W. de Fynchedeñ salutem. Cùm A. de B. et C. de D, nuper coram Wilhelmo Polyng tunc senescallo Richardi comitis Arundell' in comitatu Surr̃ de quibusdã feloniis indictati, et inde corã vobis et sociis vestris justitiariis nostris ad gaolam castri nostri de Guldeforde deliberand' assignatis allocuti, per inquisitionem in quam inde se posuerunt, convicti, et loci diocesano juxta privilegium clericale deliberati fuissent ut accepimus: nos volentes certis de causis super tenore indictamentorum pdictorum ac recordi et processus coram vobis in hac parte habitorum certiorari, vobis mandamus quod nos inde in cancellaria nostra sub sigillo vestro distinctè et apertè sine dilatione reddatis certiores: hoc breve nobis remittentes. T.&c.

Aliter.

¶ Rex, Thes. et camerar̃ suis salutem. Cùm Johannes de B. de morte G. de R. unde rectatus fuit, coram T. de I. et A. de W. justitiariis nostris ad gaolam nostram Lincolñ, anno regni nostri Angliæ tricesimo octavo deliberandam assignatis, allocutus extiterit, et per inquisitionem in quam se posuit ibidem compertum fuisset, quòd prædictus I. de morte prædicti G. in nullo fuit culpabilis: nos volentes super recordo et processu inquisitionis prædictæ certiorari, vobis mandamus quòd scrutatis rotulis prædictorum justitiariorum de anno prædicto, qui sunt in thesauraria nostra sub custodia vestra ut dicitur, recordum et processum inquisitionis prædictæ cum omnibus eam tangentibus, nobis in cancellaria nostra sub sigillo scaccarii nostri distinctè et apertè sine dilatione mittatis, et hoc breve. T.&c.

¶ Ostensurus quare vi et armis ipsum A, quo minus liberum ingressum ad mansum rectoriæ ecclesiæ suæ prædictæ et egressum ab eodem habere, et decimas suas garbarum ad mansum suum prædictum per viam, per quam idem A. et prædecessores sui decimas suas cariare consueverunt, et per quam parochiani ecclesiæ prædictæ cariari faciunt, impedit jam de novo, et in homines et servientes &c. Pro persona quando impeditur cariare decimas.

¶ Quare vi et armis quandam navem ipsius A. diversis bonis et mercandisis suis apud S. carcatam, ad bona et mercimonia prædicta in feria ibidem venditioni exponenda, ad mercandum de eisdem, et commodum suum inde faciendum in eadem feria ibidem arrestavit, et navem illam cum bonis et mercandisis suis prædictis durante feria prædicta sub arresto detinuit, per quod idem A. cōmodum suum et lucrū, quæ de bonis et mercandisis suis prædictis in feria illa percipere potuit, totaliter amisit, et alia enormia &c. ad damnum &c. viginti librarum, et contra pacem nostram &c. De navi cū bonis arrestatis per quod amisit proficuū feriæ.

¶ Quare haias ipsius A. apud N. nuper crescentes, ac sepes suas ibidem fregit, et haias illas, ac buscam de sepibus prædictis ad val' &c. cepit et asportavit &c. De haiis succisis & sepibus fractis.

¶ Quare haias &c. succidit, et sepes suas ibidem fregit, et haias &c. ut supra. Aliter.

¶ Quare linum et canabum in quibusdam stagnis vel fossatis apud W. posuit, ita quòd per positionem et corruptionem lini et canabi prædictorum, aqua de eisdem stagnis sive fossatis proveniens, et in vivaria ipsius A. ibidem descendens in tantum infecta fuit, quòd per infectionem aquæ illius, piscis in eisdem vivariis tunc existens ad val' &c. totaliter interiit, et alia enormia &c. De lino & canabo positis in fossatis.

¶ Quare linum et canabum in vivaria &c. posuit &c. ita &c. piscis &c. Aliter.

¶ Quare in quarrera ipsius A. apud N. fodit, et petras inde ad valentiam &c. cepit et asportavit &c. De quarrera &c. & petris &c.

¶ Rex vicecomiti Hunt' salutem. Si T. de N. subescaetor noster in comitatu North' fecerit te securū de clamore suo prosequēdo: tunc pone &c. B. de H. &c. ad respondendum tam nobis &c. quare cùm secundum legem et consuetudinē regni nostri Angliæ hospitatores, qui hospitia cōmunia tenent ad hospitandum homines, per partes ubi hujusmodi hospitia existunt, transeuntes, et in eisdem hospitantes, eorum bona et catalla infra hospitia illa existentia absq; distractione seu amissione custodire die ac nocte teneātur, ita quòd pro defectu dictorum hospitatorum vel servientium suorum hospitibus hujusmodi dāna non eveniant ullo modo: quidā malefactores quandam cameram, in qua pdictus T. veniendo pro negociis nostris versus Londoñ infra hospitium pdicti B. apud H. hospitatus fuit, in defectum ipsius B. vi et armis noctanter fregerunt, et bona et catalla ejusdem T. ad valentiam viginti librarum ibidem inventa, necnon viginti libras de denariis nostris in pecunia numerata ibidem existentia ceperunt et asportaverunt, et alia enormia &c. in nostri damnum et contemptum, et ipsius T. dispendium non modicum et gravamen, ac contra pacem nostram. Et habeas &c. De transg. quādo quis deprædatus est in hospitio transeundo per patriam.

De instrumẽtis positis ad capiendum pisces.

¶ Quare quædã instrumenta ipsius A. ad piscem capiendum et observandum in aqua de S. posita, in minutas partes secuit ad damnum &c.

Nota.

* Nota que plusours poient avoir action joyntement per briefe de trespas, des biens emportes. Mes de baterie ou de tiel transgression personel: il covient que un soul use action, sil ne soit une home & sa femme. Et si le baron & la femme portront briefe de transgressione de baterie & des biens emportes: le brief dirra des biens le baron, car la femme ne purra avoir null property des biens durant la coverture &c.

De verb facta feminæ.

¶ Si A. et B. uxor ejus &c. pone &c. C. quare &c. in ipsam B. apud N. insultum fecerit &c. et bona et catalla ejusdem A. ibidem inventa ad valentiam &c. cepit et asportavit, et alia enormia &c. ad grave dãnum ipsorum A. et B. &c.

Aliter cõmonacho.

¶ Si abbas de N. et frater W. de C. commonachus vel concanonicus ejusdem abbatis, fecerint &c. pone &c. quare in ipsum W. apud N. insultum &c. et ipsum &c.

Regula.

☞ Si deux soient batus ensemble, tout soient le baron & la femme, ou abbe & commoigne, ou gardein et confrier: il lour covient avoir deux briefs: quia transgressio est personalis. Secùs est in realibus transgressionibus.

Regula.

☞ Si la femme bate un home ou auter femme: il covient mettre le nome le baron ove le nome la femme, tout ne soit il coulpable: Et auxi de commoignes, confrers &c.

Versus abbatẽ & cõmonachũ.

¶ Si A. fecerit &c. pone I. abbatem de C, et fratrem W. de P. cõmonachum ejusdem abbatis, ostensuri quare in ipsum A. &c. insultum &c.

Versus priorẽ & confratrem.

¶ Pone H. magistrum hospitalis &c. et fratrem W. de L. confratrem ipsius H. &c. ostensuri quare &c.

Quando quis assumpsit ad curandum aliquem de morbo petre & nõ fecerit.

¶ Rex, vicecomiti &c. salutem. Si A. fecerit &c. pone &c. ostensurus quare cùm idem B. pro competenti salario suo ad sanandum prædictum A. de morbo petre, quo tempore graviter detinebatur, apud F. assumpsisset: idem B. talia opera colore medicinæ eidem A. imposuit, et tam graves cissuras super ipsum fecit, quòd de vita ejus desperabatur: et sumpto ab eodem A. hujusmodi salario, ipsum de morbo prædicto non curatum reliquit vel non curavit ad damnum &c. xx. libr̃ ut dicit. Et habeas ibi &c.

Aliter ad brachium alicujus curandum.

¶ Quare cùm idem B. ad dextram brachium ipsius A. casualiter læsum, bene et competenter curandum, apud S. pro quadam pecuniæ summa præ manibus soluta assumpsisset: idem B. curam suam circa brachium prædictum curandum tam negligenter et incautè apposuit, per quod brachium prædictum totaliter devenit incurvatum vel incuratum, ad damnum ipsius Anthonii viginti librarum ut dicit &c.

Aliter quando quis assumpsit ad sanandũ oculũ alicujus & non fecerit.

¶ Ostensurus quare cùm idem B. ad dextrũ oculum ipsius A. usq; ibi, apud S. assumpsisset, vel dicatur (ante le assumpsisset,) pro quadam pecuniæ &c. (ut supra si casus sic fuerit:) idem B. curam suam circa oculum prædictum tam negligenter et improvidè apposuit, quòd idem Anthonius in defectu ipsius B. visum oculi pdicti totaliter amisit, ad damnum ipsius A. viginti librarum ut dicit. Et habeas ibi &c.

Quare usi fuerint mistera tinctoris infra

¶ Si W. archiepiscopus Eborum fecerit &c. pone A. et B. &c. ostensuri quare cũ idem archiepiscopus ratione dominii sui apud Rypoñ, talem liber-

libertatem in villa prædicta habeat et habere debeat, ipseq; et omnes prædecessores sui archiepiscopi Eborum à tempore quo memoria non existit habere consueverunt, quòd nullus in eadem villa uti debeat seu consueverit officio seu mistera tinctoris, sine licentia ipsius archiepiscopi vel prædecessoris aut ballivorum suorum ejusdem villæ: prædicti A. et B. officio sive mistera tinctoris in eadem villa utuntur, et per tempus non modicum usi fuerunt, contra voluntatem et inhibitionem ipsius archiepiscopi et ballivorum ejusdem villæ, ad damnum ipsius archiepiscopi viginti librarum &c. libertatē absq; licentia.

¶ Ostensur̃ quare vi et armis clausum ipsius A. apud N. fregit, et quēdam mureligum in columbari suum ibidem projecit, per quod idem A. volatum columbaris sui prædicti per magnum tempus amisit, et alia enormia ei intulit ad grave damnum &c. De clauso fracto & mureligo projecto in columbari, per qd' volatū &c.

¶ Ostensur̃ quare vi et armis quendā catum in columbari ipsius Guilhelmi apud N. projecit, qui quidem catus centum colūbas de columbari prædicto precii quadraginta solidorum interfecit, et columbas residuas ejusdem columbaris intantum perterruit, quòd eadem colūbæ ad columbare prædictum amplius redire non audebant, per quod idem Guilhelmus volatum columbaris sui prædicti totaliter amisit, et alia enormia &c. ad grave damnum ipsius G. et contra pacem nostram. Et habeas &c. Aliter.

¶ Ostensur̃ quare cum retibus et aliis ingeniis columbas ipsius M. apud W. cepit et asportavit, per quod idem M. volatum columbaris sui de Upton amisit, et alia &c. ad damnum &c. C. li. &c. Aliter.

¶ Ostensur̃ quare vi et armis clausum et columbare ipsius G. apud W. fregit, et mille columbas suas precii decem marcarum, ac bona et catalla ad valentiā centū solidorū ibidem inventa cepit et asportavit &c. Aliter.

¶ Ostensur̃ quare cùm idem Johannes quendam equū p̃fato R. ad bene et competenter ferrandum apud N. tradidisset: idem R. quendam clavum in vivo pedis equi p̃dicti intantum infixit, quòd equus ille multipliciter deterioratus fuit, ad damnum ipsius Johannis centum solidorū ut dicit. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. T. &c. De equo deteriorato per ferruram.

¶ Ostensur̃ quare cùm idem Johannes ad ferrandum equum ipsius A. bene et competenter prout ad artificium ferronis pertinuit assumpsisset: idem Johannes duos clavos in dextro pede anteriori equi prædicti ita negligenter apud D. fixit, quòd equus ille pede prædicto intantū claudicavit, quòd præfato A. per magnum tempus deservire non potuit, per quod negocia prædicti A. vehementer impedita fuerunt, ad damnum ipsius A. &c. Aliter de eodē.

¶ Ostensur̃ quare vi et armis ipsum Johannē apud L. cepit, imprisonavit et malè tractavit, et ipsum sic imprisonatum abinde usque E. duxit, et bona et catalla sua ad dictam villam de L. inventa absque causa rationabili arrestavit, et ipsum I. sic in prisona, ac bona et catalla prædicta sic sub arresto, quousq; idem I. certos manucaptores, quòd ipse non abiret nec catalla p̃dicta elongaret, invenisset, detinuit, et alia enormia &c. contra &c. De homine in prisona detēto, quousque manucaptores invenit qd' non abiret.

¶ Ostensurus

De castro & domibus & ministris &c.

¶ Ostensurus quare vi et armis castrum et domos ipsius R. apud F. fregit, et ministros suos, quominus ipsi curiam ibidem tenere, et amerciamenta et alia proficua ad ipsum ratione curiæ suæ prædictæ spectantia, necnon reditus suos levare, ac homines ac servientes suos, quominus ipsi terram suam ibidem excolere et examinare potuerunt, impediverunt, per quod idem R. proficuum curiæ et terræ suarum prædictarum per magnum tempus amisit, et alia enormia &c.

De sewera fracta.

¶ Ostensurus quare vi et armis ripas cujusdam seweræ apud R. fregit, ita quòd aqua de eadem sewera per hujusmodi rupturam decurrens, terras et prata ipsius A. eidem seweræ adjacentia inundavit, per quod idem A. proficuum terrarum et pratorum suorum prædictorum totaliter amisit, et alia enormia &c. ad damnum ipsius A. centum librarum, et contra pacem nostram &c.

De præmonitione cujusdam equi.

¶ Ostensur̄ quare quendam equum ad percutiendos homines et animalia consuetum, post præmonitionem sibi factam quòd equum talem debitè custodiret, absq; hujusmodi custodia dimisit, qui quidem equus minus debitè custoditus, ipsum I. apud P. graviter percussit, et brachium suum fregit, et quendam equū suū precii centum solidorum ibidē interfecit, et alia enormia &c. ad grave &c.

De equo equitato.

¶ Ostensur̄ quare cùm idem A. quendam equū suū præfato B. de T. ad equitand' super dictū equū de villa de H. usq; villam de M. et ab inde usq; dictam villam de H. conduxisset: idem B. in equitando dictū equū intantum fatigavit, qd' equus prædictus precii quadraginta solidorum interiit, et alia enormia ei intulit, ad damnum ipsius A. non modicum et gravamen &c.

De sigillo cartæ fracto.

¶ Ostensur̄ &c. quandam cartam in domo ipsius A. apud L. vi et armis cepit, et sigillum eidem cartæ appensum attraxit et fregit, et alia enormia &c.

De scripto fracto.

¶ Ostensur̄ quare cū B. pater prædicti A. cujus hæres ipse est, quoddā scriptū obligatoriū p̄dicto C. apud I. bona fide tradidit inspiciend' vel custodiend': idē C. scriptū p̄dictū maliciosè fregit et dilaceravit &c.

De scriptis & aliis minumentis.

¶ Ostensur̄ quare &c. quædam scripta et alia minumenta ipsius T. apud C. inventa, cepit et asportavit &c.

De diversis trīs.

¶ Rex vicecomiti salutem. Si prior hospitalis sancti Johannis Hierusalem in Anglia fecerit &c. pone &c. ostensur̄ quare vi et armis quendam pontem ipsius prioris apud N. fregerunt, et arbores suas ibidem nuper crescentes succiderunt, et arbores illas ac maeremium de ponte prædicto ad valentiam xl. li. in aqua Thamisia projecerunt, et in solo suo ibidem, ac in ripa aquæ prædictæ intantum foderunt, quòd aqua illa viginti acras prati ipsius prioris ibidem adjacentes inundavit, per quod idem prior proficuum prati sui prædicti per magnū tempus necnō arbores et maeremiū prædicta totaliter amisit, et quædā instrumenta sua ad pisces capiendos et conservandos ibidem imposita, ad valentiam decem librarum in minutas partes secuerunt, et herbam suam ibidem nuper crescentem ad valentiam decem librarum conculcaverunt et consumpserunt, et alia enormia &c.

¶ Ostensur̄

¶ Ostensur quare vi et armis clausum ipsius prioris apud S. fregit, et homines et servientes suos in eodem clauso existentes, cum non modico armatorum numero obsederunt, et eis intantum comminati fuerunt, quòd ipsi clausum prædictũ ad aliqua negocia ipsius P. facienda exire non audebant, et arbores suas ibidem nuper crescentes succiderunt, et arbores illas ac alia bona et catalla sua ibidem inventa ad valẽtiã decem librarum in aquam Thamasiam projecerunt, per qd' idem prior arbores ac bona et catalla prædicta totaliter, necnon servitium hominũ et servientum suorum prædictorũ per magnum tempus amisit, et herbam suam ibidem crescentem ad valentiam centum solidorũ conculcaverunt et consumpserunt, et alia enormia &c.

Aliter de diversis trãsgressionibus.

¶ Pone N. &c. quare cùm idem Thomas ducentas oves suas per certũ tempus debitè custodiendas apud H. tradidisset: p̄dictus Nicolaus oves illas tam negligenter et indebitè custodivit, quòd viginti oves de ovib' prædictis precii quadraginta solidorum interierunt, et p̄dictus T. lanam ovium suarum residuarum ad valentiam centum solidorum amisit, et alia &c.

De ovib' traditis custodiẽdis ad certum tempus.

¶ Rex vicecomitibus Londoñ salutem. Si abbas Westmonasterii fecerit vos &c. tunc ponite &c. T. et W. quòd sint coram nobis &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato abbati, quare cùm inter cæteras libertates abbati et conventui loci prædicti, per cartas progenitor̃ nostrorum quondam regum Angliæ concessas, concessum sit eisdem, quòd ipsi et successores sui imperpetuum habeant unam feriam singulis annis apud Westmoñ per triginta et duos dies duraturam, videlicet in festo translationis sancti Edwardi regis et confessoris, et per triginta et unum dies sequentes, et quod eædem consuetudines in nũdinis prædictis teneantur et observentur, quæ in nundinis sancti Egidii Wyntoñ super montem obtentæ sunt et usitatæ, ita quòd custodes nundinarum illarum ex parte dicti abbatis deputati, super transgressionibus dictas nundinas contingentibus, singulis conquerentibus justitiæ exhibeant complementum, secundum morem dictarum nundinarum Wyntoñ, quas quidem cartas per cartam nostram confirmavimus, et insuper concessimus, quòd licet ipsi vel prædecessores sui aliqua vel aliquibus libertatum in dictis cartis contentarum aliquo casu emergente usi non fuerint, ipsi tamen et successores sui libertatibus illis et earum qualibet plenè gaudeant et utantur, ac pro eo quòd inter cæteras consuetudines in dictis nundinis Wyntoñ usitatas per cartam nostram confirmatas contineatur, qd' fiat proclamatio qd' nullus mercator nec alius durante feria per septem leucas in circuitu feriæ illius, mercandisas aliquas alibi quam in eadem feria vendat, emat, seu venditioni exponat, sub forisfactura earundem, post quam quidem proclamationem sic factam, nullus mercator alibi infra septem leucas prædictas quàm in feria prædicta mercandisas aliquas emere, vendere, seu venditioni exponere debet, quibus quidem libertatibus et consuetudinibus iidem abbas et conventus à tempore confectionis cartarum et confirmationis prædictarũ hactenus usi sunt et gavisi, tam in civitate

De trãs pro abbate Westm'.

civitate prædicta quàm alibi infra regnũ nrm Angl' ꝑclamari et inhiberi fecerimus, ne quis mercator nec alius, mercandisas aliquas durantib' dictis triginta et duobus dieb' per septem leucas in circuitu prædictæ feriæ Westm̃ alibi quã in eadẽ feria venderet, emeret, seu venditioni exponeret, sub forisfactura mercandisarum prædictarũ: ꝑdicti T. et W. dictas proclamationem et inhibitionem nras non latentes, diversos pannos tam de civitate novæ Sarum, quàm à diversis aliis partibus regni nri Angliæ, usq; dictam civitatem nostrã Londoñ infra septem leucas in circuitu dictæ feriæ Westm̃ duxerunt, et eos ibidem durantibus dictis triginta et duobus diebus vendiderunt, et venditioni exposuerunt, in nostri contemptum, et prædicti abbatis grave damnum, ac feriæ et libertatum suarum ꝑdictarum lesionem manifestam. Et habeatis ibi nomina plegiorum et hoc breve. T. &c.

Aliter de trñs pro converso versus monachum.

¶ Si prior ordinis fratrum prædicatorum de Lanc' et frater Johannes de S. conversus ejusdem domus, fecerint &c. pone &c. Robertum abbatem de A. et fratrem W. de B. commonachum ejusdem abbatis quod sint &c. ostensuri &c. in ipsum I. apd' R. insultum fecerunt &c. ad grave damnum ipsorum prioris & Johannis &c.

Aliter pro fratre Augustini ordinis versus fratrem ordinis sanctæ crucis.

¶ Si prior ordinis heremitarum sancti Augustini de Londoñ, et frater W. cõfrater ejusdem prioris fecerint &c. pone &c. I. priorem fratrum ordinis sanctæ crucis de ware, et fratrem R. Blake confratrem ejusdem prioris fratrum ordinis sanctæ crucis, quòd sint &c. ostensuri &c. quare vi &c. in ipsum W. apud L. insultum &c. ad grave damnum ipsorum prioris fratrum ordinis sancti Augustini et W. et contra pacem &c.

Aliter de trñs.

¶ Rex vicecomiti Warr̃ salutem. Si priorissa de K. & Alicia de S. conversa ejusdem domus fecerint te securum &c. tunc pone &c. I. W. priorem fratrum ordinis de monte Carmeli de Londoñ, & fratrem Alanũ S. confratrem ejusdem prioris quòd sint &c. ostensuri quare in ipsam Aliciam apud Londoñ insultum &c. & ipsam &c. et alia &c. ad grave damnum ipsarum priorissæ et Aliciæ, et contra pacem nostram &c.

De petris pro metis positis abstractis.

¶ Ostensur̃ &c. petras ipsius A. pro metis et bundis in prato suo apud N. fixas extraxit et asportavit, et alia enormia &c. ad damnum &c.

De testamento ablato.

¶ Ostensur̃ quare cùm A. quondam civis civitatis Lõdoñ, in testamẽto legasset executoribus suis unum mesuagium cum pertinentiis in L. ad vendendum, et denarios inde provenientes pro anima ipsius A. ad distribuend', iidem executores mesuagium illud præfato W. vendidissent, et testamentum prædictum pro statu suo magis assecurando sibi tradidissent, & prædictus W. postmodum per F. de mesuagio illo disseisitus fuit ut dicitur, quandã friscã forsiam versus eundẽ F. in curia nostra civitatis prædictæ sine brevi nostro secundum consuetudinem civitatis ejusdem arrainasse et testamentum prædictum in curia nostra prædicta ad statum suum inde affirmand' implacitand' porrexisset: prædicti C. et D. testamentum illud eidem A. vi et armis ibidem abstulerunt et asportaverunt, et alia &c.

¶ Ostensur̃

¶ Ostensurus quare &c. bona & catalla ipsius I. ad valentiam decem librarum apud H. inventa cepit et asportavit, & W. de P. nativum suum apud L. cepit & abduxit, & hominibus & servientibus apud p̄dictam villam de H. insultum fecit &c. per quod idem I. servitium nativi ac hominum & servientium suorum p̄dictorum ꝑ magnũ tempus amisit, & alia enormia ei intulit ad grave damnum &c. De bonis & catallis asportatis & nativo abducto & hominibus & servientibus verberatis.

¶ Ostensur̄ quare clausum, domos, & cistas ipsius A. apud C. fregit, & bona & catalla sua ad valentiã centũ solidorũ ibidē inventa cepit & asportavit, & in ipsum A. ibidē insultũ fecit, & ipsum verberavit, vulneravit, imprisonavit, & male tractavit, & ipsum sic in prisona ibidem, quousq; idem A. quoddam scriptum cyrographatum sigillo suo sigillatum, de quodam mesuagio suo cum ꝑtinent' is in L. ad terminũ annorum habendo p̄fato B. fecisset, detinuit, & alia &c. De clauso, domo, & cistis fractis, & ipso verberato &c. & imprisonato quousq; amisit teñ ad terminum annorũ.

¶ Ostensur̄ quare cùm idē B. ꝑ quadam pecuniæ summa præ manibus soluta, ad quandã navem diversis bonis & mercandisis ipsorum A. &c. apud T. carcatam, abinde usq; ad villam de sancto Botholph' salvò & securè ducend' assumpsisset: prædictus B. dictã navem in navigando ita negligenter & improvidè duxit, quòd navis illa in defectu ipsius B. diruta fuit & confracta, ꝑ quod bona & mercandisæ p̄dicta ad valentiã xl. li. totaliter submersa & consumpta fuerunt, ad grave damnum ipsorum A. &c. ut dic'. Et habeas &c. T. anno vi. De trñs quando quis assũpsit ducere navem aliquã de uno loco in alium, & bona perduntur in defectu suo.

¶ Ostensur̄ quare vi &c. in ipsam Agnetem apud B. insultum fecerit &c. tractavit, & eidem A. de domibus suis ibidē ꝓsternendis, quousque eadem A. finem ꝑ viginti solidos ꝓ salvatione domorum suarum prædictarum cum præfatis I. & R. fecisset, comminati fuerunt, & alia enormia &c. T. anno eodem. De insultu facto & minis inpositis quousq; finem fecerit.

¶ Ostensur̄ quare cùm idem A. barganizasset cum præfato B. apud L. ad emendum quendam equum ab eo: idem B. equum p̄dictum sciens illum in morbo cæcitatis collapsum, eundem warrantizando sanum oculis & membris, præfato A. ꝑ magna pecuniæ summa falsò & fraudulenter ibidem vendidit, ad damnum ipsius A. decem librarum ut dicit. Et habeas ibi nomina plegiorum &c. T. &c. anñ iiii. E. Newenham fundatore. De equo warrantizato, falso, & fraudulenter vẽdito.

¶ Ostensur̄ quare vi &c. quandam walliam ipsorum decani & capituli, pro salvatione terrarum suarum adjacentium contra fluxus maris & aquarum dulcium inundationem apud B. ab antiquo erectam fregit, & alia enormia &c. ad damnum ipsorũ decani & capituli centum solidorum, & contra pacem &c. De wallia fracta.

¶ Quare cùm idem Johannes cum præfato W. ad quendã equũ ab eo emendum apud H. nuper barganizasset: p̄d' W. sciens equum p̄dictũ variis infirmitatibus detentum, & ad laborandum impotentem, equum illum sanum & absque infirmitate warrantizando, eundem equum pro magna pecuniæ summa præfato I. ibidem falsò & fraudulenter vendidit, ad damnum &c. x. li. ut dicit. Et habeas ibi &c. T. &c. De equo warrantizato, falso, & fraudulenter vendito.

¶ Quare cum idē B, cum præfato A. ad quendã equum ab eo emendũ apud F. barganizasset: p̄dictus A. sciens equum prædictum in morbũ Aliter.

cæcitatis vel in varias infirmitates collapsum, et ad laborandum impotentem, equum illum sanum et absque aliqua infirmitate warrantizando, eundem equum pro magna pecuniæ summa præfato B. ibidem vendidit, ad damnum, &c.

De fimo & aliis fæditatibus positis juxta parietes.

¶ Ostensur quare vi et armis fimū et alias fœditates tam prope parietes domorum ipsius I. apud N. posuit, quòd parietes prædicti putridi devenerunt, et alia enormia &c. ad damnum ipsius I. centum solidorū, et contra pacem nostram &c.

De liquore calido super aliquo projecto.

¶ Ostensur quare vi et armis quendam liquorem callidum super ipsam I. apud N. pjecit, ita qd' de vita ejus desperabatur, et alia enormia &c. ad grave damnum &c.

Nota.

❈ Casus erat hujusmodi præcedentis brevis: quædā mulier pjecit super aliā mulierē ydromellum quod anglicè dicitur wort quod erat nimis calidum.

De tegulis fractis.

¶ Ostensur quare vi et armis tegulas ipsius I. ad valentiam centum solidorum, vel mille tegulas præcii tanti apud N. inventas cum quibusdam averiis, vel sine averiis si casus fuerit, et clausum et domos suas ibidem fregit, ac herbam suam &c.

De herba depasta & prato & pastura cum porcis subversa.

¶ Ostensur quare vi &c. herbam ipsius B. ad valentiam &c. et consumpsit, et pratum et pasturam sua ibidem cum quibusdā porcis subvertit et conculcavit, per quod idem B. proficuum prati et pasturæ prædictorum per magnum tempus amisit &c.

De domibus & clauso fractis.

¶ Ostensur quare vi et armis clausum et domos ipsorum A. et B. apud K. fregit, et arbores et subboscum suos ad valentiam centum solidorū ibidem nuper crescentes succidit et asportavit, et alia enormia &c.

Nota pro viro & uxore ejus, Vide bene.

❈ Consimiliter fiant brevia p viro et uxore ejus, in omni casu quo breve fertur de aliquibus ad liberum tenemtum suū annexis, ut de germinis bosci cedui et cōsimilibus. Sed si sit de aliis libero tenemento nō annexis, deferatur bre in nomine viri solū, licet tenemētū fuerit de jure uxoris, ut de bladis, herba, et hujusmodi. Sed de clauso & domibus fractis de jure uxoris: fiat breve in nomine ambor &c.

Nota.

❈ Nota per Thomam de Newenham. Tamen alii clerici de cursu contradicunt, quia dicunt quòd debet fieri in nomine viri solùm: sed quære inde.

De trns quando aliquis capiatur in uno comitatu & ducitur in aliū, & ibi imprisonatur.

¶ Ostensur quare vi et armis ipsum I. apud G. in comitatu tuo cepit, et ipsum abinde usq; C. in comitatu Salop duxit, et ibidem imprisonavit, et ipsum in prisona ibidem, quousq; idem I. finem per xl. li. pro deliberatione sua habenda cum præfato W. fecisset, detinuit, et alia enormia &c. ad grave &c.

Nota.

❈ Et nota que cest briefe fuit agard bon termino Michaelis Añ 38. E. 3. nient contristeant quil poet aver eu deux briefes. Et si les parties en cest briefe descend en enquest, le pays viendra de lun county & de lautre.

De pressura pro cisera fracta.

¶ Ostensur quare quandam pressuram ipsius A. pro cisera de pomis extrahenda apud B. nuper erectam fregit, et maeremium inde ad valenciam &c. cepit et asportavit &c.

De pecunia capta & asportata.

¶ Quare viginti libras de denariis ipsius A. in pecūnia numerata apud S. inventas cepit et asportavit, et alia enormia &c.

De furcis fractis

¶ Quare furcas ipsius abbatis in solo suo apud N. juxta libertates &c. cōcessas, nuper erectas fregit vel pstravit et asportavit, et alia &c. in læsionem libertatis suæ prædictæ, et contra pacem nostram &c.

¶ Ostensur

¶ Ostensur̃ quare cùm idem A. occasione cujusdam tenementi quod tenet in N. habere debeat, ipséque et antecessores sui tenementũ illud tenentes à tempore &c. habere consueverunt, liberum taurum suum per totum hundredum de H, absque eo &c. præfatus B. taurum illum &c. apud K. infra hundredum prædictum inventum cepit & abduxit, et ipsum &c. De libero tauro abducto.

¶ Et ipsum in prisona &c. quousq; idem A. statum suum quem habuit in duabus pensionibus sibi concessis, videlicet sex marcas in abbatia de N, et alios decem solidos de prioratu de B. concessit, et literas inde factas et signatas &c. sigñ eidem liberavit, necnon quandam literam obligatoriam contra ipsum A. teneri eidem B. in centum solidis &c. fecerat, et super hoc juramentum coram notario præstiterat, detinuit, et alia enormia &c. ad damnum &c. ducentarum librarum, et contra pacem &c. De imprisonato quousq; remisisset duas pensiones, et fecerit obligationes.

¶ Rex, vicecomiti &c. salutem. Ostensuri quare &c. quendam canem vel duos vel tres canes ipsius A. apud N. interfecit, et alia enormia &c. ad damnum ipsius A. quadraginta solidorum, & contra pacem nostram. Et habeas &c. De cane vel canibus interfectis.

☞ Et nota que en briefe de equo interfecto vel alio quocunq; animali vel ave ut cignis vel hujusmodi, debet dici sic, Regula.

¶ Ostensur̃ quare &c. quandam vaccam, quendam equum, vel duos equos &c. precii tanti apud N. interfecit, et alia enormia &c. ad grave damnum &c. et contra pacem &c. De equo et hujusmodi interfectis.

¶ Ostensur̃ quare &c. Johannẽ de C. apprenticium ipsius A. in servitio suo apud N. nuper existentem cepit et abduxit, ꝑ quod idẽ A. servitium apprenticii sui ꝑdicti ꝑ magnũ tempus amisit, et alia enormia &c. De apprenticio capto & abducto.

☞ Istud breve fit, quia in isto casu non datur breve de ordinatione, eò quòd apprenticius non est retentus in servitio ꝑ formam ordinationis prædictæ. Regula.

¶ Ostensur̃ quare cùm idẽ A. &c. habere consueverit quoddã pilloriũ in N. ꝑdictus B. pillorium ipsius A. ibidem nuper erectum vi et armis fregit, et maeremium inde ad valentiã quadraginta solidorum cepit et asportavit, non ꝑmittens ipsum A. vel priorẽ aliud ibidem construere pillorium, ad grave damnum &c. et contra pacem &c. De pillorio fracto.

¶ Rex, vicecomiti &c. salutem. Si abbas de B. fecerit &c. tunc pone &c. I. B, H. Holders, W. H. de N, et P. de C, qd' sint coram &c. ostensuri quare cùm idem abbas habeat et habere debeat, ipséque et omnes prædecessores sui nuper abbates loci prædicti à tempore quo memoria non existit, ratione dominii sui apud B. habere consueverint quendam cursum in medio profunditatis cujusdam aquæ vocatæ Derte, videlicet ab alto mari extra portum de Dertmuth per sex pedes in latitudine apertum, tam pro piscibus à mari prædicto usque in gurgitem ipsius abbatis de B. et A. natantibus, quàm ad piscem in eodem gurgite existentem, et per ministros suos capiend' usque prædictum gurgitem, in longitudine currentis: prædicti I, H, &c. cursum in medio profunditatis aquæ in Deryngtoñ et Stavertoñ, quæ inter prædictum mare et gurgitem prædictum existunt, stricto retibus et aliis ingeniis De gurgite habendo.

intantum obstruxerunt, quòd pisces prædicti ad gurgitem illum natare non potuerunt, per quod idem abbas proficuum tam de piscibus qui à prædicto mari usque ad gurgitem prædictum natare debuissent, quàm de aliis piscibus in eodem gurgite existentibus per magnum tempus amisit, & alia enormia ei intulerunt, ad damnum ipsius abbatis quadraginta librarum, & contra pacem nostram. Et habeas ibi nomina plegiorum &c. T. anno regis Richardi sexto.

De arboribus succidendis & cariandis.

¶ Rax, vicecomiti &c. salutem. Si H. S. fecerit &c. pone &c. R. F. de B. quòd sit &c. ostensurus quare cùm idem R. quasdam arbores ipsius H. apud B. nuper crescentes succidere, et abinde usque mansum ipsius H. apud L. infra certum tempus cariare apud L. assumpsisset: idem R. arbores prædictas succidere, et usque mansum prædictum infra dictum tempus cariare non curavit, ad damnum ipsius Henrici centum solidorum ut dicit. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. T. &c.

De cruce lapidea facienda.

¶ Rex, vicecomiti &c. salutem. Si W. H. fecerit &c. tunc pone &c. I. P. quòd sit &c. ostensurus quare cùm idem I. pro quadam pecuniæ summa sibi per præfatum W. præ manibus soluta, quandam crucem de lapidibus apud R. infra certum terminum de novo construere ibidem assumpsisset: prædictus Johannes crucem illam infra terminum prædictum construere non curavit, ad damnum ipsius W. viginti librarum ut dicit. Et habeas ibi nomina plegiorum &c.

De parco & warrenna fractis & fugatis, & bonis asportatis.

¶ Rex, vicecomiti L. salutem. Si H. fecerit &c. pone per vadium &c. R. C. quòd sit coram &c. ostensurus quare vi & armis parcum ipsius Henrici apud L. fregit, & liberam warennam suam ibidem intravit, et in eis sine licentia et voluntate sua fugavit, et bona et catalla sua ad valentiam decem librarum ibidem inventa, ac feras de parco prædicto, necnon lepores, cuniculos, phasianos, et perdices, de warrenna prædicta cepit et asportavit, et alia enormia ei intulit &c.

De clauso fracto, & de insultu facto, & libera chacea fugata.

¶ Ostensurus quare vi et armis clausum ipsius Walteri apud S. fregit, et in ipsum Walterum ibidem insultum fecit, et ipsum &c. et liberam warrennam suam ibidem intravit, et in ea sine licentia &c. et lepores, cuniculos, phasianos, et perdices, de warrenna prædicta cepit et asportavit, et in I. N. servientem suum ibidem insultum fecit, et ipsum &c. per quod idem Walterus servitium servientis sui prædicti per magnum tempus &c.

De clauso & parco fractis.

¶ Ostensurus quare vi et armis clausum et parcum ipsius Johannis apud D. fregit, et in parco prædicto sine licentia &c. fugavit, et ducentos cuniculos suos precii centum solidorum de clauso prædicto, ac bona et catalla sua ad valentiam decem librarum ibidem inventa, necnon feras de parco cepit et asportavit, & alia enormia &c.

De arboribus succisis, & de piscaria pisca-

¶ Ostensurus quare vi et armis arbores ipsius Thomæ apud H. nuper crescentes succidit, et in se pali piscaria sua ibid' piscatus fuit, & in solo

suo

suo ibidem fodit, et herbam ibidem nuper crescentem falcavit, et fœnum inde proveniens, ac arbores prædictas, necnon piscem de piscaria prædicta ac terram de solo prædicto projectam ad valentiam centum solidorum cepit et asportavit, et alia enormia &c.

ta, & de solo fossato & herba falcata.

¶ Ostensur̄ quare &c. parcum ipsius E. apud H. fregit, et in eo sine licentia et voluntate &c. et bona et catalla sua ad valentiam centum solidorum ibidem inventa, ac feras de parco prædicto cepit et asportavit, et in homines et servientes suos ibidem insultum fecit, et ipsos vulneravit &c. per quod idem E. servitium hominum et servientium suorum prædictorum per magnum tempus amisit, et alia &c.

De parco fracto & bonis & catallis asportatis.

¶ Ostensur̄ quare vi &c. liberam warennā ipsius T. apud C. intravit, et in ea sine licentia &c. et bona et catalla sua ad valentiam centum solidorum ibidem inventa, ac lepores, cuniculos &c. cepit et asportavit, et blada et herbam sua ad valentiam quadraginta solidorum ibidem nuper crescentia cum quibusdam averiis depastus fuit &c.

De warēna fugata & herba depasta.

¶ Ostensur̄ quare vi &c. clausum ipsius Walteri apud T. fregit, et arbores suas ibidem nuper crescentes succidit, et in separali piscaria sua ibidem piscatus fuit, et herbam suam ibidem nuper crescentē falcavit, et fœnum inde proveniens, ac piscem de piscaria prædicta, necnon arbores prædictas, et alia bona et catalla sua ad valentiam viginti marcarum, ac quadraginta libras de denariis suis in pecunia numerata ibidem inventa cepit et asportavit, et alia enormia &c.

De clauso fracto, arboribus succisis, piscaria piscata, herba falcata, & denariis asportatis.

¶ Ostensur̄ quare cùm idem Thomas ad quandam pipam vini ipsius Nicolai à villa de S. usque villam de F. salvò et securè cariandum apud prædictam villam de S. assumpsisset: prædictus Thomas pipam illam tam negligenter et improvidè cariavit, quòd pipa illa in defectu ipsius Thomæ confracta fuit, sicque idem N. magnam partem vini prædicti amisit, ad damnum ipsius N. decem marcarum ut dicit. Et habeas ibi nomina plegiorum &c.

De pipa vini carianda.

¶ Ostensur̄ quare vi & armis bona et catalla ipsius Thomæ ad valentiā centum solidorum in domo sua apud B. existentia, ac domum prædictam combussit, et alia enormia &c. ad grave &c.

De bonis cum domo combustis.

¶ Rex &c. coronatoribus suis in comitatu Sussex salutem. Si R. E. vicecomes comitatus prædicti fecerit &c. ponite &c. A. de B. quòd sit &c. ostensurus quare cum idem A. ad gaolam castri nostri de G. unà cum prisonibus eidem gaolæ commissis et committendis, toto tempore quo idem Richardus vicecomes dicti comitatus existeret, salvò et securè custodiend', ac ipsum vicecomitem inde erga nos et omnes alios pro tempore prædicto indemnem conservandum apud N. assumpsisset: prædictus Arnulphus gaolam prædictam tam negligenter & insufficienter custodivit, quòd plures prisones in ea nuper tempore dicti vicecomitis existentes, ab eadem gaola in defectu ipsius Arnulphi, et custodiæ suæ hujusmodi evaserunt, per quod idem vicecomes per nos et alios, quibus proficuum evasionum prædictarum concessimus, multipliciter impeditus extitit, molestatus, & inquietatus, ad grave damnum & depauperationem maximam ipsius

De custodia gaolæ.

vicecomitis ut dicit. Et habeas &c.

De bosco fracto, & arboribus succisis, & aliis trsis.

¶ Ostensur quare &c. boscum ipsius I. apud W. intravit, & arbores et subboscum suos ibidem nuper crescentes succidit, & herbam suam ibidem nuper crescentem falcavit, et sex pullos esperveriorum suorū pretii quadraginta solidorum nuper in eodem bosco nidificantium, et arbores et subboscum prædictos, ac fœnum de herba prædicta provenientes, necnon alia bona et catalla ad valentiam tanti &c.

De equo infirmo sanando.

¶ Ostensurus quare cùm idem I. ad quendam equum ipsius Walteri precii centum solidorum de quadam infirmitate qua detinebatur bene et fideliter curandum apud N. assumpsisset: prædictus Johannes curam suam in hac parte tam negligenter et improvidè apposuit, quòd equus prædictus interiit, ad grave damnum &c.

De columbari reparando.

¶ Si A. fecerit &c. pone T. quod sit coram &c. ostensurus quare cùm idem T. ad quoddam columbare ipsius A. apud L. bene et fideliter reparandum et emendandum ibidem assumpsisset: prædictus Thomas artificium suum in hac parte tam negligenter et improvidè ibidem imposuit, quòd columbare prædictum in defectu ipsius T. corruit, ad damnum &c.

De clauso fracto, bobus abductis, arboribus succisis, & cignis aerariis & bonis & catallis asportatis.

¶ Si Henricus fecerit &c. pone I. quare &c. clausum et domos ipsius Henrici apud L. fregit, et duos boves et quendam aprum suos precii quadraginta solidorum ibidem inventos cepit et asportavit, et arbores suas ibidem nuper crescentes succidit, et duos cignos aerarios, et decem gallos et viginti gallinas suos precii quadraginta solidorum, ac arbores prædictas, necnon alia bona et catalla sua ad valentiam decem librarum ibidem inventa cepit et asportavit, et alia enormia ei intulit &c.

De clauso, domo, & cista fractis, & bono & catallis & ovibus & cartis & scriptis &c.

¶ Ostensurus quare vi et armis clausum et domum ipsius Johannis apud F, ac quandam cistam suam ibidem inventam fregerunt, et sexcentas oves suas precii viginti librarum apud L. & S. inventas ceperunt & abduxerunt, & bona & catalla sua ad valentiam decem marcarum apud dictam villam de F. inventa, ac cartas, scripta, et alia minumenta sua in cista prædicta contenta ceperunt & asportaverunt, & alia enormia &c.

De canibus ad mordēdū oves consuetis &c.

¶ Ostensurus quare quosdam canes ad mordendas oves consuetos apud B. scienter retinuit, qui quidem canes centum oves ipsius Johannis ibidem inventas tam graviter momorderunt, quòd sexaginta oves precii centum solidorum de ovibus prædictis interierunt, & oves residuæ multipliciter deterioratæ fuerunt, & alia enormia ei intulit, ad grave damnum ipsius Johannis ut dicit. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve T. &c.

De ovibus traditis ad custodiendum.

¶ Ostensurus quare cùm idem Edwardus ad ducentas oves ipsius Thomæ bene & sufficienter custodiendas apud R. assumpsisset: pdict' E. oves illas tam negligenter & indebitè custodivit, quòd centum oves præcii centum solidorum de ovibus prædictis in defectu ipsius E. interierunt, & oves residuæ multipliciter deterioratæ fuerunt, & alia enormia ei intulit, ad grave damnum ipsius T. ut dicit. Et habeas

ibi

ibi nomina plegiorum &c. T. &c.

¶ Ostensur quare vi &c. clausum et domum ipsius W. apud B. fregit, et tenentibus et servientibus suis de vita et mutilatione membrorum suorum ibidem intantum comminatus fuit, et eos tantis injuriis et gravaminibus ibidem affecit, quòd iidem tenentes tenuram ipsius Walteri ibidem reliquerunt, dictiq; servientes à servitio suo recesserunt, sicque idem Walterus servitium servientium suorum prædictorum, ac reditus et servitia tenentium suorum prædictorum per magnum tempus amisit, et alia enormia &c. De clauso fracto, & tenentibus & servientibus comminatis.

¶ Ostensur quare cùm iidem B. et C. pro certis debatis inter ipsas motis, in arbitrium T. et E. ad hoc per ipsos B. et C. electorum in omnibus se posuissent et submisissent, et licet iidem arbitratores præfatum B. ad decem libras solvendas eidem C. ad certos terminos nondum elapsos arbitrati fuissent et adjudicassent: prædictus tamen C. pro debito prædicto versus præfatum Bernardum coram præfatis justitiariis prosequitur, et ipsum Bernardum ea occasione laboribus variis et expensis plurimis multipliciter fatigat et inquietat minus justè, in ipsius Bernardi damnum non modicum et gravamen ut dicit &c. De arbitratione facta.

¶ Ostensur quare cùm idem R. cum præfato B. ad duodecim quarteria brasei ab eo emenda apud C. barganizasset: prædictus B. sciens brasium illud putridum et insufficiens, braseum illud sanum et sufficiens warrantizando, brasium prædictum præfato Richardo pro magna pecuniæ summa falsò et fraudulenter ibidem vendidit, ad damnum ipsius Richardi centum solidorum ut dicit. Et habeas ibi &c. De braseo vendito.

¶ Ostensur quare vi et armis clausum, domum, et cistam ipsius T. apud S. fregit, et cartas, scripta, & alia munimenta sua in eadem cista contenta ibidem inventa cepit & asportavit, et alia enormia &c. De clauso, domo, & cista fractis, & cartis scriptis &c.

¶ Ostensur quare quendam canem ad mordendum homines consuetos apud L. scienter retinuit, qui quidem canis Johannam servientem ipsius R. tam graviter ibidem momordit, quòd eadem I. eidem R. per magnum tempus deservire non potuit, sicque idem Richardus servitium servientis suæ prædictæ per idem tempus amisit, et alia enormia ei intulit, ad damnum ipsius Richardi centum solidorum ut dicit. Et habeas &c. De cane ad mordẽdos homines cõsueto.

¶ Ostensur quare quendam aprum ad percutiendum animalia consuetum apud Waltam scienter retinuit, qui quidem aper decem porcos ipsius Guilhelmi precii quadraginta solidorum ibidem inventos tam graviter percussit, quòd porci prædicti interierunt, et alia enormia ei intulit, ad grave damnum ipsius Guilhelmi ut dicit. Et habeas &c. De apro ad percutiendum consueto.

¶ Rex, vicecomiti L. salutem. Si I. fecerit &c. pone &c. T. ballivum libertatis abbatis de R. quòd sit &c. ostensurus quare cùm idem ballivus, Walterum prætextu cujusdam mandati curiæ Marescalciæ hospitii domini Richardi nuper regis Angliæ secundi post conquestum eidem ballivo directi, ad respondendum eidem Johanni in præfata curia, de quadam transgressione eidem Johanni per præfatũ Walterum infra virgã illata apud L. arrestasset: prædictus ballivus De homine permisso abire post arrestum.

 machi-

machinans ipsum Johannem in hac parte indebitè prægravare, eundem W. statim post arrestum hujusmodi quò voluit abire permisit, prætextu quo, idem Johannes laboribus variis & expensis plurimis in ipsius ballivi defectum fatigatus extitit, & multipliciter deterioratus, ad damnum ipsius Johannis centum solidorum ut dicit. Et habeas &c.

Supersedeas de transgressione.

¶ Rex, majori & ballivis suis de C. vel sic, ballivis suis de hundredo de C. salutem. Cùm placita de transgressionibus in regno nostro Angliæ vi & armis & contra pacem nostram factis, in minori curia quàm coram nobis vel alibi coram justitiariis nostris ad mandatum nostrum secundum legem & consuetudinem regni nostri prædicti placitari non debeant, ac Adam de B. Johannem de K. de quadam transgressione eidem Adæ per præfatum Johannem vi & armis contra pacem nostram illata ut dicitur, implacitet coram vobis in hundredo nostro prædicto,

Aliter.

¶ Vel sic, in curia nostra villæ prædictæ ut accepimus: vobis præcipimus quòd si ita est, tunc placito illo coram vobis in hundredo prædicto,

Aliter.

¶ Vel sic, in curia nostra prædicta tenendo supersedeatis omnino, præfato Adæ dicentes ex parte nostra, quòd ad curiam nostram accedat, justitiam super transgressione prædicta prosecutur̃ si sibi viderit expedire T. &c.

Aliter.

¶ Vel sic, vobis præcipimus quòd si ita est, tunc tam placito illi coram vobis &c. tenendo, quàm executioni judicii placiti prædicti si judiciũ inde redditum sit, supersedeatis omnino, præfato Adæ dicentes ex parte nostra, quòd breve nostrum de transgressione prædicta versus præfatum Johannem sibi impetret, si sibi viderit expedire. T. &c.

De malefactoribus in parcis W. 1. cap. 20.

¶ Ostensurus quare cùm in statuto Westmonasterii primi de malefactoribus in parcis et vivariis provisum existat, quòd si quis inde ad sectam querentis convincatur, considerentur bonæ et altæ emendæ secundum modum transgressionis, et habeat malefactor hujusmodi, prisonam trium annorum, et præterea redimatur ad voluntatem nostram si habeat unde redimi possit, et nihilominus inveniat bonam securitatẽ quòd amplius non malefaciat, et si post imprisonamentũ trium annorũ non habeat unde redimi possit, regnum abjuret: prædictus Bernardus pœnam statuti prædicti non verens, parcum ipsius Adæ apud K. vi et armis fregit, et in eo sine licentia et voluntate sua fugavit, et feras cepit et asportavit, et alia enormia ei intulit, ad grave damnum ipsius Adæ, et contra formam statuti prædicti, et contra pacem nostram. Et habeas ibi nomina plegiorum &c. Breve de statuto.

De trñs de oleo emanato pro defectu providæ cariationis.

¶ Ostensurus quare cùm idem B. ad quandam pipam olei ipsius A. à domo ejusdem A. in K. usque ad Londoñ bene et competenter cariandam apud K. assumpsisset: prædictus B. pipam illam tam negligenter et improvidè cariavit, quòd oleum in eadem pipa existens in defectu ipsius B. totaliter emanavit, ad damnum ipsius A. decem librarum ut dicit. Et habeas &c.

¶ Osten-

¶ Ostensurus quare cùm idem A. unum mesuagium cum pertinentiis in I. de præfato B. pro quadam pecuniæ summa eidem B. ad certum terminum solvenda apud T, emisset, idémq; B. ipsum A. in seisinam mesuagii pdicti infra certum tempus ponere ibidem assumpsisset: prædictus B. ipsum A. in seisinam mesuagii pdicti infra tempus pdictum ponere recusavit, ad damnum &c. De transg' quia non posuit in seisinam &c.

¶ Ostensurus quare cùm idem H. ad præfatum W. de quodam levi morbo, quo in sinistro pede suo detinebatur, bene & fideliter sanandum apud suburbium Londoñ assumpsisset: prædictus H. perpendens morbum prædictum parvum & ad sanandum levem, morbum illum graviorem & difficiliorem ad sanandum, ut sic idem Henricus præfatum Wilhelmum sub cura ipsius Henrici diutius detineret, et inde majus stipendium à præfato Wilhelmo extorqueret, falsò facere machinando, diversas medicinas iniquas et magis periculosas eidem morbo fraudulenter ibidem apposuit, per quod magna pars pedis prædicti ad nervos & ossa ejusdem ignita, corrosa, & mortificata fuit, et idem W. ad magnum tempus claudus devenit, et de vita ejus desperabatur, ac ad quamplures graves custus et expensas ꝑ recuperatione sanitatis morbi & pedis pdictorum occasione prædicta aliunde positus fuit, ad damnum ipsius W. viginti & sex librarum & decem solidorum ut dicit. Et habeas ibi hoc breve. De morbo curando fraudulenter decepto.



REx &c. Si A. &c. tunc pone &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato A. quare quoddam breve nostrum per finem viginti solidorum ad opus nostrum ꝑ brevi pdicto capiendorum, nomine pdicti A. hoc penitus ignorantis fraudulenter et maliciosè in cancellaria nostra impetravit, in deceptionem curiæ nostræ, et grave damnum ipsius A. ut dicit. Et habeas ibi nomina plegiorum &c. De deceptione curiæ.

¶ Si Milo &c. ad respondendum tam nobis quàm pfato Miloni, quare cùm idem Milo ad ecclesiam de C. nuper vacantem, et ad donationem suam spectantem, quendam clericum suum episcopo Lincolñ psentasset: idem Thomas psentationem prædictam adnullare, et ipsum M. jure suo in hac parte falsò et maliciosè machinans defraudare, quoddam breve nostrum. Quare impedit sub nomine ipsius M. versus prædictum T. de eadem ecclesia coram præfatis justitiariis, ad quindenam Paschæ proximam præteritam retornabile in cancellaria nostra impetrari, & coram præfatis justitiariis retornari, & postmodum prædictum Milonem in curia prædicta coram præfatis justitiariis ad prosequendum breve prædictum sæpius vocari fecit, et intantum ibidem subdolè sequutus fuit, quòd prædictus M. quanquam ipse impetrationem brevis prædicti & processum inde postmodum habitum omnino ignoravit, ad breve prædictum fuerit non prosecutus, per qd' prædictus T. per considerationem curiæ nostræ prædictæ habuit quoddam breve de judicio, sub testimonio dilecti & fidelis nr̃i W. de Herle capitalis justitiarii nostri de banco directum præfato De deceptione per quare impedit sub nomine alicujus perquisita ipso ignorante, unde &c.

episcopo.

episcopo, quòd ipse non obstante reclamatione prædicti M. ad præsentationem prædicti T. idoneam personam ad ecclesiam prædictam admitteret: quo prætextu idem episcopus quendam clericum per ipsum T. ad ecclesiam illam præsentatum ad eandem ecclesiam admisit, & personam instituit in eadem in deceptionem curiæ nostræ prædictæ,& pdicti M. grave damnum,& exhæredationis periculum manifestum. Et habeas ibi nomina &c.

Aliter inde ratione recognitionis factæ coram aliquibus deputatis ad recognitiones debitorum accipiendas.

¶ Si W.&c. tunc pone &c. R. et I. &c. ostensuri quare collusione inter ipsos R. et I. apud N. præhabita, ipsum W. coram Wilhelmo But & Edmundo de M. clerico ad recognitiones debitorum apud N. accipiendas deputatis constitutum W. nominari, &, se debere præfato I. triginta quarteria ordei et octo libras, unde ei solvisse debuit ad festum purificationis beatæ Mariæ virginis proximò præteritum quindecim quarteria ordei et quatuor libras recognoscere juxta formam statuti dudum apud Actoñ Burnell' ædici fecerunt, et quoddam breve nostrum prætextu cujusdam certificationis super recognitione prædicta in cancellaria nostra juxta formam statuti prædicti ad prosecutionem ipsorum R. et I. retornatæ, de capiendo præfatum W. & in prisona nostra salvò custodiend',p onec eidem I. de prædictis quindecim quarteriis ordei & quatuor libris plenè satisfecisset, impetrarunt, et tibi dirigi procurarunt, per quod prædictus W. per te captus,et in prisona nostra de N. ex causa prædicta est detentus, in deceptionem et fraudem curiæ nostræ et statuti prædicti, ac damnum ipsius W. non modicum et gravamen. Et habeas ibi nomina &c.

Nota.

✠ Nota que per le statute fait lan secunde le roy E. tierce cap. xiiii. est acorde & estable que briefe de disceit soit meintenue & lieu teigne auxibien en cas ou garnisement est done,come en cas de somons en ple de terre.

Aliter ratione sigilli controfacti de seculari persona ad vicariam præsentanda.

¶ Si prior sancti Barth' de Smithfeld' Londoñ &c. ponite &c. W. & B. quòd sint coram nobis in octabis sancti Martini &c. ostensuri quare, cùm idem prior personam regularẽ vel secularem idoneam ad vicariam ecclesiæ sancti Sepulchri extra Newgate Londoñ, quam quidem ecclesiam idem prior tenet in proprios usus pro voluntate sua, præsentare debeat et hactenus consueverit: prædicti &c. collusione inter eos prælocuta, prædictum priorem maliciosè prægravare machinantes, sigillum commune domus prædictæ controfecerunt, et quasdã literas patentes per quas prædecessores prædicti prioris concessisse debuerant, quòd priores et conventus loci prædicti personam secularem et non aliam ad vicariam illam præsentare deberent, cum eodem sigillo controfacto consignari fecerunt, et literas illas sigillo pdicto consignatas, in quadam causa, ad instantiam prædicti W. tanquam parochiani ecclesiæ prædictæ, inter ipsum W. et præfatum priorem coram officiali curiæ Cantuar̃ in curia christianitatis, super amotione fratris Roberti de K. canonici prædicti prioris ad præsentationem suã ad vicariam prædictam per episcopum Londoñ admissi, mota, exhibuerunt,

runt, & ipsum priorem laboribus & expensis virtute literarum prædictarum diversimodè in hac parte fatigari procurarunt, in ipsius prioris dispēdium non modicum & gravamen. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve.

¶ Ostensurus quare cùm idem A. præfatum B. in loquela quæ fuit coram eisdem justitiariis nostris, per breve nostrum inter R. petentem et præfatum A. tenentem de tanto cum pertinentiis in C. attornatum suum coram nobis fecisset, ad lucrandum vel perdendū in loquela prædicta: præfatus B. collusione inter ipsum et prædictum R. habita, se ad quendam diem per præfatos justitiarios in eadem loquela in banco p̄dicto p̄fixum gratis se absentavit, per quod idem A. pro defectu ipsius B. terram p̄dictam per considerationem curiæ amisit, in deceptionem ejusdem curiæ nostræ, ipsiúsque A. grave damnum et exhæredationis suæ periculum manifestum. Et habeas &c. T. &c. Aliter de collusione per attornatum se absentantem ad diem præfixum.

¶ Rex vicecomiti Suff. salutem. Si Adam de B. Henr̄ de W. & Simon de B. fecerint &c. tunc pone &c. ostensur̄ quare cùm W. nuper in curia nostra coram nobis per breve nostrum implacitasset præfatos A. H. S. & I. de quadam transgressione eidem W. per præfatos A. H. S. & I. illata ut dicebatur: prædictus I. collusione inter ipsum et præfatum W. habita, curiæ nostræ illudere, et p̄fatos A. H. et S. calidè machinans prægravare, quosdam ignotos qui se dicebant nominari A. H. et S. in curia nostra p̄dicta venire, & ipsum I. attornatum eorundem A. H. et S. ad lucrandum vel perdendum in loquela prædicta ibidem facere procuravit, & die sibi præfixo ad intercessendum captioni cujusdam inquisitionis, in qua idem Johannes placitando in loquela prædicta loco et nomine prædictorum A. H. et S. se posuit de transgressione prædicta, ad eosdem A. H. et S. defendendum coram nobis venire recusavit, per cujus defaltam jurata inde inter prædictum Wilhelmum et præfatos I. A. H. et S. capta, et quadraginta libræ eidem Wilhelm̄ pro damnis suis in præmissis adjudicatæ executioni fuerunt demandatæ, in deceptionem curiæ nostræ prædictæ, et grave damnum ipsorum A. H. et S. ut dicunt. Et habeas ibi nomina &c. T. duodecimo die Octobris anno duodecimo Edwardi tertii. De deceptione qn̄ aliqui se falso nominaverint, & fecerint attorn' ad prosequendū pro eis, & super hoc attorn' eorū fecerint defaltā.

¶ Si Radulphus Crophill' &c. tunc pone &c. Wilhelmum filium Johannis de Hatumby, quòd sit &c. ostensuris quare cum idem Radulphus nuper in quadam assisa novæ disseisinæ quam arrainaverit coram Hugone de Prestwold' et sociis suis tunc justitiariis nostris ad assisam illam capiendam assignatis, per breve nostrum versus p̄dictum Wilh' et alios in brevi nostro originali contentos, de tenemento in Donnesby in comitatu prædicto, recuperasset versus præfatum Wilh' et alios ducentas marcas pro damnis sibi in hac parte adjudicatis, nósque postmodum pro eo quòd p̄dictus Wilhelmus et alii nihil habuerunt in comitatu prædicto, unde damna illa levari potuerunt, recordum et processum assisæ prædictæ coram nobis ad executionem inde faciendam venire fecerimus: p̄dictus W. curiæ nostræ illudere, et De deceptione qn̄ quis asserit se sequi actinctam, ut sic dāna prius adjudicata possit elongare.

executionem

executionem judicii prædicti machinas enervare, asserénsque ipsum quandam attinctam versus prædictum R. coram justitiariis nostris ad assisas in comitatu prædicto capiendas assignatis, ad convincendum juratores assisæ prædictæ arrainasse, & justitiarios illos ad attinctam illam capiendam absque recordo & processu assisæ prædictæ procedere non potuisse, recordum & processum prædicta coram nobis in cancellaria nostra venire, et sibi ad deferendum dictis justitiariis ad assisas prædictas capiendas assignatis sub pede sigilli nostri liberari procuravit, ac eadem recordum et processum sibi sic liberata attinctam illam nullatenus prosequendo maliciosè elongavit, per quod idem R. ad executionem damnorum suorum prædictorum exclusus existit, in nostri contemptum et curiæ nostræ deceptionem, ac ipsius R. dispendiũ non modicum et gravamen. Et habeas &c.

De deceptione qñ partes defendentes allegaverunt quêdam finem in curia regis &c. & super hoc venire fecerint aliquem ignotum dicentem se nominari nomine petentis.

¶ Rex vicecomiti salutem. Si Johannes de A. fecerit te securũ &c. tunc pone &c. I. de C. et T. uxorem ejus, quòd sint &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato I. de A. quare cùm idem I. de A. implacitasset coram justitiariis nostris de banco per breve nostrum præfatos I. de C. et T. de medietate unius mesuagii cum pertinentiis in C. præfati I. de C. et T. curiam nostram illudere, et præfatum I. de A. de jure suo in hac parte subdolè machinantes defraudere, allegarũt quendã finem in curia domini E. nuper regis Angliæ progenitoris nostri corã justitiariis suis de banco, inter præfatum I. de C. quer̃, & R. de P. & Margaretam uxorem ejus, matrem prædicti I. de A. cujus hæres ipse est, tenentes, levatum fuisse, et sic ipsum I. de A. ab actione sua in hac parte excludi debere: et postmodum pro eo quod præfatus I. de A. placitando in loquela prædicta coram præfatis justitiariis nostris asseruit matrem suam prædictam non Margaretam sed Margeriam nuncupatam fuisse, et se paratum hoc velle verificare, et sic ipsum ab actione sua excludi non debere, ad certum diem per præfatos justitiarios nostros partibus prædictis in eadem loquela datum, quendam ignotum qui se dicebat nominari I. de A. in curia nostra coram eisdem justitiariis nostris venire, & finem prædictum, ac contenta in eodem prout iidem I. de C. et T. superius allegabant, recognoscere, præfato I. de A. hoc penitus ignorante, falsò et maliciose procurarunt, in deceptionem curiæ nostræ prædictæ, et ipsius I. de A. dispendiũ non modicum, exhæredationis periculum manifestum. Et habeas ibi nomina &c.

De deceptione qñ quis implacitatus de aliquo teñ, perquisierit sibi protectionẽ regis dicens se in obsequium regis ad partes transmarinas profecturum fuisse, & postmodum non transfretavit.

¶ Rex vicecomiti Norf. salutem. Si Johañ filia Richardi Pigot et Matilda soror &c. et Thomas Anketyll' et Alicia uxor ejus fecerint &c. tunc pone &c. N. et K. uxorem ejus qd' sint corã justitiariis nostris &c. ad respondendum tam nobis quàm præfatis I. M. T. et A. quare cum iidem I. M. T. et A. in curia nostra coram justitiariis nostris de banco, implacitassent per breve nostrum prædictos N. et K. de tribus partib' manerii de F. cum pertinentiis: iidem N. et K. curiæ nostræ ac legi et consuetudini regni nostri Angliæ manifestè illudendo, & prosecutionem prædictorũ I. M. T. et A. in hac parte prorogare machinando,

nando, ad quendam diem partibus prædictis in eadem loquela coram præfatis justitiariis præfixum, quasdam literas nostras de protectione continentes ipsum Nicholaum ad partes transmarinas in obsequium nostrum tunc profectum fuisse, et ipsum sic quietum esse de omnibus placitis et querelis, exceptis placitis de dote unde nihil habet, et quare impedit, & assisis novæ disseisinæ, et ultimæ præsentationis & attinctis, et exceptis loquelas quas coram justitiariis nrīs itinerantibus in itineribus suis summoneri contigerit, coram præfatis justitiariis porrigi fecerunt, ipso Nicolao tunc post et ante in Angl' continuè morante, ꝑ quod loquela illa coram p̄fatis justiariis remansit sine die, in nostri contemptum manifestum & deceptionem curiæ nostræ prædictæ, ac legis et consuetudinis prædictarum illusionem manifestam, necnon ipsorum I. M. T. et A. dispendium non modicum & exhæredationis periculum manifestum. Et habeas ibi nomina &c. Añ Angl' decimo quarto & Franc' primo.

Breve justitiariis Audita querela, &c. de collusione & deceptione &c. qn' petens fecerit aliquos extraneos recordari &c. attorñ defendentis ipso penitus ignorante per quod &c.

¶ Rex, justitiariis suis de banco salutem. Monstravit nobis Johannes de Chestretoñ de G, quòd cùm Wilhelmus de Buckmynstre chivaler nuper implacitasset ipsum Johannem coram vobis in banco prædicto per breve nostrum, de uno mesuagio &c. in B, & placitum prædictum ad captionem inquisitionis patriæ prosecutus fuisset, diésque partibus prædictis à die Paschæ proximo præterito in tres septimanas data extitisset, ad quem diem idem Johannes se fecit essoniari, & essonium illud ad judicatum & adjornatum usque ad quindenam sanctæ Trinitatis tunc proximè sequentem, prædictusque Wilhelmus de Buckmynstre, et Wilhelmus de Poytoñ junior attornatus suus, collusione inter eos præhabita, machinantes præfatum Johannem de tenementis prædictis exhæredare, Wilhelmum Baudewyn servientem ipsius Wilhelmi de Buckmynstre et Richardum de P. attornatos ipsius Johannis, ipso inde penitus ignorante, recordari, & breve de attornato illo in filaciis brevium de quindena Paschæ in banco prædicto, & quandam calumniam super dicto essonio poni fecissent, & essonium prædictum pro eo quòd dictus Johannes attornatos suos in eodem placito habuit, non jacere asseruissent, per quod ad dictam quindenam sanctæ Trinitatis seisina de tenementis prædictis, pro eo quòd attornati dicti Johannis ad prædictas tres septimanas Paschæ essoniati non fuerunt, eidem Wilhelmo de Buckmynstre ꝑ considerationem curiæ nostræ p̄dictæ extitit adjudicata, in deceptionem curiæ nostræ p̄dictæ & ipsius Johannis grave damnum ac exhæredationis suæ periculum manifestum: super quo idem Johannes ꝑ petitionē suam coram nobis & consilio nostro in parliamento nostro exhibitam nobis supplicavit, ut ei de remedio ꝑvidere velimus in hac parte. Et quia prædictus Wilhelmus de Poytoñ super præmissis coram vobis in banco p̄dicto allocutus ea cognovit ut dicitur: vobis mandamus quòd audita querela ipsius Johannis super p̄missis, vocatisque corā vobis tam præfatis Wilhelmo de Buckm̄, et Wilhelmo de Poytoñ, quā Wilhelmo Baudewyñ et Richardo, auditisq; hinc et inde eorū rationibus, si ꝑinquisic'

inde

inde faciendam aut per recognitionem eorundem W.W. W. et R. vel eorum alicujus constare poterit, prædictum I. tenementa prædicta per collusionem prædictam amisisse ut est dictum, tunc tam super deceptione et collusione prædictis, quàm super recuperatione tenementorum prædictorum habenda, tam pro nobis quàm pro præfato I. festinum justitiæ complementum fieri fac', prout de jure fuerit faciendum T.&c.

De attachiãdo notario pro cõtrofactione sigilli alicujus clerici regis, ad vicariam aliquam per ipsum regẽ præsentati, & literis factis cum eodem sigillo controfacto sigillatis ad resignationem &c.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd attachies A. notarium publicum et C. per corpora sua, ita quòd eos habeas coram nobis tali die ubicunque &c. ad respondendum tam nobis quàm B, de eo quòd cùm nos nuper prædictum B. ad vicariam ecclesiæ de C. præsentaverimus, ac idem B. prætextu præsentationis nostræ prædictæ possessionem ejusdem vicariæ pacificè sit adeptus: prædicti A. et C. collusione inter eos et W. ad dictam vicariam per magistrum D. præsentatum prælocuta, sigillum prædicti B. controfecerunt, et quasdam literas de resignatione ejusdem vicariæ fraudulenter consignarunt, per quod idem B. à possessione vicariæ suæ prædictæ est amotus, in nostri contemptum, et prædicti B. grave damnum, et præsentationis nostræ pdictæ enervationem manifestam T. &c.

De deceptione Audita querela

¶ Rex, justitiariis suis de banco salutem. Querelam H. de M. recepimus continentem, quòd I. I. S. I. et N. collusione inter eos apud Wintoñ præhabita, curiæ nostræ illudere, et præfatum H: callidè prægravare machinantes, nuper coram R. majore villæ nostræ Suthamptoñ, et R. clerico ad recognitionem debitorum apud N. accipiendam deputatis comparentes, ipsum I. de L. H. de M. sacramento corporali ad hoc præstito existere asseruerunt, per quod idem I. de L. sub nomine ejusdem Henr̃ præfato N. centum libras ad certum terminum jam præteritum solvendas, coram eisdem majore et clerico juxta formam statuti dudum apud Actoñ Burnel pro mercatoribus æditi se debere recognovit, et postmodum ipsum H. pro eo quòd ipse prædictas centum libras præfato N. ad terminum prædictum non solvit, per præfatum majorem capi, et in prisona salvò custodiri, quousque eidem N. de eisdem centum libris plenè satisfecerit, falsò et maliciosè procurarunt, in ipsius H. damnum non modicum, et deceptionem curiæ nostræ manifestam, super quo &c. adhiberi: nos volentes eidem H, quatenus justè poterimus, subvenire, vobis mandamus quòd audita querela ipsius H. in hac parte, et vocatis coram vobis præfatis I. I. S. I. et N, ac præfatis majore et clerico, auditisque hinc et inde partium rationibus, eidem H. super falsitate, malicia, et deceptione prædictis, plenam et celerem justitiam fieri fac', prout de jure et secundum legem et consuetudinem regni nostri Angl' fore videritis faciendum. T. &c.

Audita querela de deceptione qn' quis impetravit breve Præcipe in capite per falsam

¶ Rex, justitiariis suis de banco salutem. Monstravit nobis Hugo de L. persona ecclesiæ de B. ut cum ipse nuper manerium de C. cum pertinentiis in comitatu Leyc' ad terminum vitæ suæ ex dimissione I. de L. tenuisset, ac Henr̃ filius et hæres prædicti I. manerium prædictum Th. S. et R. et hæredibus de corpore ipsius R. exeuntibus, ac W. jam defuncto

defuncto ut dicitur per finem inde in curia nostra coram justitiariis nostris de banco apud W. levatum, post mortem prædicti Hugonis habendum concessisset: G. filius prædicti Henr et L. collusione inter eos præhabita, præfatum Hugonem de manerio prædicto amovere, et præfatos T. S. et R. de reversione manerii pdicti excludere machinantes, breve nostrum quod vocatur Præcipe in capite vicecomiti nostro Leyc' ad certum diem jam præteritum returnabile de manerio prædicto, ac si idem manerium de nobis teneretur in capite cùm non teneatur, sub nomine prædicti G. versus præfatos Hugonem et Thomam in cancellaria nostra impetrari, et breve nostrum prædictum, quòd præfati Hugo et T. juxta formam brevis prædicti summoniti fuerunt essendi coram vobis ad diem prædictum, per præfatum vicecomitem retornari, ac quendam ignotum qui se Richardum de S. nominari asseruit coram vobis in banco prædicto apparere, ad lucrandum vel perdendum in loquela prædicta per præfatos Hugonem et Thomam attornari, ipsis Hug' et Thom de impetratione brevis, summonitione ac attornato prædicto sub nomine suo ut præmittitur facto penitus ignorantibus, falsò et maliciosè procurarunt, ac præfatus attornatus ad eundem diem coram vobis comparens, posuerit se in magnā assisam nostram, et petierit recognitionem fieri utrum iidem Hugo et Thomas majus jus habuerunt tenendi dictum manerium cum ptiñ sicut illud tenuerunt, an prædictus G. habendum dictum manerium sicut illud petiit, per quod per defaltam quam iidem Hugo et Thom postmodum fecerunt in eadem curia, p vos consideratum fuit ibidem, quòd prædictus G. recuperaret seisinam suam de pdicto manerio cum ptiñ versus præfatos Hug' et Th. tenendo eidem G. et hæredibus suis quietum de prædictis Hug' et Th. et hæredibus suis im ppetuum, cujusquidem considerationis prætextu, prædictus Hugo à manerio suo prædicto cum pertinentiis perperam est amotus, in ipsius Hugonis damnum non modicum, ac curiæ nostræ deceptionem manifestā, su p quo præfatus Hugo &c. adhiberi: nos hujusmodi collusionem, maliciā, & deceptionem transire nolentes impunitas, vobis mandamus quòd audita querela ipsius Hugonis in hac parte, & vocatis coram vobis G. & L. & R, ac aliis quos in hac parte fore videritis evocand', & auditis hinc & inde partium rationibus, ulterius eidem Hug' tam super recuperatione et restitutione dicti manerii cum pertinentiis, quàm super collusione, malicia, & deceptione prædictis, plenam & celerem justitiam fieri fac', put de jure & secundum legem & consuetudinē regni nostri Angl' fore videritis faciend' T. Anno xvii. &c.

suggestionem, & fecerit attornatos falsos loco tenentis &c.

¶ Rex, vic' Suth' salutē. Si H. M. fecerit te &c. tunc pone &c. I. F. vicarium ecclesiæ sancti Egidii extra Crepulgate Londoñ, I. L. I. F. & S. H. quòd sint coram justitiariis nostris apud Westm tali die, ostensuri quare conspiratione inter eos apud Wyntoñ præhabita, præfatum H. callidè prægravare machinantes, coram Nicholao Lowy nuper majore villæ nostræ Suthamptoñ & Roberto Shirhed' clerico, ad recognitiones debitorum apud S. accipiendas deputatis venerunt, & prædictum

De deceptione qñ aliqui venerint coram aliquo majore & clerico ad recogñ &c. deputatis, & fecerint unum eorum vocari nomine alicujus extranei, & ipsum facere recogñ eisdem

dictum Johannem Lannare, Henr̄ M. existere corporali sacramento per præfatos I.J.J. et S. ad hoc præstito asseruerunt, sicq; idem I. Lannare se sub nomine præfati H. sexaginta libras Nicholao Appelmañ ad certum diem jam præteritum solvendas, coram præfatis majore et clerico juxta formam statuti pro mercatoribus æditi debere recognovit, et postmodum iidem I.I.I. et S, præfatum H, quousque de prædictis sexaginta libris præfato N. satisfecit ut dicitur, diversimodè prosequi, et falsò et maliciosè procurarunt, in ipsius H. damnum non modicum et gravamen, et contra formam ordinationis in hujusmodi casu provisæ ut dicitur. Et habeas ibi nomina pleg' et hoc breve. T. &c.

De deceptione qñ subescaetor regis authoritate propria & non per examinationem seu sacramentum juratorū, ceperit inquisitionem aliquam super articulis in brevi regis contentis, ad deliberandum manerium aliquod extra manum regis & possessionem alterius qui illud habuit ex concessione regis &c.

¶ Rex, vic' salutem. Si Thomas de Berkeley fecerit &c. tunc pone &c. Adam Cavill nuper subescaetorem nostrum in com̄ prædicto, quòd sit coram justitiariis &c. ad respondendū tam nobis quàm p̄fato Thomæ, quare cùm nos nuper post mortē Margaretæ de S. defunctæ quæ de nobis tenuit in capite, omnia terras et tenementa quæ fuerunt ipsius Margaretæ in feodo, die quo obiit, occasione mortis dictæ Margaretæ et ratione minoris ætatis R. filii et hæredis ejusdem Margaretæ, per Simonem Basset tunc escaetorem nostrum in eodem comitatu capi fecerimus in manum nostram, et omnia terras et tenementa prædicta cum ꝑtinentiis Johanni Darcy commiserimus, habenda usq; ad legitimam ætatem hæredis prædicti, idemque Johannes manerium de Wodemencote cum pertinentiis inter alia terras et tenementa prædicta, et in manum nostram sic capta, et sibi ꝑ nos commissa, postmodum præfato T. concessisset et dimisisset, usque ad legitimam ætatem ejusdem hæredis habendum: p̄dictus Adam machinans ipsum Thomam à possessione manerii prædicti cum ꝑtinentiis sic in manu nostra et in custodia p̄dicti Thomæ ratione minoris ætatis prædicti Henr̄ ex dimissione p̄fati Johannis existentis fraudulenter amovere, quandam inquisitionem quam ꝑ sacramentum ꝓborum et legalium hominum de comitatu prædicto super quibusdam articulis in quodam brevi nostro præfato escaetori nostro directo contentis, capere debuisset, nullatenus cepit, sed quandam inquisitionem de eisdem articulis autoritate sua propria, et non per examinationem seu sacramentum juratorum ꝑut moris est, dicto escaetore nostro tunc in partibus exteris in obsequio nostro existente, falsò fieri et fabricari fecit, ac inquisitionē illam sic fraudulenter factam coram nobis in cancellaria nostra retornari, et breve nostrum in eadem cancellaria super contentis in dicta inquisitione ad deliberandum dictum manerium extra manum nostrā et possessionem prædicti Thomæ impetrari procuravit, cujus quidem brevis prætextu manerium prædictum cum pertinentiis Warino de W. liberatum fuit, in nostri et curiæ nostræ prædictæ deceptionem, et ipsius Thomæ grave damnum ut dicit. Et habeas ibi nomina &c. T. apud Westmonasterium anno vicesimo quinto.

Aliter de deceptione.

¶ Si A. &c. tunc attachies W. ubicunq; inventus fuerit in balliva tua, ita quòd eum habeas coram nobis et concilio n̄ro apud W. tali die, ad respon-

respondendum tam nobis quàm pfato A, quare cùm idem A. nuper in curia nostra coram justitiariis nostris de banco per breve nostrum implacitasset pfatum VV. et I. uxorem ejus, de septima parte unius mesuagii et centum acris terræ cum pertinentiis in B: idem VV. ad quendam diem inde inter eos per prædictos justitiarios nostros in eodem banco præfixum, curiæ nostræ ac legi et consuetudini regni nostri Angl' manifestè illudendo, et prosecutionem eidem A. in hac parte prorogare machinando, quasdam literas nostras de protectione continẽtes ipsum VV. in obsequium nostrum in partibus marchiæ Scotiæ tunc extitisse, et ipsum quietum esse de omnibus placitis et querelis, exceptis placitis de dote unde nihil habet, et quare impedit, et assisis novæ disseisinæ, et ultimæ psentationis, et attinctis, et exceptis &c. porrigi fecit coram pfatis justitiariis nostris, ipso VV. tunc, ante et post, in Angl' continuè commorante per quod loquela coram præfatis justitiariis nostris sine die remansit, in nostri contemptum manifestum, et deceptionem curiæ nostræ prædictæ, ac legis et consuetudinis pdictarum illusionem manifestam, necnon ipsius A. dispendium non modicum et exhæredationis periculum manifestum. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

¶ Si I. &c. tunc pone &c. B. quòd &c. ad respondendũ tam nobis quàm præfato I, quare cùm nos nuper coram justitiariis nostris de banco per breve nostrum implacitassemus præfatum I, de eo quòd idem I. permitteret nos præsentare idoneam personam ad ecclesiam de H, idémq; I. præfatum &c. loco suo attornasse, ad lucrandum vel perdendum in loquela pdicta: prædictus B. in præfata curia nostra ad diẽ in dicto brevi præfixum nomine ipsius I. comparens, machinánsq; per collusionẽ inter ipsum B. et K. qui dictum breve nostrum nomine nostro sequebatur habitã, præfatum I. jure suo in hac parte defraudare, asseruit ibidem coram præfatis justitiariis nostris ipsum I. nihil clamare de advocatione ecclesiæ supradictæ, per quod breve nostrum de judicio custodi spiritualitatis episcopatus Eliesi sede vacante extitit demãdatum, quòd non obstante reclamatione ipsius I. ad præsentationem idoneam personam admitteret ad ecclesiam antedictam, in deceptionem curiæ nostræ prædictæ, et ipsius I. damnum non modicum et gravamen. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. T. &c. *Aliter deceptione de præsentatione.*

¶ Rex, vicecomiti Lincolñ salutẽ. Si T. B. fecerit &c. pone I. H. quod sit &c. ostensurus quare cùm I. L. et I. VV. nuper implacitassent in hundredo de R. pfatum T, de certis debitis quæ iidem I. L. et I. VV. à pfato T. separatim exigerunt, ac continuatis inde inter eos processibus, prædictus T. per considerationem curiæ hundredi pdicti admissus fuisset ad vadiandum et faciendum legem suam in placitis pdictis ad proximũ hundredum ibidem tenendum, et licet postmodum pdictus I. H. pro certa pecunia summa sibi per præfatum T. soluta, eundem T. in placitis prædictis ad diem sibi præfixum bene et fideliter essoniare apud R. assumpsisset: pdictus tamen I. H. machinans ipsum T. in hac parte falso et maliciosè pgravare, ad hundredum hujusmodi ad diem pdictum venire, et ipsum T. in placitis illis ibidem essoniare non curavit, per *De collusione versus attornatum de essoniis mittendis.*

quod idem T. præfatis I. L. et I. W. in debitis prædictis, ac in magna pecuniæ summa pro damnis suis in hac parte, in ipsius I. H. defectum, existit condemnatus, in ipsius T. damnum non modicum et gravamen ut dicit. Et habeas &c. T. &c.

De controfactione sigilli.

¶ Rex, vicecomiti Lincoln̄ salutem. Si Johannes fecerit &c. tunc pone &c. R. S. et W. R. quòd sint &c. ostensuri quare collusione inter eos apud W. præhabita, ipsum Johannem de præsentatione sua ad ecclesiam de D. Wygorn̄ dioc' nuper vacantem, et ad suam donationem spectantem, defraudare callidè machinantes, sigillum prædicti I. controfecerunt, et quasdam literas patentes, per quas idem Johannes ad ecclesiam prædictam præfatum R. T. episcopo Wygorn̄ loci diocesano præsentasse debuerat, cum eodem sigillo controfacto consignari fecerunt, et ipsum R. ad ecclesiam illam colore literarum prædictarum admitti, et in eadem institui ac induci, falsò et fraudulenter procurarunt, in ipsius I. damnum non modicum et gravamen ut dicit. Et habeas &c. T. &c.

De parco fracto & averiis abductis &c. captis in dāno.



REx, vicecomiti Lincoln̄ salutem. Si A. &c. tunc pone &c. ostensurus quare cùm idem A. in damno suo apud N. quædam averia, vel sic, averia prædictorum B. et C. cepisset, et ea secundum legem et consuetudinem regni nostri ibidem imparcasset: iidem B. et C. parcum illum vi et armis fregerunt, et averia prædicta ceperunt et abduxerunt, et alia enormia &c. ad grave damnum &c.

Aliter per servientem in damno.

¶ Ostensurus quare cùm idem A. in damno suo apud N. per C. servientem suum quendam bovem vel quædam averia capi fecisset, et idem C. bovem illum, vel sic, averia illa secundū legem et cōsuetudinem regni nostri imparcasset: prædictus B. parcum illum vi et armis fregit et asportavit, vel sic averia illa usq; N. duxisset, et ea ibidem secundum legem et consuetudinem regni nostri &c. prædictus B. &c.

Aliter per custodem cellæ.

¶ Si abbas beatæ Mariæ Eborum fecerit &c. ostensurus quare cùm idem abbas in damno suo in suburbio Lincoln̄, per fratrem I. custodem cellæ suæ sanctæ Mariæ Magdalenæ extra Lincoln̄, quædam averia capi fecisset &c.

Aliter pro defalta.

¶ Ostensurus quare cum idē A. in feodo suo apud N, per C. servientem suum averia prædicti B, pro quadā defalta quam idem B. fecit in curia ejusdem A. versus E, in loquela quæ fuit in eadem curia inter &c. per considerationem curiæ prædictæ capi fecisset, et idem C. averia illa secundum legem et consuetudinem regni nostri ibidem imparcasset: prædictus B. parcum illum &c.

Aliter pro amerciamento in hundredo.

¶ Ostensurus quare cùm idem A. per C. et D. ballivos suos de hūdredo de N, quoddam jumentum ipsius B. apud S. infra præcinctum hundredi ꝑdicti, pro quodam amerciamento, ad quod idem B. amerciatus fuit in eodem hundredo, ad opus ꝑdicti A. levando capi fecisset, et iidem ballivi jumentum illud secundum legem et consuetudinem regni nostri ibidem imparcassent: prædictus B. parcum illum vi et armis &c.

¶ Rex

¶ Rex, vicecomiti Suf. salutem. Pone per vadium &c. Petronillã Cratoñ et T. de C. quòd sint &c. ad respondendum tam nobis quàm Katarinæ reginæ Angliæ, quare cum W. de Ros ballivus libertatis pdictæ reginæ hundredorum de B. et C, in quibus eadem regina sicut in cæteris terris et tenementis suis sibi per nos concessis habet retornum omnium brevium nostrorum, prout ad ipsum W. ratione officii sui pertinuit, virtute retorni cujusdam brevis nostri sibi per te infra libertatem pdictam facti, pro quodam debito ad opus pdictæ reginæ de præfata P. per summonitionem scaccarii nostri levando, averia prædictæ P. apud B. cepisset, et ea secundum legem et consuetudinem regni nostri ibidem imparcasset: prædicti P. et T. parcum illum vi et armis fregerunt, et averia prædicta ceperunt et abduxerunt, et alia enormia ibidem perpetrarunt, in nostri contemptum et prædictæ reginæ grave damnum & contra pacem nostram. Et habeas &c. T. &c.

Aliter de averiis captis pro debitis per summonitionem scaccarii, ad opus reginæ virtute returni de omnibus brevibus concessi exactis.

¶ Quare cum idem A. in feodo suo apud N. pro consuetudinibus & servitiis sibi debitis, quædam averia cepisset, et ea nomine districtionis secundum legem & consuetudinem regni nostri Angl' ibidem detinere voluisset &c.

Pro consuetudinibus & servitiis.

¶ Ostensurus quare cum idem T. in feodo suo apud S. per W. servientem suum, quædam catalla ipsius R. pro executione cujusdam judicii nuper redditi in curia ipsius T. ibidẽ, in loquela quæ fuit in eadem curia sine brevi nostro, inter I. & præfatum R, de debito tredecim solidorum quod idem I. à præfato R. exigebat, facienda, capi fecisset, & idem W. catalla illa occasione prædicta secundum legem & consuetudinem regni nostri Angl' ibidem detinere voluisset: prædictus R. catalla illa eidem W. vi et armis abstulit, & in ipsum W. ibidem insultum fecit &c. per quod &c.

De catallis captis pro executione judicii in curia alicujus redditi.

¶ Ostensurus, quare, cum idem T. in feodo suo apud S. per H. servientem suum, præfatum I. per catalla sua ad respondendum R. T. de quodam debito, quod idem R. à præfato I. in curia ipsius T. ibidem exigebat, attachiari fecisset, & idem H. catalla illa occasione prædicta secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ ibidem detinere voluisset: prædictus I. catalla illa eidem H. vi & armis abstulit, & in ipsum &c. per quod &c.

De catallis captis per ballivum.

¶ Rex vicecomiti salutem. Si A. &c. pone &c. ostensurus quare cum idem A. in damno suo apud S. quædam averia, vel sic, averia pdicti B. cepisset, & ea secundum legem & consuetudinẽ regni nostri Angl' ibidem imparcare voluisset: pdictus B. averia illa vi & armis rescussit & alia enormia ei intulit, ad grave &c. & contra pacem &c.

De rescussu de averiis.

¶ Ostensurus quare cum idem A. in damno suo apud S. per C. servientem suum quædam averia, vel sic, averia prædicti B. capi fecisset, & idem C. averia illa secundum legem & consuetudinem regni nostri imparcare voluisset: pdictus B. averia pdicta vi & armis rescussit, & alia enormia &c.

Aliter per servientem.

¶ Ostensurus quare cum idem A. in feodo suo apud S, pro consuetudinibus & servitiis sibi debitis, per C. servientem suum quædam averia

Pro consuetudinibus & servitiis.

capi, vel sic, quandam carectam ipsius B. capi fecisset,& idem C. carectam illam usq; manerium prædicti A. de S. secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ detinendum ducere voluisset: pdictus B. carectam illam vi et armis rescussit, et ipsum &c.

De averiis & piscaria.

¶ Ostensurus quare cùm idem A. in damno suo apud S. quædam averia &c. et ea secundum &c. prædictus B. averia illa vi et armis rescussit, et in separali piscar' ipsius A. ibidem piscatus fuit, et piscem &c. cepit et asportavit, et in homines et servientes suos ibidem insultum &c. per quod &c.

De averiis & catallis.

¶ Ostensurus quare cùm idem A. in feodo suo apud S. pro consuetudinibus et servitiis sibi debitis, quædam averia et catalla, vel averia et catalla prædicti B. cepisset, et averia illa ibidem imparcare, ac catalla illa nomine districtionis secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ ibidem detinere voluisset: idem B. averia illa vi et armis rescussit, et catalla prædicta eidem A. abstulit, et alia enormia &c.

De catallis captis nomine districtionis.

¶ Ostensurus quare cùm idem A. in quodam tenemento ipsius B. apud N, in quodam annuo reditu per scriptum ipsius B. obligatorium districtioni ipsius A. obligato, pro reditu prædicto aretro existente, quædam catalla ipsius B. cepisset, et ea nomine districtionis secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ ibidem detinere voluisset: prædictus B. catalla prædicta eidem A. vi & armis abstulit &c.

De rescussu facto taxatori & collectori de catallis captis pro decima.

¶ Si W. filius R. subtaxator et collector decimæ in villa de S, nobis per communitatem regni nostri Angliæ ultimo concessæ, fecerit &c. tunc pone &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato W, quare cùm idem W. quædam catalla prædicti R. pro certa pecuniæ summa ratione decimæ prædictæ assessa cepisset, et catalla illa nomine districtionis nomine nostro ibidem detinere voluisset: prædictus R. catalla illa eidem Wilhelmo ibidem vi et armis abstulit, et in ipsum Walterũ ibidem insultum fecit, et ipsum verberavit &c. et alia enormia &c. in nostri contemptum et præjudicium, ac ipsius W. grave damnum, et contra pacem &c.

De rescussu facto ballivo libertatis de hominibus per ipsum factis pro diversis trãs factis infra jurisdictionem curiæ alicujus prioris.

¶ Ostensurus quare cùm idem prior per cartam domini E. &c. quã inspeximus, habere debeat apud B. liberam curiam suam, de omnibus hominibus suis tam burgẽsibus quàm aliis, et de omnibus placitis et querelis ac attachiamentis qualitercunq; cõtingentibus, unà cum prisis et omnibus aliis ad homines suos spectantibus, ac idem prior per P. ballivum suum apud B. R. et M. homines prædicti prioris, pro diversis transgressionibus apud B. infra libertatem ejusdem prioris per ipsos ut dicitur contra pacem nostram factis, unde clamor et hutesium ibidem levata fuerunt, attachiari fecisset, et idem P. ipsos R. et M. ibidem secundum legem et consuetudinem &c. detinere voluisset, justitiam in hac parte in curia prædicti prioris subituros: prædicti S. et T. præfatos R. et M. de prædictis transgressionibus non justificatos vel justificatos, à custodia ipsius P. vi & armis ceperunt, et quo voluerunt abire permiserunt, et alia enormia &c. ad grave damnum ipsius prioris

&

& libertatis suæ læsionem manifestam, et contra pacem nostram &c.
✱Et potest fieri contra,&c.

Nota. Aliter de catallis.

¶ Ostensurus quare cū idē A. &c. sibi debita, quædam catalla cepisset, et ea nomine districtionis secundum legem &c. detinere voluisset: prædictus B. catalla illa eidem A. vi et armis abstulit, et alia enormia &c.

De rescussu facto ballivo regis de homine capto per breve de judicio.

¶ Si Thomas Gobyon ballivus hundredi nostri de S. fecerit &c. ad respondend' tam nobis quàm p̄fato ballivo, quare cùm idem ballivus juxta officii sui debitum, W. quem per vicecomitem nostrū comitatus prædicti per breve nostrū de judicio sibi directum capi præceperimus, apud R. virtute mandati nostri p̄dicti cepisset, et ipsum usq; castrū nostrum Norwici in prisona nostra ibidem moraturum ducere voluisset: p̄dicti R. et R. ipsum W. apud dictam villam de K. vi et armis rescusserunt, et alia enormia &c. in nostri contemptum et prædicti ballivi grave damnum, et contra pacem nostram. Et habeas &c.

De attachiamento facto per ballivum regis fracto pro hutesio.

¶ Si H. de R. ballivus villæ nostræ de S. vel constabularius fecerit &c. tunc pone &c. ostensurus quare cùm idem ballivus juxta officii sui debitum, p̄fatum R. pro quodam hutesio super ipsum per W. de S. apud S. levato, vel pro quadam transgressione I. per ipsum B. illata, ad queremoniam p̄dicti B. secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ attachiasset: prædictus R. se justitiari non permittens, attachiamentum illud vi et armis fregit, et in ipsum H. ibidem insequendo &c. in nostri contemptum &c. vel sic, attachiare voluisset, attachiamēto illi restitit &c.

Regula.

☞ Et potest fieri infra libertatem, mutatis mutandis.

De rescussu facto illi qui habet returnum omnium brevium de averiis captis pro amerciamentis prætextu returni sibi inde facti in terris & feodis suis levandis.

¶ Si R. episcopus Cicestr̄ fecerit &c. tunc pone &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato episcopo, quare cum per cartam nostrā concesserimus eidem episcopo, quòd ipse et successores sui imperpetuum habeant returna omnium brevium nostrorum, et summonitiones de scaccario nostro et hæredum nostrorū, et attachiamenta tam de placitis coronæ quàm aliis quibuscunq; in omnib' terris et feodis suis, ita quod nullus vicecomes aut ballivus seu alius minister noster vel hæredum nostrorum terras seu feoda illa ingrediatur, ad executionem eorundem brevium et summonitionū seu attachiamentorum de placitis coronæ vel aliis placitis, aut ad aliquod aliud officium ibidem faciendum, nisi in defectu ipsius episcopi vel successorum suorum aut ballivorum et ministrorum suorum in terris et feodis suis prædictis, ac idem episcopus virtute cujusdam returni sibi per te prætextu vel virtute cartæ nostræ prædictæ directi, de quibusdam exitibus forisfactis et amerciamentis in terris et feodis suis, levandis, quædam averia pro eisdem exitibus et amerciamentis nomine districtionis apud S. per Johannem de C. servientem suum capi fecisset, et idem Johannes averia &c. secundum legem et consuetudinem regni nostri Angl' imparcare voluisset: p̄dicti Walterus et Petrus averia illa vi et armis rescusserunt, et in ipsum I. ibidem insultum fecerunt, et ipsum verberaverunt, per quod idem episcopus servitium suum &c. amisit, et alia enormia ei &c. in nostri contemptum et prædicti episcopi grave damnum

num &c. T. apud Londoñ anno duodecimo.

De rescussu facto ballivo regis distringenti pro quodam reditu regi debito.

¶ Si A. ballivus noster de Hundredo de H. &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato A, quare cùm idem A. prout ad ipsum ratione officii sui pertinuit, pro quodam annuo reditu de molendino nostro de M. nobis debito aretro existente apud S. quædam averia cepisset, et ea secundum legẽ &c. voluisset: ꝑdictus C. averia ꝑdicta vi et armis rescussit, et alia enormia &c.

De rescussu facto illi qui clamat habere catalla felonũ & fugitivorũ de averiis captis pro catallis felonum.

¶ Ostensurus quare cùm idem episcopus infra præcinctum wapentachii sui de N. habeat, ipseq; et prædecessores sui episcopi loci prædicti, à tempore quo non extat memoria, semper hactenus ibidem habere consueverint, catalla felonũ, damnatorũ, et fugitivorũ, ac præfatus episcopus per Johannem servientem suum, quædam averia hominum villatorũ de N. et S. infra præcinctum wapentachii ꝑdicti existentiũ, pro hujusmodi catallis nobis de villatis illis in itinere dilectorum &c. itinerantium in comitatu Notingh' adjudicatis, et eidem episcopo allocatis, capi fecisset, et idem I. averia illa apud S. infra præcinctum wapentachii prædicti secundum legem &c. imparcare voluisset: prædicti &c.

De rescussu facto ballivo libertatis de homine capto per statutum mercatorum.

¶ Rex vicecomiti Kanc' salutem. Si Henricus Wymond' et W. Box &c. pone &c. ad respondendum tam nobis quã ꝑfatis H. et W. quare cùm R. nuper recognovisset se debere præfatis H. et W. centum libras, eis juxta formam statuti dudum apud Actoñ Burnel pro mercatoribus editi, solvendas, nosq; pro eo quòd idem R. terminos solutionis suæ non observavit, ad prosecutionem prædictorum H. et W. tibi per breve nostrum præceperimus, quòd corpus prædicti R. si laicus esset, caperes, et salvo custodiri faceres, donec eisdem H. et W. de prædicto debito satisfecisset, ac B. de F. ballivus libertatis Katarinæ reginæ Angliæ de M. cui returnum brevis nostri prædicti habere fecisti juxta libertates eidem reginæ concessas, prædictum R. virtute returni prædicti cepisset, et ipsum R. ad prisonam ad salvò et securè custodiendum, donec eisdem H. et W. de prædicto debito satisfecerit, ducere voluisset: prædicti &c. prædictum R. apud S. vi et armis rescusserunt, et quò voluit abire permiserunt, in nostri contemptum et ipsorum H. et W. grave damnum, ac prosecutionis suæ retardationem manifestam, et contra pacem nostram. T. &c.

De rescussu facto ballivo libertatis qui habuit returnum ad levanda expensa militum de Parliament.

¶ Rex vicecomiti Cantabr' salutem. Si Hugo Pong' ballivus Simonis Elieñ episcopi libertatis de E. fecerit &c. tunc pone &c. R. et S. quòd sint coram &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato Hugoni, quare cum nos nuper vicecomiti nostro comitatus prædicti per breve nostrum præceperimus, quòd quandam certam pecuniæ summam pro expensis militum eiusdem comitatus nuper ad parliamentum nostrum de mandato nostro venientium, de hominibus comitatus prædicti levari, et eisdem militibus solvi faceret, ac idem H. virtute cujusdam mandati sibi per vicecomitem prædictum, de quadam pecuniæ summa de hominib vel super homines libertatis illius, pro contributione facienda expensis militum ꝑdictorũ assessa levanda, facti, quædam averia

prædicti R. pro portione ipsum inde rationabiliter contingente, apud B. infra libertatem prædictam per Henricum de R. sub ballivum ipsius Hugonis capi fecisset, et idem Henr̃ averia illa ibidem secund' legẽ et consuetudinem regni nostri imparcare voluisset: p̃dicti R. et R. averia illa vi et armis rescusserunt, et in ipsum Henr̃ ibidem &c. per quod &c. in nostri ac mandati nostri p̃dicti contemptum, et ipsius Hugonis grave damnum, et levationis expensarũ p̃dictarum retardationem manifestam, et contra pacem nostram. Et habeas &c.

* Nota de rescussu pro executoribus.

Nota. De rescussu facto ballivo qui ratione officii sui arrestavit aliquẽ ad sectã alicujus.

¶ Ostensur̃ quare cùm idem A. per C. ballivum suum villæ de W. p̃fatum B. ad prosecutionem D. ad respondendum præfato D. in curia p̃dicti A. villæ p̃dictæ de quodam debito quod idem D. à præfato B. exigit, secundũ legem et consuetudinem regni nostri ibidem attachiari fecisset: prædictus B. attachiamentum p̃dictum vi et armis fregit, et in ipsum C. ibidem insultum fecit, et ipsum verberavit, vulneravit &c. per quòd idem A. servitium suum &c. T.

Attachiamentum factum super quadam ordinatione. A. xxv. contra servientes.

REx vicecomiti Lincolñ salutem. Si A. fecerit &c. tunc attachies I. de B, ita quòd eum habeas coram nobis in octavis sancti Michaelis ubicunq; &c. ad respondendum tam nobis quàm p̃fato A, quare cùm per nos et consilium nostrum pro communi utilitate regni nostri Angliæ ordinatum sit, quòd si aliquis messor, falcator, aut alius operarius vel serviens cujuscunq; status fuerit seu conditionis, in servitio alicujus retentus, ante finem termini concordati, à servitio p̃dicto sine causa rationabili vel licentia recesserit, pœnam imprisonamenti subeat, et nullus sub eadem pœna talem in servitio recipere vel retinere præsumat, nec ullus vadia, liberationes, mercedes, seu salaria majora quàm solita tunc præstari anno regni nostri Angliæ vicesimo vel annis communibus quinq; aut sex proximis præcedentibus, alicui servienti solvat vel solvere promittat: prædictus Johannes de B. Richardum nup servientem prædicti Adulphi, qui à servitio ejusdem Adulphi ante finem termini inter eos concordati, facta sibi promissione per ipsum Johannem de salario plus solito recipiendo, sine causa rationabili vel licentia prædicti Adulphi recessit in servitium ipsius Johannis, quanquam ipse de præfato Richardo eidem Adulpho restituendo requisitus fuerit, admisit, et retinuit, in nostri contemptum, et ipsius Adulphi grave damnum, et contra formam ordinationis prædictæ. Attachies etiam præfatum Richardum, ita quòd eum habeas tunc ibidem, ad respondendum tam præfato Adulpho, quare à servitio ejusdẽ Adulphi sine licentia sua, ut p̃dictum est, recessit, ad grave damnũ &c. et contra ordinationem prædictam. Et habeas ibi hoc breve. T. &c. Breve de ordinatione.

Aliter.

¶ Rex &c. Si I. P. fecerit &c. tunc attachies T. de W. ita quòd eum habeas coram justitiariis nostris apud Westm̃ tali die, ad respondendũ tã nobis quam præfato I, quare cum per dominũ E. nup regem Angl' p̃genitorem nostrũ et consilium suum, pro communi utilitate ejusdem

regni ordinatum sit, quòd si aliquis serviens in servitio alicujus retentus, ante finem termini concordati, à dicto servitio sine causa rationabili vel licentia recesserit, pœnam imprisonamenti subeat: p̄dictus T. in servitio ipsius Johannis apud S. nuper retentus, ab eodem servitio ante finem termini inter eos concordati sine causa rationabili et licentia ipsius Johannis recessit, in nostri contemptũ, et ipsius I. grave damnum, ac contra formam ordinationis p̄dictæ. Et habeas ibi tunc hoc breve. T. &c. Breve de ordinatione.

De fractione arrestatiõis &c.

¶ Rex vicecomiti Midd' salutem. Si I. de W. constabularius villæ de C. fecerit &c. pone &c. W. quòd sit coram &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato constabulario, quare cum idem constabularius juxta officii sui debitum, præfatum VV. pro quibusdam transgressionibus per eundem VV. apud C. contra pacem nostram perpetratis attachiasset: prædictus VV. se justitiari non permittens, attachiamentũ p̄dictum vi et armis fregit, et in ipsum constabularium ibidem insultum fecit &c. et alia enormia &c. in nostri contemptum, et ipsius constabularii grave damnum, et contra pacem nostram. Et habeas ibi nomina pleg' &c.

De equo rescusso, capto, pro executione judicii per ballivum.

¶ Rex &c. Si prior de S. fecerit &c. pone T. quòd sit &c. ostensurus quare cùm idem prior in feodo suo apud N. per I. servientem suum, pro executioni judicii nuper redditi in curia ipsius P. de debito, quendam equum ipsius T. capi fecisset, et idem I. equũ illũ secundũ legẽ et consuetudinem regni nostri Angliæ ibidem imparcare voluisset. &c.

De attachiamento fracto quando fit per breve regis.

¶ Si A. ballivus libertatis episcopi Elieñ vel ballivus episcopi Elieñ de hundredo suo de N. fecerit &c. pone &c. B. quòd sit &c. ad respõdendum tam nobis quàm præfato ballivo, quare cùm idem ballivus juxta officii sui debitum, virtute cujusdam brevis nostri de judicio de capiendo ipsum B. tibi directi, cujus quidem brevis returnum eidem ballivo habere fecisti, ipsum B. apud N. attachiare voluisset: prædictus B. attachiamento illo vi et armis restitit, et in ipsum &c. vel sic, attachiasset: p̄dictus B. attachiamentum illud vi et armis fregit, et in ipsum &c.

Regula.

☞ Et potest fieri nomine episcopi &c.

De ballivo impediẽdo ad replegiandum averia.

¶ Ad respondendum &c. quare cum idem ballivus prætextu cujusdam mandati, per p̄fatum vicecomitẽ ad quædã averia I. de F. quæ p̄dictus R. cepit et injustè detinuit, replegianda, sibi directi, eadem averia eidẽ I. juxta tenorem mandati prædicti replegiare voluisset: p̄dictus R. ipsum ballivum quominus executionem mandati in hac parte facere potuit, vi et armis impedivit, et in ipsum ballivum ibidem insultum &c. in nostri contemptum, et ipsius ballivi grave damnum, ac contra pacẽ nostram. &c.

De catallis captis pro amerciamentis abbatis.

¶ Ostensurus quare cùm idem A. in feodo suo apud N, pro quibusdam amerciamẽtis in quæ dictus W. incidit, in curia ipsius A. ibidẽ ad opus suũ levandis, per L. servientẽ suũ quædam catalla capi fecisset, et idẽ T. illa nomine districtionis secũd' legem &c. ibidẽ detinere voluisset: p̄dictus VV. catalla illa eidem T. vi et armis abstulit, et in ipsum &c.

¶ Si

¶ Si W. ballivus libertatis abbatis de Leycestr̄ fecerit &c. pone B. &c. ostensurus quare cùm idem ballivus juxta officii sui debitū, W. quem p breve nostrum de judicio p te capi præcepimus, cujus quidē brevis returnum eidem ballivo habere fecisti, virtute ejusdem brevis apud N. cepisset, et ipsum &c. ut suprà, mutatis mutandis. De rescussu hominis capti per ballivum virtute returni brevis.

¶ Si T. de B. ballivus noster de hundredo de R. fecerit &c. pone B. &c. ad respondendum &c. quare cùm idem ballivus juxta officii sui debitum, W. quem per te per breve nostrum de judicio capi præceperimus, apud E. virtute mandati nostri prædicti cepisset, et ipsum usq; castrum nostrum Norwici in prisona ibidem moraturum ducere voluisset: prædictus Bernardus ipsum Walterum apud dictam villam de K. vi et armis rescussit, et alia enormia &c. in nostri contemptum, et prædicti ballivi grave damnum, ac contra pacem nostram &c. De homine rescusso capto per breve de judicio.

¶ Ostensurus quare cùm idem Thomas in feodo suo apud S. per W. servientem suum averia prædicti Richardi pro quadam defalta, quam idem Richardus fecit in comitatu tuo, versus Johannem de G. in loquela quæ fuit in eodem comitatu inter præfatos I. et R. per considerationem comitatus prædicti fecisset, et idem W. averia illa secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ ibidem imparcare voluisset: prædictus R. averia pdicta vi et armis rescussit, et alia enormia &c. T. xxviii. die Augusti anno regni nostri. viii. De rescussu averiorum captorum pro defalta in comitatu.

¶ Rex, vicecomiti &c. Si I. de B. comitissa Hereford' fecerit &c. pone &c. W. M. de R. quòd sit coram &c. ostensurus quare cùm eadem comitissa in feodo suo apud K. per I. O. servientem suum pro quadam defalta, quam I. F. fecerat in curia prædictæ comitissæ de K. in loquela quæ fuit in eadem curia sine brevi nostro inter I. B, G. T, C. de D, et I. C, et præfatum I. F. de debito octo solidorum quod iidem I, G, C, et I. C. à præfato I. F. exigunt ut dicitur, per considerationem ejusdem curiæ, quædam catalla capi fecisset, et idem I. O. catalla illa nomine districtionis secundum legem et consuetud' regni nr̄i Angliæ ibidem detinere voluisset: prædictus W. catalla prædicta eidem I. O. vi et armis abstulit, et alia enormia ei intulit, ad grave damnum ipsius comitissæ, et contra pacem nostram &c. Aliter.



Ex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd in pleno comitatu tuo recordari facias loquelam &c. inter A. et B. de quadam transgressione eidem A. per præfatum B. illata ut dicitur. Et recordum illud habeas &c. Et partibus &c. Et habeas &c. Quia prædictus A. placitando in comitatu prædicto, asseruit quòd prædictus B. cepit porcos ipsius A. in communi pastura sua apud S, & eos ibidem imparcavit: et idem B. contrarium allegavit; quòd ipse porcos illos in separali solo suo ut in damno suo, & non in communi pastura ipsius Augustini cepit, & sic captionem illam advocavit. Quæ quidem loquela, eò quòd tangit liberum tenementum sicut prædictum est, sine brevi nostro deduci non debet. Fiat executio &c. Recordari de trn̄s. Concieditur pro fine. Causa.

¶ Quia

Causa. Apud Northhampton an xi

¶ Quia prædictus prior &c. clamavit præfatum Isabellam esse nativam ipsius prioris, et ipsum præfatæ Isabellæ ea occasione respondere non debere ut dicitur: cujus quidem clamei probatio in eadem curia terminari non potest, propter quod loquela illa in curia prædicta secundum legem et consuetudinem regni nostri ulterius deduci non debet. Fiat executio &c.

Causa.

¶ Quia prædictus Guilielmus placitando in curia prædicta, asseruit præfatum priorem cum averiis suis herbam ipsius G. in quodam loco in Stok vocato A. depastum fuisse, conculcasse, et consumpsisse: quem quidem locum idem prior clamat esse liberum tenementum, et solum suum proprium ut dicitur. Quæ quidem loquela, eò quod tangit liberum tenementum, sicut prædictum est, in eadem curia sine brevi nostro ulteriùs deduci non debet, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ. Fiat executio &c.

Regula.

☞ Et auxi cesti briefe ad este recorde per tiel cause: pur ceo que le soil ou les arbres feurent cressants, fuit le fraunk tenement le demaundant.

Regula.

☞ Si home port briefe de trespas des arbres coupes, & le partie en pledant claim propertie en le soil: la court ad power de terminer la realtie. Et si la parole soit sans briefe, ele nad mye poiar. Et donques en tiel plee, ne poit home avoir le Recordare: pur ceo que sil soit per briefe, la court ad power à terminer: & si sans briefe, la partie defendra la court à pleder pluis en la realty. Et sils allent avant: adonques gist briefe de faux judgement &c.

Causa.

¶ Quia prædictus Johannes placitando in hundredo prædicto, asseruit se habere talem libertatem, quòd ipse habere debet unam faldam de collecta ovium in M, quòd nullus sine licentia sua habebit faldam ibidem aliquo tempore anni, nisi à tempore autumni usque ad festum sancti Michaelis, et prædictus T. levavit unam faldam in villa prædicta, in præjudicium ipsius Johannis et libertatis suæ prædictæ. In qua quidem villa prædictus T. clamat habere faldam de ovibus suis propriis quolibet tempore anni, in terris et tenementis quæ ipse tenet de W. in villa prædicta. Quæ quidem loquela eò quod &c.

Nota.

✲ Tamen quære en tiel cas coment le defendant purra luy escourcer quil ne respondra sans briefe, pur ceo quil sount appendantes à son frank tenement. Car sil ne die quils soun ses estovers, & que il per cel cause ne doit pas respondre: il ad don jurisdiction à le court per cel claime. Et per plusors sages dit est, que sil face justification: il fra non defendu, pur ceo que la court ne puet tryer cell. Et pur ceo ils dionr quil luy covient en cel cas suer briefe de remover la parole en la court le Roy.

Lincoln' ss. De recordo & processu de trñs mittendis in cancellaria. Conceditur sine fine & indorsetur.



Rex vult certis de causis certiorari in cancellaria sua, super tenore recordi et processus loquelæ, vel super recordum et processum loquelæ, quæ fuit coram eo per breve suum inter A. et B. de quadam &c. ideo tenor vel recordum et processus loquelæ prædictæ cum omnibus &c. mittatur vel mittantur in eandem cancellariam, sub sigillo I. de K. capitalis justitiarii ipsius regis ad placita coram ipso rege tenenda, cum hac billa T. rege &c. anno regni sui &c.

¶ Rex

¶ Rex, dilecto & fideli suo R. salutem. Volentes certis de causis certiorari, super recordo & processu cujusdam inquisitionis captæ coram vobis & socijs vestris nuper justitiariis nostris ad gaolam, &c. de morte N, unde W. captus & detentus in gaola prædicta rettatus est ut dicitur: vobis mandamus quòd recordum & processum prædicta, &c. mittatis, & hoc breve. T. &c. Aliter coram justitiarijs ad gaolam deliberandam.

Devoñ. ss. ¶ Rex vult certis de causis certiorari, si P. nominatus fuerit in quadam billa, per quam A. W. coram justitiariis domini E. patris, &c. ad placita coram ipso patre anno regni sui decimo tenenda assign, de quadam transgressione, &c. illata apud W. implacitavit, necne. Ideo billa illa necnon recordum & processus loquelæ inde habitæ, quæ sunt in custodia G. Lescrop capitalis justitiarii ad placita coram rege tenenda assign, ut dicitur, scrutentur, & transcriptum billæ illius, necnon tenor recordi & processus prædictorum distinctè & apertè mittantur in cancellaria ipsius regis, sub sigillo prædicti G. indilatè unà cum hac billa. T. rege, &c. Aliter de tenore cum billa mittendo in cancellaria.

REx, dilecto & fideli suo W. constabulario castri sui D. & custodi quinque portuum suorum salutem. Mandamus vobis quòd audita querela A, de quadam transgressione eidem A, per B. qui est de libertate portuum prædictorum, illata ut dicitur, auditisque hinc & inde earum rationibus, eidem A. facias exhiberi celeris justitiæ complementum, prout de jure & secundum legem & consuetudinem portuum prædictorum fuerit faciendum: ne clamor ad nos inde perveniat iteratus. T. &c. De trespas in quinque portubus.

REx, &c. ostensur quare cum nuper susceperimus in protectionem & defensionem nostram, prædictum A, homines, terras, res, reditus, & omnes possessiones suas, omnibus & singulis inhibentes, ne quis eis injuriam, molestiam, damnum, inferret aut gravamen: idem B. bona & catalla prædicti A. dum sub protectione nostra sic fuit, ad valentiam centum solidorum apud N. inventa vi & armis cepit & asportavit, & in homines & servientes, &c. per quod servitium, &c. & alia enormia, &c. ad grave damnum ipsius A, & contra protectionem nostram prædictam, & contra pacem nostram. Et habeas ibi nomina plegiorum. &c. T. &c. De trsis contra protectionem regis.


Ex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd per sacramentum proborum &c. poterit, diligenter inquiras qui malefactores & pacis nostræ perturbatores, bona & catalla A. ad valentiam tanti apud N. inventa, quem suscepimus in protectionem & defensionem nostram specialem, ac homines &c. suas, omnibus &c. gravamen, dum sub protectione &c. vi & armis ceperunt & asportaverunt, & in homines &c. ut supra in brevi, & contra pacem nostram. Et inquisitionem inde distinctè & apertè factam nobis in cancellaria nostra sub sigillo tuo & sigillis eorum, per quos facta fuerit, sine dilatione mittas, & hoc breve. T. &c. Breve de inquirendo de transgressione.

¶ Qui &c. perturbatores, in A. apud N. insultum fecerint &c. & quendam Aliter de equo

dam equum suum precii &c. ibidem inventum ceperunt et abduxerunt, et alia enormia &c. ad grave damnum ipsius A. et contra pacem nostram. Et inquisitionem inde &c. ut supra.

Aliter de parco fracto & chacea intrata.

¶ Qui &c. perturbatores, parcum ipsius episcopi apud N. vi et armis fregerunt et liberam chaceam suam apud N. intraverunt, et in eisdem chacea et parco sine licentia et voluntate sua fugaverunt, et feras inde &c.

Aliter de aquæ ductu.

¶ Qui &c. perturbatores, quendam aquæ ductum plumbeum sub terra venientem, fratrum de ordine minorum de Salop, in S, maliciosè fregerunt, et magnam partem ejusdem aquæ ductus ceperunt et asportaverunt, et alia enormia &c. Et inquisitionem &c. Vel sic: Et omnes illos quos per inquisitionem illam culpabiles inveneris, si prædictus A. fecerit &c. tunc pone &c. quòd sint coram nobis tali die ubicunque &c. vel coram justitiariis nostris &c. ad respondendum præfato A. de transgressione prædicta &c.

Aliter.

Nota.

✱ Tamen nota que anno xi. Edwardi tertii, les maistres de la chauncerie ne voudrient agreer à cest clause, (Et omnes illos &c.) car ils disoient que ceo serroit encounter la cours de la chauncerie. Mes ils accordent quant al remnant devaunt celle clause. Quære sil serroit encounter la ley devoir cest darreine clause ou nemy.

Nota de attaint done en le city de Lincoln.

✱ Nota quòd per statutum regis Richardi secundi anno regni sui tertio decimo cap. xix. ordines est & establis, que en assises, juries, & touts auters enquests, que serront pris enter partie & partie devaunt le mayor & bailifes de la citie de Lincoln q̃ pur le temps serront, si ascun des parties se pleint de faux serement fait per tiel assise, jurie ou enquest: lattaint luy soit graunt, & le record soit maunde p̱ bř en bank le roy ou en comen bank, & que le vicount arraie le jury de tiel atteint des foreins du counte sans maunder à la franchise du dit citie: et que les justices preignent mesmes les juries de mesmes les forreins, nient contristeant ascũ franchise graunte au dit citie, ou auter usage à contrarie.

Nota destatut.

✱ Nota que si home se pleint de faux serement fait per assises, juries, ou enquestes devant le mayor & bailifes ou viscount de la citie de Lincoln: il poet avoir bře datteint direct al viscount del countie de Lincoln pur le temps esteant, juxta vim & effectum statuti dicto anno xiii. editi, prout patet per statutum regis Henrici quinti anno regni sui tertio cap. v. & nemy direct as viscounts de la dit citie.

Nota de attinctis & processibus de eisdem.

✱ Nota que per le statute Edwardi secundi de viridi cera anno xiiii. cap. ii. est ordeigne, que si les primers jurrours que serrount en vie, napiergent pas en court devant justices que serront assignes à les jurges de xxiiii. prendre, à la primer graund distresse sur eux returne, en que returne soit quils nount riens per qui ils poient estre destreines: que adonques pur lour absence ne soit pas delay la pris de la jurie, save & garde en touts auters choses la proces en tielx juries uses de ceo en arere &c.

Attincta de trñs.

Conceditur pro fine moderato, videlicet, vi.s.viii.d.



Rex, vicecomiti Lincoln̄ salutem. Si G. de L. fecerit &c. tunc summoneas per bonos summonitores viginti et quatuor legales milites de visn̄ de N, quòd sint corā nobis apud Westmonasterium tali die, parati sacramento recognoscere, si juratores per quos quædam inquisitio nuper capta fuit coram nobis apud Eborum per breve nostrum inter I. et M. uxorem ejus et præfatum G, de quadam transgressione eidem M. per præfatum G. illata ut dicebatur, falsum fecerunt sacramentum,

mentum, sicut idem G. nobis graviter conquerendo monstravit, necne. Et interim diligenter inquiras qui fuerunt juratores illius inquisitionis, et eos tunc habeas coram nobis. Et summoneas per bonos summonitores pdictos I. et M, quod tunc sint ibi audituri aliam recognitioné, Et habeas ibi summonitorum nomina militum, et hoc breve. T. &c.

☞ Et potest fieri corã justitiariis, si loquela fuerit coram eis primò. Et per le statut de West. primer cap. 37. home avera brief datteint en plee de terre, ou de frãchise, ou de chose que touche franktenement. Et ore per statut fait a West. anno regni regis Edw. tertii primo, Cum Hugh. &c. cap. 7. home avera atteint en plee de trespas sibien sur le principal come sur les damages. Et est purveu per mesme le statut, que en tiel cas & touts auters cases datteints, les justices ne lessent pas à prendre les atteints pur les damages nient paies. Et per statut fait à Westm. anno ejusdem Edw. tertii quinto cap. 6. in fine, home avera atteint auxi bien en plee de trespas meve sauns bř come per brief devaunt les justices de recorde, si les damages ajudges passent 40.s. Et cink jours p an devaunt les justices del comõ bank serront dones en les dits jurees au meyns. Et est accorde per mesme le statut que essoin de service le roy, ne protectiõ ne soient allowes en tielx juries, nient pluis q̃ en assise de novel disseisine: & q̃ Nisi prius soit auxibiẽ done en tiels briefs come en auters. Et puis per statut mesme le roy Edward, anno 28. cap. 8. briefe datteint serra graunte si bien sur byli de tñs come sur brief de trespas sauns avoir regarde à quãtity des damages. Et puis per statut mesme le roy Edward, anno 34. cap. 7. chescun home contre qui les jurours passent, puisse avoir latteint sibien en ple real come en ple personel. Et latteint serra graunte as povers q̃ vouldront affier qu'ils nont riens dont faire fine salve lour countinaunce sans fine, & as touts auters pur easy fine. Regula.

✠ Mes nota que home navera mye latteint du faux serrement en appele de mahem nen autre appelle: car les estatutes suisdits ne le donent point, ut patet termino Hilarii anno 42. in banco regis. Nota.

✠ Nota que anno 41. termino Hilarii, atteint fuist porte per le baron & sa femme, ou trove fuist pur le tenaunt, & qu'ils aver fait bon serrement: per qui agarde que le baron & sa femme furent amerces, & qu'ils furent pris. Nota.

✠ Nota q̃ per lestatut fait anno nono regis Richardi secundi cap. tertio est accordes q̃ si tenaunt à terme de vie, tenaunt en dower, tenaunt per la leye dengleterre, ou tenaunt en taile apres possibility dissue extient, perdont per serremẽt de 12. q̃ celuy à que la reversion des tenements ainsi perdus est appendant au tẽps de tielx judgements rendus, ses heirs ou successours, eient action per brief dattaint, sibien en la vie des dits tenaũts q̃ ainsi perdont, come apres lour mort. Et si tiel faux serement soit trove, le tenaunt que perdist per le primer judgement sil soit en vie soit restitut à sa possession des tenements ainsi perdus, ove les issues en le mesme tẽps, & la partie pursuant ses arrerages del rent si ascun à luy soit due &c. ut plenius in eodem continetur. Nota.

¶ Si &c. usq; ibi, coram dilectis & fidelibus nřis A. & B. & his quos sibi assoc' ad certos diem & locum, quos iidẽ A. & B. tibi scire fac', parati sacramento recognoscere &c. usq;, capta fuit in comitatu tuo, de loquela quæ fuit in eodem comitatu per bře nostrũ inter præfatos C. & D, de quadam transgressione &c. ut dicebatur, falsum fec' &c. ut supra, et eos tunc habeas coram præfatis A. & B. Et summoneas, &c. ut suprà. Attincta de trñs.

REx, dilectis & fidelibus suis A. & B. salutem. Sciatis quod constituimus vos justitiarios nostros unà cum his quos vobis assoc', ad juratã viginti & quatuor militũ capiendã, quam C. arrainavit coram vobis Patens inde.

 per

per breve nostrũ versus D, ad convincendos juratores, per quos quædam inquisitio nuper capta fuit in comitatu Lincolñ, de loquela quæ fuit in eodem comitatu per breve nostrum inter ipsum D. & p̃fatum C, de quadam trãsgressione eidem C. per præfatum D. illata ut dicitur. Et ideo vobis mandamus quòd ad certos diem et locum quos ad hoc provideritis, juratam illam capiatis, facturi inde quod ad justitiã pertinet secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ salvis nobis amerciamentis & aliis inde provenientibus. Mandavimus enim vicecomiti nostro comitatus p̃dicti, quòd ad certos diem et locum quos ei scire fec', juratam illam coram vobis venire fac'. In cujus &c.

Aliter attincta de trñs capta per nisi prius apud E. anno 8. E. 3.

¶ Parati sacramento recognoscere, si juratores per quos quædam inquisitio nuper summonita coram nobis, et capta fuit coram dilecto & fideli nostro T. de I. uno justitiariorum nostrorum ad placita corã nobis tenenda assigñ, per breve nostrum de Nisi prius apud Roff. inter ipsum R. & T. de quadam transgressione &c.

Aliter attincta de loquela quæ fuit corã rege infra libertatẽ returnata placitanda.

¶ Parati sacramento recognoscere, si juratores, per quos quædam inquisitio nuper summonita fuit et capta apud L, sine brevi nostro coram majore et ballivis civitatis nostræ Lincolñ, de loquela quæ fuit coram dilectis & fidelibus nostris G. & sociis suis nuper justitiariis nostris, ad placita &c. assignatis, inter I. de N. & præfatum S, de quadam transgressione eidem I. per præfatum S. illata ut dicitur, quæ quidem loquela juxta libertatem civibus civitatis nostræ prædictæ, per cartas progenitorum nostrorum quondam regum Angliæ, et confirmationem nostram concessas, coram eisdem majore et ballivis nostris returnata fuit placitanda, falsum fecerunt sacramentum, sicut idem I. nobis graviter conquerendo monstravit, necne. Et interim &c.

Aliter coram justitiariis de banco.

¶ Rex vicecomiti salutem. Si A. &c. ut supra, parati sacramento recognoscere, si juratores, per quos quædam inquisitio nuper summonita fuit & capta in comitatu prædicto, coram dilectis et fidelibus nostris W. et T, de loquela quæ fuit coram eisdem W. et T. per breve nostrum inter R. et præfatum S, de quadam transgressione eidem R. per præfatum S. illata ut dicitur, ad quam quidem transgressionem audiendam et terminandam assignavimus præfatos W. & T. justitiarios nostros, falsum fecerunt sacramentum, necne. Et interim &c. coram præfatis justitiariis nostris &c.

Aliter de eodẽ in London.

¶ Per quos quædam inquisitio nuper summonita fuit coram nobis, et capta coram R. de M. tunc uno justitiariorum nostrorũ ad placita corã nobis tenenda assigñ, associato sibi A. de F. apud sanctũ Martinũ, London juxta libertates civitatis prædictæ, per breve nostrum inter &c.

Attincta sine brevi coram justitiariis. W. 2. cap. 6.

¶ Parati sacramento recognoscere, si juratores, per quos quædam inquisitio nuper capta fuit coram nobis apud L. sine brevi nostro inter A. et B, de quadam transgressione &c. illata, de qua quidem transgressione idem B. convictus fuit, et viginti libræ eidem A. pro damnis suis in hac parte adjudicatæ existunt ut dicitur, falsum fecerunt sacramentum, sicut idem A. &c.

¶ Parati

De attincta corã senescallo et marescallo an. 9. apud Eborum

¶ Parati sacramento recognoscere, si juratores, per quos quædam inquisitio capta fuit coram senescallo et marescallo hospitii nostri apud C. sine brevi nostro, inter R. et prædictum T, de quadam transgressione eidem R. per præfatum T. apud C. infra virgam nostram ut dicebatur illata, falsum fecerunt sacramentum &c.

Manucaptio ad prosequendum attinctam in brevi de tñs pro imprisonato.

REx, dilectis &c. R. et sociis suis &c. salutem. Cùm I. arrainaverit coram vobis per breve nostrum, quandam juratam xxiiii. militum ad convincendum juratores, per quos quædam inquisitio nuper capta fuit coram nobis apud Westmonasterium, per breve nostrum inter R. et prædictum I. de quadam transgressione &c. illata ut dicitur, ac ex parte ipsius I. acceperimus, quòd ipse prætextu processus in prædicto placito de transgressione facti captus est, et in prisona marescalciæ nostræ coram nobis detentus, quominus juratam suam prædictam prosequi valeat ut debeat: vobis mandamus quòd si idem Johannes inveniet vobis sufficiẽtes manucaptores, qui eum manucapiant habere coram nobis ad prosequendam attinctam prædictam, et terminata attincta illa, si contra ipsum transierit vel ipse attinctam illam non fuerit prosecutus, quòd reddet se prisonæ nostræ prædictæ, et satisfaciet tam nobis de eo quod ad nos, quàm præfato Richardo de eo quod ad ipsum pertinet in præmissis, et ulterius faciet et recipiet quod curia nostra consideraverit in hac parte, tunc ipsum Johannem à prisona nostra prædicta deliberari faciatis per manucaptionem hujusmodi, ad prosequendam attinctam supradictam. T. &c.

De audiẽdo & terminando de tñs commissa.

Westminster. 2. cap. 29. anno. quinto E. tertii cap. 12. conceditur pro fine.


Ex, dilectis et fidelibus suis A. B. et C. salutem. Ex gravi querela D. accepimus, quòd E. F. et G. ac quidam alii malefactores et pacis nostræ perturbatores, in ipsum D. apud N. vi et armis insultum fecerunt, et ipsum verberaverunt &c. ita quòd de vita ejus desperabatur, & alia enormia ei intulerunt, ad grave damnum ipsius B. et contra pacem nostram. Et quia transgressionem illam si taliter perpetrata fuerit relinquere nolumus impunitam: assignavimus vos & duos vestrum justitiarios nostros, ad inquirendum per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu L. per quos rei veritas meliùs sciri poterit, de nominibus malefactorum prædictorum, qui unà cum præfatis E. F. et G. transgressionem illam perpretrarunt, et de transgressione prædicta pleniùs veritatem, et ad eandem transgressionem audiendam et terminandam secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ. Et ideo vobis mandamus, quod ad certos dies et loca quos vos vel duo vestrum ad hoc provideritis, inquisitionem illam faciatis, et transgressionem prædictam audiatis et terminetis in forma prædicta, facturi inde quod ad justitiam pertinet, secundum legem et consuetudinem supradictas: salvis nobis amerciamentis et aliis ad nos inde spectantibus. Mandavimus enim vicecomiti nostro comitatus prædicti, quòd ad certos dies et loca quos vos vel duo vestrum ei scire faciatis, venire faciat coram vobis vel duobus vestrum, tot et tales probos et legales

 homines

homines de balliva sua, per quos rei veritas in præmissis meliùs sciri poterit & inquiri: In cujus rei testimonium &c. T. &c.

Aliter. ¶ Rex, dilectis &c. A. &c. salutem. Ex gravi &c. assignavimus vos tres et duos vestrum, quorum vos (præfate A.) unum esse volumus, vel quorum alterum vestrum vos (præfati A. et B.) unum esse volumus, sicut &c.

Regula. ¶ Et si non dicatur in brevi præcedenti, ac quidam alii malefactores: tunc dicatur in secunda clausula sic, per quos rei veritas meliùs sciri poterit, de transgressione prædicta plenius veritatem, et ad eandem transgressionem audiendum et terminandum secundum legem et consuetudinem &c.

Inde vicecomiti. ¶ Rex, vicecomiti salutem. Ex gravi querela D. &c. ut suprà, usq; ibi, assignavimus dilectos et fideles nostros A. B. et C. et duos eorum justitiarios nostros, ad inquirendum per sacramentum proborum et legalium hominum &c. usque ibi, audiendum et terminandum secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ. Et ideo tibi præcipimus, quòd ad certos dies & loca, quos iidem A. B. et C. vel duo eorum tibi scire faciant: venire facias coram eis vel duobus eorum tot et tales probos et legales homines de balliva tua, per quos rei veritas in præmissis meliùs sciri poterit et inquiri. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

De attorn̄ inde ¶ Rex, dilectis et fidelibus suis A. B. et C. justitiariis nostris ad quandam transgressionem D. per E. et F. illata ut dicitur audiend' et terminand' assign̄ salutem. Sciatis quòd prædictus D. attornavit corā nobis loco suo Johannem, ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est coram vobis per breve nostrum inter prædictum Danielem et prædictos E. F. et C. de transgressione prædicta. Et ideo &c.

Dedimus potestatem de attorn̄ recipiendo in brevi de audiendo &c. ¶ Sciatis quòd dedimus vobis potestatem recipiendi attornatos D, quos coram vobis &c. voluerit, ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est coram dilectis et fidelibus nostris A. B. et C. justitiariis nostris, ad quandam transgressionem præfato Danieli per E. et F. et G. illatam ut dicitur audiendum et terminandum assign̄, per breve nostrum inter ipsum D, et præfatos E, F. et G. de transgressione prædicta. Et ideo &c.

Associatio in audiendo & terminando. ¶ Rex, dilectis et fidelibus A. B. et C. salutem. Cùm nuper ad querelam D. nobis suggerentis, quòd E. F. et G. ac quidam alii malefactores et pacis nostræ perturbatores &c. usque impunitam, assignaverimus vos et duos vestrum justitiarios nostros &c. usque ibi, audiendum et terminandum secundum legem &c. associavimus vobis & duobus vestrum vel vobis si casus fuerit, dilectum & fidelem nostrum H, ad præmissa unà vobiscum vel duobus vestrum facienda: ita tamen quod si ad certos dies & loca, quos vos &c. ad hoc provideritis, ipsum H. adesse contigerit, tunc ipsum ad hoc in socium admittatis, alioquin vos vel duo vestrū vel vos non expectata præsentia ipsius H. ad p̄missa facienda proced'. Et ideo vobis mādamus quòd p̄dict' H. ad hoc in sociū admittatis in forma p̄dicta. Mandavimus enim eidem H. quòd

quòd una vobiscum vel duobus vestrum ad hoc intendat, sicut prædictum est. T. &c. (¶ Et fiat clausa.)

¶ Rex dilecto et fideli suo H. salutem. Sciatis quòd cùm nuper ad querelam D, nobis suggerentis quòd E. F. et G. ac quidam alii malefactores &c. assignaverimus dilectos &c. A. B. et C. et duos eorum justitiarios nostros, ad inquirendum &c. ut in patenti usq; ibi, terminand', secundum legem &c. associavimus vos præfatis A. B. et C. et duobus eorum ad præmissa unà cum eis vel duobus eorum faciendum: ita tamen quòd si ad certos dies et loca quos iidem A. B. et C. vel duo eorum ad hoc providerint, vos adesse contigerit, tunc vos ad hoc in socium admittant, alioquin iidem A. B. et C. vel duo eorum non expectata præsentia vestra, ad præmissa faciend' procedant. Et ideo vobis mandamus quòd unà cum præfatis A. B. et C. vel duobus eorum intendatis in forma prædicta, facturi, &c. salvis &c. Mandavimus enim eisdē A. B. et C. quòd vos ad hoc in socium admittant sicut prædictum est. In cujus rei &c. T. me ipso &c. — Patens inde associatio in audiendo & terminando.

¶ Rex dilectis &c. A. B. et C. salutem. Cùm nuper ad querelam D. nobis suggerentis, quòd E. F. et G. ac quidam alii malefactores &c. usq; ibi, contra pacem nostram, assignaverimus vos (præfati A. B. & C.) et duos vestrum justitiarios nostros &c. usq; ibi, audiend' &c. regni nostri, et postmodum associaverimus vobis (præfati A. B. et C.) et duobus vestrum (vos præfate H.) ad præmissa faciend': vobis mandamus quòd si vos omnes præmissis faciendis commodè interesse non possitis, tunc tres vel duo vestrum, quos præsentes esse contigerit, ad præmissa faciend' secundum legem &c. procedatis. T. &c. — Si non omnes in associatione super audiendo & terminando.

¶ Rex dilectis &c. I. S, W. de S. et R. de S. salutem. Sciatis quòd cùm nos nuper ex gravi querela B. accipientes, quòd A. prior de T. N. et L. ac quidam alii malefactores &c. domos ipsius B, apud W. &c. freg', et bona &c. asportaverunt, assignaverimus dilectum et fidelem nostrum I. de H. et vos præfati W. et R. ac T. de B. tres et duos vestrum justitiarios nostros, ad inquirendum per sacramentum &c. secundum legem &c. regni nostri, ac partes prædictæ coram eisdem I. de H. & T. diu implacitassent, & postmodum loco ipsius I. de H. assignaverimus vos (præfate I. de S.) justitiarium nostrum, ad præmissa omnia et singula unà vobiscum (præfati W. & R.) & prædicto T. vel duobus vestrum facienda & explenda, idémq; T. jam diem clausit extremum ut accepimus: nos volentes processum per præfatos I. de H, & T. in præmissis inchoatum continuari, et modo debito terminari, assignavimus &c. Johanñ de P. & I. de S. & alterum eorum justitiarium nostrum ad dictum processum unà vobiscum duobus vel aliquo vestrum continuandum, & ad transgressionem prædictam audiendum & terminandum, secundum legem & consuetudinem regni nostri supradictas. Et ideo vobis mandamus, quòd vos duo vel aliquis vestrum, ipsos Johannem de P. & Johannem de S. vel alterum eorum ad præmissa facienda & explenda, in socios vel in socium admittatis in forma prædicta. Mandavimus enim eisdem I. de P. — Associatio apd' Londoñ an. 11. E. 3. in brevi de audiend' & terminādo ad cōtinuandū processum post mortem justitiariorum. — Fiat clausum.

I. de P. & I. de S. quòd ipsi vel eorum alter præmissis omnib' & singulis faciend' & explend', una vobiscum duobus vel aliquo vestrum intendant vel intendat, sicut pdictum est. T. &c.

Regula. Breve patens factum fuit I. de P. & I. de S. & breve clausum I. de H. de mittendo recordo & processu coram ipso & Bacouñ inchoatum.

De mittẽdo recordo & processu in brevi de audiendo & terminando de trñs &c. quia arrainavit attinctam coram rege &c.

¶ Rex dilectis & fidelibus suis A. & B. salutem. Cùm I. arrainaverit coram nobis per breve nostrum quandam juratam xxiiii. militum, ad convincendum juratores cujusdam inquisitionis factæ coram vobis & dilectis & fidelibus nostris R. de W. & G. justitiariis nostris, ad diversas transgressiones & felonias in comitatu L. factas audiendum & terminandum assignatis apud C. per breve nostrum inter W. & prædictum I. de quadam transgressione eidem W. per præfatum I. illata ut dicitur, ac expediens sit & necesse quòd nos super recordo & processu inquisitionis prædictæ certioremur: vobis mandamus quòd si judicium inde redditum sit, tunc recordum et processum prædicta cum omnibus ea tangentibus nobis in cancellaria nostra sub sigillo vestro distinctè et apertè sine dilatione mittatis, et hoc breve. T. &c.

Mittimus de eodem coram rege.

¶ Rex dilectis et fidelibus suis Johanni Knyvet et sociis suis justitiariis nostris ad placita coram nobis tenenda assignatis salutem. Recordum et processum cujusdam inquisitionis factæ, coram dilectis et fidelibus nostris R. de F. et sociis suis nuper justitiariis nostris, ad quandam transgressionem A. de B. per I. apud L. illatam ut dicebatur audiendum et terminandum assignatis, quæ coram nobis in cancellariam nostram venire fecimus, vobis mittimus sub pede sigilli nostri, ut his inspectis in quadam iurata xxiiii. militum, quam I. arrainavit coram nobis per breve nostrum, ad convincendum juratores inquisitionis prædictæ, securiùs et consultiùs procedere valeatis secundum legem &c.

De querela corã rege & consilio discutiẽda & terminanda.

¶ Rex I. de B. militi salutem. Quia volumus quòd querela pendens inter te & C. et alios coram certis justitiariis nostris ad hoc nuper assignatis, de quadam transgressione quam prætendis ut dicitur nobis et tibi per præfatum C. et alios illatam fuisse, coram nobis & consilio nostro apud Westmoñ in quindena sancti Michaelis proximo futuro discutiatur et terminetur: tibi præcipimus quòd sis coram nobis et consilio nostro apud Westmoñ ad quindenam prædictam: quem diem præfato C. dedimus tunc ibidem, ad informandum nos et consilium nostrum super negocio prædicto, & ad faciendum et recipiendum quod per nos et consilium nostrum prædictum super dicto negocio considerari contigerit tunc ibidem. Et habeas ibi hoc breve. T. &c. ¶ Per consilium.

Revocatio brevis de audiẽdo & terminando, quia non est enormis læsio. A. 2. E. 3. cap. 2

¶ Rex dilectis et fidelibus suis I. et T. salutem. Cùm nuper per literas nostras patentes, ad prosecutionem D. assignaverimus vos et cæteros alios fideles nostros, quorum alterum vestrum unum esse volumus justitiariorum nostrorum ad quandã transgressionem eidem B. per C. apud T. ut dicebatur illatam audiendum et terminandum, ac in quodam statuto anno regni nostri secundo apud N. ædito inter alia

continneatur

continueatur, quòd brevia de audiendo & terminando non concedantur nisi coram justitiariis de utroq; banco, et coram justitiariis itinerantibus, et hoc pro enormi & horribili transgressione, juxta formam cujusdam alterius statuti tempore domini Edwardi nuper regis Angliæ avi nostri super hoc æditi, et quia coram nobis et consilio nostro per fidedignos testificatum existit, transgressionem illam non esse nisi tantummodo de quodam simplici insultu ac unico ictu, absque mahemio seu enormi læsione cuidam servienti ejusdem B. in defensionem ipsius C. illato, videtur eidem consilio nostro hujusmodi transgressionem enormem seu horribilem censeri non posse, et proinde executionem cōmissionis nostræ vobis inde factæ fieri non debere: vobis mandamus quòd executioni prædictæ faciendæ omnino supersedentes, vos inde ulteriùs in aliquo non intromittatis, præfato B. dicentes quòd breve nostrum de transgressione prædicta coram nobis aut justitiariis nostris de banco placitandum sibi impetret, si sibi viderit expedire. T. &c.

¶ Rex dilectis et fidelibus &c. salutem. Ex gravi querela venerabilis patris Wilhelmi E. archiepiscopi accepimus, quòd quidam malefactores parcos archiepiscopatus E, temporalibus archiepiscopatus prædicti nuper in manu nostra existentibus apud S. A. & L. vi & armis fregerunt, et in eis fugaverunt, & arbores in parcis prædictis ac aliis boscis & clausis ejusdem archiepiscopatus ibidem tunc crescentes, tempore vacationis prædictæ succiderunt, et in vivariis ac liberis piscariis archiepiscopatus prædicti tempore prædicto ibidem piscati fuerunt, & piscem inde ac arbores prædictas ad valenciam duorum millium librarum, necnon feras de parcis prædictis ceperunt & asportaverunt, & alia &c. perpetrarunt in nostri contemptum manifestum, & deteriorationem archiepiscopatus prædicti, ac ipsius archiepiscopi grave damnum, & contra pacem nostram. Et quia contemptū & transgressionem &c. impunitos: assignavimus &c. usque ibi, & ad transgressiones illas tam ad sectam nostram quàm præfati archiepiscopi audiendum & terminandum, secundum legem & consuetudinē regni nostri Angliæ. Et ideo vobis præcipimus &c. ut in aliis brevibus de eadem materia, &c.

De audiendo & terminando tempore vacationis archiepiscopat' E. juxta statutum Marlbrid. cap. xxviii.

Per consilium A.17. per statutum de Marleb. ca. penultimo.

¶ Rex dilectis & fidelibus &c. salutem. Ex gravi querela D. accepimus, quòd G. bona & catalla ipsius D. ad valenciam viginti librarum apud N. M. & R. quæ sunt in confinio comitatus Norff. & Suff. inventa vi & armis cepit & asportavit &c. usque ibi, justitiarios nostros, ad inquirendum per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatibus prædictis, per quos, &c. Mandavimus enim vicecomitibus nostris comitatuum prædictorum, quòd ad certos dies & loca in confinio comitatuum prædictorum, quos &c. coram vobis in confinio eorundem comitatuum tot & tales probos & legales homines de comitatibus prædictis, per quos &c.

De audiēdo &c. in confinio &c.

☞ Fiant

Regula.

☞Fiant inde duo brevia clausa vicecomitib' cõitatuũ prædictorũ sic, apud N.M. & R. quæ sunt in confinio comitatus tui & comitatus Suff. & ecõverso &c. qd' ad certos dies & loca in confinio comitatuũ prædictorum, quos &c. tibi scire faciat venire facias &c. de comitatu tuo prædicto, per quos &c. T. R. apud W. &c.

De rescussu facto ballivo regis &c.

¶ Ex gravi querela D. nobis est ostensum, quòd cùm ipse dum fuit ballivus noster hundredi nostri de N. notus & juratus, ratione officii sui averia G. apud N. ꝑ quibusdam debitis nostris & amerciamentis, ad quæ idem G. amerciatus fuit in hundredo prædicto cepisset, & averia illa usq; K. ad ea ibidem occasione illa imparcanda fugar' voluisset: prædictus G. averia illa vi & armis rescussit, & in ipsum D. ibidem insultũ fecit &c. in nostri contemptum & ipsius D. grave damnum & contra pacem nostram. Et quia transgressionem & contemptum prædictos si perpetrati fuerint &c.

Aliter in genere de audiendo & terminando contra episcopum Wyntoñ, ballivos, cõstabularios & ministros suos.

¶ Rex vic' salutem. Ex clamosis querimoniis diversorum hominum de comitatu tuo ad nostrum sæpius pervenit auditum, quòd A. episcopus W. necnon ballivi, constabularii & alii ministri & servientes ipsius episcopi, plurimas & diversas oppressiones, extortiones, duritias, damnã, excessus, & gravamina intolerabilia, dictis hominibus in diversis partibus comitatus prædicti, tã infra libertates quàm extra, multipliciter & diversimodè intulerunt, & de die in diem inferre non desistunt, plures de dictis hominibus vi & armis multoties verberando vulnerando, eosq; capiendo, imprisonando, & in prisona forti & dura super terram nudam et absq; alimento, fame, frigore, & nuditate ferè ad mortem cruciando, et eos à prisona hujusmodi, donec fines et redemptiones ad voluntatem suam fecerint, nullo modo deliberari permittend', necnõ domos quorundã hominũ hundr̃di vi armata frangendo, et bona et catalla sua capiendo et asportando, eosdemq;, uxores, et servientes suos verberando, vulnerando, et malè tractando, et hominibus super hujusmodi duritiis conqueri volentibus in tantũ cõminand', quòd iidem homines in hundredis et aliis curiis dicti episcopi vel alibi negotia sua inde prosequi metu mortis nõ sunt ausi, et alia hujusmodi mala, damna, et excessus inhumaniter indies perpetrando, in nostri dedecus et contemptum, et populi nostri partium prædictarum destructionem et depressionem manifestas, unde plurimùm conturbamur. Nos oppressiones, duritias, damna, et excessus ac gravamina ꝑdicta, si perpetrata fuerint, nolentes relinquere impunita, volentesq; salvationi et quieti dicti populi nostri in hac parte prospicere ut tenemur: assignavimus dilectos et fideles nostros &c. sciri poterit, de oppressionibus, extortionibus, duritiis, damnis et gravaminibus prædictis, per dictos episcopum, ballivos, constabularios, ministros, et servientes suos et alios quoscunq; de confederatione sua in hac parte existentes qualitercunq; perpetratis, et de præmissis omnibus et singulis plenius veritatẽ, et ad querelas omnium et singulorum pro nobis vel pro se ipsis inde conqueri et prosequi volentium, necnon ad præmissa omnia et singula tam ad sectam nostram quàm aliorum quorumcunque audiend' et terminand', secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ. Et ideo tibi præcipimus quòd ad certos &c. quos &c. tibi scire faciant, venire

venire fac' coram &c. tot et tales probos et legales homines de balliva tua tam infra libertates quàm extra, per quos rei veritas in præmissis meliùs sciri poterit et inquiri. Et habeas &c.

☞ Fiat inde patens justitiariis mutatis mutandis.

Regula.

¶ Rex, dilectis et fidelibus &c. salutem. Monstraverunt I. et R. quòd cum ipsi centũ sarpleras, et tres pocas lanæ, et sex pecias plumbi ipsorum I. et R. apud B. in quadã navi L. vel de M. marinarii poni fecissent, abinde usque S. in Flandř ducend', ad negociandum ibidem de eisdem, et navis illa in navigando sive velando versus dictas partes Flandř, usque ad portum de B. in partibus Norff. per tempestatem maritimam agitata, et ibidem confracta, ac lana et plumbum prædicta in navi illa tunc existentia ad terram ibidem projecta fuissent, et licet aliqui homines in eadem navi tunc existentes tam videlicet marinarii quàm alij, vivi ad terram ibidem ab eadem navi evasissent: plures tamen homines partium prædictarum lanam et plumbum prædicta, ad terram ut est dictum projecta ac si wrectum fuissent ceperunt et asportaverunt, eadem plumbum et lanam penes se adhuc detinendo, et præfatis I. et R. reddere recusando, in ipsorum I. et R. dispendium non modicum et depressionem manifestam, ac contra legem et consuetudinem regni nostri, super quo nobis supplicaverunt sibi per nos de remedio provideri. Nos igitur super præmissis fieri volentes quod est justum: assignavimus vos &c. ad inquirendum &c. sciri poterit, super modo et causa fractionis navis supradictæ apud locum antedictum, ac de asportatione lanæ et plumbi prædictorum et valore eorum, et per quem vel per quos asportata fuerunt, et ad quorum vel cujus manus devenerunt, et in quorum vel cujus manibus nunc existunt, et ex quacunque causa, et qualiter, et quomodo, et utrum aliquis in navi prædicta tunc existens vivus ab eadem navi ad terram evaserit necne, et ad plenam restitutionem et celerem justitiam præfatis Johanni et Richardo de lana et plumbo prædictis si existant, vel valorem eorundem si non existant, quatenus iidem Johannes et Richardus secundum legem Mercatorum probare poterunt lanam et plumbum prædicta sua esse et taliter asportata esse, dum tamen aliquod animal à dicta navi vivum evaserit, ut prædictum est; ita quòd lana illa et plumbum wrectum dici non possunt, secundum legem et consuetudinem prædictas prout justum fuerit faciendum. Et ideo vobis mandamus quòd ad certos dies &c. provideritis, inquisitionem prædictam capiatis, et præmissa faciatis et expleatis in forma prædicta. Mandavimus enim vicecomiti nostro Norff. quòd ad certos dies &c.

De audiendo & terminando de navi fracta per tempestatem, & si bona debeant dici wreccũ necne.

¶ Rex, vic' talis com̃ salutẽ. Quia datum est nobis intelligi, qd' Thom̃ Warmyngton de Coventre nuꝑ sub vic' comitatus præd', et Henř de Coventř tunc clericus ejus, Jo. de F. et I. de B. clerici ballivorũ civitatis nr̃æ L, ac alii ballivi clerici et ministri nr̃i, ac aliorũ de comitatu p̃d' in officiis suis se male gesserunt et adhuc gerunt, et coloribus officiorum suorum, necnon aliis coloribus quæsitis, hominibus de comitatu prædicto

De audiendo & terminando de diversis oppressionibus, rerum extortionibus, damnis gravaminibus &c. contra ministros regis.

prædicto ac alijs hominibus infra eundem comitatum venientibus, oppressiones, rerum extortiones, transgressiones, damna, gravamina & excessus quamplura, per falsa appella, indictamenta, & conspirationes, & alio modo fecerunt, & de die in diem faciunt, unde punitio aliqua adhuc posita non existit: nos tam pro nobis quàm pro prædictis hominibus remedium inde apponere volentes, assignavimus dilectos &c. justitiarios ad inquirendum &c. de comitatu tuo tam infra &c. sciri poterit, de omnibus oppressionibus, conspirationibus, rerum extortionibus, transgressionibus, damnis, gravaminibus, & excessibus prædictis, tam ad sectam nostram quàm aliorum, plenius veritatem, & ad præmissa omnia & singula, ac alia ea tangentia ad querelas omnium & singulorum tam pro nobis quàm pro seipsis conqueri & prosequi volentium, tam infra libertates quàm extra audiend' & terminand', & ad plenam & celerem justitiam inde tam pro nobis quàm pro hujusmodi conquerentibus faciendum, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ. Et ideo &c. quos &c. quorum &c. unum esse volumus, tibi scire fac', venire fac' &c. de balliva tua &c. tam &c. & inquiri &c.

Regula. ☞ Fiat inde patens justitiariis mutatis mutandis.

Aliter ballivis & majori ad amovendum eos ab officio quousq; inquisitio foret de eorum gestu.

¶ Rex majori & ballivis civitatis nostræ London̄ salutem. Cùm assignaverimus dilectos &c. ut supra, ad inquirendum &c. sciri poterit, de oppressionibus &c. ut in primo brevi; per clericos vestros civitatis prædictæ de comitatu prædicto factis ut dicitur, tam ad sectam nostram quàm aliorum, plenius veritatem, & ad præmissa omnia & singula, ac alia ea tangentia ad querelam omnium & singulorum tam pro nobis quám pro seipsis conqueri & prosequi volentium, tam infra libertates quam extra, audiend' & terminand', et ad plenam et celerem justitiam inde tam pro nobis quàm pro hujusmodi conquerentibus faciendam, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, prout in commissione nostra inde confecta plenius continetur: nos attendentes quod veritas in præmissis liberè et ad plenum inquiri non potest, dum iidem T. et I. &c. steterint in officio aliquo in civitate prædicta, vobis præcipimus quod ipsos T. et I. &c. vel eorum aliquem in aliquo officio ad nos in civitate prædicta pertinente nullatenus ponatis, donec de præmissis et gestu suo plenius inquiratur ut est dictum. Et si ipsi vel eorum aliquis officium aliquod ibidem jam teneant vel teneat: tunc ipsos et eorum quemlibet quantum ad vos pertinet sine dilatione amoveatis ab eodem, taliter in executione istius mandati nostri vos habentes, ne ad vos tanquam ad ejusdem mandati nostri contemptores materiam habeamus graviter capiend'. T. &c.

De bonis arrestandis ne dissipentur.

¶ Rex, vicecom̄ L. salutem. Cùm nuper ad prosecutionem dilecti clerici nostri I. de W, nobis suggerentis A. et B. catalla &c. cepisse &c. assignaverimus dilect' &c. G. I. et K, justitiarios nostros, ad inquirendum, &c. et ad audiendum et terminandum, secundum legem et consuetudinem regni nostri Angliæ, ac jam ex querela ejusdem

Johannis accepimus, quòd prædicti A. & B. bona & catalla prædicta distrahere, & aliàs elongare nituntur, quominus recuperatio eorundem bonorum & catallorum versus eosdem A. & B. propter paupertatem eorundem fiat, per quod idem Johannes nobis supplicavit sibi in hac parte de remedio provideri: nos eidem I. super recuperatione bonorum & catallorum prædictorum volentes quatenus cum justitia poterimus subvenire, tibi præcipimus quòd bona & catalla prædicta ubicunque in balliva tua inveniri poterunt, arrestes, & ea salvò custodiri fac', quousque aliud de eisdem secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ coram justitiariis nostris ad hoc assignatis, seu aliis in posterum assignandis, fuerit ordinatum &c.

De audiendo & terminando pro priore de Daventre.

¶ Rex, vicecomiti Lincolñ salutem. Ex gravi querela prioris de D. accepimus, qd' cùm ipse habeat & habere debeat, ipseq; & prædecessores sui à tempore quo non extat memoria, certam multuram de omni brasio infra dictam villam de D. brasiando habere consueverunt, & quendam hominem & unum equum ad cariandum hujusmodi brasium de singulis locis ejusdem villæ ad molendinum ipsius prioris, ibidem ad molendum sive ad molendinandum, & ad dictum brasiũ exinde cariandum invenire consueverint: A. B. & T. ac quidam alii malefactores &c. ipsum priorem, homines, & servientes suos, quominus dicti homines & servientes sui hujusmodi brasium de villa prædicta usque ad molendinum prædictum cariare & exinde recariare, & idem prior hujusmodi multuram de brasio prædicto percipere & habere possit, vi & armis impediverũt, & in homines &c. per quod &c. servitium suum &c. necnon multuram suam prædictam per magnum tempus amisit, & alia &c. ad damnũ ipsius prioris ducentarum librarum & contra pacem nostram &c.

De audiendo & terminando pro rege tempore vacationis.

¶ Rex, dilectis & fidelibus A.B. & C. salutem. Sciatis quòd assignavimus vos & duos vestrum justitiarios nostros ad inquirendum &c. de comitatu C. &c. qui malefactores & pacis nostræ perturbatores parcos de S. A. & H. in comitatu prædicto, postquam ipsi ad manus nostras devenerunt ratione instantis vacationis episcopatus Cicestr̃, vi & armis fregerunt, & in eis sine licentia & voluntate nostra fugaverunt, & feras ceperunt & asportaverunt, & alia &c. nobis ibidem intulerunt, in nostri dispendium & contemptum ac contra pacem nostram, & de transgressionibus pleniùs veritatem, & ad transgressiones illas audiendum & terminandum secundum legem &c. & terminetis in forma prædicta, facturi &c. salvis &c. Mandamus &c. & inquiri &c.

De walliis, fossatis &c.

¶ Rex, A.B. &c. Cùm walliæ, fossata, gutteræ, seweræ, pontes, calceta, gurgites, & trencheæ, in partibus Holand' inter crucem de W. & portum de T, per impetum maris & refluxus, ac inundationes aquarum dulcium, per diversa loca in partibus prædictis adeo diruta sint & confracta, quòd quamplurima damna inestimabilia pro defectu reparationis eorundem walliarum, fossatorum, gutterarũ, sewerarũ,

pontium, calcetorum, & gurgitum, & obstructionis trenchearum prædictarum, temporibus retroactis evenerunt ibidem, majoráq; processu temporis evenire timentur vel formidantur, nisi super hoc celeriùs remedium adhibeatur oportunum: nos pro eo quòd ratione dignitatis nostræ regiæ, ad providendum salvationi regni nostri circumquaq; sumus astricti, volentes in hac parte congruum & festinum remedium adhibere, assignavimus vos & duos vestrum, ad supervidendum wall', fossata, gutteras, seweras, pontes, calceta, gurgites, & trencheas prædicta, & ad inquirendum per sacramentum tam militum quàm aliorum proborum & legalium hominum de partibus prædictis, tam infra &c. quos &c. poteris, per quorum defectum hujusmodi damna contigerint ibidem, & qui terras vel tenementa ibidem tenent, seu communiam pasturæ aut piscariæ in partibus illis, vel etiam defensionem, commodum, & salvationem vel qualitercunq; per wallias &c. prædicta habere poterunt seu etiam damnum ꝑ trencheas prædictas sustinent vel sustinere poterunt, & ad omnes illos pro quantitate terrarum & tenementorum suorum, sive per numerum acrarum, sive per carucatas pro rata portionis tenuræ suæ, seu ꝓ quantitate communiæ pasturæ vel piscariæ suæ ibidem distringend', & per amerciamenta & alio modo prout meliùs videritis faciendũ puniend', unà cum ballivis libertatum & aliorum de partibus illis, ad hujusmodi wall' &c. locis necessariis reparand', & quoties & ubi necesse fuerit de novo faciendum, ac trencheas prædictas in locis necessariis obstruendas, ita quòd aliquibus tenentibus terræ seu tenementorum hujusmodi vel communiam pasturæ seu piscariæ habentibus, diviti & pauperi, aut alteri cujuscunq; fuerint conditionis, status, aut dignitatis, qui defensionem, commodum, vel salvationem habent vel habere poterunt, qualitercunq; pro wall' &c. seu etiam damnum & trencheas prædictas sustinent vel sustinere poterunt, sive fuerint infra libertates sive extra, non parcatur in hac parte. Et ideo vobis mandamus, quod ad certos dies & loca, quos vos &c. ad hoc provideritis, ꝑdicta wall' &c. supervideatis, & præmissa omnia & singula faciatis & expleatis in forma ꝑdicta, & omnia quæ ꝑ vos ordinari & fieri cõtigerit in hac parte, tam infra libertates quàm extra, faciatis firmiter observari. Mãdavimus enim vicecomiti nostro L. &c. venire fac' tot & tales tam milites quàm alios ꝓbos & legales homines tam infra libertates &c. ꝑ quos rei veritas melius sciri poterit &c.

Regula- ☞ Et fiat breve clausum vicecomiti mutatis mutandis.

Aliter de seweris in aqua de Hankholm'. ¶ Rex, vic' salutem. Cùm aqua de Hankhelme, quæ inter aquam de Braunford brygge & aquam de Humbre in comitatu prædicto latitudinis quadraginta pedum esse debet & solet, intantum arctetur & obstruatur, & etiam quædam seweræ inter Elsham & Feriby intantũ similiter obstruantur, quòd terra, prata, pasturæ hominum & tenentiũ partium prædictarum, per arctationes & obstructiones prædictas, & etiam per quasdam trencheas per aliquos homines earundem partium authoritate sua propria, à prædicta villa de E. usque ad

ad dictā villam de F. jam de novo factas inundata sunt, & alia quamplurima dāna inestimabilia ex præmissis causis temporibus retroactis ibidem evenerunt, & adhuc timendū est quòd longe majora processu temporis eveniēt, nisi super hoc celeriùs adhibeatur remedium ut accepimus oportunū: nos pro eo quòd ut supra usq; ibi, adhiberi, assignavimus dilectos &c. ad pdictas aquam & seweras, & earum arctationes & obstructiones, necnon ad trencheas pdictas supervidendum, & ad inquirendum per sacramentū proborum &c. ut in præcedenti brevi, per quorum defectū arctationes, obstructiones, necnō damna hujusmodi evenerunt ibidē, & qui pdictas trencheas fecerunt, & quando, & qualiter, & quomodo, & omnes illos qui cōmodum & salvationem seu defensionem p elargationē dictæ aquæ de H, & inūdationem earundē aquæ & sewerarum, ac obstructiones dictarum trenchearum habere potuerunt, pro quantitate terrarum & tenementorum suorum sive per numerum acrarum, sive per carucatas pro rata tenuræ suæ, seu pro quantitate communiæ pasturæ suæ vel piscariæ ibidem distringend', unà cum ballivis libertatum & aliorum locorum de eisdē partibus, ad elargationem, inundationes, sive obstructiones pdictas habere poterunt: diviti vel pauperi, vel alteri cujuscunq; status seu cōditionis fuerit, infra libertatē sive extra nullatenus parcatur in hac parte. Et ideo tibi præcipimus &c. meliùs sciri poterit & inquiri. Et habeas. &c.

¶ Rex, Will' de T. Henr de S. Winand' de N. & Hug' de B. salutem. Sciatis quòd cùm nuper assignaverimus R. de P. jam defunctum, recitando totam commissionem prout &c. continetur, ac jam intellexerimus quòd diversi processus super indictamentis in comitatu prædicto jam factis, coram præfatis R. &c. inchoati & nondum terminati existunt: nos nolentes dictos processus per mortem prædicti R. aliqualiter deperire, nec etiam dies per præfatum R. seu alios vestrum &c. pro continuatione processuum prædictorum præfixos discontinuari, sed dictos dies & processus cum ea qua decet justitia, ac si dictus R. superstes fuisset continuari, & ulteriùs expeditionem eorundem omnium celeritate, qua de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fieri poterit, maturari volentes, assignavimus vos tres & duos vestrum justitiarios nostros ad cōmissiones, indictamenta, processus rotulos, & alia memoranda præmissa tangentia, ab executoribus prædicti R. recipienda, & ulteriùs tam ad dies per ipsum R. seu aliquem vestrum &c. pro continuatione processuum prædictorum præfixos ut est dictum, quàm ad eosdem processus sic inchoatos & nondum determinatos continuand', & ad procedendum in eisdem processibus, & ad eosdem ac etiam omnia alia malefacta prædicta audiendum & terminandum, secundum legem & consuetudinem supradictas. Et ideo vobis mandamus, quòd omnia commissiones, indictamenta, rotulos, processus, & memoranda prædicta, à dictis executoribus recipiatis, & ulteriùs dies per præfatum R. seu aliquem vestrum ut prædictum est præfixos, necnon processus prædictos in eisdem comitatibus sic inchoatos continuetis, & in eisdem processibus

De continuando processum inchoatum post mortem capitalis justitiarii in brevi de audiendo & terminādo & nota formam cōmissionis.

¶ Rex dilecto & fideli suo W. salutẽ. Sciatis quòd cùm prior de W. implacitet in curia nostra coram iustitiarijs nostris de banco per breue nostrum R. de eo quòd idem R. reddat pręfato priori rationabilem computũ suum de tempore quo fuit receptor denariorum ipsius prioris, ac præfatus R. tam graui infirmitate detentus existat, quòd coram ꝑdictis iustitiarijs ad diem in breui ꝑdicto contentum venire non potest, sicut ex testimonio accepimus fide digno: dedimus vobis potestatẽ recipiendi attornatos ꝑdicti R. quos corã vobis loco suo attornare voluerit, ad lucrand' vel perdend' in loquela ꝑdicta. Et ideo vobis mandamus quòd ad præfatum R. personaliter accedẽtes, si ipsum in tali infirmitate detentũ inueneritis, tunc attorñ suos ꝑdictos recipiatis. Et cũ eos receperitis, de nominibus eorum attorñ &c. Dedimus potestatem in breui de computo ꝑ defendẽte quia infirmus est.

¶ Rex iustitiarijs suis de banco salutem. Sciatis quòd cùm prior &c. vt suprà, personaliter venire nõ potest, attornauit &c. in loquela prædicta. Et ideo vobis mandamus, &c. De attornato inde coram iustitiarijs.

✠ Anno. xvi. R. E. tertij. Pernyng cancellarius concessit breue de attornato pro defendente in breuibus de computo sicut pro querente, & facta fuerunt breuia in communi forma, &c. Nota.

¶ Rex dilecto sibi in Christo abbati de W. salutẽ. Sciatis quòd dedimus vobis potestatem recipiendi attornatos abbatissę de E. quos corã vobis loco suo attornare voluerit, ad lucrandum vel perdendũ in loquela quæ est coram iustitiarijs nostris de banco, ꝑ breue nostrũ inter ipsam abbatissam & W. de eo quòd idẽ W. reddat præfatæ abbatissæ rationabilẽ computũ suum de tempore quo fuit receptor denariorum ipsius abbatissę. Et ideo vobis mandamus quòd cũ attornatos illos receperitis: de nominibus eorundem attornatorũ nobis sub sigillo vestro distinctè & apertè constare fac': remittentes nobis hoc breue. T. &c. Aliter dedimus potestatem pro querente.

¶ Rex vic' L. salutẽ. Præcipe G. de B. qd' iustè &c. reddat E. & M. executoribus testamẽti Galfrid' Messhehawe, & R. H. & Margaretæ vxori eius coexecutrici prædictorum E. & M. testamenti ꝑdicti Galfrid' Messhehawe. Et nisi fecerit, & prædicti executores & R. fecerint te &c. tunc summ̃ &c. prædictum G. de B. quòd sit, &c. Pro executoribus & coexecutore.

¶ Si A. fecerit te securum &c. tunc summ̃ &c. B. quòd sit coram iustitiarijs nostris &c. ostensurus quare cùm de communi consilio regni nostri Angliæ prouisum sit, quòd custodes terrarum & tenemẽtorum quæ tenentur in socagio, hæredibus terrarũ & tenementorũ illorum, cùm ad plenam ætatem peruenerint, reddant rationabilem cõputum suum de exitibus de terris & tenemẽtis illis prouenientib' de tempore De computo in socagio.

quo

quo custodiam illam habuerint, ratione minoris ætatis heredũ prædictorũ: idem B. pfato A. rationabilem computum suum de exitibus puenientib' de terris & tenemẽtis ipsius A. in N. quæ tenentur in socagio, & quorũ custodiã idem B. habuit dum prædictus A. infra ætatem fuit, reddere contradicit vt dicit. Et habeas &c. T. &c.

Nota. * Nota que cest briefe est done per lestatut de Marlebridge cap. xx & en cest briet le party declarer per my damagis.

Nota. *Nota q̃ cest brief gist vers quecõq; q̃ occupie la ter' durãt le nonage &c. soit il del parenty l'enfant ou nemy: & issint est adiuge in itinere Derb. penes finẽ.

De attorñ inde. ¶ De eo quòd idem B. reddat pfato A. rationabilẽ computum suum, de exitibus puenientibus de terris & tenementis suis in N. quæ tenentur in socagio, & quorum custodiam idem B. habuit dum pdictus A. infra ætatem fuit vt dicit. Et ideo &c.

Pone p petente in breui de computo. ¶ Pone ad petitionem petentis, coram iustitiarijs &c. loquelã quę est in comitatu tuo p breue nostrũ, inter A. mercatorem & B. mercatorẽ, de eo quòd idem B. reddat præfato A. rationabilem computum suum &c. receptor denariorum ipsius A. ex quacunq; causa & contractu ad communẽ vtilitatẽ ipsorũ A. & B. prouenientiũ. Et summ &c. pdictũ B. quòd tunc sit ibi pfato A. inde responsurus. Et habeas ibi summ, hoc breue & aliud breue. T. &c.

Regula. ☞ Et potest fieri pro defendente cum causa, vt in replegiare &c.

Causa pro defendẽte in breui de computo. ¶ Quia prædictus B. placitando in curia nostra de N. in qua loquela illa pendet per retornum breuis nostri, ptulit quoddam scriptum acquietantiæ sub nomine ipsius A. cõtinens in se præfatum A. omnem actionem quam versus pręfatum B. ratione computi prædicti habuit, eidem B. remisisse, in comitatu Lincolñ factum vt dicitur, quod quidem scriptum pręfatus A. omnino dedixit: propter quod loquela illa in curia prædicta vlteriùs deduci non debet. Fiat executio &c. vt in replegiare, &c.

De cõputo pro communitate villæ. ¶ Pręcipe A. de B. quòd iustè &c. reddat cõmunitati villę de W. rationabilem computum suum de &c. receptor denariorum ipsius communitatis. Et nisi &c. & pdicta communitas villæ &c.

Monstrauit pro priore. ¶ Rex vicecomiti salutem. Monstrauit nobis prior de N. quòd cùm Anthonius extiterit balliuus suus in K. omnium rerum & bonorum suorũ curam habens & administrationẽ: idem A. cõputo suo non soluto subterfugia quærẽs, latitat in balliua tua, nec possit inueniri & distringi ad reddendũ pfato priori computũ suum pdictum. Et quia de

Non est in vsu. communi consilio regni nostri Angł prouisum est, quòd si balliui, qui dominis suis computum reddere tenẽtur, se subtraxerint, & terras vel tenementa non habeant per quæ distringi valeant, per eorum corpora attachientur, ita quòd vic', in quorum balliuis inuenientur, eos venire fac' ad cõputum suum reddendũ: tibi pręcipimus quòd si pdictus prior fecerit te securum de clamore suo prosequendo: tunc prædictum A. attachias, ita quòd eum habeas coram iustitiarijs nostris apud Eborum tali die, ad reddendum præfato priori computum suum prædictum sicut rationabiliter monstrare poterit qd' ei &c. Et habeas ibi, &c.

☞ Et

☞ Et possunt receptores denariorū & balliui, poni in vno breui in le Monstrauit sic: receptor denariorum ipsius prioris, & balliuus suus in N. Sed in le Præcipe, debet balliuus præponi, &c. Regula.

¶ Rex vicecomitibus Londoñ salutem. Monstrauit nobis A. quòd cū B. extiterit receptor denariorum ipsius A. & balliuus suus in N. idem B. computo suo non soluto subterfugia quærens, latitat in balliua vestra &c. Et quia &c. vobis p̄cipimus quòd si prædictus A. fecerit vos &c. tunc prædictum B. attachietis, ita quòd eum habeatis coram maiore ciuitatis nostræ Londoñ & vobis in proximo Hustengo nostro Londoñ, ad reddendum præfato A. computum suū prædictum sicut &c. Et habeas, &c. Monstrauit vicecom̄ Lōdoñ.

¶ Rex vicecomiti salutē. Querelam B. de M. accepimus continentem, quòd cùm ipse in comitatu tuo terras & tenemēta sufficientia habeat per quæ distringi potest, ad reddendum A. de K. computum suum si quem ei ex aliqua causa reddere debeat: idem tamen A. asserens prædictum B. receptorem denar̄ ipsius A. vel balliuum suum in N. extitisse, & ipsum terras & tenementa non habere per quæ distringi possit ad huiusmodi cōputum præfato A. reddend', breue nostrum per fidem quam præstitit in cancellaria nostra prout moris est de attachiādo ipsum B. per corpus suum, ad computum suū de tempore quo fuit receptor denariorū ipsius A. vel balliuus ipsius A. in N. ei reddend', maliciosè impetrauit, & sic eum per corporis sui attachiamentū multipliciter ea occasione grauari procurauit, in deceptionem curiæ nr̄æ, & graue damnū ipsius B. & contra legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, & contra formam statuti de huiusmodi receptoribus vel balliuis de communi consilio eiusdem regni nostri prouisi. Et quia huiusmodi maliciam si perpetrata fuerit relinquere nolumus impunitam: tibi p̄cipimus quòd si prædictus B. fecerit te &c. tunc pone &c. p̄dictum A. &c. ad respondendū nobis de deceptione p̄dicta, & præfato B. de damnis quæ sustinuit occasione attachiamēti. Et habeas ibi nomina pleg' &c. vel sic: Et habeas ibi &c. Et ipsum B. à prisona prædicta si ea occasione & non alia detineatur, in eadem, per sufficientem manucaptionem interim deliberari fac'. T. &c. De liberando hominem captū per le monstrauit per falsam suggestionem.

¶ Rex vicecom̄ Londoñ salutem. Vel, custodi gaolæ suæ de Newgate salutem. Cùm de cōmuni consilio regni nostri Angliæ statutum sit, quòd si balliui qui dominis suis computum suum reddere tenentur, post redditionem computi sui fuerint in arreragijs, per eorū corpora arrestentur, & per testimonium auditorum cōputi prædicti p̄ximæ gaolæ nostræ liberētur, & à vic', seu a custode eiusdē gaolæ recipiantur, & sub bona custodia ibidē custodiantur, quousq; de arrerag' illis dn̄is suis satisfecerint, ac B. nuper balliuus A. omniū rerū & bonorū suorū curā habens & administrationē, vel sic, receptor denar̄ ipsius A. ex quacunq; causa & contractu ad vtilitatē ipsius A. prouenientium, post computum suum inde redditum sit in arreragijs, de centum. s. præfato A. soluend', sicut ex querela ipsius A. accepimus: vobis vel tibi præcipimus quòd prædictum B. per præfatum A. occasione prædicta arrestatū ab eodem A. sine dilatione recipiatis vel recipias, De recipiendo balliuum arrestatum pro arreragijs cōputi. Marlebridge cap. 12. & W. 2. cap. 12.

&c in

& in prisona nostra de N. saluò custodiri faciatis, quousq; prefato A. de arreragijs suis prædictis fuerit satisfactum, iuxta formam statuti prædicti, &c.

Regula.

☞ Fait assauoir que anno tertio E. iij. fuist agard en leschequer al suit les citizens de Londres, que lou home plede autre per briefe daccompt ou per pleint solone vsage & auditours soient assignes per le court. la partie nauera mye la Ex parte quensuit. Mes lou le segniour assigne auditours, home auera bien ex parte, &c.

De dimittendo arrestatũ ꝑ arreragijs computi ꝑ manucaptores ad recipiend' computum coram baronibus de scaccario.

¶ Ex parte A. capti & detenti in prisona nostra L. pro arreragijs computi sui, in quibus B. asseruit ipsum sibi teneri, de tẽpore quo fuit balliuus suus, nobis est ostensum, quod auditores computi prædicti per ipsum B. ad hoc deputati, ipsum A. super eodem computo indebitè grauauerunt, onerando ipsum de receptis quæ non recepit, & non allocando ei expensas & liberationes rationabiles, in ipsius A. damnum non modicũ & grauamen. Et quia nolumus qd' eidem A. iniurietur in hac parte: tibi p̃cipimus quòd si p̃dictus A. ꝑ testimoniũ auditorum computi p̃dicti tibi liberatus fuerit, & inuenerit tibi sufficientem manucaptionem, qui eum manucapiant habere corã thesaurar̃ & baroñ nostris de scaccario tali die, ad reddend' præfato A. computum suum p̃dictum, iuxta formam statuti de cõmuni consilio regni nostri Angl' inde prouisi: tunc ipsum A. à prisona prædicta, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, interim deliberari fac' per manucaptionẽ supradictam. Et scire fac' p̃dicto B. qd' tunc sit ibi cum rotulis & tallijs, per quos p̃dictus A. computum suum prius reddidit, ad faciendum & recipiendum in p̃missis quod de iure & secundum formam statuti prædicti inde fuerit faciend'. Et habeas ibi nomina manucaptorum illorum &c. T. &c.

Aliter in Londoñ.

¶ Rex vic' L. salutẽ. Ex parte G. &c. vt supra vsq; ibi, non modicum & grauamen. Et quia idem B. forinsecus est in ciuitate prędicta ignotus per quod manucaptores de eadem ciuitate inuenire non potest, de habendo ipsum R. coram thesaurario vel eius locum tenẽte & baronibus nostris de scaccario, ad recitand' cõputum suum prædictum, & ad faciend' & recipiendum vlteriùs qd' curia nostra considerauerit in præmissis, vósque alios manucaptores quàm de ciuitate prædicta ab eodem B. admittere recusastis, ac idem B. sufficientem manucaptionem coram nobis in cancellaria nostra inuenit, videlicet C. D. & E. de comitatu Lincolñ qui eum manuceperunt habere coram thesaurario vel eius locum tenente & baronibus nostris de scaccario tali die, ad recitandum ibidem computum suum prædictum, & ad standum recto in pręmissis secundum formam statuti de communi cõsilio regni nostri Angl' inde ꝓuisi: vobis præcipimus quòd ipsum B. à prisona prędicta, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, interim deliberari faciatis per manucaptionẽ præd'. Et scire fac' præfato A. quòd tunc sit ibi cum rotulis & tallijs, ꝑ quos prędictus B. computum suum prius reddidit supradictum, & ad faciend' & recipiendum qd' iustum fuerit & consonum rationi. Et habeas ibi hoc breue. T. &c.

¶ Rex

¶Rex, thesaurario & baronibus suis de scaccario salutem, Ex parte B. capti &c. vt suprà vsq; ibi: Et quia præfato B. iniuriari nolumus in hac parte: vobis mandamus quatenus manucaptores sufficientes à præfato B. recipiatis in forma prædicta, & ipsum à gaola prædicta deliberari faciatis, & computum prædictum coram vobis recitari, & eidem A. plenam & celerem iustitiam in præmissis fieri faciatis, prout de iure & secundum formam statuti prædicti fuerit faciendum. Mandauimus enim custodi gaolæ prædictæ, quòd ad certos diē &c. prædictum B. cum rotulis & tallijs, per quos idem B. priùs computum suum reddidit, ad faciend' inde & recipiend' quod iustitia suadebit. Et quòd prædictum A. à gaola prædicta, prout ei scire fac', interim deliberari fac'. T. &c.

Aliter. Quære de hoc breui.

¶Rex, vic' salutem. Ex graui querela A. accepimus, quòd cùm B. cōputum suum de tempore quo fuit balliuus C. in N. eidem C. infra libertatem de D. nuper reddidit, & idem B. pro arreragijs cōputi illius ꝑ auditores eiusdem computi postmodum arrestatus, & prædicto A. custodi gaolæ nostræ libertatis prædictæ liberatus fuit, in eadem gaola custodiend' quousq; præd' C. de arreragijs prædictis iuxta formam statuti de huiusmodi receptoribus & balliuis prouisi plenè satisfecerit: prædictus B. à custodia prædicti A. prædicto C. de arreragijs prædictis non satisfacto, contra pacem nostram euasit, occasione cuius euasionis idem A. pręfato C. de arreragijs illis iuxta formā statuti prædicti plenè satisfecerit, in ipsius A. damnum non modicum & grauamen &c. Et quia transgressionem illam, si taliter perpetrata fuerit, relinquere nolumus impunitam: tibi præcipimus quòd si prædictus A. fecerit te &c. tunc prædictum B. per corpus suum attachies, ita quòd eum habeas coram nobis tali die &c. ad respondendum nobis de euasione prædicta, & præfato A. de damnis quæ sustinuit occasione euasionis ejusdem. Et habeas ibi &c. T. &c.

Q. si balliuus euaserit de carcere, breue de attachiando eundem balliuum ad respondendum regi de euasione & custodi prisonæ de damnis quæ sustinuit.

¶Rex, dilectis sibi I. W. & B. salutem. Quia datum est nobis intelligi, quòd H. & L. ac alij homines villæ nostrę de N. prætextu quarundam literarum nostrarum ꝓbis hominibus villæ prædictæ in auxilium reparationis & emendationis clausuræ villæ prædictæ concessarū, non modicas pecuniarū summas de rebus venalibus ad villam prædictam veniētibus recipere & colligere, & denarios sic receptos & collectos, quos in reparatione & emendatione clausuræ prædictæ apposuisse debuerant, pro majori parte in suos proprios vsus conuerterunt, & penes se detinuerunt & adhuc detinent, in nostri damnum non modicum & deteriorationem villæ prædictæ: nos volentes malicijs huiusmodi collectorum in hac parte obuiare, & denarios sic collectos in reparationem & emendationem clausuræ prædictæ apponi facere vt decet, assignauimus vos & duos vestrum, ad inquirend' per sacramentū ꝓborum & leg' hominū de com̄ N. ꝑ quos rei veritas meliùs sciri poterit, de nominibus omniū & singulorū ad custumas de rebus venalibus ad dictā villā adductis, in eadē villa ex causa p̄d' leuandas & colligendas deputatorum, & ꝑ quantū tēpus sic deputati custumas huius-

Commissio ad audiendū computum collectorum denariorū pro clausura villæ.

huiusmodi de toto tempore nostro collegerunt & sic leuauerunt, & quam summam denar̄ de custumis prædictis ꝑ ipsos sic leuatorum, in reparationem & emendationē clausuræ ꝑdictæ apposuerunt, & quam summam inde penes se retinuerunt & adhuc retinent, necnon ad cōputum ꝑdictorum H. & I. & aliorum collectorum in hac parte secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ audiendum & terminandum, & ad denarios sic collectos, siqui penes ipsos post redditionem computi prædicti remanserunt, de eisdem collectoribus leuari, & in reparationē & emendationē clausuræ ꝑdictæ, ꝓut vobis melius visum fuerit, apponi faciendū, & ad omnia alia & singula in hac parte facienda & explenda, quæ ꝑ auditores eiusdē computi fieri poterunt & expediri. Et ideo vobis mandamus quòd ad certos dies & loca quos ad hoc ꝓuideritis, computum prædictum audiatis & terminetis, & præmissa omnia & singula faciatis & expleatis in forma prędicta. Mandauimus enim vicecomiti nostro comitatus ꝑdicti, quòd homines de balliua sua, per quos rei veritas meliùs sciri poterit in prę missis, coram vobis venire fac'. In cuius &c.

Non fiat inde breue clausum vicecomiti.

De computo audiendo pro villa pauianda & claudenda.

¶ Rex, &c. quia datum est nobis intelligi, quòd diuersi homines villę nostrę de H. prętextu diuersarum literarum probis hominibus villę prędictę in auxilium eiusdem villę pauiandę & claudendę, ac pontis eiusdem villę reparandi, tam per dominum H. nuper regem Anglię patrem nostrum quàm per nos concessarum, non modicas pecuniarum summas de bonis & mercandisis ad villam prędictam venientibus receperunt & collegerunt, & denar̄ &c. vt supra.

De capiendo vtlagatum &c. in breui de cōputo in comitatu in quem fugit postquam vtlagatus fuit in alio comitatu.

¶ Rex, vicecomiti salutē. Cùm I. implacitasset C. per breue nostrum coram iustitiarijs nostris de banco, de eo quòd idem C. redderet pręfato I. rationabilem computum suum de tempore quo fuit reçeptor denariorum ipsius I. ac idem C. pro eo quòd non venit coram pręfatis iustitiarijs nostris ad respondendum pręfato I. de computo suo prędicto, in exigendis in comitatu Midd' positus fuisset ad vtlagandum, & ea occasione postmodum vtlagatus, sicut per tenorem recordi & processus vtlagarię prędictę, quem coram nobis in cancellaria nostra certis de causis venire fecimus, est compertū, ac idem C. à comitatu prædicto occasione vtlagar̄ prædictæ se subtraxit, & in comitatu tuo latitando vagat & discurrit, mala plurima perpetrando ut accepimus: nos maliciæ ipsius C. obuiare volentes in hac parte, tibi præcipimus firmiter iniungentes, quòd ipsum A. vbicunque in balliua tua inuentus fuerit, sine dilatione capias, & in prisona nostra saluò & securè custodiri facias, donec aliud inde præceperimus. T. &c.

Nota.

✠ Nota que auncientment si contract ou couenant soit fait à executour de dette per reason des biens vendus queux furent al testatour à paier à vn certeine iour, & le iour fuisse encurrus, & il eust port briefe de dett: le briefe dirra, quæ ei iniustè detinet, & nemy, debet: car pur ceo que le debet suppose propertie, & executour ne poet claime propertie de choses queux furent al mort, & ceo fuist adiudge per Bedforde. Anno Edwardi tertij. xiiij. Mes ore briefes sont fait à contrarie.

¶ Rex

REx, thesaurario & baronibus suis de scaccario salutem. Quia dilectus nobis Petrus de Runs. vicecomes noster, circa quædã ardua negocia nostra, de quibus ipsum specialiter onerauimus, intantum est intendens quòd coram vobis ad scaccarium nostrũ ad instans crastinum sancti Michaelis, vel ad instans octauæ Pasche proximò futurũ, ad profrum suum tunc ibidem prout moris est faciendum personaliter interesse non potest: vobis mandamus quòd R. & I. clericum, quos idem vicecomes ad profrum suum prædictum corã vobis ad dictum crastinum faciendum coram nobis in cancellaria nostra loco suo attornauit, vel alterum ipsorum, si ambo interesse non possunt, loco ipsius vicecomitis ad hoc recipiatis hac vice de gratia nostra speciali: ipsum vicecomitem ꝓpter absentiã suam ad diem illum vel ad octauas prædictas non molestantes in aliquo seu grauantes. T. &c. De attornã vic pro profro faciendo admittendo.

✲ Consimile breue fit pro I. de E. escaetore in comitatu Oxoñ mutatis mutandis. Nota.

¶ Rex, eisdem salutem. Quia dilectus nobis W. de H. vicecomes noster Wiltes. circa quædã &c. est intendens, quòd corã vobis ad scaccarium nostrum ad instans crastinum sancti Michaelis proximò futurum ad computum suum de exitibus comitatus prædicti reddendum venire non potest: dedimus ei respectum de computo suo prædicto reddendo, vsque ad octauas sancti Hillarij proximò futuras. Et ideo vobis mandamus quòd ipsum vicecomitem, respectum illum interim habere permittatis. T. &c. De respectu cõputi vicecomitis habendo.

REx, vicecomitibus Londoñ salutem. Præcipimus vobis quòd iustitietis A. quòd iustè & sine dilatione reddat B. viginti solidos vel mille marcas, quos vel quas ei debet vt dicit, sicut rationabiliter monstrare poterit quòd ei reddere debeat: ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu iustitiæ. T. &c. De debito in comitatu.

¶ Quòd reddat B. decem quarteria auenarum & his similia, precij viginti solidorum, quæ ei iniustè detinet vt dicit, sicut &c. Aliter.

¶ Quòd reddat B. centũ solidos quos ei debet, & quandã zonam vel quendam librum, vel quendã ciphum, vel quendam bouẽ, vel equum, vel duos cignos, precij tanti, & catalla ad valentiã tanti: quem, quam, quos, vel quæ, ei iniustè detinet vt dicit, sicut &c. Aliter.

¶ Iustities A. quòd iustè &c. reddat B. & C. executoribus testamenti D. centum marcas quas ei iniustè detinet vt dicunt, sicut &c. Aliter pro executoribus.

¶ Iustities A. & B. executores testamenti E. & F. & G. vxorẽ eius, coexecutricem prædictorum A. & B. testamenti prædicti, quòd iustè &c. reddant R. decem marcas quas ei iniustè detinent vt dicit, sicut &c. Aliter contra executores.

¶ Iustities A. quòd iustè & sine &c. reddat B. centum solidos quos ei debet. Et iustities E. & R. executores testamẽti H. quòd iustè &c. reddant eidẽ B. decem solidos quos ei iniustè detinent vt dicit, sicut &c. Aliter cum pluriés iustitiés.

☞ Et semp repetatur le (& iustities) sup quolibet debitore. Et omnia huiusmodi Regula.

modi quæ iam petuntur per le iustities: possunt peti ꝑ le præcipe quòd reddat, si summam quadraginta solidorum attingant.

Regula.

☞ Sciendum est quòd in breui de catallis reddendis, nunquã dicetur (quæ ei debet) nec in breui de debito. Si executores petãt ab executoribus vel ab alijs quibuscunq;, vel si quis ab executorib' vel administratoribus petat debita vel catalla vbicunq; breue fuerit placitandum, semꝑ dicetur (quæ ei vel eis iniustè detinet vel detinent.) Et coram iustitiarijs de banco semꝑ dicendũ est, (quos vel quas ei debet & iniustè detinet) de debito, sed non de catallis, sed (quæ ei iniustè detinet tantum,) & similiter dicendum est coram iustitiarijs itinerantibus. Et in comitatu dicatur, (quos vel quas ei debet) tantum, de debito; de catallis, (quæ ei iniustè detinet) tantum.

Aliter.

¶ Iustities A. quòd &c. reddat H. & M. quæ fuit vxor T. executori testamenti B. quadraginta solidos quos eis debet vt dicunt, sicut &c.

De debito ad bancum.

Rex, vicecomiti Leyc' salutẽ. Præcipe A. quòd iustè & sine dilatione reddat B. centum solidos, quos ei debet & iniustè detinet vt dicit. Et nisi fecerit, & prædictus B. fecerit te securum de clamore suo ꝓsequendo: tunc summ̃ per bonos sum̃ prædictũ A. quòd sit corã iustitiarijs nr̃is apud Westm̃ à die Paschæ in xv. dies, ostẽsurus quare non fecerit. Et habeas ibi sum̃ & hoc breue. T. &c.

Aliter de catallis.

¶ Quòd reddat B. catalla ad valentiam centum solidorũ, quæ ei iniustè detinet vt dicit. Et nisi &c. vel sic, quòd reddat B. & C. centũ marcas quas ei debet & iniustè detinet, & catalla ad valentiã quadraginta solidorum quæ eis iniustè detinet vt dicunt. Et nisi &c.

Aliter de debito & catallis.

Pro executore de catallis & debito.

¶ Rex, vicecomiti L. salutem. Præcipe I. quòd iustè &c. reddat H. L. & R. L. executoribus testamenti W. catalla ad valẽtiam centum solidorum, & quadraginta solidos quæ eis iniustè detinet vt dicũt. Et nisi fecerit & prædicti executores fecerint te securum de clamore suo prosequendo: tunc summ̃ per bonos summonitores prædictum I. quod sit coram iustitiarijs, &c.

Aliter de catallis & pixide.

¶ Rex, vicecomiti L. salutem. Præcipe I. quòd iustè &c. reddat W. catalla ad valentiam centum solidorum, & quãdam pixidẽ cum cartis, scriptis, & alijs minumentis in eadem pixide contentis, quæ ei iniustè detinet vt dicit. Et nisi &c.

Pro executoribus.

¶ Præcipe A. quòd iustè &c. reddat B. & C. executoribus testamenti D. quinq; marcas quas ei iniustè detinet vt dicunt. Et nisi &c. & prædicti executores fecerint &c.

Contra executores.

¶ Præcipe A. & B. executoribus testamẽti C. qd' &c. reddant D. centum solidos quos ei iniustè &c.

Aliter pro executoribus versus executores.

¶ Præcipe A. & B. executoribus testamenti C. & D. & E. vxori eius coexecutrici prædictorũ A. & B. testamenti p̃d', quòd iustè &c. reddant F. & G. executoribus testamenti H. & I. & K. vxori eius coexecutrici prædictorũ F. & G. testamenti prædicti H. decem marcas quas eis iniustè detinent vt dicunt. Et nisi fecerint, & prædicti executores testamenti H. & I. fecerint te &c. tunc summ̃ &c. prædictos A. B. D. & E. quòd sint &c.

Nota.

* Nota quòd in clausula de securitate facienda sufficit nominare aliquos executores tantum. Sed in clausula de summonijs non sic, imò nomina propria proprijs nominata in breui vt patet in breui præcedenti.

¶ Præcipe

¶ Præcipe I. abbati de B. quòd iustè &c. reddat R. executori testamẽti S. & abbati de C. & fratri Adæ de C. concanonico eiusdem abbatis de C. coexecutori prædicti R. testamenti prædicti, x. li. Præcipe G. abbati de D. quòd iustè &c. reddat eisdem executoribus & abbati de C. x. li. quas &c. Et nisi &c. & prædicti executores & abbas de C. fecerint &c. Aliter pro executoribus per plures præcipe.

☞ Et fiat breue pro executoribus executorum mutatis mutandis, per statutũ E. tertij anno. xxv. cap. v. Regula.

¶ Pręcipe A. quòd &c. reddat B. & C. executoribus testamẽti D. nuper executoris testamenti G. centum solidos, &c. Aliter pro executoribus executoris.

¶ Præcipe A. & B. executoribus testamenti D. nuper executoris testamenti E. quòd reddant A. executori testamenti T. &c. Aliter versus executores executoris.

¶ Præcipe A. de S. fratri & vni hæredum B. & C. consanguineo & alteri hæred' eiusdẽ B. quòd iustè &c. reddant W. de N. centũ solidos. Præcipe T. F. & Mariæ vxori eius, H. de T. & I. vxori eius, filiabus & hæredibus R. de D. quòd iustè &c. reddant W. de N. centum solidos quos ei debent & iniustè detinent vt dicit. Et nisi, &c. Aliter versus fratrem vel filium defuncti.

✲ Huiusmodi breue præterijt sigillum apud E. anno. viij. E iij. Nota.

☞ Et nota que les barons les femmes ne sont pas nomes mes p reson de couerture. Et pur ceo filiabus & hæredibus nauoit relacion, mes tantum à les femmes. Et dicitur, (debent & iniustè detinent) quod mirum est. Regula.

✲ Nota q̃ autile brief fuit port vers le heir an. 42. E. 3. termino Pasche, & la est affirm p la court que coment que assets descẽde al heir apres le mort son auncester de terre en fee simple: il ne serra mie charge per cel discent, sil ne eyt p discent iour de brefe purchase ou vn ques puis. Tamen quære sil serra charge sil soit seysi iour de brefe &c. de terre &c. à sa volunte. Nota.

¶ Præcipe A. quòd reddat B. & C. executoribus testamenti D. catalla ad valenciam centum solidorum & xl. solidos, quæ eis iniustè detinet vt dicunt &c. Aliter pro executoribus.

✲ Nota q̃ anno. 32. E. tertij termino Pasche, brefe de dette fuit port versus le heir, cestassauoir trier al obligor, & ne fuit pas nomee heir en le brefe mes en le count, & nientlemeins le brefe fuit adiudge bon. Tamen fuit dit per Thorp q̃ le brefe serroit le meulx sil puisse auer bř en la chaũcerie & luy nomer heyr in le brefe. Et le bř fuit challẽg, eo q̃ en le brefe fuit debet, lou il serroit detinet tantũ, nient obstaunt le bř fuit aiuge bon. Et dicitur præcisè q̃ le brefe vers le heir serra en le (debet & detinet:) mes enuers executours (detinet tantum.) Nota.

¶ Pręcipe A. fil' & hæredi B. quòd reddat C. & D. executoribus testamenti E. decem marcas quas ei debet & iniustè detinet vt dicunt &c. Aliter pro executoribus.

✲ Illud breue factũ fuit quia executores nomine suo habuerũt obligationem. Nota.

☞ Nota q̃ si executour vende biens del testatour, & il port brefe de dette le bř dirra (quæ ei iniustè detinet) & nemie (debet) cause pur ceo q̃ le (debet) suppose ꝓperte, & executour ne poet clamer ꝓperte de chose que fuit al mort: cuius contrarium suprà. Regula.

¶ Præcipe A. quòd reddat B. quæ fuit vxor C. administratrici bonorum & catallorum quæ fuerunt D. quæ fuit vxor F. & G. filij eiusdem D. nuper executoris testamenti prædicti F. qui obierunt intestati vt dicitur, & H. & I. vxori eius coadministratrici eiusdem B. bonorum & catallorum prædictorum. xx. li. &c. Aliter pro administratoribus executorum alienus versus debitorem intestati.

☞ Nota q̃ lou il y ad plusours administratours, il couiẽt de nomer touts en le Regula.

brefe porte deuers eux ou pur eux. Mes la ou il y ad plusours executours: il suffist de nomer ceux q̃ font administració en le brefe porte enuers eux. Mes sils portent brefe il lour couient qu'ils soient touts nomes.

De attorñ inde. ¶ Rex &c. iustitiarijs suis de banco salutẽ. Sciatis quòd A. & B. executores testamenti C. attornauerunt coram nobis loco suo I. & H. ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est coram vobis per breue nostrum, inter ipsos executores & D. de eo quòd idem D. reddat præfatis executoribus centum solidos, vel catalla ad valenciã centum solidorũ. Et ideo &c. Vel sic: inter A. & B. de eo quòd idem B. reddat (Aliter.) præfato A. catalla ad valenciã centum solidorũ. Et ideo vobis mandamus, quòd ipsos I. & H. vel alterum ipsorum si ambo interesse non possint loco ipsorum executorum ad hoc recipiatis. T. &c. Vel sic, inter A. & B. de debito decem marcarũ quod idem A. à præfato B. exigit. Et ideo vobis mandamus quòd &c. (Aliter.)

Nota. ✻ Nota q̃ termino Hillarij an. E. tertij. 21. bř de dette fuit porte vers le heir & obligació de son auncester fuit mis auaunt, & il dit q̃ riens luy descende de mesme launcester. Et troue fuit q̃ terres luy descẽdit apres la morte de mesme launcester, per qui le pl. recouerist, & fuit agarde q̃ le pl. eust l. elegit de la moyte de touts les terres le defendaunt, auxibien de son purchace come des tenementes à luy descendus. Et la cause fuit pur ceo que lissu que le defendaunt tende, est troue faux.

Dedimus potestatem de debito. ¶ Rex, dilecto & fideli suo, vel dilecto clerico suo, vel sic, dilecto sibi in Christo abbati de B. salutẽ. Sciatis quòd dedimus vobis potestatẽ recipiendi attornatos I. quos coram vobis loco suo attornare voluerit, ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est coram iustitiarijs nostris de banco per breue nostrum inter ipsum I. & H. de debito centum solidorum quod idem I. à præfato H. exigit vt dicitur. Vel sic, inter ipsum H. & I. de debito tanti &c. vel sic, inter A. & B. de eo quod idem B. reddat eidem A. centum solidos & catalla ad valencium &c. Et ideo vobis mandamus quòd cùm attornatos illos receperitis, de nominibus eorundem attornatorum nobis in cancellaria nostra sub sigillo vestro distinctè & apertè cõstare faciatis: remittentes nobis hoc breue. T. &c.

Aliter. ¶ Sciatis quòd &c. attornatos B. & C. executorum testamenti D. vel sic, attornatum C. vnius executorum testamenti D. quos coram vobis &c. vsq; ibi, de banco, inter ipsos executores vel inter ipsum C. executorem & E. coexec' prædicti C. testamenti prædicti, & W. de K. de eo quod idem W. reddat præfatis executoribus vel præfato C. executori & E. coexecutori prædicti C. testamenti prædicti. 20. li. vel catalla ad valenciam tanti. Et ideo vobis &c.

Regula. ☞ Et possunt ista breuia prædicta fieri è conuerso pro defendentibus, excepto hoc quòd tunc dicendum est sic.

Aliter. ¶ Inter A. & B. executores testamenti C. & prædictum W. vel sic, inter E & prædictum W. & S. executores prædicti W. testamenti prędicti, &c.

Regula. ☞ Nunquam dicatur in breuib' de dedimus potestatẽ de debito tanti, nisi in casu quãdo petitur pecunia numerata tantũ, & hoc quãdo principalis creditor petit versus principalẽ debitorẽ. Et se tenet ista regula in le pone & recordari

&

& carta perdonationis de vtlagaria. In alijs verò casibus dicatur, de eo quòd idem B. reddat præfato A. centum solidos & catalla ad valenciam &c.

REx, vicecomiti salutem. Præcipe A. Episcopo Lincolñ, ad cuius manus bona & catalla quæ fuerunt B. qui obijt intestatus vt dicitur deuenerunt, quòd reddat A. centum solidos quos idem B. ei debuit, & prædictus Episcopus ei iniustè detinet vt dicit. Et nisi &c. De debito versus ordinarium de bonis intestati &c. W. 2. cap. 19.

¶ Præcipe A. & B. administratoribus bonorum & catallorũ quæ fuerunt C. qui obijt intestatus vt dicitur, quòd iustè &c. reddant W. centum solidos quos ei iniustè detinent vt dicit. Et nisi &c. Aliter versus administratores.

☞ Et potest le (qui obijt &c.) omitti in casu quando executores nominati nolunt habere administrationem, & in defectu eorum alij administratores deputati sunt per ordinarium. Regula.

¶ Præcipe A. de B. & T. de W. executoribus testamẽti magistri R. de P. nuper decani ecclesiæ beati Petri Eborum, & custodis spiritualitatis archiepiscopatus Eborum sede vacante, ad cuius manus bona & catalla, quæ fuerunt Eliæ de B. qui obijt intestatus vt dicitur, deuenerunt, quòd reddant tali &c. quadraginta libras quas idem E. ei debuit, & prædicti executores ei iniustè detinent vt dicit. Et nisi fecerint &c. Aliter versus executores custodis spiritualitatis, ad cuius manus bona & catalla &c. deuenerunt.

✻ Cest briefe fuist en court anno. xj. R. ij. ou fuist dit que termino Trinitatis an. xvj. E. patris E. tertij aui regis nunc, mesme cestui Robert de P. fuist respõder au tiel briefe qu'il porta vers executours de ordinary. Nota.

¶ Rex, vicecomitibus Londoñ salutem. Præcipimus vobis quòd iustitietis W. quòd reddat W. episcopo Londoñ, administratori bonorum & catallorum quæ fuerunt C. qui obijt intestatus vt dicitur, decem marcas quas ei &c. Aliter pro administratore: sed quære inde.



Ex, vicecomiti salutem. Pone ad petitionem petentis coram iustitiarijs nostris apud Westmonasterium tali die, loquelam quæ est in comitatu tuo per breue nostrũ inter A. & B. de debito decem marcarũ quod idẽ A. à pfato B. exigit. Vel sic, de eo quòd idem B. reddat præfato A. catalla ad valenciam &c. vel sic, inter A. & B. executores testamenti C. & D. de eo quòd idẽ D. reddat præfatis executoribus. 10. li. Vel sic, catalla ad valenciam. 20. li. Et summ̃ p bonos summonitores prædictum W. quòd tunc sit ibi præfato A. vel præfatis executoribus inde responsurus. Et habeas ibi summ̃, hoc breue, & aliud breue. T. &c. Vel sic, de eo quòd prædicti I. & T. reddant præfato R. duo scripta obligatoria quæ ei iniustè detinent &c. Pone de debito pro petente. Conceditur pro fine.

¶ Pone coram iustitiarijs nostris &c. loquelam &c. vsq; ibi, ad valenciam. 10. li. Vel sic, inter R. executorem testamẽti A. & I. iuniorem & C. vxorem eius coexecutricem prædicti R. & H. de eo quòd idem H. reddat præfatis executoribus & I. quatuor libras. Vel sic, inter C. executorem testamenti W. & B. executorem testamenti A. & N. nuper executricem prædicti C. testamenti prædicti, & T. de eo quòd idem T. reddat præfatis executoribus. 20. li. Et dic præfatis executoribus quòd tunc sint ibi loquelam suam versus præfatũ T. inde prosecuturi si vo- Pone p defendente.

si voluerint. Vel sic: Et dic præfato A. quòd tunc sit ibi &c. Et habeas hoc breue & aliud breue. T. &c.

Causa. ¶ Quia prædictus B. placitando in comitatu prædicto, ꝓtulit quoddam scriptũ acquietantiæ de debito ṗdicto sub nomine prædicti A. apud N. in comitatu ṗd' factum, vel sic, apud N. in comitatu Lincolñ (Aliter.) factum vt dicitur, quod quidẽ scriptũ prædictus A. omnino dedixit: propter quod loquela illa in eodem comitatu secundum consuetudinem regni nostri Angl' vlteriùs deduci nõ debet. Fiat executio istius breuis si causa sit vera & prædictus B. hoc petat & aliter non.

Causa. ¶ Quia prædictus B. placitando in comitatu prædicto, asseruit ipsum A. prædictum B. in curia nostra coram iustitiarijs nostris de bãco, per breue nostrum de prædictis quatuor libris implacitasse, & easdẽ quatuor libras versus prædictum B. per considerationem eiusdem curiæ recuperasse vt dicitur. Fiat executio &c.

Aliter pone pro defendente. ¶ Pone &c. inter L. & H. executores testamenti W. & P. & C. executores testamenti R. & A. B. & C. de eo quòd ijdem executores testamenti R. & A. B. & C. reddant præfatis executoribus septem libras, vel sic, quatuor quarteria frumenti, auenarum, fabarum, & pisarum precij decem solidorum. Et dic præfatis executoribus testamenti W. quòd tunc sint ibi &c. versus præfatos executores testamẽti R. & A. B. & C. &c. si voluerint &c.

Causa. ¶ Quia prædicti executores testamenti R. & A. B. & C. placitando in comitatu prædicto, protulerunt quoddam scriptum acquietantiæ de prædictis septẽ libris & quatuor quarterijs frumenti sub nomine ipsius W. apud &c. extra comitatum prædictum factum, quod quidem scriptum prædicti executores testamenti W. in eodem comitatu dedixerunt vt dicitur: propter quod &c. vel sic: Quia prædictus B. placitando in comitatu prędicto, allegauit se de debito prædicto onerari nõ debere, eo quòd prædictus B. vel sic, idẽ B. tempore confectionis scripti, per quod præfatus A. asserit ipsum B. de debito prędicto sibi teneri, in prisona apud N. in comitatu Lincolñ per prædictum A. detentus fuit vt dicitur: propter quod loquela illa in eodem comitatu tuo secundum &c. terminari non potest. Fiat executio &c. (Aliter.)

Aliter. ¶ Quia prædictus B. placitando in comitatu prædicto, asserit se prædictum debitum pręfato A. persoluisse, & acquietantiam suam inde habere, & pro eo quòd in eadem acquietantia diuersi testes de diuersis comitatibus nominantur in loquela illa, in comitatu prædicto secundum &c. terminari non potest. Fiat executio &c.

Aliter ratione chãpartiæ. ¶ Quia I. de B. balliuus hundredi comitis Derb' honoris de N. in comitatu prædicto, coram quo loquela illa pendet per retornum breuis nostri, placitum prædictum pro parte prædictarum. 10. li. habenda sibi assumpsit manutenend', propter quod idẽ balliuus fouet ipsum A. in loquela prædicta vt dicitur. Fiat executio &c.

Nota. ✻Nota recordari in curia vbi loquela recordata est per iustitiarios placitanda iuxta libertatem per cartam concessam.

Rex,

REx vic' Lincolñ salutem. Præcipimus tibi quòd assumptis tecum &c. in propria persona &c. ad curiam nostram Lincolñ, & in plena curia illa recordari facias loquelam quæ est in eadem curia secundum consuetudinem ciuitatis prædictæ sine breui nostro, inter A. & B. de debito decem librarum quod idem A. à præfato B. exigit. Et recordum illud habeas coram iustitiarijs nostris apud Westm̃ tali die, sub sigillo tuo & sigillis quatuor legalium hominum eiusdem curiæ &c. vt in recordare de auerijs. Fiat executio istius breuis si prædictus A. hoc petat & aliter non.

Recordare de debito placitando infra libertates.

☞ Et potest fieri cum causa pro defendente.

Regula.

¶ Quia prędictus B. placitando in curia prædicta, protulit quoddam scriptũ acquietantiæ de debito p̃dicto sub nomine ipsius A. apud N. extra libertatẽ ciuitatis p̃dictæ factum vt dicitur, qd' quidem scriptũ præfatus A. omnino dedixit: ꝓpter quod loquela illa in curia prædicta vlteriùs deduci non debet. Fiat &c.

Causa ꝑ defendente.

¶ Rex vic' Essex salutem. Si T. executor testamenti N. de Londoñ & P. & K. vxor eius coexecutrix p̃dicti T. testam̃ti p̃dicti fecerint te &c. tunc pone &c. I. balliuum H. comitis H. honoris de M. in comitatu prædicto vel de wapentachio de N. quòd sit coram iustitiarijs nostris apud W. tali die &c. ad respondend' tàm nobis quàm præfatis executoribus & N. quare cùm nos nuper tibi per breue nostrũ præceperimus, quòd poneres coram pręfatis iustitiarijs apud Westm̃ ad certum diem ꝓximè præteritum, loquelam quæ fuit in comitatu tuo per breue nostrum, inter I. & p̃fatos executores & N. de eo quòd iidẽ executores redderent præfato I. decem libras, quæ quidem loquela in curia prædicti comitis honoris p̃dicti in comitatu prædicto iuxta libertatẽ eidem comiti concessam per te returnata fuit placitãda, & licet tu loquelam illam in eadem curia virtute mandati nostri prædicti coram p̃fatis iustitiarijs ad diem p̃dictum posuisses, & partibus p̃dictis in eadem loquela eũdem diem dedisses: idem balliuus nihilominus placitum prædictũ in eadẽ curia postmodũ tenuit, & iudicium inde versus præfatos executores reddidit, ac executionem iudicij illius fieri fecit, in nostri ac mandati nostri contemptum, & prædictorum executor̃ & N. damnum non modicum & grauamen. Et habeas &c.

De attachiando balliuos, quia tenuerunt placitum post le pone in breui de debito.

¶ Quia prædictus A. placitando in loquela p̃dicta in wapentachio p̃dicto asseruit se de debito p̃d' onerari nõ debere, eo qd' nihil descendebat in feodo simplici post mortẽ p̃dicti I. patris sui: ac p̃dictus abbas è cõtrario allegauit qd' satis ei descendebat in feodo simplici post mortem eiusdem patris sui in B. in comitatu prædicto, extra libertatẽ præd' comitis wapentachij prædicti, & hoc obtulit se verificare vt dicitur, quæ quidẽ verificatio in wapẽtachio præd' terminari nõ potest: ꝓpter qd' loquela illa in eodẽ wapentachio secund' legem & consuetudinem regni nostri Angliæ vlteriùs deduci non debet. Fiat &c.

Causa ꝑ defendente.

¶ Præcipe A. qd' reddat B. quæ fuit vxor C. administratrici bonorũ & catallorũ quæ fuerũt D. quæ fuit vxor F. & G. filij eiusdẽ D. nuper executoris testamẽti prędicti F. qui obierunt intestati vt dicitur, & H. & I.

Aliter versus administratores.

& I. vxori eius coadministratrici eiusdem B. bonorum & catallorum prædictorum xxx.li. &c.

Quod mulieres habeant rationabiles partes suas de bonis virorum suorũ.

REx vicecomiti Berk. salutem. Si A. quæ fuit vxor B.&c. summoneas &c. C.& D. executores testamenti prędicti B. quòd sint coram iustitiarijs nostris &c. ostensuri quare cùm secundum cõsuetudinem in comitatu prædicto hactenus obtentam, vxores post mortẽ virorum suorum habere debeant rationabilem partem suam de bonis & catallis quæ fuerunt virorum suorum prædictorum : ijdem executores præfatæ A. rationabilem partem suam ad valorem. xl.li. de bonis & catallis quæ fuerunt prædicti B. quondam viri sui detinent minus iustè, & eam ei reddere contradicunt, in ipsius A. damnum non modicum & grauamen, & contra consuetudinem prædictam. Et habeas ibi sum̃ & hoc breue. T.&c.

Regula.

☞ In quibusdam breuibus breue istud fundatur super Magnã cartam, sed nõ valet pur ceo que forspris de statut nest pas statut.

Aliter pro pueris.

¶ Rex vicecomiti Berk. salutẽ. Quia A. de N. & S. vxor eius fec' &c. nos &c. sum̃ &c. I. de H. & G. de P. executores testamẽti R. & Cristinã quæ fuit vxor A. de M. & Nicholaũ filiũ eiusdẽ Christinæ, executores testamenti eiusdem A. de M. nuper coexecutoris prædictorum I. & G. testamenti prædicti R. quòd sint coram iustitiarijs nostris &c. ostensuri quare cùm secundum consuetudinem in comitatu prædicto hactenus obtentã & approbatam, pueri post mortem patrum suorum qui eorum hæredes non sunt, nec in vita patrum suorum promoti fuerunt, habere debeant rationabiles partes suas de bonis & catallis quæ fuerunt patrum suorum ꝑdictorum : ijdẽ executores præfatis A. & S. post mortem prædicti R. patris sui cuius hæredes ipsi non sunt, nec qui in vita eiusdem patris sui ꝓmoti fuerunt, rationabiles partes suas ad valentiam decem librarum de bonis & catallis quæ fuerunt ꝑdicti R. patris prædictorum A. & S. detinent minus iustè, & eas eis reddere contradicunt, in ipsorũ A. & S. damnum non modicum & grauamen, & contra consuetudinem ꝑdictam. Et habeas &c.

Quod mulieres non distringantur pro debito virorũ suorũ in terris & teñtis quæ tenent in dotem de dono virorũ suorum vel de hæreditate sua, vel de perquisito suo, &c.

REx vicecom̃ salutem. Cùm secundum legem & cõsuetudinẽ regni nostri Angl' mulieres in terris & tenemẽtis, quæ tenent in dotẽ de dono virorũ suorũ, vel quæ sunt de hæreditate sua, vel quæ sibi acquisierunt, ꝓ debitis virorũ suorũ reddendis distringi non debeant, ac tu B. quæ fuit vxor A. distringis in terris & tenementis suis quæ tenet in dotem de dono prædicti A. & etiam quæ fuerunt de hæreditate ipsius B. sicut ex querela sua accepimus : tibi præcipimus qd' ipsam B. in terris ac tenementis suis quæ tenentur in dotem, vel sunt de hæreditate sua propria, vel ex quęsito ipsius B. ꝓ debito ipsius A. quondam viri sui reddendo non distringas vel distringi facias, cõtra legem & consuetudinem prædictas. Et districtionem &c.

Aliter de codẽ.

¶ Rex vic' &c. Cũ secũd' legẽ & cõsuetudinẽ regni nr̃i Angl', mulieres in terris & tñtis, quę tenẽt in dotẽ de dono viror̃ suorũ, vel quę sũt de hæreditate sua, vel quę sibi acquisierunt, ꝓ debitis viror̃ suorũ distringi nõ debeãt, nec hactenus distringi cõsueuerũt, ac tu C. quæ fuit

vxor

vxor E.in terris & tenemētis suis quæ tenet in dote de dono eiusdē E. omissis hæredib' & executorib' testamenti ipsius E.& etiā quæ fuerūt de hæreditate sua ac ex quæsito ipsius C. ꝓ debitis prædicti F. quondā viri sui reddendis ꝑ summonitionem scaccarij pdicti distringis, sicut ex querela ipsius C accepimus. Et quia nolumus qd' eadē C. taliter ꝑgrauetur in hac parte: tibi pcipimus qd' ipsam C. in terris & tnētis quæ sic tenet in dotē vel de hæreditate sua, ꝓ debitis ipsius E. quondā viri sui reddendis, dū tamen hæredes vel executores testamēti ipsius E. ad debita illa nobis soluēda sufficiāt, nō distringas vel distringi facias contra consuetudinē prædictam. Et districtionē si quam &c.

¶ Rex Thes. & baronibus suis de scaccario salutem. Cùm secūdū legem & consuetudinē regni nri Angl', mulieres post mortē virorum suorum in terris & tenementis, quæ ijdem viri & mulieres sibi coniunctim acquisierunt, pro debitis in quibus ijdem viri sui post huiusmodi acquisitiones inciderunt, distringi non debeant nec hactenus consueuerunt, ac iā ex parte M. quę fuit vxor B. nobis est ostēsū, qd' vos ipsā M. in terris ac tenementis suis in M. in comitatu N. quæ eadem M. & prędictus B. sibi coniunctim acquisierunt, pro debitis in quibus idem B. erga dominū Edwardū nuper regem Angliæ patrem nostrum incidit post acquisitionē terrarū & tenementorum prædictorum, ꝑ summonitionē scaccarij pdicti distringi, & ipsam ea occasione multipliciter inquietari facias minùs iustè, in ipsius M. graue damnū & contra legem & consuetudinem pdictas, super quo nobis supplicauit sibi per nos remedium adhiberi: nos ipsam M. nolentes in hac parte indebitè ꝑgrauari, vobis mādamus qd' scrutatis rotulis & memorandis pmissa contingentibus, si ꝑ inspectionem eorūdem, vel ꝑ inquisitionem inde faciendā aut alio modo legitimo vobis constare poterit, pdictū B. in debitis pdictis postquā ipse & pfata M. terras & tenementa pdicta sibi coniunctim acquisierunt sicut pdictum est incidisse, tunc demandæ, quā eidem M. in terris & tenementis prædictis, quæ de perquisito suo sic tenet, ꝓ prædictis debitis ad opus nostrū reddend', fieri facitis, nisi alia de causa de eisdem erga nos onerari debeat, sine dilatione supersederi, & ipsam inde quietam esse fac'. Et districtionem &c.

Aliter qd' non distringat' post mortem viri, in tenētis quæ coniunctim acquisierit pro debito virorum suorū in quod incidit post acquisitionem.

¶ Rex Thes. & baronibus suis de scaccario salutem. Ex parte E. quæ fuit vxor L. nobis est ostensum, qd' licèt ipsa teneat tertiā partem manerij de F. cum pertinentijs in comitatu Oxoñ in dotem, de hæreditate E. de B. fil' & hær̄ B. de G. defuncti, qui de domino E. nuper rege Angliæ patre nostro tenuit in capite infra ætatem & in custodia nostra existentis ex assignatione nostra: vicecomes tamen noster Oxoñ ipsam E. in prædicta tertia parte, pro debitis, in quibus prædictus L. quondam vir suus, & W. dudum domini manerij illius dicto patri nostro tenebantur, omissis illis qui inde de iure debent onerari, grauiter distringit & inquietat multipliciter minùs iustè, in ipsius E. &c. Et quia dictā E. nolumus indebitè ꝑgrauari: vobis mandamus quòd si ita est, tunc demandæ, quā idem vic' fac' ꝑ sum̄ scaccarij pdicti in pdicta tertia parte, quam pfata E. sic tenet in dotem, ꝓ debitis pdictis, put iustum

Aliter qd' mulier non distringatur in terris & tenētis quæ tenet in dotem pro debito viri sui, de hærede alicuius infra ætatē & in custodia regis existentis durante minore ætate, &c.

iuſtum fuerit ſuperſederi, ipſúmq; vicecom ab huiuſmodi diſtrictionibus eidem E. ea occaſione faciendis deſiſtere fac', durante minore ætate hæredis prædicti, ſi qua ei in hac parte indebitè facta fuerit, ſine dilatione relaxari facientes. T. &c.

Qd' mulieres non diſtringantur pro debito virorũ ſuorũ, in tñtis quæ tenẽt in dotem poſt matrimoniũ in contractum, vel coniunctim perquiſitis.

¶ Rex Theſ. & baroñ ſuis de ſcaccario ſalutem. Cũ ſecundum legem & conſuetudinem regni noſtri Angl', mulieres in terris & tenementis, quæ tenent in dotem de dono virorum ſuorum, ꝓ debitis in quibus ipſi viri poſt matrimoniũ inter eos contractũ, aut in terris & tenementis, quæ ipſæ & dicti viri ſibi coniunct' acquiſierũt, ꝓ debitis eorundẽ virorũ, in quibus ipſi poſt acquiſitionẽ hmdi inciderunt, reddend' diſtringi nõ debẽt nec hactenus conſueuerũt, iamq; ex parte M. quæ fuit vxor R. datum ſit nobis intelligi, qd' vos ipſam M. in quibuſdam terris & tenementis, quæ tenet in dotem, de dono p̄dicti R. quondam viri ſui in A. in comitatu N. pro aliquibus debitis, in quibus idem R. poſt matrimonium inter eos contractum, necnon de manerio de B. in eodem comitatu, quod ipſa M. & prædictus R. vir ſuus ſibi coniunctim acquiſierunt, pro debitis ipſius R. in quibus ipſe poſt acquiſitionem illam erga progenitores noſtros reges Angliæ incidit vt dicitur, ad opus noſtrum reddendis, per ſummonitionem ſcaccarij noſtri vicecom noſtro comitatus prædicti, directam diſtringi, & multipliciter inquietari facitis minus iuſtè, in ipſius M. diſpendium non modicũ & grauamen, & contra legem & cõſuetudinem prædictas, & quia eidem M. iniuriari nolumus in hac parte: vobis mandamus quòd ſi per inquiſitionem inde faciend', aut alio modo legitimo vobis conſtare poterit, p̄fatam M. p̄dicta terras & tenementa in A. in dotem, & dictum manerium de cõiuncto perquiſito ſuo vnà cum dicto viro ſuo tenere, dictúmq; R. in debitis à præfata M. iam exactis, poſt matrimoniũ inter eos contractum, ac dictam coniunctam acquiſitionem, incidiſſe vt prædictum eſt, & alia cauſa non ſit quare eadem M. de debitis prædicti R. onerari debeat: tunc exactioni quam eidem M. de debitis illis ad opus noſtrũ fieri fac', ſuperſederi, & ipſam inde ad ſcaccariũ prædictum exonerari & quietã eſſe fac'. Prouiſò quòd debita illa de executoribus & hæredibus prædicti R. ac tenentibus terrarum ac tenementorum quæ ſua fuerunt, & quæ inde de iure debent onerari ad opus noſtrum leuentur vt iuſtum eſt. T. &c.

Superſedeas de exonerando ipſum ad ſcaccarium qui nõ eſt hæres &c. nec tenet aliqua terras ſeu teñta in feodo ſimplici &c.

REx Theſ. &c. ſalutẽ. Ex parte I. C. cõſanguinei Richardi Curſon nobis eſt oſtenſũ, qd' licet idẽ I. executor teſtamẽti p̄dicti R. non exiſtit, nec plegius aut manucaptor ſuus aliquo tempore deuenit, nec aliqua terras ſeu tenementa quæ fuerũt p̄dicti R. in feodo ſimplici teneat, nec aliqua bona ſeu catalla quæ fuerũt p̄dicti R. die quo obijt ad manus ſuas deuenerunt: vos tamen vij. li. & viij. s. in quibus idem R. nobis tenebatur de tertio anno. x. & xv. triemalium in comitatu Derb. nobis per clerum & communitatem regni noſtri conceſſ. videlicet anno regni noſtri xxv. lx. & octo ſolidos, & anno regni noſtri xxxj. quatuor libras, ſuper ipſum R. pro portione ſua aſſeſſas à præfato I. per ſummonitionem ſcaccarij noſtri exigitis, & ipſum ea occaſione

multi-

multipliciter inquietatis & diſtringi fac', in ipſius I. damnũ non modicũ & grauamẽ, ſu℗ quo &c. nos nolẽtes ipm I. indebitè onerari, vobis mandamus qd' ſi ℗ inquiſitionẽ vel alio modo legitimo vobis cõſtare poterit, ipſum I. executorẽ, pleg', aut manucaptorẽ ipſius R. non exiſtere, nec aliqua bona ſeu catalla quæ fuerunt eiuſdem R. die quo obijt ad manus eiuſdẽ I. deueniſſe, nec aliqua terras ſeu tenemẽta quę fuerunt pđ R. die quo ſic debitor noſter deuenit ſeu poſtea, in feodo tenere, nec ipm I. de dictis ſeptem libris & octo ſolidis aliqua alia de cauſa erga nos de iure onerari debere, tunc demandæ, quam eidẽ I. de pđ &c. ad opus nr̃m ſoluẽdis ℗ sũmonitionẽ ſcaccarij pđ fieri fac', ſuperſederi, & ipm inde ad idem ſcaccariũ ꝓut iuſtũ fuerit exonerari & quietũ eſſe fac'. Prouisò quòd dicti &c. de illis qui inde de iure onerandi fuerint, ad opus nr̃m leuentur vt eſt iuſtum. T. &c. anno xvij.

¶ Rex, theſ. & baronibus ſuis de ſcaccario ſalutem. Monſtrauit nobis R. filius I. de W. quòd licèt ipſe non teneat terras ſeu tenementa quæ fuerunt pđ I. præter xij. meſuagia, duas carucatas terræ, decem acras prati, & centum ſolidatos reditus cum ꝑtiñ in T. quæ prædicti I. & C. vxor eius mater prædicti R. quorũ hæres ipſe eſt tenuerunt ſibi & hæredibus de corporibus ipſorum I. & C. exeuntibus, ex dono & cõceſſione magiſtri H. de C. ℗ finem inde in curia domini E. &c. patris noſtri leuatum, & quæ poſt mortem prædictorũ I. & C. ad manus ipſius R. virtute finis prædicti deuenerunt: vos nihilominus ipſum R. in terris & tenementis prædictis, quæ ſic tenentur in feodo talliato, ꝓ centum & treſdecim libris nobis ꝓ arreragijs extẽtæ manerij de Otford' præfato I. per vos, poſtquam gubernacula regni ſuſcepimus, & tenementa prædicta dictis I. & C. in feodo talliato ſic data & conceſſa fuerunt, commiſſo reddend', omiſſis tàm hærede pdicti I. quàm tenentibus terrarum & tenementorum quæ fuerunt ipſius I. in feodo ſimplici, qui de debitis ſuis de iure debent onerari, & ſufficienter habeant vnde debita illa leuari poſſint, diſtringitis, & ipſum ea occaſione inquietatis multipliciter & grauatis minùs iuſtè, ſuper quo &c. nos nolentes pfato R. in hac parte iniuriari, vobis mandamus quòd, ſi vobis modo legitimo conſtare poterit, meſuagia, terrã, pratum, & reditũ pdicta, prædictis I. & C. in forma prædicta data & conceſſa fuiſſe, ipſumq; R. aliqua alia terras & tenementa, quæ fuerunt pdicti I. præter eadem meſuagia, terram, pratum, & reditum prædicta, quæ ad manus ſuas virtute finis deuenerunt, non tenere, ac dictũ hæredem ſeu tenentes prædictos ſufficienter habere, vnde dicta debita leuari poſſint ſicut prædictum eſt, tunc prędictum R. de prædictis C. & treſdecim li. erga nos exonerari & quietum eſſe faciatis, illos, qui inde de iure onerari debent prout iuſtum fuerit, onerantes. T. &c.

De exonerando hæredem qui tenet in feodo talliato.

¶ Rex, theſaurario &c. ſalutẽ. Ex parte A. &c. qd' licèt ipſe nõ teneat aliqua terras ſeu tenemẽta, quæ fuerũt R. nu℗ ciuis & merceri Lõdoñ die quo idẽ R. in aliquo cõputo ſeu debito nobis tenebať, ſeu vnquam poſtea, neq; manucaptor ſeu executor exiſtens, nec aliqua bona &c. deuenerũt: vos tamẽ ipm A. ad cõputandum nobis de exitibus vnius tene-

Aliter ſuperſedeas de diſtringendo ipſum ad computandum regi, qui non tenet aliqua terras ſeu

tenementa alicuius qui obligatus fuit regi ad computandum, &c.

tenementi in parochia tali London̄, quod fuit talis, à tali die vſque talem, quod quidem tenementum ad manus noſtras tanquam eſcaeta noſtra deuenit vel ſeiſitum fuit, vnde idem talis nondum ratione cuiuſdam tenementi quod idem A. de præfato R. diu antequam prædictus R. in aliquo computo ſeu debito nobis tenebatur, acquiſiuit per ſummonitionem &c. ſuper quo &c. nos &c. poterit ipſum A. prædictum tenementum in parochia tali ſibi & hæredibus ſuis vel in feodo de prædicto R. antequam idem R. in computo ſeu debito prædicto nobis tenebatur, acquiſiuiſſe, & idem tenementum ad manus eiuſdem R. nunquā poſtea deueniſſe, nec ipſum A. hæred' &c. nec ipſum aliqua alia terras ſeu tenementa quæ &c. tener̄, nec ipſum alia quacunq; cauſa &c. tunc demandæ &c. ad computand' nobis de exitibus prædictis ratione dicti tenementi in parochia tali per ſummonitionem &c. fac'. Prouiſo &c. de exitibus illis de illis &c. reſpondend' vt iuſtum eſt. T. &c.

Aliter de eodē quod non diſtringatur aliquis pro arreragijs computi vicecom̄ ſoluendis, eo quòd nō tenet aliqua terras ſeu tenemēta ꝑ deſcenſum ſed tantum ex ꝑquiſito, eò qd' tenementum fuit perquiſitum antequam vicecomes ille fuerit factus vicecomes regis.

¶ Ex parte A. &c. quòd licèt ipſe aliqua terras ſeu tenemēta, quæ fuerunt I. nuper vicecomitis noſtri Lincoln̄, non teneat, niſi tantùm vnū meſuagium cum pertinentijs in G. quod, idem I. diu antequam vicecomes noſter extitit, ſeu debitor noſter deuēnit, in feodo alienauit, & quod ad ipſum Arnulphum ex perquiſito iam deuenit, idemq; A. hær̄ &c. nec aliqua bona &c. per quod ipſe de cōputo ſeu debito, in quibus idem I. non tenebatur, aliqualiter de iure debeant onerari: vos tamen ipſum A. de C. li. de arreragijs computi ipſius I. de tempore quo vicecomes noſter ibidem extitit ad idem ſcaccarium redditi, ratione meſuagij prædicti onerare intenditis, & ipſum ea occaſione diſtringi & multipliciter inquietari feciſtis, in ſtatus ipſius I. depreſſionem manifeſtam, per quod nobis ſupplicauit &c. Et quia nolumus ipſum &c. vobis mandamus quòd ſcrutatis &c. tang', ſi ꝑ inſpectionem &c. vel per inquiſitionem &c. aut alio &c. poterit, prædictum I. meſuagiū illud antequam vicecomes ſeu debitor noſter extitit in feodo alienaſſe, & aliquem ſtatum in eodem poſtmodum non habuiſſe, nec aliqua alia terras &c. ad manus eiuſdem A. non deueniſſe, ipſumque hæredem &c. non fuiſſe, & aliam cauſam rationabilem non eſſe per quod idem A. de arreragijs prædictis &c. tunc &c. pro prædictis centum libris de arreragijs computi illius occaſione meſuagij prædicti ad opus noſtrum leuandis per ſummonitionem &c. ſuperſederi &c. Prouiſo quòd &c. de his &c.

Superſedeas de debito xl. s. ſine breui.


Ex, vic' Wilteſ. ſalutē. Cùm placita de catallis & debitis quæ quadraginta ſolidos attingunt vel eam excedūt, ſecundū legem & conſuetudinē regni nr̄i Angl' ſine breui noſtro placitari nō debeant, ac A. B. de debito centū ſolidorum in comitatu tuo ſine breui nr̄o implacitet vt accepimus: tibi præcipimus quod ſi ita eſt, tunc placito illi in comitatu pd' ſine breui nr̄o vlteriùs tenēdo ſuperſedeas omnino. Et præfato A. dicas ex parte noſtra, quòd breue noſtrum de prædicto debito verſus præfatum B. ſibi impetret ſi ſibi viderit expedire. T. &c.

¶ Rex,

¶ Rex, balliuis H. de L. ſalutē. Cùm placita de catallis & debitis, quę ſummā quadraginta ſolidorū attingunt vel eam excedunt, ſecundum legē & conſ. regni noſtri Angl' ſine breui noſtro placitari nō debeāt, ac iam ex graui querela A. acceperimus, quòd I. curiæ nr̄æ & legi & conſuetudini prædictis illudere, & præfatum A. machinans prægrauare, aſſerens ipſum A. eidem I. viginti libras debere, quandā querelam de debito pd' verſus ipſum A. coram vobis in curia pd' dn̄i veſtri de L. ſine breui nr̄o, vt ſic communi legi derogetur, malicioſè proſecutus fuit, contra legem & conſ. pdictas, & vos ipſum A. ad reſpōdend' eidem I. coram vobis in curia prædicta ſine breui nr̄o ſuper querela pd' grauiter diſtrinxiſtis, & ad iudicium de prædictis xx. li. in cur̄ prædicta reddendis contra ipſum A. proceſſiſtis, in ipſius A. diſpendiū non modicū & grauamen, ac legis & conſuetudinis pdictarum læſionem manifeſtā, & quia volumus eidē A. in hac parte de remedio quo conuenit prouidere: vobis præcipimus quod ſi ita eſt, tunc executioni iudicij per vos in curia prædicta, vt præmittitur, redditi omnino ſuperſedeatis, pfato I. dicentes ex parte nr̄a, quòd breue noſtrum de debito verſus pdictum A. ſibi impetret ſi ſibi viderit expedire. T. anno xxx. De ſuperſedendo executioni iudicij ſine breui.

¶ Rex, balliuis &c. Cùm placita &c. vt ſuprà vſq; ibi, non debeant: & tunc ſic, ac A. nuper implacitaſſet coram vobis in cur̄ prędicti dn̄i veſtri de C. W. de debito decem librarum ſine breui noſtro, & debitum illud coram vobis in eadem curia verſus pfatū W. recuperaſſet, & vos ipſum W. ad ſoluendū pdicto A. dictas decē libras grauiter diſtringitis, & ipſum ea occaſione multipliciter inquietatis, in ipſius W. diſpēdium non modicum & grauamen, & contra legem & conſuetudinem prædictas, ſicut ex querela ſua accepimus: nos, qui ad illæſam obſeruationē iurium coronæ & dignitatis noſtræ vinculo iuramenti aſtringimur, attēdentes cauſam principalem coram vobis ſine breui noſtro implacitari non debuiſſe, nolentéſque ea de cauſa executionem iudicij in hac parte redditi, quæ eſt ſequela eiuſdem cauſæ, aliqualiter fieri: vobis præcipimus firmiter iniungentes, quod ſi in curia prædicti domini veſtri de B. taliter ſit proceſſum, tunc executioni iudicij pdicti ſuperſedeatis omnino. Et diſtrictionem ſi quam &c. relaxetis eidem, id, quod per vos ſuper hoc minùs rite attentatum fuerit, penitus reuocantes. T. &c. Aliter.

¶ Rex, balliuis I. de N. vel balliuis ſuis de N. ſalutem. Cùm placita &c. vſq; ibi, non debeant, ac A. B. de eo quòd idē B. reddat prefato A. catalla ad valentiam decem librarum, vel quendam ſaccum lanæ pretij decem marcarum, coram vobis in curia prædicti domini veſtri de N. vel in curia noſtra de N. ſine breui noſtro implacitet vt accepimus: vobis pręcipimus quòd ſi ita eſt, tunc placito illi coram vobis in curia prædicta ſine breui noſtro vlteriùs tenendo ſuperſedeatis omnino. Et prefato A. dicatis ex parte noſtra, quòd breue noſtrum de catallis prędictis verſus præfatum B. ſibi impetret &c. Aliter balliuis.

¶ Rex, vic' Wilteſ. ſalutē. Si A. fecerit te &c. tunc pone &c. B. balliuū noſtrum de N. vel balliuum W. de E. quòd ſit coram iuſtitiarijs noſtris Attachiamentū inde.

ſtris apud Weſtmonaſterium, oſtēſurus quare cùm placita de catallis vel debitis, quę ſummam quadraginta ſolidorum attingunt vel eam excedunt, ſecùndum legem & conſuetudinem regni noſtri Angl' ſine breui noſtro placitari non debeant: prædictus B. placitum, quod eſt in curia noſtra prędicta, vel in curia prædicti W. de E. inter A. & R. de catallis pretij &c. vel debito centum ſolidorum &c. A. exigit, ſine breui noſtro tenuit, contra legem & conſuetudinem prædictas, ac contra prohibitionem noſtram. Et habeas &c. nomina plegiorum & hoc breue. T. &c.

Regula.

☞ Si placitum de catallis vel debitis quæ ſummā quadraginta ſolidorū attingunt vel eam excedunt, in comitatibus vel in alijs curijs ſine breui noſtro placitetur, quod abſit: non fiat inde breue de falſo iudicio, nec recordari, nec breue de executione iudicij: exceptis curijs ciuitatis & alijs quæ ſecundum conſuetudiuem huiuſmodi iuriſdictionem habent &c.

Regula.

☞ Et ſi prohibitio procedens dirigatur parti: tunc poteſt poni in attachiamento præd' ſic: (Pone etiam p vadiū prædictū B. quòd tunc ſit ibi oſtenſurus quare ſecutus eſt idem placitum in eadem curia contra legem &c. prædictas, & contra prohibitionem noſtram &c. Et habeas &c.)

Nota.

* Et poteſt attachiamentū fieri verſus vicecom̄ & partē p coronatores, &c.

Superſedeas executioni iudicij.

¶ Rex, vicecomiti Eſſex ſalutem. Cùm placita de catallis &c. ac I. de C. quoddam debitum centum ſolidorum in comitatu verſus A. de L. ſine breui noſtro recuperauit, contra legem & conſuetudinem prædictas vt accepimus: tibi præcipimus quòd ſi ita eſt, tunc executioni iudicij inde in comitatu prædicto redditi, faciendæ ſuperſedeas omnino. Et præfato I. &c.

Nota.

* Eodem modo fit balliuis mutatis mutandis vt in ſecundo breui &c.

De ſuperſedendo diuerſis querelis.

¶ Rex, vic' ſalutem. Cùm placita de catallis & debitis, quæ ſummam quadraginta ſolidorum attingunt vel eam excedunt, ſecundū legē & conſuetudinē regni nr̄i Angl' ſine breui noſtro placitari nō debeant, ac iam ex graui querela A. acceperimus, quòd B. p colluſionē inter T. & ipſum B. habitā, curiæ nr̄æ ac legi & conſuetudini p̄dictis illudēdo, & p̄fatū A. indebitè grauare machinando, aſſerendoq; ipſum A. eidē B. decem libras debere, vel ſic, catalla ad valentiā centū ſolidorū detinere, duas querelas, vel plures, vel ſic, diuerſas querelas de debito p̄d' vel de detentione catallorū p̄dictorū, quarū neutra vel quarum nulla ſummā quadraginta ſolidorū attingit, verſus ipſum A. ſine breui nr̄o coram te in comitatu p̄d', vt ſic legi cōmuni derogetur, & idē A. taliter impediatur de debito & conſueto remedio in curia nr̄a ſuper hoc perquirendo, malicioſè pſequitur, & tu ipſum A. ad reſpondendū eidem B. corā te ſine breui nr̄o ſuper querelis p̄dictis, acſi vtraq; earundem vel quælibet earum ex ſeparali contractu facta fuiſſet, cùm debitum prædictum vnum ſit & ex vna cauſa debeatur, vel catalla illa ratione vnius contractus tantum exigatur vel exigantur, grauiter diſtringis, & ipſum A. ea occaſione multipliciter inquietas minùs iuſtè, in ipſius A damnum non modicum & grauamen, & legis & conſuetudinis prædictarum fraudem manifeſtam. Et quia huiuſmodi fraudi, colluſioni, & maliciæ velimus remedio quo cōuenit obuiare: tibi p̄cipimus qd' ſi

ita eſt,

ita eſt, vel ſic, quòd ſi tibi conſtiterit, debitum illud vel catalla illa ratione vnius tantùm contractus exigi vt dictum eſt, tunc huiuſmodi placitis & querelis coram te ſine breui noſtro vlteriùs tenẽdis ſuperſedeas omnino, pręfato B. dicens ex parte noſtra, quòd breue noſtrum de debito prædicto vel de catallis prædictis verſus præfatum A. ſibi impetret ſi ſibi viderit expedire. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti &c. ſalutem. Si I. fecerit &c. tunc pone &c. T. balliuum W. de B. de K. quòd ſit coram iuſtitiarijs &c. oſtenſurus quare cùm placita de catallis & debitis, quæ ſummam quadraginta ſolidorum attingunt vel eam excedunt, ſecundum legem & conſuetudinem regni noſtri Angliæ ſine breui noſtro placitari nõ debeant, & nos nuper ex querela ipſius Iohannis accipientes, quòd Hugo Hare curiæ noſtræ ac legi & conſuetudini prædictis illudendo, & præfatum I. indebitè prægrauare machinando, de quinque marcis eidem H. per præfatam I. debitis vt dicitur, plures querelas, quarum nulla ſummã quadraginta ſolidorum attingebat, verſus eandem I. ſine breui noſtro coram eodem balliuo in curia prædicta, vt ſic legi communi derogetur, & eadem I. taliter impediatur de debito & conſueto remedio in curia noſtra ſuper hoc perquirendo, malicioſè fuit proſecutus, eidem balliuo præceperimus, quòd ſi ei conſtiterit debitum prædictum vel catalla, ratione vnius contractus tantùm exigi, tunc placitis & querelis prædictis ſuperſederet omnino: præfatus balliuus tenuit placitum de querelis prædictis in curia prædicta ſine breui noſtro, cõtra legem & conſuetudinem prædictas, & contra prohibitionem noſtram. Et habeas ibi nomina &c. Attachiamentũ inde.

¶ Rex, balliuis &c. ſalutẽ. Cũ placita de catallis &c. vt ſuprà, vſq; ibi, non debeãt, ac iam ex graui querela A. accepimus quod T. legi & cõſuetudini prædictis illudere, & præfatum A. machinando prægrauare, quandam querelã de conuentione, cõtinentem ipſum T. & præfatum A. nuper apud N. conueniſſe, quod prædictus A. præfato T. decem libras ad certos terminos iam elapſos ſolueret, quodq; idẽ A. dictas decem libras præfato T. iuxta conuentionem p̃dictã non ſoluit, corã vobis in curia prædicti domini veſtri ſine breui noſtro attachiari fecit, vt ſic pręd ictas decem libras à pręfato A. nomine damnorum recuperaret, & ipſum A. à remedio ſuo cõſequendo excluderet, in ipſius A. diſpendium non modicum & grauamen, & cõtra &c. vel ſic, ac legis & conſuetudinis prædictarum illuſionem & adnullationem manifeſtas, ſuper quo nobis ſupplicauit ſibi per nos remedium adhiberi, & quia huiuſmodi maliciæ remedio congruo volumus obuiare, præſertim cùm dicta loquela de conuentione, ſi in forma prædicta fuerit attachiata, ſit quædã querela de debito in effectu: vobis præcipimus quòd ſi ita eſt, tunc placito illi coram vobis in curia prædicti domini veſtri ſine breui noſtro vlteriùs tenendo ſuperſedeatis omnino. Et p̃fato T. dicatis ex parte nr̃a, quòd breue noſtrum de debito prędicto verſus præfatum A. ſibi impetret ſi ſibi viderit expedire. T. &c. De ſuperſedendo diuerſis querelis de conuẽtione &c. nomine debiti.

¶ Cùm placita &c. vſq; ibi, nõ debeant, ac iã ex graui querela I. acce- Superſedeas

quando executor alicuius formauerat diuersas querelas de vno debito.

perimus quòd R. executor testamenti A. curiæ nostræ ac legi & consuetudini pdictis illudendo, & præfatum I. prægrauare machinando, de sex marcis, quas idem executor dicit sibi per præfatum I. detineri, plures querelas &c. vt in primo breui vsq; ibi, facta fuissent, cùm debitū illud vnum sit, & ex vna causa debeatur, grauiter distrinxistis, & ad iudicium de duabus marcis de sex marcis pdictis in curia prædicta reddend', contra ipsum I. processistis, & placita de quatuor marcis residuis adhuc tenere intēditis, quanquam ex parte ipsius I. coram vobis in curia prædicta allegatum fuerit & responsum, quòd huiusmodi placita & querelæ corā vobis in curia illa sine breui nostro teneri non deberent sicut prædictū est, in ipsius I. dispendium non modicum & grauamen & contra legem manifestam. Et quia huiusmodi &c. vsque ibi, obuiare: vobis præcipimus quòd si ita est, tunc placitis prædictis de quatuor marcis in curia pręd icta sine breui nostro vlterius tenēdis, ac executioni iudicij, quod ad prædictas duas marcas per vos in curia prædicta vt præmittitur reddit, omnino supersedeatis, prædicto Radulpho dicentes ex parte &c. expedire. T. &c.

Aliter de conuentione.

¶ Rex, balliuis &c. salutem. Cùm placita &c. ac iam &c. quòd cùm B. nuper implacitasset coram vobis in curia prædicti domini vestri de W. sine breui nostro prædictū A. de eo quòd ipse teneret præfato B. conuentionem &c. ac idem B. centum solidos pro damnis suis in hac parte in eadem curia recuperasset: vos eosdem centum solidos ab eodem Augustino leuare intenditis, in ipsius &c. & contra formam &c. vobis præcipimus quòd si in curia prædicta coram vobis taliter sit processum: tunc executioni, de dictis centum solidis sine breui nostro vt præmittitur recuperatis, faciendæ, supersedeatis omnino: pręfato B. &c. de huiusmodi conuentione &c.

Nota.

*Nota que an. 43. Edw. tertij termino Hilarij, vn home fuit vn certificat hors dun estatut marchaunt, & capias de prendre son corps, & auxi dextēdre la terr & le viscount returna q̄ le corps ne poet estre trouee, & qu'il auer extendue la terre & liuer al plaintife. Et ore al auter terme celuy à que le reconisaūce soy fist, viēt & dit q̄ les extēdours ount extendue la ter à trope haute, & pria qu'il soit liuere à eux solonq; lestatut d'Acton Burnell: quod ei negatū fuit pcuriā, pur ceo que ceo serra rette sa folie demesne que le prist solonq; cell extent. Et auxi pur ceo qu'il venist à auter terme: issint il venist trop tarde.

De recognitionibus debitorum per statutū mercatorium.



Ex, vicecomiti &c. salutem. Quia A. coram B. & C. clerico, ad recognitiones debitorum apud Eborum accipiend' deputatis, vel sic coram B. mercatore vel custode, vel coram I. maiore vel nuper maiore ciuitatis nostræ London & F. clerico, vel tunc vel nuper clerico, ad recognitiones debitorum apud London accipiendum deputatis, recognouit se debere B. decem marcas, vel B defuncto decem marcas, quas ei soluisse debuit ad festum tale proximè præteritum, vel anno tali, & eas ei nondum soluit vt dicitur: tibi pcipimus quòd corpus prædicti A. si laicus sit capias, & in prisona nostra saluò custodiri facias, donec eidem B. de prædicto debito, vel A. executori testamēti

prædicti

prædicti B. de prædictis decem marcis plenè satisfecerit. Et qualiter hoc præceptum nostrum fueris executus, scire facias nobis tali die vbicunq; &c. vel iustitiarijs nostris apud Westm̄ tali die per literas tuas sigillatas. Et habeas ibi hoc breue T. &c.

☞ Et si duo fuerint termini tunc sic: Regula.

¶ Quia &c. recognouit se debere B. centum quarteria frumenti pretij quarterij vj. s. vel sic, decē saccos lanæ pretij tanti, vnde ei soluisse debuit ad festum tale anno tali decem quarteria frumenti, & sic de anno in annum, & termino in terminum quolibet anno ad eosdē terminos decem quarteria frumenti, quousque prædicta centum quarteria frumenti fuerint plenariè persoluta, & ea ei nondum soluit vt dicitur: tibi præcipimus quòd corpus prædicti A. si laicus sit capias &c. donec eidem B. de prædicto blado, vel de prædicta lana, vel de eius pretio plenè satisfecerit. Et qualiter &c. vt suprà. Aliter ad duos anni terminos.

☞ Eodem modo fiat de magna summa argenti. Nota q̄ touts les recognisāces sur statut marchāt fait puis lan quint le roy E. tertij, il couient qu'ils soynt fait en presence de quatre au meyns, que ne sount pas parties à les recognisaunces. Regula.

⁂ Nota q̄ si le viscoūt returne quod non est inuentus in balliua sua: adonques isser a brief iudicial de fair liuery al reconisee des terres & tenements dount le reconisour fuit seisi iour de la reconisans fait. Et si estatute marchaunt soit fait a ij. & lun purchace apres terres ou tenements del reconisour, & est seysi le iour vt suprà, adonq; le dit estatut ad perdue sa force & vertue deuers ambideux, vt patet in libro assisarum anno Edwardi tertij. xxj. Nota.

¶ Quia A. &c. B. defuncto decem marc' &c. donec C. & E. executores testamenti prædicti B. de prædictis decem marcis &c. Aliter pro executoribus.

☞ Nunquā dicatur ꝑ executoribus de præd' debito &c. Nota formam breuis huiusmodi ꝑ executoribus executorum primi testatoris quod datur ꝑ statutum E. tertij anno. xxv. de ꝑuisoribus capitulo quarto. Regula.

¶ Quia R. & W. de comitatu tuo vel de comitatu Lincolñ coram &c. recognouerunt se debere & quemlibet eorum in solidum debere x. li. quas ei &c. Aliter quando duo recognouerunt se debere.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Quia R. de S. coram W. & E. nuper clerico, ad recognitiones debitorum apud N. accipiend' deputatis, recognouit se debere I. T. quadraginta libras, vnde ei soluisse debuit ad festum natiuitatis beatæ Mariæ proximè præteritum quinq; marcas, & easdem quinq; marcas ei nondum &c. de prędictis quinq; marcis, vel sic, vnde ei &c. ad tale festum quinque marcas, & ad tale festum tunc proximè sequens quinq; marcas, & easdem decem marcas &c. Aliter pro primo termino non soluto, vel ꝑ duobus terminis.

¶ Rex, iustitiarijs suis de banco salutem. Sciatis quod A. attornauit &c. ad prosequendum versus G. executionem cuiusdam recognitionis decem li. eidem A. per præfatum G. iuxta formam statuti apud Actoñ Burnell' pro mercatoribus æditi factæ, cuius quidem recognitionis executio coram vobis per breue nostrum restat faciend'. Et ideo vobis mandamus &c. De attorñ inde coram iustitiarijs.

¶ Lincolñ ss. A. po. lo. suo B. ad prosequēd' &c. factæ, cuius quidē recognitionis executio corā ipso rege ꝑ breue suum restat faciend' &c. Aliter coram rege.

☞ Et possunt clerici & laici simul poni in eodē breui si simul obligentur &c. Regula.

Quod clericus captus virtute ſtatuti mercatorij deliberetur.

REx, vicecomiti Dor̃ ſſ. ſalutẽ. Cùm ſecũdũ formam ſtatuti nr̃i de recognitionibus debitorũ ꝓ mercatoribus faciend' æditi, clerici ꝓ debitis ſuis, licèt terminus ſolutionis debitorum illorum prǽterijt, capi non debeant ſeu impriſonari: tibi præcipimus quòd A. perſonam vel clericum captum & in priſona nr̃a de L. detentum pro huiuſmodi recognitione vt dicitur, niſi cõſtet tibi quòd aliquid obſtet quare priuilegio clericali gaudere nõ debeat iuxta tenorẽ ſtatuti p̃d', occaſione alicuius recognitionis ꝑ ipſum in forma ſtatuti prædicti factæ, non moleſtes in aliquo ſiue graues, ſed ipſum à priſona p̃dicta, ſi ea occaſione & non alia detineatur in eadem, ſine dilatione deliberes. T. &c.

Aliter quod clericus non capiatur.

¶ Rex, vicecomiti L. ſalutem. Cùm in ſtatuto noſtro de recognitionibus debitorum ꝓ mercatore ædito contineatur, quòd clerici ꝓ huiuſmodi recognitionibus iuxta formã ſtatuti prædicti ꝑ ipſos factis, virtute ſtatuti illius capi non debeant ſeu impriſonari: tibi præcipimus quòd A. qui clericus eſt vt dicitur occaſione alicuius recognitionis ꝑ ipſum ſecundum formam ſtatuti prædicti factæ, contra formam eiuſdem ſtatuti non graues in aliquo ſeu moleſtes, niſi conſtet tibi aliquid obſtare quare priuilegio &c. clericali &c.

De vicario deliberando occaſione cuiuſdam recognitionis capto &c. ſine breui.

¶ Rex, maiori & balliuis ciuitatis Lincolñ ſalutem. Ex parte H. vicarij eccleſiæ de C. nobis eſt grauiter conquerendo monſtratũ, quòd licèt in ſtatuto de recognitionibus debitorum apud Acton Burnell ꝓ mercatoribus ædito contineatur, quòd ſi quis recognitionem aliquã de debito aliquo, corã maiore ſeu cuſtode ciuitatis aut villæ, vbi maior ſiue cuſtos ad recognitionem huiuſmodi accipiendam deputatus exiſtat, fecerit, & terminus ſolutionis debitorũ illorũ præterijt, dictus maior ſiue cuſtos corpus huiuſmodi debitorũ, ſi laicus fuerit & infra poteſtatem ſuam inueniatur, capi, & priſonæ noſtræ ibidem liberari fac', in eadem moraturũ quouſq; de p̃d' debito plenè ſatisfecerit: vos tamen virtute cuiuſdã recognitionis viginti librarum, venerabili patri W. archiepiſcopo Eborũ per ipſum H. capellanum executorem teſtamenti R. nuper perſonæ eccleſiæ de B. coram I. nuper maiore ciuitatis prædictæ & C. clerico ad huiuſmodi recognitiones apud L. accipiendas deputatis factæ, præfatum H. acſi laicus eſſet, quãquam ipſe vicarius eiuſdem eccleſiæ tempore recognitionis prædictę extitiſſet, & adhuc exiſtat in ciuitate p̃dicta, ſine breui noſtro capi, & in priſona ibidem detineri feciſtis, & adhuc facitis minùs iuſtè, in ipſius H. diſpendium non modicum & grauamẽ, & contra formam ſtatuti p̃dicti. Et quia eundem H. noluimus in hac parte indebitè prægrauari: vobis mandamus, quòd ſi vobis conſtare poterit, prędictum H. vicarium eccleſiæ prædictæ tempore eiuſdem recognitionis extitiſſe & adhuc exiſtere vt dictum eſt, tunc ipſum H. à priſona prædicta qua ſic detinetur, ſi ea &c. in eadem, ſine dilatione deliberari faciatis, & ipſum contra tenorem ſtatuti p̃dicti non moleſtetis in aliquo ſeu grauetis. Prouiſo quòd prædictæ viginti libræ de terris, bonis & catallis ipſorum H. & R. ſi nondum leuatæ fuerint, iuxta formam ſtatuti prædicti leuentur vt eſt iuſtum. T. &c.

¶ Rex.

Rex vic ſalutem. Quia A. perſona eccleſiæ de B. &c. tibi præcipimus quod prædictas decem libras de bonis & catallis ipſius A. in balliua tua mobilibus ſine dilatione leuari, & eidē W. habere fac'. Et qualiter hoc præceptum noſtrum fueris executus &c. *De ſtatuto mercatorio contra perſonam eccleſiaſticam.*

¶ Rex vicecomiti ſalutem. Quia abbas de K. coram &c. & eas ei nondum ſoluit vt dicitur: tibi præcipimus quòd bona mobilia ipſius abbatis in balliua tua inuenta ad valentiam prædicti debiti per rationabile pretium eidem W. ſine dilatione deliberari facias. Et qualiter præceptum noſtrum &c. Et habeas &c. *Aliter contra abbatem.*

Rex dilectis ſibi H. maiori ciuitatis ſuæ Londoñ & T. clerico ad recognitiones debitorum apud L. accipiendas deputatis ſalutē. Ex parte I. nobis eſt oſtenſum, quòd cùm R. anno regni noſtri decimo, coram W. nuper maiore ciuitatis prædictæ & H. tunc clerico, ad huiuſmodi recognitiones in eadem villa accipiendas deputatis, recognouiſſet ſe debere præfato I. quateruiginti libras, iuxta formam ſtatuti dudum apud Actoñ Burnel' pro mercatoribus æditi, certis terminis ſoluendas, & licèt termini ſolutionis prædictæ à diu ſint elapſi, idémq; I. vos ſępius requiſierit vt nos in cācellaria noſtra de recognitione prædicta iuxta formam ſtatuti prædicti certificaretis: vos tamen nos in cancellaria prædicta ſuper recognitione prædicta hucuſq; certificare diſtuliſtis & adhuc differtis, vnde quamplurimū admiramur. Vobis mandamus quòd ſcrutatis rotulis de huiuſmodi recognitione coram præfatis W. & H. anno p̄d' factis, in cuſtodia veſtra vt dicitur exiſtentibus, ſi inueneritis recognitionem pręd̄ictā in forma prædicta factam fuiſſe, & terminos ſolutionis prædictæ elapſos fuiſſe, & nos in cancellaria noſtra aliàs inde certificatos non fuiſſe, tunc nos in eadem cancellaria ſuper recognitione prædicta diſtinctè & apertè iuxta formam ſtatuti p̄dicti ſub ſigillo pro recognitione mercatorū ibidem deputato certificetis, vt vlteriùs ſuper hoc fieri faciamus, quod ſecundum formam ſtatuti prædicti fuerit faciendum. T. &c. *De certificando cancellario de ſtatuto mercatorio, quando maior & clericus diſtulerunt certificare regi recognitionem corā eis factam, in fauorem debitoris.*

☞ Et poteſt fieri ſicut aliàs. *Regula.*

¶ Rex dilectis &c. ſalutem. Cùm nuper ad ꝓſecutionem I. nobis ſuggerentis R. anno regni noſtri decimo corā &c. vt ſuprà, recognouiſſe ſe debere præfato I. &c. ſoluend', & ipſum I. pro eo quòd termini ſolutionis prædictæ à diu eſſent elapſi, vos vt nos in cancellaria noſtra certificaretis requiſiuiſſe, voſq; nos in cancellaria prædicta hucuſque certificare diſtuliſſe, vobis plurieś mandauerimus quòd ſcrutatis &c. exiſtentibus, ſi inueneritis recognitionem &c. vt ſuprà, certificaretis, vel cauſam &c. minimè paruiſtis, ac vos ſpretis &c. p̄miſſa facere vel ſaltem cauſam &c. non curaueritis, in noſtri ac mandatorum &c. non modicū & grauamen, de quo miramur quamplurimum & mouemur: vobis adhuc mandamus firmiter iniungentes, qd' præmiſſa faciatis iuxta tenorem mandatorum noſtrorum &c. vel vos ipſi ſitis corā nobis tali die vbicunq; &c. parere contempſiſtis. Et habeas ibi hoc breue. T. &c. Iſta breuia ſicut aliàs & cum pluries fuer̄ conſigñ anno vij. E. tertij apud Eborum. *Cum pluries inde.*

Aliter non obstante qd' aliàs fuit certificatũ, quia executio asscta non fuit &c.

¶ Rex dilectis &c.vt suprà,saluté. Monstrauerunt nobis I. & W.executores testaméti I.quòd cùm R.&c.vt suprà vsq; ibi, iuxta formam statuti prædicti certificaretis: vos tamen pro eo quòd per rotulos vestros inuenistis,quòd cancellaria nostra super eadẽ recognitione aliàs extitit certificata,quicquã inde facere hactenus non curastis. Ac pfati executores coram nobis personaliter in cãcellaria nr̃a constituti asseruerunt aliquam executionem recognitionis prædictæ in vita ipsius I.seu post mortem suam virtute certificationis inde in cãcellaria prædicta prius factæ, nullatenus factam fuisse, & nobis supplicauerunt vt sibi in hac parte velimus de remedio prouidere. Et quia eisdem executoribus,quatenus iustè poterimus, in hac parte volumus subuenire:vobis mandamus,quòd scrutatis rotulis vestris prędictis huiusmodi recognitionẽ tangentibus, si inueneritis recognitionẽ illam in forma prædicta factam fuisse,& terminos solutionis inde translactos esse vt est dictum,tunc nos in cancellaria nostra super recognitione pdicta distinctè & apertè sub sigillis vestris pro recognitione debitor̃ ibidẽ deputatis prout moris est certificetis,non obstante qd' cancellaria nr̃a prius inde extitit certificata. T.&c. anno 20. sicut aliàs &c.

Aliter de certiorando.

¶ Rex dilectis sibi &c.vt suprà, deputatis &c.salutem. Volentes quibusdam certis de causis certiorari, super recordum & pcessum recognitionis quã T.de B.fecisse debuerat, S. & M. vxori eius,de ducentis marcis soluẽdis eis ad certos terminos in dicta recognitione contentos iam elapsos vt dicitur, iuxta formã statuti dudũ apud Actoñ Burnel' p mercatoribus ęditi:vobis mandamus qd' scrutatis rotulis dictã recognitionem contingentibus, recordũ & processum recognitionis pdictæ nobis in cãcellaria nr̃a sub sigillo p officio prædicto ordinato distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breue. T. &c.

Nota.

Nota.

* Istud breue sicut aliàs & cũ pluriès fuerunt cõsignata apud Eborũ an.viij.

* Nota breue p debitore pro terris & tenementis suis deliberandis, quando debitũ solutum seu leuatũ fuerit: quod datur per statutũ de recognitione debitorum capitulo v.

Aliter de certificatione non obstante quòd prius certificatũ fuit de statuto mercatorio, quia maior & clericus minùs prouidè & insufficienter certificauerunt,eò qd' cognomẽ vnius debitoris diuersimodè & non conformiter inseritur in certificatione &c.

¶ Rex maiori villæ &c.& W.clerico ad recognitiones debitorum apud L.accipiendas deputatis saluté.Ex parte A. nobis est ostensũ, vt cùm B.& C.& D.tali die anno tali,corã tunc maiore villę & E. tunc clerico,ad huiusmodi recognitiones in eadem villa accipiẽdas deputatis,recognouerunt se debere prædicto A. viginti libras iuxta formã statuti dudum apud Actoñ Burnel' pro mercatoribus æditi, ad certos terminos iam elapsos soluendas, ac vos nos in cancellaria nostra super recordum & processum recognitionis prædictæ minùs prouidè & insufficienter certificaueritis, in hoc quòd cognomen prædicti C. in scripto obligator̃ coram nobis in cãcellaria exhibito, & in certificatione vestra prædicta diuersimodè & non conformiter inseritur, prout per inspectionem scripti & certificationis prędictorum coram nobis in cancellaria nostra pdicta plenè liquet: idem A.executionem recognitionis prædictæ consequi non potest, in ipsius A. damnũ non modicum &c.super quo nobis supplicauit sibi p nos remedium adhiberi.

beri. Nos consideratione premissorum, & pro eo quòd dilectus nobis I. de T. attornatus ipsius A. in hac parte coram nobis in dicta cancellaria nostra personaliter comparens, asseruit ipsum A. executionem recognitionis prædictæ nondũ assecutũ esse, volumus eidem A. in hac parte inquantũ poterimus subuenire: vobis mandamus qd' scrutatis rotulis recognitionis hmdi de dicto anno, qui in custodia vr̃a existũt vt dicitur, ac visis & examinatis dicto scripto obligatorio & irrotulamẽto recognitionis p̃d', nos super recordũ & ꝓcessum recognitionis p̃dictę, in dicta cancellaria nr̃a sub sigillo pro hmdi recognitione ibidem deputato distinctè & apertè certificetis indilatè, eo non obstante quòd dicta cancellaria nostra priùs inde extitit certificata. T. &c.

Audita querela coram iustitiariis de banco, qñ creditor ꝓsequitur executionem recognitionis de debito per statutum mercatoris, licet debitor persoluerit annuũ reditum iuxta formam indẽturæ inter ipsos inde factæ.

REx iustic' suis de banco salutem. Ex graui querela I. accepimus, quòd cùm idem I. nuper coram I. tunc maiore villæ Bristol' & I. tunc clerico, ad recognitiones debitorum apud B. accipiend' deputatis, recognouisset se debere A. C. li. ad certos terminos in recognitione prædicta contentos soluendas, ac idem A. postmodum per quandam indenturam inter ipsos A. & I. confectam concessisset, quòd si præfatus I. soluerit præfato A. singulis annis ad quatuor anni terminos per æquales portiones, quendã reditum lx. s. exeuntem de terris & tenementis prædicti I. aut R. de K. fratris eiusdem I. in villa & suburbio Bristol' ad totam vitã ipsius A. extunc dicta recognitio de C. li. penitus cassaretur & ꝓ nulla haberetur, prout per alteram partem indentur̃ prædictæ sigill' p̃dicti A. sigillatæ, quã idem I. penes se habet vt asserit, pleniùs poterit apparere, & licèt p̃dictus I. dictum reditum sexaginta solidorum præfato A. singulis annis ad terminos p̃dictos æquis portionibus à tẽpore confectionis recognitionis p̃dictæ vsq; ad festum Paschæ, & termino &c. benè & fideliter soluerit, & eundem reditum eidem A. semper hactenus à festo p̃dicto ad eosdẽ terminos soluere paratus fuerit & adhuc existat, prout vijs & modis quibus conuenit paratus est edocere: idẽ tamen A. executor dictarũ C. librarũ de terris & tẽntis ipsius I. ꝑtextu recognitionis p̃dictæ ꝓsequitur minùs iustè, in ipsius I. dispendiũ non modicũ & grauamen, & contra vim & effectum indenturæ supradictæ, super quo &c. Et quia eidem I. iniuriari nolumus in hac parte: vobis mandamus quòd visa altera parte indenturæ prædictæ, & vocatis coram vobis partibus prædictis, audit isq; hinc & inde earum rationibus vlteriùs in hac parte fieri fac' quod de iure & secundum legem & consuetudinem regni nostri fuerit faciendum. T. &c.

✠ Nota q̃ si vn home face vn statut merchant au temps quil soit deins age, & execucion soit fui vers lui sur mesme lestatut: il puit auer vne Audita querela. Mes lui faut de le suer deins le temps quil soit deins age, issint que ꝑ inspectiõ de court il puisse apparoir quil soit deins age, ou auterment tiel suit ne vaudra riens vt patet termino Hillarij anno xx. E. tertij en vn Audita querela que fuit porte ꝑ vn qui auoit fait vn estatut merchant ꝑ duresse de emprisonment. Et auxi si home face estatut merchant, & puis paie les deniers, & le statut soit dampnee en lieu de acquitance, & puis lautre sui vn faux estatut, celuy que soit greue serra eide ꝑ tiel brief, vt patet ibidem. Nota.

¶ Rex

Dedimus potestatem recipiẽdi attornatos, ad prosequendum executionẽ recognitionis factæ in cancellaria.

REx T. de C. salutẽ. Sciatis quòd dedimus vobis potestatem recipiẽdi attornatos R. & A. quos corã vobis loco suo attornare voluerint, ad lucrand' vel perdend' in loquela quæ est in cancellaria nostra per breue nostrum inter P. & prędictos R. & A. de eo quòd ijdem R. & A. ostendant si quid pro se habeant vel dicere sciant, quare omnia catalla sua & medietatẽ terræ quæ fuit ipsius 30. die Iunij an. &c. 11. pro centũ libris quas eadem A. in prædicta cãcellaria recognouit se debere præfato P. liberare non debeant. Et ideo &c.

Dedimus potestatem recipiendi recognitionẽ de scripto irrotulando in cancellaria.

¶ Rex dilecto & fideli suo R. salutẽ. Sciatis quòd dedimus vobis potestatem recipiendi recognitionem, quam A. corã vobis facere voluerit, si quoddam scriptum continens ipsum quendam annuum reditum viginti marcarum de terris & tenemẽtis suis in K. in comitatu tali, S. de L. hęredibus & assignã suis imperpetuum concessisse, sit factum ipsius A. & si idem A. scriptum prædictum in rotulis cancellariæ nostrę irrotulari voluerit necne. Vobis mandamus quòd ad præfatum A. ꝑsonaliter accedentes, recognitionẽ suam prædictam recipiatis, & cũ eã receperitis, nobis in dicta cancellaria nostra sub sigillo vestro inde distinctè & apertè certificetis: scriptum prædictum & hoc breue vobiscum deferentes. T. &c.

Audita querela q̃n quis sequitur executionẽ virtute statuti mercatorij versus vnũ tenentẽ terrarũ & tenementorum quæ fuerunt recognitoris die recognitionis, & alios omittit.

¶ Rex iustitiarijs suis de banco salutem. Monstrauit nobis R. A. ciuis & aurifaber Londoñ, vt cùm I. de O. marescallus & ciuis Londoñ, coram Adam Fraunceis nuper maiore ciuitatis prædictæ, & Andrea Aubrey tunc clerico ad recognitiones debitorum apud Londoñ accipiendas deputatis recognouerit se debere R. Sallyng Masoñ viginti & tres libras certis terminis in dicta recognitione contentis soluendas, &c. & licet omnia terræ & tenementa quæ fuerunt ipsius I. die recognitionis prædictæ de debito prædicto de iure oneranda existant: prædictus tamen R. Sallyng prætextu huiusmodi recognitionis, pro eo quòd idem Iohannes terminos solutionis suæ non obseruauit, vnum mesuagium ipsius R. Arnald' cum pertinentijs in Londoñ quod fuit prędicti Iohannis, omisso vno alio mesuagio quod similiter fuit eiusdem Iohannis in eadem ciuitate die prędict', & quod Adam Bonetoñ Londoñ cordwayner tenet, per processum corã vobis in banco prædicto factum extendi, & sibi pro debito prædicto liberari procurauit, in ipsius R. Arnald' dispendium non modicũ & grauamen, super quo idẽ R. Arnald' nobis supplicauit sibi de remedio prouideri. Nos volentes inde fieri quod est iustum: vobis mãdamus quòd audita querela ipsius R. Arnald', vocatísq; coram vobis in hac parte euocand', eidem R. Arnald' in præmissis debitum & festinum iustitiæ cõplementum fieri fac', ꝑut de iure & secundum legem & consuetudinem regni nostri fuerit faciendum. T. &c.

Dedimus potestatẽ de recognitione debiti recipienda.

¶ Rex dilecto clerico suo A. salutẽ. Sciatis qd' dedimus potestatẽ recipiendi hac vice nomine nostro, recognitionem quã I. T. de quocũq; debito facere voluerit coram vobis. Et ideo vobis mandamus qd' cũ illam recognitionem receperitis, nos inde sub sigillo vestro distinctè & apertè reddatis certiores, hoc breue nobis remittentes. T. &c.

¶ Rex

¶ Rex, iustic' suis de banco salutem. Ex parte I. de B. nobis est grauiter conquerendo monstratum, vt cùm ipse coram Adam de Bury nuper maiore ciuitatis nostræ Londoñ & Will' de Merstoñ clerico, ad recognitiones debitorum in eadem ciuitate accipiend' deputatis, recognouisset se debere R. de K. ducẽtas marcas, quas ei soluisse debuit ad certum terminum in dicta recognitione contẽtum, & licet prędictus R. per scriptum suum omnimodas actiones reales & personales, quas erga prædictum I. ratione cuiuscunq; transgressionis, computi, seu debiti habuit, eidem I. remisisset & relaxasset, prout per scriptum prædictum, quod idem I. penes se habet vt asserit, pleniùs poterit apparere: idem tamen R. ad scriptum prædictum considerationem non habens, executionem de debito prædicto in curia nostra coram vobis virtute statuti prædicti versus præfatum I. prosequitur, & ipsum I. ea occasione capi, & in prisona nostra detineri procurauit, in qua adhuc detentus existit, in ipsius I. damnum non modicum & grauamen, & vitæ suæ periculum manifestum, ac contra formam scripti prędicti, & nobis est supplicatum sibi per nos remedium adhiberi. Nos quod iustum fuerit fieri volentes: vobis mandamus quod audita querela ipsius I. in hac parte, vocatísque coram vobis partibus prædictis, audítísq; hinc & inde earum rationibus, ac inspecto scripto prædicto, eidem I. festinum iustitiæ complemẽtum fieri faciatis, prout de iure & secundum legem & cõsuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum. T. me ipso &c.

Audita querela super statutum mercatorium.

REx, vic' South' salutẽ. Licet nuper prætextu cuiusdam recognitionis. l. li. W. per I. in cancellaria nostra factæ, quas idẽ I. præfato W. soluisse debuit ad certos terminos iam præteritos, & quas nondum soluit vt dicitur, tibi per breue nostrum præceperimus, quòd omnia catalla ipsius I. ad valentiam dictarum. l. li. exceptis bobus & affris carucæ suæ, per rationabilem apprecionem in præsentia prædicti I. ꝑ te inde præmonendi si interesse vellet faciend', præfato W. vel suo certo attornato faceres liberari, & si catalla illa ad valentiã prędictarum. l. li. non sufficerent, tunc catalla illa sic minus valentia, per rationabilem apprecionem, ac etiam medietatem terræ ipsius I. in balliua tua per extentã similiter in præsentia sua in forma prædicta faciendam, præfato W. vel suo certo attornato faceres liberari, tenend' vt liberum tenementum suum quousq; dictum debitum inde esset leuatum, quia tamen præfatus I. exhibuit in dicta cãcellaria nostra quandam literam acquietantiæ de debito prædicto, sigillo prædicti W. vt dicitur consignatam, per quam asserit se dictum debitũ præfato W. ꝑsoluisse, & nobis supplicauit vt ei in hac parte de remedio ꝓuideri faciamus: nos in præmissis volentes fieri quod est iustum, tibi præcipimus quòd scire facias prędicto W. quòd sit in cãcellaria nr̃a in crastino Ascensionis domini ꝓximo futuro vbicunq; tunc fuerit, quem diem præfato I. super hoc dedimus, ad faciendũ & recipiendum qd' curia nostra considerauerit super acquietantia prędicta. Et quia idem I. inuenit coram nobis in dicta cancellaria nr̃a A. & B. manucaptores suos

Scire facias super recognitione facta in cancellaria, quia pars protulit literam acquietantiæ.

ſuos, qui manuceperunt pro ipſo I. ad reſpondendum præfato W. ad diem prædictum de dictis l. li. vbi idem I. tunc docere poterit ſe inde quietum eſſe debere: tibi præcipimus quòd executioni dicti breuis noſtri de omnibus catallis & medietate terræ ipſius I. præfato W. liberanda interim ſuperſedeatis per manucaptionem ſupradictam. Et habeas ibi nomina illorum per quos ei ſcire feceris & hoc breue. Teſte, &c.

7. E. 4. 232. b.

Aliter pro illo qui eſt infra ætatem.

¶ Rex, dilectis & fidelibus W. & ſocijs ſuis iuſtitiarijs ad placita coram nobis tenenda aſſignatis ſalutem. Supplicauit nobis T. infra ætatem exiſtens vt dicitur, vt cùm ipſe nuper coram B. maiore ſtapulæ apud G. ordinatæ, per R. & N. ductus fuiſſet, & ad procurationem eorundem R. & N. & per graues comminationes ei per ipſos factas, coram præfato maiore quandam recognitionem x. li. ſimiliter cum eodem R. L. de W. iuxta formam ſtatuti dudum &c. æditi feciſſet, ſibi certis terminis in dicta recognitione contentis ſoluend', velimus eidem T. ſuper adnullatione recognitionis prædictę in quantum ipſum T. concernit de remedio prouidere: nos volentes eidem T. in hac parte fieri quod eſt iuſtum, vobis mandamus quòd ſi vobis legitimè conſtare poterit ipſum T. tempore recognitionis prædictæ infra ætatem extitiſſe & adhuc exiſtere, tunc audita querela ipſius T. in pręmiſſis, & vocatis coram vobis quos in hac parte fore videritis euocand', vlteriùs in negotio illo fieri faciatis quod de iure & ſecundum legem & conſuetudinem regni noſtri Angliæ fuerit faciend'. Teſte &c. anno xxx.

Aliter q̄n ſoluit, & habet literam obligatoriam loco acquietantiæ, & debitor impriſonatur cauſa proſecutionis executionis recognitionis.

¶ Rex, iuſtitiarijs ſuis de banco ſalutem. Ex parte R. filij I. nobis eſt grauiter conquerendo monſtratum, quòd cùm ipſe nuper coram A. tunc maiore ciuitatis noſtræ London̄ & W. de C. clerico, ad recognitiones debitorum in eadem ciuitate accipiend' deputatis, recognouit ſe teneri R. de H. ciui London̄ in quadraginta libris ad certum terminum in dicta recognitione contentum iam præteritum ſoluend', & licet idem R. filius I. de prædictis quadraginta libris prædicto R. de H. iam diu eſt ſatisfecerit, idemq; R. de H. literam obligatoriam de ſumma prædicta eidem R. fil' I. loco literarum acquietantiæ liberari feciſſet: ad proſecutionē tamen prædicti R. de H. vt dicitur factam, idem R. fil' I. per breue noſtrum captus, & in priſona noſtra de N. diu extitit detentus, & per proceſſum inde coram vobis habitum in priſona noſtra de F. iam detinetur, in ipſius R. fil' I. damnum non modicum & grauamen, & vitæ ſuæ periculum manifeſtum, ſuper quo ex parte ipſius R. filij I. nobis eſt ſupplicatum vt ei de remedio congruo prouidere velimus. Nos nolentes eidem R. fil' I. iniuriari in hac parte: vobis mandamus quod audita querela ipſius R. fil' I. vocatoq; coram vobis præfato R. de H. auditiſque hinc & inde partium rationibus, vlteriùs pro præfato R. fil' I. in præmiſſis fieri faciatis, quod de iure & ſecundum legem & conſuetudinem regni noſtri Angliæ fore videritis faciendum. T. &c.

Rex


Ex, vic' Lincolñ salutem. Quia Iohanna at Noke quã W. S. iam duxit in vxorem tali die tali anno, coram A. de B. tunc maiore stapulæ Westm̃ &c. recognouit se debere R. viginti libras quas &c. & eas &c. tibi præcipimus quòd corpus prædictę Iohannæ si laica sit capi, & in prisona nostra &c. & omnes terras ipsorum Wilhelmi & Iohannę & catalla ipsius Wilhelmi in balliua tua &c. De fœmina obligata in statuto stapulæ qñ non habet virum.

* Et nota quòd in le sicut aliàs inde non debet inseri ista clausula, (vel causam nobis &c.) Nota.

REx, iustitiarijs suis de banco salutem. Sciatis quòd R. attornauit coram nobis &c. S. ad ꝑsequendum executionẽ cuiusdam recognitionis eidem R. per L. coram vobis in banco prædicto de viginti marcis factæ, & ad acquietantias inde faciendas, & ad omnia alia negotia illud tangentia facienda. Et ideo vobis mandamus &c. De attorñ de recognitione facta coram iustitiarijs de banco.

¶ Rex, A. de B. salutem. Sciatis quòd dedimus vobis potestatem recipiendi attornatos quos A. de B. corã vobis facere voluerit, ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est coram iustitiarijs nostris de banco, de recordo & processu loquelæ quæ fuit in curia domini E. nuper regis Angliæ aui nostri, coram iustitiarijs suis de banco prædicto: quæ quidem recordum & processum coram nobis certis de causis venire fecimus, vel sic, de debito viginti marcarum quod idem A. per formam statuti apud Actoñ Burnell ꝓ mercatoribus dudum æditi exigebat &c. Dedimus potestatem &c. de recognitione facta coram iustitiarijs de banco.

¶ Sciatis quòd dedimus &c. R. in Wallia commorantis, quos &c. ad prosequendum executionem cuiusdam recognitionis tanti, quam A. & P. fecerunt præfato R. coram iustitiarijs nostris de banco, & ad pecuniam illam recipiendam, & acquietantiam inde faciendam. Et ideo &c. Aliter pro amico commorante in wallia de recognitione coram iustitiarijs de banco.

¶ Rex, thesaurario & camerijs suis salutem. Cùm I. nuper in curia domini E. &c. aui nostri, coram R. de B. & socijs suis tunc iustitiarijs ipsius aui nostri, ad placita coram ipso auo nostro tenenda assignatis, recognouisset se debere W. quadraginta libras in certis terminis prętentis soluendas, quas quidem quadraginta libras dictus I. eidem W. nondum soluit, sicut ex parte sua nobis intelligi datur: nos igitur volentes ex hac causa super tenore recognitionis ꝑdictæ certiorari, vobis mandamus quòd scrutatis rotulis ipsius Roberti de tempore prædicto, qui sunt in thesauraria nostra sub custodia vestra vt dicitur, nos super tenore recognitionis prædictæ sub sigillo scaccarij nostri distinctè & apertè sine dilatione reddatis certiores: hoc breue nobis remittentes. T. me ipso apud Westm̃ &c. Breue thesaurario & camerarijs, de certiorando de tenore cuiusdam recognitionis factæ coram iustitiarijs aui ad placita &c. tenenda assignatis.

* Nota que en eire touts les recognisances q̃ demaundant execution, & touts les iudgemẽts que sont rendus: serront maundes en bank le roy pur auer execution. Mes touts les auters plees sur queux iudgement nest pas rendu, serrount maunds en common bank pur doner iudgement. Nota.

¶ Rex, dilecto & fideli suo A. salutẽ. Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus, super tenore cuiusdam recognitionis decem librarum De certificando super tenore recognitio-

nis factæ coram iustitiarijs itinerantibus.

librarum I. de K. ꝑ T. de C. corã vobis & socijs vestris iustitiarijs nostris itinerantibus in comitatu Lincolñ factæ: vobis mandamus quòd nos super tenore recognitionis prędictę, sub sigillo vestro distinctè & apertè reddatis certiores: hoc breue nobis remittentes. Teste &c.

Breue thesaurario & baronibus de transcripto recognitionis factæ coram iustitiarijs itinerantibus, executoribus alicuius, mittendo in cancellaria.

¶ Rex, thesaurario & baronibus suis salutem. Cùm N. coram A. & socijs suis nuper iustitiarijs domini E. nuper regis Angliæ aui nostri dudum itinerantibus in comitatu Lincolñ, anno dicti aui nostri x. recognouit se debere executoribus testamenti G. quinq; marcas certis terminis soluendas, ac licet terminus solutionis dictæ pecuniæ iamdiu est pertransierit, ijdem tamen executores executionem eiusdem recordi nondum sunt assecuti vt dicitur: nos volentes dictam recognitionem debito effectui demandari, vobis mandamus quòd scrutatis rotulis & memorandis prædicti A. de itinere prædicto, qui sunt in thesauraria nostra sub custodia vestra vt dicitur, transcriptum recognitionis prædictę nobis sub sigillo scaccarij nostri sine dilatione mittatis & hoc breue. T. &c.

De certificando qñ recognitio secundum formam statuti mercatorij fit coram maiore stapulæ.

¶ Rex, dilecto & fideli suo W. maiori stapulæ suę Westm̃ salutẽ. Volentes certis de causis certiorari, si R. de B. miles de comitatu N. corã te in stapula pđ recognouit se debere I. de B. ciui & armurario London̄ & W. de H. Bladesmyth ciui dictæ ciuitatis, centum & viginti & octo libras & duos solidos, soluendos eisdem I. & W. iuxta formã statuti dudum apud Acton Burnell ꝓ mercatoribus æditi necne: tibi præcipimus quòd scrutatis rotulis & alijs memorandis stapulæ prædictæ recognitionem prædictam contingentibus, nos inde in cancellaria nostra sub sigillo ꝓ huiusmodi recognitionibus ordinato, si nõdum inde certificatum sit, distinctè & apertè sine dilatione certifices, hoc breue nobis remittens. T. anno x. R. secundi. Newenham.

Aliter de certificando quid actum est de breui super statutum mercatorium, & si processus sit discontinuatus necne.

¶ Rex, dilecto & fideli suo B. salutẽ. Quibusdam certis de causis certiorari volumus, si quoddam breue de statuto mercatorum, quod W. & T. tulerunt coram vobis & socijs vestris iustitiarijs nostris de banco versus R. & M. de decem libris ꝑ p̃fatos R. & M. apud Eborum nuper recognitis, in octauis sancti Michaelis proximo præteritis vel anno tali retornabile, ꝑ vic' Eborum retornatum fuerit necne. Et si sic, tunc vlteriùs quid inde actum fuerit, & si ꝓcessus inde factus, discontinuatus sit necne. Vobis mandamus quòd scrutatis breuibus de octauis p̃dictis: nos in cancellar̃ nostra, de eo quod inde inueneritis, sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione reddatis certiores, hoc breue nobis remittentes. T &c.

Non omittas propter libertatem.

REx, vic' L. salutẽ. Cùm A. de B. de com̃ tuo, primo die Octobris ann̄ regni nr̃i primo, corã I. de L. tunc maiore stapulæ nr̃æ de Q. ad recognitiones debitorũ in eadem stapula accipiend' deputato, recognouerit se debere S. octo libras, quas ei soluisse debuisset in festo tali tunc ꝓximo sequenti, & eas ei nondũ soluerit vt dicitur, tibi per breue nostrũ præceperimus quòd corpus p̃dicti A. si laicus esset capi, & in prisona nr̃a donec eidẽ S. de pđ debito plenè satisfactũ foret saluò custodiri, & omnia t'ras & catalla ipsius A. in balliua tua ꝑ sacr̃m

&c. vt

&c. vt in breui de stapula vsq; ibi, per literas tuas sigillatas, ac tu nobis retornaueris, quòd pdictus A. non est inuentus in balliua tua post aduentum breuis prædicti extra libertatem archiepiscopi Cantuar, nec idem A. aliqua habet terras seu tenementa quæ extendi seu appretiari potuerũt, & quòd fecisti retornum breuis prædicti W. de T. senescallo libertatis prædictæ, qui tibi nullum dedit responsum: tibi præcipimus quòd non omittas ꝓpter libertatẽ pdictã, quin eam ingrediaris, & corpus ipsius A. si laicus sit capi, & in prisona nostra donec eidẽ S. de pdicto debito plenè satisfecerit saluò custodiri, & omnia terras & catalla ipsius A. infra libertatem pdict' per sacramentum ꝓborum & legalium hominum de eadem libertate, per quos rei veritas meliùs sciri poterit, iuxta verum valorem eorũdem diligenter extendi & appretiari &c. vsq; ibi ordinationis inde factæ. Et qualiter hoc pceptũ nostrum fueris executus: scire fac' nobis in cancellaria nostra à die Paschæ in vnum mensem vbicunq; tunc fuerit per literas tuas sigillatas. Et habeas ibi tunc hoc breue. T. &c.

REx, vic' Lincolñ salutẽ. Quia R. de W. vicesimo die septembris anno tali, corã B. maiore stapulæ Westm̃, & E. & F. constabularijs eiusdem stapulę vel F. clerico, ad recognitiones debitorũ in eadẽ stapula accipiend' deputatis, recognouit se debere K. octo libras quas ei soluisse debuit in festo tali tunc proximo sequenti vel vltimò præterito, & eas ei nondum soluit vt dicitur: tibi præcipimus quòd corpus pdicti R. si laicus sit capi, & in prisona nr̃a donec eidẽ K. de prædicto debito plenè satisfecerit saluò custodiri, & omnia terras & catalla ipsius R. in balliua tua per sacramentum proborum & legaliũ hominum de eadem balliua tua, p quos rei veritas meliùs sciri poterit, iuxta verum valorem eorundem diligenter extendi & appretiari, & in manum nostram seisiri facias, vt ea præfato K. quousq; sibi de debito pdicto satisfactum fuerit, liberari faciamus iuxta formã ordinationis inde factæ. Et qualiter hoc pręceptum nostrũ fueris executus: scire facias nobis in cãcellaria nostra tali die ꝓximo futuro vbicunq; tunc fuerit per literas tuas sigillatas. Et habeas ibi hoc breue. T. &c. De recognitionibus in stapula ad capiendũ debitorem. Statutum de stapula An. 27. E. 3. cap. 9.

☞ Et si diuersa breuia fieri debeant in diuersis comitatibus vel in ciuitate London: tunc in fine breuis proximò ante le T. dicatur sic. Regula.

¶ Mandauimus enim vic' nr̃o Nottyngh', vel vicecomitibus nostris Lõdoñ, vel vicecomitibus nostris Wiltes' & North', quòd omnia terras & catalla ipsius R. in balliuis suis iuxta verum valorem eorundem diligenter extendi & appretiari, & in manum nostrã seisiri faciant in forma prædicta. T. &c. Vel sic, à die sancti Michaelis ꝓximo futuro in vnum mensem &c. Aliter.

¶ Rex, eidẽ vic' salutem. Quia R. &c. vt suprà, per literas tuas sigillatas, ac tu nobis retornasti quòd pđ W. non fuit inuẽtus in balliua tua postquam breue nostrũ tibi liberatũ fuit, sed quòd cepisti in manum nostram omnia terras, tenementa & catalla ipsius R. in dicta balliua tua, & ea extẽdi & appretiari fecisti iuxta tenorẽ breuis nostri prædicti, videlicet duas partes vnius mesuagij quæ appretiantur ad tantum: Aliter de eodẽ post returnum vicecomitis de breui prædicto.

tibi ꝑcipimus quòd eidem K. omnia terras, tñta & catalla ꝑd' per te in manum noſtram ſic capta, ſi ea per extentam & appretiationem ꝑdictas habere voluerit, liberes, iuxta formam ordinationis ꝑd', habend' quouſq; ſibi de debito ꝑd' fuerit ſatisfactum. Et qualiter. &c. vt ſuprà.

Aliter pro executoribus vt in priori breui.

¶ Quia R. de I. viceſimo die &c. vt ſupra, debere K. iam defuncto vt dicitur, octo libras &c. vſq; ibi, donec D. & S. executoribus teſtamenti prædicti K. quouſq; ſibi de prædictis octo libris plenè ſatisfecerit, ſaluò &c. vſq; ibi, vt ea præfatis executoribus quouſq; ſibi de prædictis octo libris ſatisfactum fuerit &c.

Breue de certificando de recognitione ſtapulæ, eò quòd petens tenuit penes ſe certificationem alio cancellario nominatim directam.

¶ Rex, dilecto & fideli ſuo W. de W. maiori ſtapulæ Weſtm̄ ad recognitiones debitorū in eadem ſtapula accipiēdas deputato ſalutem. Ex parte Thomæ Beere perſonæ eccleſiæ ſancti Michaelis de Paternoſterchurch London̄ nobis eſt oſtenſum, quòd cùm W. Chiualer de parochia de C. in comitatu Kanc' anno regni noſtri tertio, corā vobis in ſtapula prædicta recognouiſſet ſe debere præfato T. quadraginta libras iuxta formā ſtatuti ſtapulæ prædictæ certis terminis ſoluendas, & licèt vos termino ſolutionis prędictę elapſo, Rad̄o epiſcopo London̄ nuper cancellario noſtrò, dū in officio cācellarij ſtetit, ſub ſigillo officij veſtri prout moris eſt certificaueritis, quia tamen prædictus T. dictam certificationem penes ſe hucuſque retinuit, & præfatus nuper cancellarius, cui prius nominatim inde certificaſtis, ab officio ſuo cācellar̄, à diu eſt, extitit exoneratus: volumus & vobis mandamus quòd dicta certificatione pręfato nuper cācellar̄ per vos ſic facta ſanè & integrè vobis reſtituta, & ſcrutatis rotulis de huiuſmodi recognitionibus coram vobis anno ꝑdicto factis, ſi inueneritis recognitionē prædictam in forma prædicta factam fuiſſe: tunc cācellario nr̄o moderno in eadem cancellaria ſuper recognitione prædicta diſtinctè & apertè iuxta formam ſtatuti prædicti ſub ſigillo pro recognitionibus ſtapulę prædictæ deputato certificetis indilatè, vt vlteriùs ſuper hoc fieri faciamus quod ſecundum formam ſtatuti prædicti fuerit faciendum: dicta certificatione priùs ſic facta non obſtante. T. &c.

Si recognoſcat.

Rex, vic' ſalutē. Præcipimus tibi quòd ſi A. recognoſcat ſe debere B. C. ſolidos, tunc ipſum A. diſtringas ad prædictū debitū eidem B. ſine dilatione reddend'. T. &c.

Aliter.

¶ Se debere C. & D. centū ſolidos: tunc ipſos A. & B. diſtringas ad prædictum debitum eiſdem C. & D. ſine dilatione reddend'. T. &c.

Regula.

☞ Iſtud breue nō fit niſi de pecunia numerata. Et poteſt fieri ſicut aliàs, & cū pluries, & attachiamentū poteſt fieri inde. Et ſi vic' retornauerit quòd diſtrinxit partē ꝑ frumētū vel alia catalla ad quæ nō inuenit emptores: ſcribatur ei cū pluries, recitādo retorn̄ & illud inſuffiēs reputād'. Et eodē modo fiat executio iudicij in alijs breuib' acceſſorijs vbi placitum non eſt in curia iſta. Sed ſi principale placitum ſit hic, veluti de recognitionibus hic factis, & de arentationibus, & tale retor̄ fiat: poteſt præciſè reſcribi quòd vendatur vel quòd deliberentur querenti &c.

Sicut aliàs.

¶ Rex, vic' L. ſalutē. Ex parte A. accepimus, quòd cùm nuper tibi ꝑceperimus, quòd ſi B. recognoſceret ſe debere A. tantū: tunc ipſū B. diſtring' ad ꝑdictum debitū eidem A. ſine dilatione reddend'. Et licèt idem

idem B. corā te recognouerit se debere præfato A. debitum p̄dictum: tu tamen ipsum B. ad debitum illud præfato A. reddendū distringere hactenus distulisti & adhuc differs, in ipsius A. damnum non modicum & grauamen. Et ideo tibi præcipimus quòd si ita est, tunc executionem recognitionis prædictæ sine dilatione fieri facias iuxta tenorē mandati nostri supradicti. Et hoc nullo modo omittas. T. &c.

¶ Rex, vicec' salutē. Monstrauit nobis A. quòd cùm ipse implacitasset in comitatu tuo ꝑ breue nostrū B. & idē B. in pleno comitatu illo recognouerit se debere p̄fato A. certam pecuniæ summam ad certum terminū reddendam: tu tamen termino illo elapso, eādem pecuniam eundē A. nondum solutā ad querelam suam secundū recognitionem p̄dict' habere non fecisti, in ipsius A. damnū non modicum & grauamen. Et quia A. prout iustum fuerit subuenire volumus in hac parte: tibi præcipimus quòd si ita est, tunc pecuniā illam de bonis & catallis ipsius B. in balliua tua leuari, & illā præfatum A. sine dilatione habere facias, ne clamor inde ad nos perueniat iteratus. T. &c. — *De executione facienda de recognitione facta in comitatu.*

¶ Rex, charissimo auunculo suo I. duci Lanc' vel eius canc' in ducatu p̄dicto salutem. Tenorem cuiusdam recognitionis statuti mercatorij nobis in cācellaria nostra per I. de B. maiorē villæ de C. & I. de E. clericum, ad recognitiones debitorum apud C. accipiendas deputatos, missæ, vobis mittimus præsentibus interclusū. Mandantes vt inspecto tenore p̄dicto, vlteriùs inde fieri fac', quod de iure & secūdum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum. T. &c. — *Mittimus cancellario Lancastriæ.*

☞ Nota q̄ si le defendāt en le bref ensuāt face defaut apres apparāce, vn grand distresse serra agarde versus luy en lieu de petit Cape. Et sil face autre foits defaute: donques le demandaūt recouera sa suite, & ses damages, mes nemie les damages auxi come counta: mes il auera briefe al viscount denquire des damages. Et en cas q̄ home de religion porte cest briefe, & le defendaūt face defaute come dessus: il nauera pas execucion tanq; il soit enquis de la collusion pur disceit que purroit estre à lestatut de W. ij. capitulo xxxiij. vt patet termino Trinitatis. xvij. E. tertij. Et nota q̄ tiel distresse nest my à distreiner la partie pur respoundre à la defaute, mes pur respoundre au party. Et issint est adiudge en vn briefe de nusaunce anno xlij. E. tertij termino Paschæ lou tiel distresse fuit agard en mesme le briefe &c. — *Regula.*

REx, vicecomiti salutē. Præcipimus tibi quod iustities A. quòd iustè & sine dilatione faciat sectam ad molendinum E. in C. quam ad illud facere debet & solet vt dicit, sicut rationabiliter monstrare poterit quod eam ad illud facere debeat: ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu iustitiæ. T. &c. — *De secta ad molendinum in comitatu.*

¶ Præcipe A. &c. faciat sectam ad molendinnm E. in C. quam ad illud facere debet & solet vt dicit. Et nisi &c. — *Aliter ad bancum.*

☞ Istud breue præcedens est breue de recto & fit inter extraneas personas pro secta tali subtracta. Sed si dominus petat huiusmodi sectā à tenente suo: potest distringere & aduocare districtionem esse rationabilem, & hoc visum est tempore Edwardi filij regis Henrici &c. — *Regula.*

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd iustities A. quòd iustè — *Quod p̄mittat*

villanos facere sectam in comitatu.

iustè & sine dilatione permittat villanos suos de C. facere sectam ad molendinū B.in F.quam ad illud facere debent & solent vt dicit,sicut rationabiliter monstrare poterit quòd eam ad illud facere debeant: ne amplius inde clamorem audiamus &c.

De eodem ad bancum.

¶ Præcipe A.quòd permittat villanos suos de C. facere sectā ad molendinū B. in G. Præcipe D. &c. permittat villanos suos de K.facere sectam ad idem molendinum, quam ad illud facere debent & solent, vel debent vt dicit. Et nisi &c.

Regula.

☞ Eodem modo fiant breuia ad furnum,torale,& ad omnia alia huiusmodi. Et sunt de cursu ad bancum & in itinere &c.

Quod pmittat molere quietum de multura.

¶ Præcipe A. quòd iustè &c. permittat B. molere dominicū bladum suum de N.ad molendinum ipsius A.in N.quietū de multura, quod ad idem molendinum molere debet & solet vt dicit. Et nisi &c.

Aliter in comitatu.

¶ Præcipimus tibi quòd iustities A.&c.permittat B.molere dominicum bladū &c.vsq; ibi,debet & solet,sicut rationabiliter mōstrare &c. quod ad illud molere debeat:ne amplius inde clamorē audiamus &c.

De molendino tento pro indiuiso reparando cum participibus.

REx,&c.Si A.fecerit &c. tunc summ̄ &c.B.& C.quòd sint &c. apud W.&c.ostēsuri quare cùm ijdem A.B.& C.quoddā molendinū in N. ꝓ indiuiso teneant, & exitus inde prouenientes pro æquali portione participent, & ad reparationem & sustentationem eiusdem molendini teneantur,ac ijdem B.& C. licèt portionē de exitibus illis ipsos contingentē participant, reparationi tamen & sustētationi prædicti molendini contribuere contradicunt, in ipsius A. dispendium non modicū & grauamen vt dicit. Et habeas ibi summonitorum nomina & hoc breue &c.

Regula.

☞ Et potest fieri pro pluribus versus plures &c.

De domo reparanda.

¶ Iustities A. quòd iustè & sine dilatione reparari faciat quādam domum suam in W. quæ minatur ruinam, ad nocumentum liberi tenementi B.in eadem villa quam reparare debet & solet vt dicit, sicut rationabiliter monstrare &c. quòd eam reparare debet &c.

De ponte reparando &c.

¶ Præcipe A.quòd iustè &c.reparari faciat vnà cū B.& C. participibus suis, quendā pontem, vel gutterā, vel quoddā stagnū in N.quem, quam,vel quod, cum eis reparare debet vt dicunt. Vel sic, quendam pontem,vel quoddam stagnum qui vel quod dirutus vel dirutū est,ad nocumentū liberi tenementi D.in eadē villa vel in alia, quē vel quod facere debet & solet vt dicit.Vel sic,reparari faciat vnà cum B.& C. participibus suis wallias & fossata sua in N. quæ dirutæ vel diruta sunt, ad nocumentum liberi tenementi D. in eadem villa vel in alia, quas vel quæ cum eis reparare debet & solet vt dicunt &c.

Regula.

☞ Et potest omitti le solet si casus fuerit.

Aliter.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Quia pons de N. dirutus est & confractus, ad graue damnum partium adiacentium, & periculum hominum per eundem transeuntium manifestum vt accepimus: tibi præcipimus quòd si ita est,tunc omnes illos, quos ꝑ legalē inquisitionem ꝑ te inde faciend' reparationi eiusdē pontis teneri inueneris, distringas ad pontē illū reparandū & sustentandū, sicut priùs fieri cōsueuit: ne

ne amplius inde &c. pro defectu reparationis pontis illius super hoc iteratò solicitemur. T. &c.

¶ Quia accepimus quod pons de N. adeo dirutus est & confractus, quòd maximum periculum de facili possit imminere hominibus per pontem illũ transituris necnon transeuntibus imminet his diebus, vel sic, maius periculum de facili poterit euenire, nisi citiùs reparetur: tibi præcipimus quòd omnes illos de balliua tua, qui pontem illũ reparare & sustentare debent & solent, distringas ad pontem illũ reparandum & sustentandum, prout aliàs fieri consueuit. T. &c. Aliter.

¶ Quia intelleximus quòd pontes inter A. & B. diruti sunt & confracti, ad graue damnum partium adiacentium, & periculum per pontes illos transeuntes: tibi pręcipimus quòd pontes illos, ex quorum frequenti transitu pontes illi diruti seu confracti sunt, & qui ad pontes illos reparandos & sustentandos &c. sicut rationabiliter fieri consueuit temporibus retroactis &c. Aliter.

¶ Quia ex testimonio fide dignorũ accepimus, quòd homines de comitatu S. & M. graue damnũ incurrunt pro defectu reparationis pontis de A. vltra aquam de N. tibi præcipimus quòd ꝑ sacramentũ proborum & legalium hominum de comitatu tuo, per quos rei veritas meliùs &c. diligenter inquiras qui pontem illum reparare debent & hactenus reparare consueuerunt, & omnes illos qui ad reparationem eiusdem pontis tenentur, prout iustum fuerit distringas ad pontem illum reparandum, prout reparare debent & hactenus reparare consueuerunt. T. &c. Aliter de ponte reparando in diuersis comitatibus.

¶ Rex vicecomiti salutem. Quia pons de N. qui situs est in confinio comitatus tui & comitatus Norff. dirutus est ad graue damnũ partiũ adiacentium & periculum hominum ibidem transeuntium: tibi præcipimus quòd omnes illos de balliua tua, qui vnà cum hominibus comitatus Norff. pontem illum reparare debent & solent, distringas ad pontem illum reparandum & sustentandum, sicut alias rationabiliter fieri consueuit. T. &c. Aliter in confinio.

¶ Quia via quæ vocatur Lincolñ strete in villa de sancto Botho, per inundationem maris diruta est, ad graue damnum hominum in partibus illis commorãtium & ibidem transeuntium: tibi præcipimus qđ si ita est, tunc omnes illos de balliua tua, qui viam illã reparare debẽt & solent, distringas, ad viam illam reparandũ & sustentandum prout aliàs fieri consueuit, ne amplius pro defectu reparationis illius super hoc iteratò solicitemur. T. &c. Aliter de via reparanda.

¶ Quia calcetum in regia strata nostra inter A. & B. per frequẽtes inundationes aquarum adeo dirutum est & confractũ, quòd maximum damnum & periculum hominibus partium illarũ & aliorum per calcetum illud transeuntiũ imminet vt dicitur his diebus: tibi ꝑcipimus qđ omnes illos de balliua tua, qui ad reparationẽ & sustẽtationẽ calceti illius tenentur, distringas ad calcetũ illud reparandũ & sustentandum prout aliàs fieri consueuit: ne amplius inde clamorem aud' &c. De calceto.

¶ Quia pauimentum villæ nostræ de N. per frequentem accessum & De pauimento.

incessum

inceſſum carectarum & equorum dirutum eſt & confractum, ad graue damnum hominum ꝑ locum illum tranſeuntium: tibi præcipimus quòd omnes illos de balliua tua, qui pauimentum illud reparare debent & ſolent, diſtringas, ad pauimentum illud reparand' & ſuſtentandum, prout illud reparare debent & conſueuerunt temporibus retroactis. T. &c.

Regula.

* Nota q̃ le Quod permittat molere dominicum bladũ &c. ne giſt my verſus nully fors deuers le tenant de ſoil. Car en cas quil ſoit diſturbe ꝑ vn eſtraunge: il auera vn brief de treſpas de comune forme ſi le defendant preigne ſes blees, ou auterment ſur ſon caſe ſolonq; le treſpas, & nemy bř rehearceant come le pleintif & ces auncesters à tempore cuius contrarij &c. molere debuerũt ſine multura &c. prædictus le defendant prædictum le pleintiſe &c. molere ſine multura vi & armis impediuit &c. car tiel brief fuit port vers vn molener, & le brief fuiſt abatus cauſa qua ſuprà vt patet termino Michaelis anno xli. E. a iel placito xiij. en brief de tranſgreſſione. Et auxint ſerra fait en ſemblable cas en les auters quòd permittat.

De via vel pōte reparādo, ſecūdum ratam portionis tenuræ ſuæ.

¶ Rex dilectis & fidel' ſuis T. & ſocijs ſuis iuſtitiarijs noſtris ad inquirendum de defectibus magni pontis Canc', & ad defectus illos reparari & emendari faciend' aſſigñ ſalutē. Ex parte R. nobis eſt grauiter conquerendo monſtratũ, quòd cùm præſentatũ ſit coram vobis, quod idem R. tenet quatuor hidas terræ cum pertinentijs in D. in comitatu prædicto, quæ de reparatione pontis pręedicti ab antiquo onerari conſueuerunt, vel ſic, quæ ad reparationem pontis prædicti teneri aſſeruntur, & licet ipſe niſi tantum xv. acras de dictis quatuor hidis terrę, & quidam alij totum reſiduum earundem quatuor hidarum teneant: vos tñ occaſione præſentationis prædictæ ſeptē libras, ad quas dictæ quatuor hidæ terræ pro reparatione pontis prædicti apportionatæ ſunt, de eodem R. ac ſi ipſe dictas quatuor hidas terræ integrè tenuerit cum non teneat, omiſſis alijs tenentibus prædictis, leuare nitimini, & ipſum ea occaſione grauiter diſtringi & multipliciter inquietari faciatis, in ipſius R. graue damnũ, & ſtatus ſui depreſſionem manifeſtam, ſuper quo nobis ſupplicauit ſibi per nos de remedio ꝓuideri. Et quia ipſum R. in hac parte indebitè nolumus onerari, vobis mandamus qd' ſi per inquiſitionem inde in prę́ſentia ipſius R. ſi intereſſe voluerit capiend', vel alio modo legitimo vobis cōſtare poterit, ipſum R. niſi xv. acras dictarũ quatuor hidarum terræ tantũmodo tenere, & reſiduum earundem quatuor hidarum terræ in manibus aliorum tenentium exiſtere vt dictum eſt: tunc dictas ſeptem libras, ad quas dictæ quatuor hidæ terræ pro reparatione pontis prædicti ſic aſſeſſæ ſunt, tam de præfato R. quã de alijs tenentibus prædictis, videlicet de quolibet eorum iuxta ratam tenuræ ſuæ earundē quatuor hidarum terræ, nemini in hac parte parcendo, nec aliquem tenentium earundem vltra ratam tenuræ ſuæ indebitè onerando, leuari fac', præſentatione prædicta non obſtante. Et ſi quid ab eodem R. vltra portionem tenuræ ſuæ prædictæ minùs iuſtè leuatum fuerit, id ei ſine dilatione reſtitui fac'. T. &c.

¶ Rex


Ex &c. Iustitiies A. quòd iustè &c. claudat curiã suam in N. quæ aperta est ad nocumentum liberi tenementi B. in eadem villa vel in alia, quã claudere debet & solet vt dicit, sicut rationabiliter monstrare poterit qd' eã claudere debeat: ne amplius inde clamorem audiamus &c. De curia claudenda in comitatu.

¶ Præcipe A. quòd iustè &c. claudat curiã suam in N. quæ aperta est ad nocumentum liberi tenementi &c. vsq; ibi, debet & solet vt dicit. Et nisi &c. De eodem ad bancum.

¶ Pone ad petitionem petentis &c. loquelam quę est in comitatu tuo per breue nostrum inter A. & B. de eo quòd idem B. claudat curiam suam in N. quæ aperta est ad nocumentum liberi tenẽti prædicti A. in eadem villa. Et summoneas &c. vt in Replegiari. Pone de eodẽ.

☞ Et fi[illegible]t cum causa pro defendente. Regula.


Ex vic' s. Præcipe A. quòd &c. permittat B. haurire aquã ad fontem ipsius A. in N. sicut ad illum haurire debet & solet vt dicit. Et nisi &c. De aqua haurienda.

¶ Quòd iustè &c. permittat B. adaquare gregẽ suum ad aquam ipsius A. in N. sicut ad illam adaquare debet & solet vt dicit. Et nisi &c. De grege adaquando.

¶ Quòd iustè &c. permittat B. habere liberum taurum suum in N. sicut habere debet & solet vt dicit. Et nisi fecerit &c. De libero tauro.

☞ Hic solebat esse breue quòd permittat habere rationabile estouerium in bosco vel in turbaria vel in bruera & similibus, sed loco istius breuis datur nunc assisa nouæ disseisinæ &c. Regula W. 2. cap. 25.

¶ Præcipe A. qd' iustè &c. permittat C. habere rationabile estoueriũ in bosco ipsius A. in N. de quo B. pater prædicti C. cuius hæres ipse est, fuit seisitus &c. vel sic, de quo W. pater prædicti A. &c. iniustè & sine iudicio disseisiuit B. patrem prædicti C. T. &c. De estouerio rationabili.

¶ Ad lucrandum vel perdendum &c. vsq; ibi, de eo quòd idẽ A. permittat B. habere rationabile estouerium suum in bosco ipsius A. in N. Et ideo &c. De attornãde.

¶ Quòd permittat B. habere quoddam chiminum vltra terram ipsius A. in N. quod habere debet & solet vt dicit. Et nisi &c. De chimino.

¶ Quòd permittat B. habere liberam faldam suam in dominicis terris suis in I. quam habere debet & solet vt dicit, vel debet vt dicit &c. De libera falda.

¶ Quòd permittat B. habere liberam piscariam in aqua ipsius A. in N. vel in aqua de N. quã in ea habere debet & solet vt dicit &c. De libera piscaria.

¶ Quòd permittat B. habere liberũ passagiũ vltra aquam de Hũber in naui ipsius A. quod in ea habere debet & solet vt dicit. Et nisi &c. De libero passagio.

☞ Fait assauoir que si vn franc tenant soit ouste de sa comon de pasture p son seniour, ou le seniour ad ap͂pue contre le statute, issint q̃ le tenãt nad suffisant pasture: il auera vn assise de nouel disseisin de communia pasturæ. Et si le pasture soit surcharge p vn franktenant: il auera br̃ de amesurement deuers luy. Et si le tenant surcharge le pasture: le seniour ne purra my auer brief de amesurement deuers luy, ne tenãt deuers son seniour. Mes le seniour auera vn assise de nouel disseisin de libero tenemento, pur ceo quil est disturbe de prẽdre profit de son soil ou de sa terre p le surcharge. Et il nad nulle auter recouery, & ceo vnquore est moult en doute &c. Regula.

Nota. ✠ Nota quod breue sequens de communia pasturæ, quia sapit naturam mortis antecessoris: non potest placitari in comitatu. Sed ad certum numerum aueriorum potest placitari in communi banco & in itinere &c.

De communia pasturæ in natura breuis de ingressu sup disseisinam factam antecessori querentis.

REx vic' salutem. Præcipe A. quòd iustè &c. permittat B. habere communiam pasturæ in N. quæ pertinet ad liberum tenementum suum in eadem villa vel in alia, de qua idem A. vel W. pater vel mater vel alius antecessor prædicti A. cuius hæres ipse est, iniustè disseisiuit R. patrem vel alium antecessorem prædicti B. cuius hæres ipse est, post primam transfretationem domini Henrici regis filij regis Iohannis in Vascoñ &c.

Aliter. ¶ Præcipe &c. habere communiam pasturæ in C. quæ pertinet &c. vel aliter quam habere debet vt dicit &c.

Aliter de recto mero & de possessione. ¶ Præcipe &c. qd' permittat B. habere cõmuniam pasturæ in C. & xl. acris bosci, quam habere debet & solet vt dicit. Et nisi &c. anno primo sigillatum fuit per W. de Herl'.

Aliter in natura mortis antecessoris. Regula. ¶ Quòd iustè &c. permittat H. habere communiam pasturæ in M. de qua C. pater vel mater, frater vel soror prædicti H. &c. fuit seisitus vt de feodo, tãquam pertinente ad liberum tenementum suum in eadem villa vel in alia, die quo obijt vt dicit. Et nisi &c. Vel omittatur ista clausula, tanquam pertinente ad liberum tenementum suum in eadem villa vel in alia, die quo obijt vt dicit.

Aliter p persona quãdo prædecessor obijt seisitus de pastura in grosso. ¶ Quòd iustè &c. permittat B. personã ecclesiæ de N. habere communiam pasturæ &c. de qua C. quondã persona ecclesiæ de N. prædecessor p̃dictę personæ fuit seisitus vt de iure ecclesiæ suæ prædictę, de quo obijt vt dicit. Et nisi &c. vel sic, de qua A. pater vel mater, vel alius antecessor prædicti A. cuius hæres ipse est, iniustè & sine iudicio disseisiuit C. quondam personam ecclesiæ de N. prædecessorem prædictæ nunc personæ, post primam transfretationem domini Henrici regis filij regis Iohannis in Vascoñ. &c.

Aliter pro abbate persona qñ p̃decessor obijt seisitus in grosso. ¶ Quòd iustè &c. permittat abbatem de N. personam ecclesiæ de K. habere communiam pasturæ in N. de qua C. quondam abbas de N. persona ecclesiæ de K. prædecessor &c. fuit seisitus vt de iure ecclesiæ suæ prædictæ die quo obijt: vel sic, de qua idem A. iniustè &c. disseisiuit C. quondam abbatem de N. personam ecclesiæ de K. prædecessorem prædicti abbatis. Vel sic, de qua D. pater prædicti A. cuius &c. iniustè &c. disseisiuit prædictum abbatem & personam ecclesiæ de K. vel C. quondam abbatem de N. personam ecclesiæ de K. prædecessorem prædicti abbatis post primam transfretationem &c.

Aliter qñ obijt seisitus in le quibus de communia in grosso.

Aliter pro abbate qñ prædecessor obijt seisitus de cõmunia in grosso. ¶ Quod permittat abbatem de N. habere communiam pasturæ in K. de qua C. quondam abbas de M. prædecessor prædicti abbatis fuit seisitus vt de iure ecclesiæ beatæ Mariæ ipsius abbatis de N. die quo obijt vt dicit &c. vel sic, de qua B. pater vel alius antecessor prædicti A. cuius hæres ipse est, disseisiuit prædictum abbatem vel talem abbatem &c. vel sic, idem A. iniustè &c. disseisiuit C. quondam abba-

abbatem de N. prædecessorem &c.

¶ Quod permittat B. habere communiam pasturæ in N. quam habere debet & solet vt dicit. Et nisi &c. vel habere debet vt dicit. Et nisi &c. Aliter de recto mero & de possessione de communi in grosso.

¶ Præcipe A. magistro hospitalis sancti Leonardi de Eborum, quòd iustè &c. pmittat B. prebendarium præbendæ de C. in ecclesia sancti Petri Eborum, habere communiã turbariæ in N. de qua D. quondam præbendarius præbendæ prædictæ prædecessor pdicti præbendarij, fuit seisitus vt de iure eiusdem præbendæ, tanquã pertinente ad liberũ tenemẽtũ suũ in eadẽ villa vel in alia, die quo obijt vt dicit. Et nisi &c. Aliter de pastura &c. pro præbendario quando prædecessor obijt seisitus inde.

☞ Eodem modo quo dictum est suprà de communia pasturæ: potest dici de omnibus alijs communijs, vt turbarijs, piscarijs &c. Regula.

* Breue sequens de communia pasturæ ad certum numerum aueriorum fit in omnibus gradibus &c. & potest placitari in comitatu. Nota.

¶ Præcipe A. quòd iustè &c. permittat B. habere cõmuniam pasturæ in N. ad centum oues, vel ad centum boues, vel ad centũ vaccas, quã habere debet vt dicit, vel debet & solet vt dicit. Et nisi fecerit &c. De communia pasturæ ad certum numerum aueriorum.

* Nota de tiel comõ est vn autr br̃ de droit q̃ est patent cõe appiert deuãt &c. Nota.

¶ Præcipimus tibi quòd iustitiẽs A. quòd iustè &c. permittat B. habere communiam pasturæ in N. ad centum oues, vel ad centum boues, vel ad centum vaccas, quam habere debet vt dicit, sicut rationabiliter &c. ne &c. Aliter in comitatu.

☞ Et potest fieri sic, communiã pasturæ in terra ipsius B. in N. quam in ea habere debet. Vel potest fieri in certa terra alicuius sic, permittat B. habere communiam pasturæ in centum acris terræ ipsius A. in N. quam in eis &c. Regula.

☞ Sed quando clamatur cõmunia in terra vel in parcella terræ alicuius: tunc nõ debet clamari ad certũ numerũ aueriorũ, vt ad C. oues, boues, vel vaccas &c. Regula.

☞ Nota quòd breue de quòd permittat iacet in natura breuis de ingressu sup disseisinã de cõmunia pasturæ, turbariæ, piscariæ, & rationabilibus estouerijs, versus disseisitorem de disseisina pipsum, vel per ipsius antecessores facta, petenti vel eius antecessori, & non alijs gradibus: qui ibi oportet vti illo breui de recto debet & solet, vel debet &c. Regula.

* Nota q̃ anno tertio regni Edwardi tertij termino Trinitatis, vn femme porte son cui in vita de communia pasturæ ad certũ numerum aueriorũ, & nemy quòd permittat: ou le briefe est tenus bon per Herle, que dit q̃ si el soit disturb per le seigñ en soile, el nauera auter briefe forsque le quòd pmittat. Mes si nul auter eut purchace de son baron tiel profit quel el doit auer: el auera vers luy Præcipe quòd reddat. Nota.

* Et nota q̃ le briefe en le debet & solet est briefe de possession, & serra porte de la possession celuy q̃ port le briefe, & countera sur le mater del briefe dentre. En lieu de quel il vse cest Quod permittat, & tiendra suite bon tantũ. Mes le briefe en le debet est meremẽt en le droit, & countera come en br̃ de droit, & auera mesme lissue. Nota.

¶ Rex, vic' &c. salutẽ. Præcipe A. quòd &c. permittat B. abbatẽ de D. habere communiam pasturæ in T. de qua W. iniustè &c. disseisiuit I. quondam abbatem de D. prædecessorem &c. Aliter.

* Istud breue concessum fuit bonum per consilium anno xviij. Nota.

¶ Prẹcipe A. quòd &c. pmittat B. erigere scalas in solo ipsius A. in L. manso ipsius B. contiguo, p domibus suis ibidẽ, quoties opus fuerit, cooperiẽd' & reparand', sicut erigere debet & solet vt dicit &c. T. &c. Aliter de scalis.

¶ Rex

De corrodio.

¶ Rex, vicecom̃ &c. salutem. Præcipe P. priori de M. quod &c. permittat I. filium R. habere sustentationem competentem pro se & vno garcione in victu & vestitu & omnibus alijs necessarijs, & pro vno equo in victu singulis diebus, ac etiam sustentationem competentem in victu pro quatuor hominibus de comitiua eiusdem I. quatuor garcionibus, quatuor equis, quatuor leporarijs, & quatuor esperuerijs singulis annis, ad festa Natiuitatis domini, Paschæ, & Pentecostes, & Omnium sanctorum, & per tres dies post quodlibet festorum prædictorum, ac balliua pro præfato Iohanne ad eadem festa in prioratu de M. de qua G. quondam prior loci prædicti prædecessor &c. iniustè & sine iudicio disseisiuit R. patrem prædicti I. cuius hæres ipse est, post primam &c.

Nota.

* Nota breuia de quòd permittat in alijs casibus in quibus datur assisa nouæ disseisinæ per statutum W. secundi capit. xxv. & de quibus non datur recuperare ꝑ aliud præcipe quod reddat, vt de pontagio, tolneto, truagio, & alijs &c.

Quo iure.

REx, vicecomiti &c. salutẽ. Si A. fecerit te &c. tunc summoneas &c. B. quòd sit coram iustitiarijs &c. ostensurus quo iure exigit communiam pasturæ in terra ipsius A. desicut idem A. nullam habeat communiam in terra ipsius B. nec idem B. seruitium ei faciat, quare communiam in terra ipsius A. habere debeat vt dicit. Et habeas &c.

Regula.

☞ Cest briefe de quo iure sert pur vn comoner en son soil demaine, dount il est tenãt: Mes nemy en lieu ou il claime comõ, ꝑ Herle anno ij. Edwardi tertij.

Nota.

* Nota contra illos qui dicunt quòd istud breue iacet solummodo pro domino villæ vel manerij, & non pro tenente &c.

De admensuratione pasturæ.

REx, vicecomiti &c. salutem. Questus est nobis A. quòd B. & C. vxor eius iniustè superonerauerũt communem pasturam suam in N. ita quòd in ea plura habeant animalia & pecora quam habere debent, & ad ipsos pertinet habend'. Et ideo tibi præcipimus quòd iustè & sine dilatione admensurari facias pasturam illam, quòd prædicti B. & C. non habeant in ea plura animalia & pecora quam habere debent & ad ipsos pertinet habend', secundum liberum tenementum suum quod habent in eadem villa, & quod prædictus A. habeat in pastura illa tot animalia & pecora, quot habere debet & ad ipsum pertinet habenda: ne amplius inde clamorem audiamus &c.

Conceditur sine fine & non indorsetur.

Nota.

* Et nota q̃ cest briefe de admẽsuratione, ne gist pas vers celuy que ad comen appendant & auxint ꝑ especialtie des bestes sans nomber, mes deuers celuy q̃ ad comen appendãt & comen ꝑ especialtie à certain nomber des bestes, il poet assez bien. Mes donq; il couient al def. en pledant dire, quil ad comon ꝑ especialtie à tant des bestes, issint poet il vser sa comen ꝑ force de sa especialtie, & que outre cel nombre il nad surcharge la pasture: prist &c.

Nota.

* Et nota q̃ sil teise en pledant, & parle riens de son comon quil ad ꝑ lespecialtie, il perdra lauãtage per quel il se purroit auoir excuse ꝑ vertue de sa especialtie, & auxint à claimer come aprés ꝑ lespecialtie, vt patet anñ xxij. Edwardi tertij in asisa pur vn priour.

De attorñ inde.

¶ Ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ eſt in comitatu tuo ꝑ breue noſtrum inter A. & B. & C. vxorem eius, de communi paſtura ſua in N. admenſuranda. Et ideo &c.

De ſecunda ſuperoneratione paſturæ. W. ij. cap. viij. Conceditur ſine fine & non indorſetur & debet fieri copia breuis ꝓ rotul'.

Rex, vic' ſalutem. Monſtrauit nobis A. quòd cùm ipſe breue noſtrũ nuper tibi detuliſſet de communi paſtura ſua in N. admenſuranda, quã B. iniuſtè ſuperonerauit, & tu paſturam illam ꝑ præceptũ noſtrum, ꝓut moris eſt in regno nr̃o Angliæ, admenſuraueris: idem B. paſturam illam poſt admenſurationem prædictã iterum iniuſtè ſuperonerauit, in ipſius A. damnum non modicũ & grauamen, & contra formam ſtatuti ſuper hoc ꝓuiſi. Et quia eidem A. iuxta formã eiuſdem ſtatuti ſubuenire volumus vt tenemur: tibi præcipimus quòd in ꝓpria perſona tua accedas ad paſturam illã, & ꝑ ſacramentũ ꝓborum & legalium hominũ de balliua tua, per quos rei veritas meliùs ſciri poterit, de ſecunda ſuperoneratione eiuſdem paſturæ diligenter inquiras. Et ſi per inquiſitionem illam, paſturam prædictam per præfatum B. poſt primam admenſurationem iterum iniuſtè ſuperoneratam inueneris: tunc de auerijs illis in paſtura illa vltra debitum numerum poſt primam admenſurationem poſitis, vel de pretio illorum nobis ad ſcaccarium noſtrum reſpondeas, & ſuperonerationem amoueas ſupradictam. T. &c.

Nota.

✠ Nota quòd iſtud breue non fit niſi quando admenſuratio facta fuerit in coñ, Quia ſi coram iuſtitiarijs facta fuerit: tunc fiat breue de iudicio in hoc caſu.

Quòd vicecomes procedat ad paſturam admẽſurandam per defaltam. Sicut aliàs.

¶ Rex, vic' ſalutem. Cùm A. nobis nuper conqueſtus ſit, quòd B. & C. iniuſtè ſuperonerauerunt communem paſturam ſuam in N. ita quòd in ea plura habent animalia & pecora quàm habere debent, & ad ipſos pertinet habend' ſecundum liberum tenementum ſuum, per quod tibi præceperimus quòd iuſtè & ſine dilatione admenſurari faceres paſturam illam, ita quod prædicti B. & C. non habeant in ea plura animalia & pecora quàm habere debent, & ad ipſos pertinet habend' ſecundum liberum tenementum ſuum in eadem villa, & quòd prædictus A. habeat in paſtura illa tot animalia & pecora quot habere debet & ad ipſum pertinet habend', ne amplius &c. ac tu nihil inde feceris ſicut ex querela ipſius A. accepimus, cumque in breui de admenſuratione paſturæ ſtatutum ſit, quòd poſt magnam diſtrictionem dentur dies infra quos duo comitatus teneantur, ad quos proclametur quòd reus veniat actori reſpondere, ad quem diem ſi non venerit, fiat admenſuratio per defaltam: tibi præcipimus ſicut aliàs præcepimus, quòd iuſtè & ſine dilatione admenſurari facias paſturam illam vel antedictam, iuxta tenorem alterius breuis noſtri tibi inde directi, & iuxta formam ſtatuti inde æditi & prouiſi: ne per præfatum A. oporteat nos ſuper hoc iteratò ſollicitari. T. &c.

Pone pro defendente.

¶ Pone corã iuſtitiarijs &c. vſq; ibi, admenſurand'. Et dic præfato A. quòd tunc ſit ibi loquelam illã verſus præfatum B. inde ꝓſecuturus ſi voluerit. Et habeas ibi hoc breue & aliud breue &c. T. &c.

Regula.

☞ Fiat cum cauſa. Et fiat ſine cauſa pro petente ſicut in recordo &c.

Pone de admenſuratione paſturæ pro petente.

¶ Pone ad petitionem petentis corã iuſtitiarijs &c. tali die, loquelã quæ eſt in coñ tuo per breue noſtrum inter A. & B. de communi paſtura ſua in

in N. admensuranda. Et sum̄ &c. p̄dictum B. quòd tunc sit ibi pręfato A. inde responsurus. Et habeas ibi sum̄, hoc breue, & aliud breue. T. &c.

De attorn̄ inde. ¶ Rex, iustitiarijs suis de banco salutem. Sciatis &c. ad lucrandū vel perdendum &c. inter T. & W. de eo quòd idem W. iniustè superonerauerit communem pasturam suam in N. Et ideo vobis mandamus &c.

Regula. ☞ Breue de rationabilibus diuisis semper debet fieri inter villas diuersas.

De rationabilibus diuisis. REx, vic' salutē. Præcipimus tibi quòd iustè & sine dilatione facias esse rationabiles diuisas inter terram Edmundi Burton̄ in Carleton̄, & terram Simonis de Kirketon̄ in Sybesdon̄, sicut esse debent & solent: vnde idem B. queritur quòd prædictus S. plus inde trahit ad feodum suum, quam ad ipsum pertinet habend': ne amplius inde clamorem &c. pro defectu recti. T. &c.

Nota. ✲ Nota que autiel briefe fuit port anno xxxij. E. tertij Hillarij, ou les parties se mistrent en le grande assise nostre seigniour le roy, & quatre chiualers fuerent faits vener de eslier la graunde assise, & furent iures que loialment duissent eslier sans fauour à nul partie &c. & ils demaunder des iustices sils nauer assetz des receants, sils duissent eslier des traueilants, qui disoient que oy: & ils eslirent. 34. chiualers.

Regula. ☞ Breue de perambulatione facienda, semper fit de consensu partium, inter diuersas villas in vno comitatu vel diuersis. Et partes inter quas fiet perambulatio, venient in cancellariam, & concedent quòd perambulatio fiat inter terras suas, & debet cognitio illa irrotulari. Vel potest breue Dedimus potestatem dirigi alicui magnati, ad recipiendam cognitionem partium in hac parte, vel potest fieri dedimus potestatem inde. Et hoc. viij. R. aui.

De perambulatione facienda. REx, vicecomiti salutem. Pręcipimus tibi quòd assumptis tecum xij. discretis & legalibus militibus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad terram A. de B. in N. & terram C. de D. in E. & per eorum sacramentum fieri fac' perambulationem inter terram ipsius A. in N. & terram ipsius C. de D. in E. ita quòd perambulatio illa fiat per terras, metas & diuisas: quia prædicti A. & C. posuerunt se coram nobis in perambulationem illam. Et scire facias iustitiarijs nostris apud W. tali die, vel ad primam assisam sub sigillo tuo & sigillis quatuor legalium militum ex illis qui perambulationi illi interfuerint, per quas metas & diuisas perambulatio illa facta fuerit. Et habeas ibi nomina militum & hoc breue. T. &c.

Pone de rationabilibus diuisis. ¶ Pone ad petitionem petentis &c. inter H. & R. de rationabilibus diuisis inter terram ipsius H. in N. & terram ipsius R. in D. faciend'. Et sum̄ &c. prædictum H. &c. Et fiat breue de attornato inde eodem modo.

De warrantia cartæ. REx, &c. quòd iustè &c. warrantizet D. vnum mesuagium cum pertinentijs in R. quod tenet & de eo tenere clamat, & vnde cartam suam habet vt dicit. Et si &c. vel sic, manerium de N. cum pertinentijs, & aduocationem eiusdem villæ, quæ tenet &c. vsque ibi, vnde cartam suam habet, vel cartam R. patris, vel matris, vel alterius antecessoris prædicti H. cuius hæres ipse est vt dicit. Et nisi &c.

¶ De eo

¶ De eo quòd idem A. warrantizet præfato D. maneria de N. & K. & hundreda de F. & G. cum pertinentijs, & aduocationem ecclesiæ de N. Et ideo vobis mandamus &c. De attorñ inde.

☞ Fiat inde supersedeas vt in breui de recto, quando tenens forinsecum vocauerit ad warrantum &c. Regula.

☞ Breue de warrantia cartæ debet impetrari versus warrantum pendente placito principali, de tenemẽtis quæ warrãtizare debet: nã post iudiciũ redditum de placito principali, non valet hoc breue de warrantia cartæ. Et ideo debet hoc breue impetrari pendente placito principali. Nam si sic, quamuis warrantus moriatur pendente placito warrantiæ prædictæ, non propter hoc debet cassari breue, sed debet hæres eius resommoneri ad respondendum eidem breui.

☞ Nota que le bř de plegio acquietãdo in comitatu, nest pas maintenable sauns especialtie q̃ proue lacquitaunce, sil ne soit sur vn recouere fait deuers tiel plege en citee ou en burgh per vsage dicel. Car per la comen ley nul plege respondra sauns especialtie, vt patet Pasche. xliij. E. tertij en tiel brief. Regula.



Rex, vicecomiti salutẽ. Præcipimus tibi quòd iustities A. quòd iustè &c. acquietet B. de viginti solidis, vnde posuit eum in plegiagium versus C. & eum nondum acquietauit vt dicit, sicut rationabiliter monstrare poterit quod eum inde acquietare debet: ne ampliùs inde clamorem audiamus pro defectu iustitiæ. T. &c. De plegijs acquietandis in comitatu Magna carta ca. 7.

¶ Præcipe A. quòd iustè &c. acquietet B. de centum marcis, vnde posuit eum in pleg' versus C. & eum nondum acquietauit vt dicit &c. Aliter ad bancum.

¶ Quòd acquietet B. & C. executores testamenti D. de decem libris, vnde &c. posuit prædictum D. in pleg' versus M. & eos nondum acquietauit vt dicit &c. Aliter executoribus.

¶ Præcipe A. & B. executoribus testamenti C. quòd iustè &c. acquiet ẽt D. de tanto, vnde idem C. posuit eum in pleg' versus E. & nondum acquietauerunt &c. Aliter versus executores.

¶ Quòd acquietet B. de decẽ libris versus C. & D. executores testamẽti E. vnde posuit eum in pleg' versus p̃fatum E. & nondum acquietauit &c. Aliter.

¶ In loquela quæ est coram vobis per breue nostrum inter A. & B. de eo quòd idem B. acquietet præfatum A. de decem libris versus C. & D. executores testamenti E. vnde posuit eum in plegiagium versus præfatum E. Et ideo &c. De attorñ inde.

☞ Et variatur secundum formam originalium. Regula.

¶ De acquietando A. de quodam computo quem idem B. per C. de tempore quo idem C. fuit balliuus libertatis I. reginæ Angliæ matris nostræ in comitatu Deuoñ, coram thesaurario & baronibus nostris de scaccario reddere manucepit, vnde posuit eum in plegiagium versus nos in scaccario prædicto, & eum nondum acquietauit &c. De acquietãdo aliquem de cõputo.

¶ Præcipe M. & N. executoribus testamenti C. quòd &c. acquietent D. & E. executores testamenti F. de decem libris versus L. & G. executores testamenti I. vnde idem C. posuit præfatum F. in plegiagium versus prædictum I. & eos nondum acquietauerunt vt dicunt &c. Aliter p̱ executoribus versus executores.

Aliter quod nullus distringatur qui non est debitor nec plegius. W. 1. cap. 23.

¶ Rex, vicecomiti L. &c. salutem, vel balliuis suis de N. salutem. Cùm de communi consilio regni nostri Angliæ prouisum sit, quòd nullus de eodem regno distringatur pro debito aliquo, de quo principalis debitor vel fideiussor non existit: tibi vel vobis præcipimus quòd non distringas A. pro aliquo debito, de quo principalis debitor vel pleg' non existit, contra formam prouisionis prædictæ. Et districtiones &c.

Attachiamentum inde.

¶ Si A. &c. pone B. &c. ostensurus quare cùm de communi consilio &c. prædictus B. quendam equum ipsius A. apud N. inuentum, pro quodam debito de quo &c. non existit, cepit, & illum detinuit, quousque idem B. xx. s. à præfato A. pro deliberatione equi prædicti habend' extorsisset, ad graue damnum ipsius A. & contra formam prouisionis prædictę. Et habeas &c.

Aliter de acquietando plegio, quia principalis debitor sufficit. Magna carta. cap. 8.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Monstrauerunt nobis A. & E. quòd cùm ipsi deuenissent pleg' C. versus D. de quadam summa pecuniæ in qua idem C. præfato D. tenebatur, ac idem C. satis habeat vnde prædictum debitum soluere possit: tu nihilominus ipsos A. & E. distringas ad soluendum præfato D. pecuniam prædictam. Et quia iniustum est quòd plegij aliqui ad solutionem debiti compellantur, quamdiu principales debitores sufficienter habeant vnde debitum suum reddere possint: tibi præcipimus quòd prædictum C. distringas pro prædicta pecunia, & pręfatos pleg' suos pacem inde habere permittas. T. &c. vel addatur

Aliter.

ista clausula si necesse fuerit: Et aueria ipsorum A. & E. ea occasione capta, sine dilatione deliberari fac'. T. &c. vel sic: Et aueria sua si quæ ea occasione ceperis, sine &c.

Regula.

☞ Breue de annuo reditu fit quando aliquis debet alio annuũ reditum, ita quòd non moueat de tenementis. Et si non moueat de tenemento: tunc non potest nec debet augeri vel minui. Veluti quando quis recepit de camera alicuius viginti solidos nomine pẽsionis, vel de tenemẽto donec sibi fuerit ꝓuisum &c. Et si reditus ille moueat de tenemento: ita quòd tenementũ posset fieri escaeta capitali dño, si eidem domino detineatur: tunc fiat ei breue de consuetudinibus & seruitijs &c.

Nota.

*Nota que le plaintif en cest brief quensuit dannuitie, mainteignera faction sans especialty monstrer, sil & les auncesters ou predecessours eient estre seisees de mesme lannuite de temps dont memorie ne court. s. de temps le roy Richard, vt patet termino Michaelis anno Edwardi laiel. xlj. placito. xx.

De annuo reditu.


Ex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd iustities A. quòd iustè &c. reddat B. centum marcas, decem quarteria frumenti, & viginti robas, quæ ei a retro sunt de annuo reditu centum solidorum, duorum quarteriorum frumenti, & vnius robæ quem ei debet vt dicit, sicut rationabiliter monstrare poterit quòd ei reddere debeat: ne ampliùs inde clamorem &c.

Aliter.

¶ Præcipe A. quòd iustè &c. reddat Bernardo centum solidos, qui ei à retro sunt de annuo reditu viginti solidorum, quem ei debet vt dicit. Et nisi fecerit &c.

Regula.

☞ Eodem modo fiat de auena, hordeo, braseo, & similibus &c. Et nota quòd non debent fieri plures Præcipe in isto breui &c.

¶ In

¶ In loquela quæ est coram vobis per breue nostrum inter ipsum A. & B. de eo quòd idem A. reddat præfato B. centum solidos, qui ei à retro sunt de annuo reditu centum solidorum. Et ideo &c. De attorñ inde.

¶ Quòd iustè &c. reddat B. viginti marcas, & medietatem trium pannorum cum pellura, & duorum pannorum cum sindone, quæ ei à retro sunt de annuo reditu decem marcarum, & medietatis vnius panni cum furrura, & vnius panni cum sindone, quem ei debet vt dicit. Et nisi &c. Aliter de annuo reditu.

¶ Quòd reddat B. viginti libras, viginti robas, & viginti furruras, quæ ei à retro sunt de annuo reditu viginti solidorum, vnius robæ, vnius furruræ, quem ei debet vt dicit &c. Aliter.

☞ Istud breue non conceditur executoribus: sed habeāt breue de debito &c. Regula.

✠ Et nota que pur ceo que home est enheritable dannuite: home poet ent fayre assignee. Et assignee maynteindra son brief dannuitie, & en son count il fra mencion de cell assignement, vt patet termino Michaelis an. Edwardi aui. xlj, en brief dannuitie placito. xx. Nota.

☞ Cest brief quensuit est brief de droit & serra close, & trie per bataille ou graund assise. Regula.

REx, vicecomiti salutem. Præcipe A. quòd iustè &c. faciat B. consuetudines & recta seruitia quæ ei facere debet, de libero tenemento suo quod de eo tenet in N. vt in reditibus, arreragijs, & alijs. Vel sic, in homagijs, releuijs, & alijs. Vel sic, in sectis, curijs, & alijs. Et nisi fecerit &c. De consuetudinibus & seruitijs.

✠ Quære si quærens in hoc breui recuperabit damna, necne. Nota.

¶ Inter B. & A. de eo quòd idem A. faciat præfato B. consuetudines & recta seruitia quæ ei facere debet, de libero tenemento suo quod de eo tenet in N. Et ideo vobis mandamus &c. De attorñ inde.

☞ Sciendum quòd specificatio arreragij debet omitti, in casu vbi impetrator nunquam fuit seisitus de consuetudinibus & seruitijs illis, sed eius antecessor: tunc fiat ei breue in quo fiat omisio de seruitijs &c. Regula.

¶ Præcipe A. quòd iustè &c. faciat B. consuetudines & recta seruitia, quæ ei facere debet, de libero tenemento &c. vt suprà, vt in reditibus, & alijs &c. Et nisi &c. Aliter.

¶ Quòd faciat B. recta seruitia quæ ei facere debet, de libero tenemento &c. vt in reditibus, arreragijs, & alijs &c. Aliter.

¶ Iustities A. quòd iustè &c. faciat B. consuetudines & recta seruitia &c. vt suprà, sicut rationabiliter monstrare poterit quod ei facere debeat: ne ampliùs &c. Iustities de eodem.

¶ Rex, maiori & vicecomitibus London̄ salutem. Præcipimus vobis quod &c. W. quòd iustè &c. faciat C. recta seruitia quæ &c. in London, vt in reditibus, arreragijs, &c. Aliter in London.

✠ Et nota quòd semper quando tenementa sunt infra Burgum: dicetur recta seruitia tantùm, & omittatur le consuetudines, & nota causam. Et nota quando sunt diuersa præcipe: tunc ponantur omnia præcipe simul de illis de quibus fuerit seisitus, & in vltimo præcipe ponatur ista clausula, vt in reditibus, arreragijs, & alijs. Et similiter ponantur simul omnia alia de quibus non fuerit seisitus, & in vltimo præcipe ponatur, vt in reditibus & alijs, & omittatur arreragijs vt supra notatur. Et possunt prædicta breuia fieri in comitatu licet teñ &c. Nota.

Quod vicecomes non permittat &c. distringere pro consuetudinibus &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd non permittas quòd A. distringat B. ad faciendum ei consuetudines vel seruitia quæ de iure facere non debet nec solet. T. &c.

Nota.

✻ Nota q̃ cest brief est brief de droit, & doit estre plede per mesmes les delaies & per mesme lissue come le brief de Quo iure. s. batail ou graunde assise: & gist pur le tenaunt que ne claime rien à tenir de luy que distreine &c.

De cartis reddendis in comitatu.



REx, vicecomiti salutem. Pręcipimus tibi quòd iustities L. quòd iustè &c. reddat T. quãdam cartam, vel duas vel tres cartas, vel quoddam scriptum obligatorium, vel conuentionale, vel acquietãtiæ, vel quietę clamãtiæ, vel testamentariũ, vel quoddã cyrographũ, quã, quas, quod vel quæ, ei iniustè detinet vt dicit: sicut rationabiliter monstrare poterit &c. ne ampliùs &c.

Regula.

☞ In breui de cartis reddendis semper debet poni certus numerus cartarum vel scriptorum.

Aliter ad bancum.

¶ Præcipe T. quòd reddat W. quandam cartam quam ei iniustè detinet vt dicit. Et nisi fecerĩ &c.

Aliter de pixide.

¶ Quòd reddat B. quandam pixidem cum tribus scriptis obligatorijs in eadem pixide contentis, sub sigillo prædicti B. consignatam, vel sic, sub sigillo I. patris prædicti B. cuius hæres ipse est, consignatam, vel omittatur, consignatam &c.

Aliter de baga, cista & pixide.

¶ Pręcipe T. quòd reddat W. quandam bagam, vel quandam cistam, vel pixidem, cum cartis, scriptis, & alijs minumentis in eadem pixide contentis quam &c.

De attorñ inde.

¶ In loquela quæ est &c. de eo quòd idem T. reddat præfato W. quandam cartam &c. Et ideo vobis mandamus &c.

Pone de eodẽ.

¶ Pone ad petitionem petentis coram &c. loquelam quæ est in comitatu tuo per breue nostrum inter A. & B. de eo quòd idem B. reddat pręfato A. vnam cartam. Et sum &c. T. &c.

Prohibitione placitũ teneat' de detentione cartarum sine breui.

¶ Rex balliuis I. R. de P. salutem. Cùm placita de detentionibus cartarum seu scriptorum liberum tenementum tangentium, in aliquibus curijs quę recordum non habent, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ sine breui nostro placitari non debeant, ac T. W. de eo quòd idem W. reddat præfato T. tres cartas coram vobis in curia prædicti domini vestri de P. sine breui nostro implacitet vt accepimus: vobis præcipimus quòd si ita est, tunc placito illi coram te vel vobis in curia pręd ici domini vestri vel pręd icta, sine breui nostro vlteriùs tenend' supersedeatis omnino. Et pręfato A. dicatis vel dicas ex parte nostra, quod breue nostrum de detentione cartarum prædictarum versus præfatum W. sibi impetret si sibi viderit expedire.

Nota.

✻ Istud breue ordinatum fuit per consilium.

Aliter.

¶ Præcipe A. quòd &c. reddat B. qnoddam scriptum per quod præfatus B. omnia bona & catalla sua in manerio de B. nuper existentia I. dedit & concessit, quòd ei iniustè &c. anno nono per consilium &c.

Nota.

✻ Eodem modo fiat de alijs quando non continentur sub nominibus supradictis in primo breui &c.

¶ Præcipe

¶ Præcipe &c. quòd reddat B. quoddam scriptum, per quod B. attornauit C. ad liberandum seisinam nomine ipsius A. præfato B. quæ &c. Aliter.

⁂ Et nota que si tiel brief soit port vers executors, mesque la ciste ou bage en la quel les charters ou escripts sont, ne soit pas enclose ou enseale : vnquore mesq; le brief face mencion qu'el soit clos, ou qu'il count ainsi, le briefe & le count sont asses bons : car ils naueront my trauers à cel, vt patet termino Hillarij an. E. tertij aui regis nunc. xli. placito. v. Nota.

⁂ Et auxint notá que quant home demand per tiel brief vne bage, vne ciste, ou vn boyeste oue tantz charters &c. il ne doit my fayr mencion en le brief neen le count queux maners escripts ou charters ils sont, si come il fra quant il demand charter ou escriptes per eux mesmes, vt patet placito prædicto &c. Nota.

☞ Sequitur breue de medio, & potest placitari in comitatu & coram iustitiarijs de banco, & in itinere. Nec cessent districtiones super tenentes, licet breue illud impetratū fuerit super medium suum, eò qd' capitalis dominus semper habet recursum ad feodum suū distringendū pro consuetudinibus & seruitijs & eorū arreragijs. Et hoc intelligendum est antequam medius adiudicetur de feodo suo & seruitio per processum, statuto W. ij. cap. ix. Quia si sic : tunc dominus non habet potestatem distringendi tenentem suum, si ipse offerat ei seruitium debitum & consuetum vt patet per prædictum statutum. Et proclamatio fiet in isto breui ad primam districtionem vt patet termino Hillarij. xvj. Regula de medio.



Ex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd iustities A. quòd iustè &c. acquietet B. de seruitio, quod C. ab eo exigit de libero tenemento suo quod de præfato A. tenet in I. vnde idem A. qui medius est inter eos, eum acquietare debet vt dicit, & vnde queritur quòd pro defectu eius distringitur : sicut rationabiliter monstrare poterit quod eum acquietare debeat : ne amplius &c. De medio in comitatu.

¶ Quòd iustè &c. acquietet B. de seruitio quod nos ab eo exigimus, de libero tenemento vnde idem A. qui medius est inter nos & præfatum B. eum acquietare debet &c. Aliter.

¶ Præcipe A. quòd iustè &c. acquietet B. de seruitio &c. Et vnde queritur vt suprà, vsq; ibi, distringitur. Et nisi &c. Aliter coram iustitiarijs.

¶ Inter A. & prædictum B. de eo quòd idem B. acquietet p̄fatum A. de seruitio qd' C. vel nos ab eo exigit vel exigimus, de libero tenemēto suo quod de pręfato B. tenet in I. Et ideo vobis mandamus &c. De attorñ inde.

☞ Et fiat inde pone p̄ petente & p̄ defendēte, vt in replegiari mutatis mutādis. Regula.

¶ Pone ad petitionem petentis coram iustitiarijs &c. loquelam quæ est in comitatu tuo per breue nostrum inter A. & B. de eo quòd idem A. acquietet præfatum B. de seruitio quod C. ab eo exigit de libero tenemento suo quod de præfato A. tenet in I. &c. Pone inde.

☞ Home poet auoir acquitance de seruitijs en trois maners, ou per fait q̄ vaut acquietance, ou pur ceo que le mean est seisi dautiels seruices per my le main le tenant come le seigniour peramont demande de lui. Et pur ceo que il & ses ancesters ont acquites luy & ses ancesters de tout temps & auxi per recordum, & pur ceo quil tient de luy en frank mariage, ou en frankalmoign &c. ou en dower &c. Mes sil tient en frankalmoigne : il nauer iames la proclamacion : & ceo est tenuz per Wilby Anno iiij. E. tertij, termino Pasche en brief de mesne. Regula.

⁂ Nota

Nota. ✠ Nota que ceux de counte de Cornewal claiment pleder tielx plees de mean saunz brief, & ils soloient auoir bre de recordare sur tielx plees grantez in la chancery. Mes anno xvj. lour fust denie le recordari, & ils disoient la quils ount claime en eire, & lour ad estre allowe. Et auxi ou ils ont claimes pledre plee de dower saunz brief &c.

Regula. ☞ Brief de mesne gist lou le tenant est distrein pur seruice faire à son seigniour, dont le mesne luy doit acquiter. Et poet estre plede en citee & en coūte & remue en bank per le pone.

Nota. ✠ Nota que si le mean soit prest de faire les seruices duez deuant le bre de mean porte, le tenant auera cesty brief quensuit directe à viscount de counte ou le seigniour distrein pur tiels seruices, quil ne souffre le tenant ou ses homes estre destraintz per le seigniour pur mesmes les seruices, vt patet in breui.

Quòd tenens in dominico nō distringatur, quia medius paratus est ad acquietandum.

¶ Rex vic' salutem. Monstrauit nobis W. quòd cùm B. teneat vnam acram terræ cum pertinentijs in C. de feodo I. ac idem B. qui medius est inter præfatos W. & I. paratus sit acquietare prædictum W. de seruitijs, quæ prædictus I. ab eo exigit: idem I. licet præfatus B. coram te sæpius obtulerit ad acquietandum ipsum W. de seruitio prædicto, nihilominus prædictus I. ipsum W. & homines suos maliciosè distringit pro seruitio prædicto. Et quia hoc iniustum est & contra legem & consuetudinem regni nostri Angliæ: tibi præcipimus quòd si ita est, tunc non permittas ipsum W. & homines suos distringi per præfatum I. nec de cætero vexari occasione prædicta. T. &c.

Recordare de acquietando de omnibus demandis ratione homagij & seruitij certorū tenentium.

¶ Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd assumptis tecum quatuor discretis & legalibus militibus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad curiam N. & in plena curia illa recordari facias loquelam quæ est in eadem curia sine breui nostro inter I. & K. de eo quòd idem K. acquietet præfatum I. de omnimodis demandis quæ ab eo exigi possunt ratione homagij & seruitij certorum tenentium in R. eidem I. per præfatum K. concessorum. Et recordum illud habeas coram iustitiarijs nostris &c. vt suprà. in le Recordare de auerijs &c.

De recordo & processu mittendo.

¶ Rex thesaurario & baronibus suis de scaccario salutem. Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus, super recordo & processu loquelæ quæ fuit coram W. de N. & socijs suis iustitiarijs domini H. nuper regis Angliæ aui nostri de banco, per breue suum anno regni sui decimo, inter priorem de S. & I. de eo quòd idem I. acquietet ipsum priorem de seruitio quod Episcopus D. ab eo exigit de libero tenemento suo quod de præfato I. tenet in K. vnde idem I. qui medius est inter eos eum acquietare debet vt dicit: vobis mandamus quòd scrutatis rotulis & memorandis prædicti W. de tempore prædicto qui sunt in thesauraria sub custodia vestra vt dicitur, recordum & processum loquelæ prædictæ cum omnibus ea tangentibus, nobis sub sigillo scaccarij prædicti distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breue. T. &c.

Nota. ✠ Nota que null brief de garde poet estre plede en counte, forsq; briefe de droit de gard &c. Nota que en brief de gard ou la terre & le heir sont demandes: il ne couient pas nomer le propre nome del heir. Mes en cas que le gard de corps est solement demande: il couient luy nomer per son propre nosme.

✠ Nota

*Nota qui si home marie sa file deins age que serra son heir, à vn home de plein age & deuie: le seigniour nauera pas la gard, car le baron luy purra faire les seruices. Mes en cas q̄ home marie sa file de plein age à vn home deinz age & deuie: en tiel cas le seigniour auera la gard, quar la femme ne poet pas faire le seruices durant la couerture. Nota.



Ex omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quòd commisimus dilecto valecto nostro W. de C. custodiam omnium terrarum & tenementorum cum pertinentijs in N. in comitatu S. quæ fuerunt H. de M. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, & quæ per mortem p̄dicti H. & ratione minoris ætatis hæredis prædicti H. in manu nostra existunt: habend' cum omnibus ad custodiam illam spectantibus vsque ad legitimam ætatem hæredis prædicti, vnà cum maritagio eiusdem hæredis absque disparagatione: reddendo nobis per annum ad scaccarium nostrum pro custodia prædicta extentam terrarum & tenementorum prædictorum inde factam vel faciendam, vnam videlicet medietatem ad scaccarium nostrum Paschæ, & aliam medietatem ad scaccarium nostrum sancti Michaelis, & soluendo nobis ad idem scaccarium nostrum pro maritagio prædicto tantum quantum aliquis dare voluerit pro eodem. Et si de præfato hærede humatus contingat antequam ad legitimam ætatem suam peruenerit, & per præfatum W. maritatus non fuerit, hærede suo infra ætatem existente: tunc idem W. habeat custodiam terrarum & tenementorum prædictorum vsq; ad legitimam ætatem hæredis prædicti sic infra ætatem existentis, vnà cum maritagio eiusdem hæredis absq; disparagatione in forma prædicta: & sic de hærede in hæredem quousque aliquis hæres prædictorum ad legitimam ætatem suam peruenerit, & idem W. effectum maritagij alicuius hæredis eorundem fuerit assecutus. In cuius &c'. T. &c. De custodia commissa.

¶ Rex A. de K. salutem. Cùm tali die proximo præterito vel anno tali, concesserimus vel commiserimus dilecto &c. I. de K. custodiam omniū terrarum &c. recitando patentem, prout in literis nostris patentibus inde confectis pleniùs continetur: nos volentes dictam concessionem vel commissionē nostrā effectui debito plenariè mancipari, vobis mādamus vel tibi præcipimus prout casus fuerit, qd' hæredem p̄dictum qui in custodia vestra vel tua existit vt dicitur, præfato I. liberetis vel liberes: habendum & custodiendum iuxta tenorem literarum nostrarum prædictarum. Et hoc nullatenus omittatis vel omittas. T. &c. Breue super patente ad deliberandū hæredem illi qui habet custodiam terræ.

¶ Rex vic' &c. salutē. Cùm tali die vt suprà recitato patente prout &c. tibi præcipimus qd' hæredem prædictum, vbicunq; & in cuiuscunque custodia in comitatu prędicto infra libertates vel extra eum inuenire poteris, capi & arrestari, & eum prefato I. liberari fac': habendum & custodiend' in forma prædicta. Vel ipsum hæredē, cum eum ceperis, coram consilio nostro apud W. tali die proximo futuro personaliter habeas, vt de ipso hærede per dictum consilium nostrum fieri & ordinari valeat, prout inde iuxta vim & effectum literar̄ nostrar̄ prędictarum fuerit ordinand'. Et hoc sub pœna centū librarū nullatenus omittas. T. &c. Breue inde vicecomiti.

De custodia terræ & hæredis Merton c.vj. Marlebrid. ca. 6. & 16. W. 1. cap. 21. & 45. & W. 2. cap. 35. Aliter in comitatu.



Ex, vic' salutem. Præcipe A. quòd iustè &c. reddat B. custodiam terræ & hæredis C. quę ad ipsum B. pertinet, eò qd' prædictus C. terram suam de eo tenuit per seruitium militare vt dicit. Et nisi &c.

¶ Præcipimus tibi quòd iustities A. &c. reddat B. custodiam terræ & hęredis C. quæ ad ipsum B. pertinet, eò quòd prædictus C. terram &c. militare vt dicit, sicut rationabiliter monstrare poterit &c.

De hærede tantum.

¶ Præcipe A. & M. vxori eius, quòd &c. reddant B. & C. vxori eius W. filium & hęredem S. cuius custodia ad ipsos B. & C. pertinet, eò quòd prędictus S. terrã suam de pręfata C. vel sic, de I. patre prædictæ C. cuius hęres ipsa est, tenuit per seruitium militare vt dicunt &c.

De terra tantũ.

¶ Quòd reddat B. custodiam vnius virgatæ terrę cum pertinentijs in N. quæ ad ipsum B. pertinet, eò quòd C. terram illam de eo tenuit per seruitium militare vt dicit. Et nisi &c.

Aliter ratione dimissionis.

¶ Quæ ad ipsum B. pertinet, ratione dimissionis quam A. de quo prædictus C. terram illam tenuit per seruitium militare inde fecit eidem B. vt dicit. &c.

De custodia ratione custodiæ.

De filiabus hæredibus.

¶ Quòd reddat B. filium & hæredem C. cuius custodia ad ipsum B. pertinet, ratione custodiæ terrę & hæred' R. de quo prædictus C. terram suam tenuit per seruitium militare, in custodia ipsius B. existentis vt dicit. Vel sic, quòd reddat B. E. & F. filias & hæredes C. quarum custodia &c.

Regula.

☞ Si home demaund gard per reson de gard: il nest mye mistier daffermer droit en son persone de la primer gard per ista verba, eò qd' &c. pur ceo q̃ cõtinuance de seisine l'afferme assez ꝑ auters cas, come apiert per dictũ de Heron en vn quare impedit pur le roy termino Paschæ an. &c. Mes il couient daffermer en la secund gard per mesmes les paroles en la person que tient de luy. Et nota breue de tertia custodia si euenerit, & causam de Colygborum.

De custodia in socagio.

¶ Quòd reddat B. W. filium & hæredem C. cuius custodia ad ipsum B. pertinet, eò quòd prædictus C. terram suam tenuit in socagio, & prædictus B. propinquior est hæredi ipsius C. vt dicit &c.

Regula.

☞ Et potest placitari in comitatu & remoueri per le pone: & breue præcedens similiter s. quando tenuit per seruitium militare sic, pone loquelam quæ &c. vt patet inferiùs. &c.

De custodia terræ tantum. Aliter de terra & hærede.

¶ Quòd reddat I. custodiam decem acrarum terræ cum pertinentijs in N. quæ ad ipsum I. pertinet, eo qd' prædictus C. terram illam tenuit in socagio, & prædictus I. propinquior est hæredi ipsius C. vt dicit &c. vel custodiam terrę & hęredis C. quę &c. vt suprà.

Regula.

☞ In casu socagij non fit breue ratione donationis, eò qd' moriente hæreditate aliqua vel descendente ex parte patris hærede infra ætatem existente: mater ipsius hæredis habebit custodiã tam terræ quàm hæredis si superstes fuerit. Sin autem, alius qui propinquior fuerit ex parte matris habebit custodiam illam. Eodem modo obseruabitur ex parte patris, nisi pater ipse vixerit. Qui si viuat & prolem de vxore suscitauerit: habebit hæreditatem vxoris ad vitã suã per legem Angl'. Et ideo custodia huiusmodi non potest vendi.

Regula.

☞ Notandum est qd' breue ratione custodiæ in manu custodis in socagio: potest fieri

fieri sicut patet, quia habuit breue de raptu anno viij. & eadem ratione potest habere breue de recto ratione custodiæ &c.

¶ Inter A. & præfatum B. de eo quòd idem B. reddat præfato A. custodiam terræ & hæredis C. vel I. filij & hæredis C. &c. De attornato inde.

¶ Pone &c. loquelam &c. & B. de eo quòd idem B. reddat præfato A. custodiam terræ & hæredis C. vel sic, custodiam I. filij & hęredis C. Et summ. &c. vt in pone de auerijs &c. Pone inde.

¶ Præcipe A. quòd iustè &c. reddat B. custodiam terræ & hæredis C. quæ ad ipsum B. pertinet ratione custodiæ I. filij & hæredis D. qui terram suam tenuit in socagio in manu ipsius B. existentis, eò quòd prædictus C. terram suam tenuit in socagio, & prædictus I. propinquior est hæredi ipsius C. &c. Eodem modo fiat de attachiamento inde &c. De custodia in socagio ratione custodiæ.

¶ Quòd reddat G. vni filiarum & hæredum W. & Philippo de D. custodiam terræ & hæredis R. quæ ad ipsos G. & P. pertinet, eò quòd prædictus R. terram suam de præfata G. & M. sorore eiusdem G. filia & altera hæredum eiusdem W. infra ætatem & in custodia prædicti Philippi existentis, tenuit per seruitium militare vt dicunt. Et nisi &c. Pro domino qui habet custodiam vnius hæredis, & pro altera quæ est plenæ ætatis.

* Nota que cest briefe que ensuit de eiectment de gard, soloit auncienment estre fait sic: si A. &c. ostensurus quare cùm custodia terræ & hæredis B. vsque ad legalem ætatem &c. Mes tiel briefe ne vaut mye, pur ceo que le briefe est repugnant en luy mesme, pur ceo que le heire ne purra my estre recouer per cest brief, mes per briefe de rauishment de garde &c. Et nota que an. ij. E. filij regis E. tiel briefe fuit adiudge bon. Nota.

REx, &c. Si A. fecerit &c. tunc summ &c. ostensurus quare cùm custodia terræ & hæredis C. vsque ad legitimam ætatem hæredis prædicti ad ipsum A. pertineat, eò quòd prædictus C. terram suam de eo tenuit per seruitium militare, ac idem A. in plena & pacifica seisina eiusdem custodiæ diu extiterit: prædictus B. prædicto hęrede infra ætatem existente, ipsum A. à custodia illa violenter eiecit vt dicit. Et habeas ibi sum & hoc breue. De eiectione custodiæ W. ij. c. xxxvj.

¶ Inter H. & R. de quadam transgressione eidem H. per præfatum R. illata vt dicitur, & ideo &c. De attorn inde.

* Nota quòd breue de eiectione custodiæ impetratum fuit anno xxxij. E. iij termino Hillarij versus ipsum hæredem, cuius custodiam impetrator habuit. Et cassabatur breue eò quod versus huiusmodi hæredem in tali casu iacet breue de intrusione in hæreditatem. Nota.

¶ Ostensurus quare cum custodia vnius virgatæ terræ cum pertinentijs in G. vsque ad legitimam ætatem I. filij & hæredis C. ad ipsum H. pertineat, ratione dimissionis quam R. de quo prædictus C. terram illam tenuit per seruitium militare, inde fecit eidem H. vt dicitur, ac idem H. in plena & pacifica seisina eiusdem custodię diu extiterit: idem G. hærede prædicto infra ætatem existente, præfatum H. a custodia illa violenter eiecit vt dicit &c. Aliter ratione dimissionis custodiæ terræ tantùm.

¶ Ad ipsũ A. vsq; ad legitimã ætatẽ I. filij & hęredis R. ptineat ratione dimissionis quã T. qui custodiã illam habuit ex dimissione S. de quo pd R. terram Aliter ratione secundæ dimissionis.

R. terram &c. per seruitium militare inde fecit præfato A. ac idem A. &c. vel sic, ratione dimissionis quam T. in custodiam illam habuit ex commissione domini E. nuper regis Angliæ patris nostri, de quo prædictus R. terram suam tenuit per seruitium militare, inde fecit præfato A. ac idem A. &c.

Aliter ratione tertiæ dimissionis.

¶ Ratione dimissionis quam T. cui D. custodiam illam dimisit, qui illã habuit ex dimissione S. de quo prædictus R. &c. inde fecit præfato A. vt dicitur, ac idem A. &c.

Nota.

✲ Nota que termino Pasche anno xx. E. tertij, briefe de eiectment de garde fuit porte vers iij. la proclamation fuit retorne deuers vn que vient, & le plaintife voilloit auer count deuers luy, & la court ne voilloit souffrer tanque les auters venissent &c.

Nota regulam bonam.

✲ En cest briefe de eiectione custodiæ, soloit estre fait pone per vadium, & en les parols du briefe auter trespas assigñ, come baterie ou emporter des biens &c. Mes cest briefe pone per vadium fuist abatus termino Hillarij anno xj. Edwardi tertij, pur ceo quil comprist deux actions de diuerses natures, & pur ceo que le briefe de eiectment nabatera per mort le defendant, & le briefe du trespas abatera, & pur ceo que la proclamation ceo ferra en mesme le briefe & nemy en bre de trespas, & per auters causes illonques assignes &c.

Aliter pro eo qui tenuit per commissionem regis.

¶ Si G. &c. ad respondendum tam nobis quam præfato G. quare cum nos nuper commiserimus præfato G. custodiam terrarum & tenementorum cum pertinentijs quæ fuerunt I. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, & quæ ratione minoris ætatis P. consanguinei & hæred' prædicti I. in manu nostra exstiterunt, habend' cum omnibus ad custodiam illam spectantibus vsque ad legitimam ætatem prædicti hæredis, & idem G. in plena & pacifica seisina eiusdem custodiæ prætextu commissionis nostræ prædictæ diu extitisset: idem W. hærede prædicto infra ætatem existente, prædictum G. à custodia centum solidatarum reditus cum pertinentijs in H. inde violenter eiecit. &c.

De eiectione custodiæ prioratus.

¶ Ostensurus quare cùm custodia prioratus de C. ad ipsum A. in vacatione eiusdem prioratus pertineat, ac idem A. in plena & pacifica seisina eiusdem custodiæ in vltima vacatione prioratus prædicti diu extiterit: prædictus B. ipsum A. à custodia illa violenter eiecit &c. T. &c. Anno vij.

Regula.

☞ Et dictum fuit quòd de huiusmodi custodia potest fieri breue de recto sic, qd' reddat custodi prioratus &c. quod patet per magnam cartam cap. xxij.

Aliter ratione dimissionis executorum.

¶ Ratione dimissionis quam A. & B. executores testamenti C. cui D. de quo prædictus I. terram suam tenet per seruitium militare, custodiam illam dimisit vsque ad legitimam ætatem prædicti hæredis, inde fecer̃ prædicto W. ac idem W. in plena &c. vt suprà.

De eiectione custodiæ in socagio.

¶ Ostensurus cùm custodia x. acrarum terræ &c. ad ipsum A. vsque ad legitimam ætatem H. filij & hæredis M. pertineat, ratione dimissionis quam S. cui custodia prædictorum terræ & hæredis pertinuit, eò quòd prædictus M. terram suam tenuit in socagio, & prædictus S. propinquior est hæredi ipsius M. inde fecit præfato A. ac idẽ A. in plena &c. extiterit: prædictus B. ipsum A. &c.

REx, vicecomiti salutem. Si A. fecerit &c. tunc summ̄ &c. I. filium & hæredem C. &c. ostensurus quare cùm custodia &c. ad ipsum A. vsque ad legitimam ætatem hæredis prædicti pertineat, ratione dimissionis quam R. de quo prædictus C. terram illam vel suam tenuit per seruitium militare, inde fecit præfato A. ac idem A. in plena & pacifica seisina &c. extiterit: prædictus I. infra ætatem existens, se in terram prædictam intrusit, & custodiam illam præfato A. detinet, ad damnum ipsius A. non modicum & grauamen vt dicit. Et habeas &c. *De intrusione in hæreditatem qn̄ hæres est infra ætatem tempore impetrationis huiusmodi breuis.*

¶ Ostensurus quare cùm custodia manerij de T. cum pertinentijs, vsq; ad legitimam ætatem prædicti I. ad ipsum G. pertinuisset, ratione dimissionis quam B. cui H. de quo & G. vxore eius prædictus C. manerium illud tenuit per seruitium militare illud dimisit, inde fecit præfato G. ac idem G. in plena & pacifica seisina eiusdem custodiæ diu extiterit: prædictus I. dum infra ætatem fuit, se in manerium prædictum intrusit, & custodiam illam præfato G. hucusque detinuit, ad damnum ipsius G. &c. vt dicit &c. *Aliter ratione dimissionis qn̄ hæres est plenæ ætatis die impetrationis huiusmodi breuis.*

¶ Ostensurus quare cùm custodia centum acrarum terræ &c. ad ipsum R. dum vixit vsque ad legitimam ætatem hæredis prædicti pertinuisset, eò quòd prædicta M. &c. per seruitium militare, ac idem R. in vita sua, & ijdem executores post eius mortem in plena & pacifica seisina eiusdem custodiæ diu extiterant: prædictus C. infra ætatem existens, se in terram prædictam intrusit, & custodiam illam præfatis executoribus detinet, in retardationem executionis testamenti prædicti vt dicunt &c. *Aliter pro executoribus inde.*

REx &c. Si A. fecerit &c. tunc pone &c. B. quòd sit coram iustitiarijs nostris &c. tali die, vel coram nobis tali die &c. ostensurus quare I. filium & hæredem C. vel consanguineum & hæredem C. infra ætatem existentem, cuius maritagium ad ipsum A. pertinet, apud N. inuentum rapuit & abduxit, contra voluntatem ipsius A. & contra pacem nostram. Et interim diligenter inquiras vbi hæres ille sit in balliua tua, & ipsum vbicumque fuerit inuentus, capias & saluò & securè custodias, ita quòd eum habeas coram præfatis iustitiarijs nostris ad pręfatum terminum, ad reddendum cui prædictorum A. & B. reddi debeat. Et habeas &c. *De hærede rapto. W. ij. ca. xxxv. Indorsetur breue de statuto.*

¶ Vel sic, ad reddendum cui vel quibus prædictorum A. B. C. & D. reddi debeat. Et habeas &c. *Aliter.*

✻ Nota que le gardein de fait auera autiel briefe come le gardein de droit, quant le heire est raui hors de sa garde, sans dire en le briefe ratione dimissionis. *Nota.*

¶ Rex, vic' salutem. Questus est nobis G. quòd B. C. filium & hæredem I. infra ætatem & in custodia sua existentem apud E. in comitatu Lincoln̄ inuentum rapuit, & de comitatu illo vsque I. in comitatu tuo duxit, contra voluntatem ipsius G. & contra pacem nostram. Et ideo tibi præcipimus quòd prædictum hæredem vbicunque eum in balliua tua inuenire poteris, capias, & saluò & securè custodias, ita quòd eum *Aliter qn̄ dicitur de vno comitatu in alium. W. ij. ca. xxxv.*

habeas coram nobis vel coram iustitiarijs apud Westm̄ tali die, quem diem idem A. habet versus præfatum B. ad reddendum cui de iure debeat. Et habeas ibi hoc breue. T. &c.

Regula. ☞ Si vnus sit querens & plures defendentes, vel è contrario, vel plures querentes & plures defendentes: semper dicitur, cui vel quibus prædictorum, & nulla fiat ibi differentia. Et potest fieri coram rege.

Nota. ✣ Nota quòd breue istud non debet fieri antequam fiat breue præcedens, & hoc patet per ista verba, quem diem &c.

De attorñ inde. ¶ Inter A. & B. de quadam transgressione eidem A. per præfatum B. illata vt dicitur. Et ideo &c.

De hærede rapto in socagio qñ non maritatur. ¶ Si A. fecerit &c. tunc pone &c. N. quòd sit &c. ostensurus quare cùm custodia terræ & hæredis C. vsque ad legitimam ætatem ipsius hæredis ad ipsum A. pertineat, eò quòd prædictus C. terram suam tenuit in socagio, & prædictus A. propinquior est hæredi ipsius C. ac idem A. in plena & pacifica seisina eiusdem custodię diu extiterit: prædictus N. filium & hæredem prædicti C. infra ætatem & in custodia ipsius A. existentem apud N. inuentum vi & armis cepit & abduxit, & alia enormia ei intulit, ad graue damnum ipsius A. & contra pacem nostram. Et habeas ibi nomina pleg' & hoc breue. Vel sic, vi & armis cepit & abduxit, & ipsum sine licentia & volūtate ipsius A. maritauit, ad graue damnum &c. vt suprà.

Aliter quando hæres maritatur.

Regula. ☞ En vn bf de rauishment de garde en socage, que R. & A. sa femme porterunt anno primo regis &c. les defendants plederont de rien culpable, ou troue fuist p̱ enquest quils furent culpables, mes lenfant fuit dismarie. Et tamen R. & A. recouerent lour damage de xl. li. taxes per lenquest &c.

Nota. ✣ Nota secundū quosdam que briefe de forfaiture de mariage ne de la value de mariage nest iames done à seignious, en cas quil ad la terre en sa main quel il auoit en garde, forsq; la ou le heire soy ad abatu en sa terre à son age auaunt gree fait à seigniour: car de ceo serra fait mention en ceo briefe. Mes en cas quil nauoit pas garde du terre: il auera le briefe auauntdit. Car la serra fait nul mētion de labater le heire en sa terre. Secus adiudicatur termino Pasche anno E. tertij. xviij car la voet il quil serra en la electiō le seigniour le quel il voet tenir la terre secundū statutū de Mertoñ, ou autremēt il purra weyuer la terre & recouerer la double value de mariage per briefe de forfeiture de mariage, non obstante que ceo nest pas don per le statute &c. Et ideo quære inde.

De forisfactura maritagij ratione tertiæ dimissionis, qñ hæres se intrusit in hæreditatem. Mertoñ ca. vj. de hærede cum sit xiiij. annorū.



REx, &c. Si A. fecerit &c. tunc sum̄ &c. C. filium & hæred' D. qd' sit coram iustitiarijs &c. ostensurus quare cū maritagiū ipsius C. vnà cū custodia vnius acræ terræ cū ptiñ in N. ad ipsū A. ptineat, ratione dimissionis quā L. qui custodiā illā habuit ex dimissione F. cui G. eam dimisit, de eo qd' pd' D. terram suam tenuit p̱ seruitium militare, inde fecit præfato A. & idē A. prefato C. dum infra ætatem & in custodia sua fuit, cōpetens maritagiū absq; disparagatione iuxta formā statuti de cōmuni cōsilio regni nostri Angliæ inde prouisi sæpius obtulerit: idē C. maritagiū illud renuens, se sine licentia & voluntate ipsius A. maritari fecit, & se in terram prædictam præfato A. p̱ maritagio suo non satisfacto intrusit, & de maritagio prædicto eidem A. satisfacere contradicit, ad graue damnū ipsius A. & contra formam statuti prædicti vt dicit. Et habeas &c.

¶ Ostensurus

¶ Ostensurus quare cùm I. filia & vna hæred' C. ad ipsum A. pertineat, ratione venditionis quam B. de qua prædictus C. terram suam tenuit per seruitium militare inde fecit eidem A. prædicti B. & F. prædictam I. infra ætatem & in custodia ipsius A. apud N. existentem vi & armis rapuerunt & abduxerunt &c. Aliter ratione dimissionis, qñ hæres se non intrusit in hæreditatem. Merton cap. 6.

¶ Ostensurus quare cùm maritagium prædicti B. ad ipsum A. pertineat, eò quòd prædictus C. terram suam de eo tenuit per seruitium militare, & idem A. competens maritagium absque disparagatione pręfato B. iuxta formam &c. frequenter obtulerit: idem B. maritagium illud admittere recusauit, & sine licentia & voluntate pręddicti A. se maritauit, ad damnum ipsius A. non modicum & grauamen & contra &c. vt dicit. Et habeas &c. Aliter.

¶ Summ̄ &c. W. filium & hæredem C. quòd sit coram iustitiarijs nostris &c. ostensurus quare cùm maritagium prædicti W. ad ipsum A. pertineat, eò quòd prædictus C. terram suam de eo tenuit per seruitium militare, ac idem A. præfato W. dum infra ætatem & in custodia sua fuit, competens maritagium absque disparagatione &c. frequenter obtulerit: idem W. maritagium illud renuens, se sine licentia & voluntate prædicti A. maritauit, & de maritagio illo eidem A. satisfacere contradicit, ad graue damnum ipsius A. & contra formam statuti prædicti vt dicit. Et habeas &c. De forisfactura maritagij quant il tient en seruice.

¶ Sciatis quòd dedimus vobis potestatem admittendi custodem A. filij & hæredis B. infra ætatem existentis vt dicitur, ad prosequendum & defendendum loquelam quæ est coram iustitiarijs &c. inter &c. de quadam transgressione eidem W. per præfatum A. illata vt dicitur. Et ideo vobis mãdamus quòd cùm custodem illum admiseritis: de nomine eiusdem custodis nobis sub sigillo &c. constare fac', hoc breue nobis remittentes. T. &c. Dedimus potestatem de custode admittendo;

¶ Sciatis quòd admisimus R. custodem A. filij & hæredis B. infra ætatem &c. vt suprà, coram vobis &c. Et ideo vobis mandamus quòd ipsum R. custodem &c. admittatis. T. &c. Breue iustitiarijs inde.

¶ Rex, omnibus &c. Sciatis quod ad requisitionem dilecti & fidelis nostri Edmundi B. concessimus dilecto nobis I. de G. id quod ad nos pertinet de maritagio M. quæ fuit vxor I. de C. in comitatu N. defuncti, qui de domino E. nuper &c. patre nostro tenuit in capite, finem videlicet, siquem eadem M. factura sit nobiscum pro maritagio illo, vel forisfacturam ad nos pertinentẽ, si contingat ipsam M. se sine nostra licentia maritare. In cuius &c. T. &c. De forisfactura maritagij concessa.

¶ Si A. &c. summ̄ B. filium & hæredem C. &c. ostensurus quare cùm maritagium prædicti B. ad ipsum A. pertineat, eò quòd pręddictus C. terram suam de eo tenuit per seruitium militare, & idem A. præfato B. dum infra ætatem &c. vt suprà, frequenter obtulerit: idem B. maritagium illud renuens, præfato A. de maritagio suo non satisfacto, se in terras & tenementa sua intrusit, & de maritagio suo eidem A. satisfacere contradicit, ad graue damnum ipsius A. & contra formam statuti pręddicti vt dicit. Et habeas &c. T. &c. De valore maritagij, quando hæres plenæ ætatis se intrusit in hæreditatẽ. Merton cap. 6. & An. 8 E. 3.

Regula.

☞ Et potest fieri ratione dimissionis vt suprà de forisfactura. Cest briefe gist quant il est son tenaunt en seruice &c.

Pro executoribus de valore maritagij.

¶ Si A. & B. executores &c. vsque ibi, ostensuri quare cùm maritagium ipsius L. ad ipsos executores pertineat, ratione dimissionis quam G. cui N. illud dimisit, ad quem maritagium illud pertineat ex dimissione K. de qua prædictus G. terram suam tenuit per seruitium militare, inde fecit eidem R. & idem R. dum vixit, ac prædicti executores post mortem suam præfato L. dum infra ætatem fuit competens maritagium absque disparagatione &c. obtulerunt: præfatus L. maritagium illud renuens, de eodem maritagio præfatis executoribus, cùm iam ad plenam ætatem peruenerit, satisfacere recusauit, & adhuc recusat minùs iustè, in retardationem executionis testamenti prædicti ac contra formam statuti prędicti, vt dicitur. Et habeas &c.

Regula.

☞ In breuibus factis de attornato de eiectione custodiæ, hærede rapto, forisfactura maritagij, & valore maritagij, semper dicatur de qua transgressione.

De valore maritagij qñ hæres infra ætatem se intrusit in hæreditatem.

¶ Ostensurus quare cùm custodia vnius acræ terræ cum pertinentijs in N. vsque ad legitimam ætatem ipsius hæredis vnà cum maritagio suo ad ipsum T. pertineat, eò quòd prædictus W. terram &c. per seruitium militare: idem L. infra ætatem existens, præfato T. de maritagio suo non satisfacto, se in terram illam intrusit, & terram illam adhuc tenet, & de maritagio prædicto eidē T. satisfacere contradicit, ad graue damnum ipsius T. vt dicit. Et habeas &c.

Nota.

* Breue istud placitatum fuit in banco anno xj. regis E. tertij. Tamen quære, quia non faciat mentionem de statuto vt alia &c.

Nota.

* Briefe deschete poet estre purchase en trois maners, Cestassauoir quant bastarde purchase terres ou tents & se lesse morier sauns heir de son corps engendre, car auter heire ne poit il auoir: la terre est eschete au chiefe seigñ. Ou si ascū home se lesse morir sauns heir, issint qu'il y ad nul de sa linage que sa terre poet demander. Ou si ascun home face felonie pur quoy il soit pendus, vtlage, ou forsiure la terre le roy: sa terre serra eschete au seigniour.

De escaeta quia bastardus.

REx, vicecomiti &c. salutem. Præcipe A. quòd &c. reddat B. decem acras terræ cum pertinentijs in N. quas C. de eo tenuit, & quæ ad ipsum B. reuerti debent tanquam escaeta sua, eò quòd prædictus C. bastardus fuit & obijt sine hærede de se vt dicit. Et nisi fecerit &c.

Aliter quia obijt sine hærede.

¶ Quas C. de eo tenuit, & quæ ad ipsum B. reuerti debent tanquā escaeta sua, eo quod prædictus C. obijt sine hærede vt dicit. Et nisi &c.

Aliter ratione feloniæ pro qua suspensus vel vtlagatus fuit, vel regnum abiurauit.

¶ Quas C. de eo tenuit, & quæ ad ipsum B. &c. escaeta sua, eò quòd prędictus C. feloniam fecit pro qua suspensus fuit vt dicitur. Vel sic, pro qua vtlagatus fuit vt dicitur. Vel, pro qua regnum nostrum abiurauit vt dicitur. Et nisi &c.

Aliter ratione feloniæ.

¶ Quòd reddat B. quæ fuit vxor C. & D. sorori eius, E. & F. vxori eius, & G. tantum &c. quæ W. tenuit de R. patre prædictarum B. & D. & auo prædictarum F. & G. cuius hæredes ipsæ sunt, & quæ ad ipsas &c. reuerti debent tanquam escaeta sua, eò quòd prædictus W. feloniam fecit, pro qua &c.

☞ Si heme

☞ Si home soit decolle pur felonie & per iudgement, home auera brief deschete & dirra suspensus fuit: & ceo ne serra pas trauers à dire qu'il ne fuit pas pendus. Et ceo fuist adiudge en parliament anno viij. R. E. tertij. Regula.

¶ Rex, vicecomitibus Londoñ salutem. Præcipe A. quòd reddat nobis tantum cum pertinentijs in Londoñ, quod I. de nobis tenuit, & quod ad nos reuerti debet tanquam escaeta nostra, eò quòd prædictus I. feloniam fecit &c. Aliter in London pro rege.

☞ Et placitatur coram rege &c. Regula.

¶ Rex, vic' &c. salutem. Quia datum est nobis intelligi, quòd R. qui pro felonijs, quas fecit in comitatu prædicto, extitit vtlagatus vt dicitur, tenuit die promulgationis vtlagariæ prædictæ diuersa terras & tenementa in balliua tua tam de nobis quàm de alijs: tibi præcipimus quòd per sacramentum &c. diligenter inquiras, quas terras & quæ tenementa idem R. tenuit de nobis die prædicto, & quæ de alijs, & vbi, & per quod seruitium, & qualiter, & quo modo, & quantum valeant per annum in omnibus exitibus iuxta verum valorem eorundem. Et inquisitionem &c. De inquirendo.

¶ Rex, vic' &c. salutem. Præcipimus tibi quòd per sacramentum proborum &c. diligenter inquiras, vtrum vnum mesuagium &c. in I. quod W. qui pro felonia quam fecit suspensus fuit vt dicitur tenuit, extiterit in manu nostra per vnum annum & vnum diem necne, & de quo vel de quibus mesuagium illud tenuit, & quis annum nostrum, diem, & vastum inde habuit, & nobis inde respondere debeat. Et inquisitionem &c. sine dilatione mittas & hoc breue. T. &c. De inquirendo de anno, die, & vasto.

¶ Rex, vic' &c. salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam per te fieri fecimus, quòd vnum mesuagium &c. quod W. qui pro felonia quã fecit suspensus fuit vt dicitur, tenuit, extiterit in manu nostra per vnum annum & vnum diem & adhuc existit, & quòd idem W. mesuagium illud tenuit de A. & quod B. annum nostrum, diem, & vastum inde habuit, & nobis inde respondere debet: tibi præcipimus quòd præfato A. de eodem mesuagio, si occasione feloniæ prædictæ & non alia in manu nostra existat, plenam seisinam sine dilatione habere fac': saluo iure cuiuslibet. T. &c. De seisina inde habenda.

¶ Præcipe R. quòd iustè &c. reddat T. abbati de C. manerium de W. cum pertinentijs, quod I. E. de A. quondam abbate de C. prædecessore prædicti nunc abbatis tenuit, & quod ad ipsum nunc abbatem reuerti debet tanquam escaeta sua, eo quod prædictus I. bastardus fuit & obijt sine hærede de se vt dicit. Et nisi &c. T. &c. Aliter pro abbate quia bastardus.



REx, vicecomiti L. salutem. Præcipe A. &c. teneat B. conuentionem inter eos factam, de manerio de N. cum pertinentijs, & de aduocatione ecclesiæ eiusdem manerij. Et nisi &c. vel sic, de manerijs de N. & H. cum pertinentijs & aduocationibus ecclesiarum de F. & G. vel aduocationibus abbatiæ vel prioratus de N. &c. Vel sic, de vno mesuagio & vna carucata terræ cum pertinentijs in N. Et nisi &c. De cõuentione. Aliter. Aliter.

☞ Ordo ponendi particulas, seruetur in isto breui sicut supradictum est in breuibus de recto. Regula.

Nota. ✲ Non fit breue de attachiamento, quia oportet quòd partes compareant personaliter in curia, vt patet in statuto de recognitionibus &c.

De conuētione ad damna recuperanda. ¶ Præcipe A. &c. teneat B. conuentionem &c. de damnis & de perditis per infidelitatem in defectu T. filij R. apprentitij prædicti B. infra terminum sex annorum illatis, eidem B. restituendis. Et nisi &c.

Aliter pro hærede versus hæredem. ¶ Quòd teneat B. conuentionem factam inter C. patrem prædicti B. cuius hæres &c. & D. patrem pdᵗ A. cuius hæres ipse est, de tanto &c.

Aliter ꝑ assigñ ¶ Quòd teneat B. assignato C. conuentionem factam inter ipsum C. & prædictum A. &c.

Regula. ☞ De conuentione ꝑ executoribus non inuenitur in registro, sed ꝑ assignatis. Tamen potest fieri pro executoribus, adeo bene quam pro assignatis &c.

Nota. ✲ Non debet fieri breue de conuentione per legem mercatoriam, quia placitum de conuentione non valeat sine facto, & quilibet debet iudicari secundū factum suum & non per aliam legem &c.

De decimis garbarum. ¶ De decimis garbarum ad ecclesiam ipsius prioris de N. qualitercunque spectantium cum aisiamento mansi sui ibidem eidem S. per præfatū priorem ad terminum sex annorum dimissi. &c.

De minera plumbi. ¶ De minera plumbi & cuiuscunque generis metalli, cum pertinentijs in dominicis terris ipsius B. in I. eidem A. per præfatum B. ad terminum sex annorum dimissis. Et nisi &c.

Aliter versus executores. ¶ Præcipe B. C. D. E. & F. executoribus testamenti R. quòd iustè &c. teneant W. & M. vxori eius, conuentionem inter ipsam M. & præfatum R. factam, de eo quòd idem R. hęredes vel executores sui reddant Thomæ filio & hæredi I. cùm idem T. ad plenam ætatem suam peruenerit, rationabilem computum suum de omnibus terris & tenementis suis, quę prædictus I. tenuit in villa de N. & alibi in comitatu C. prouenientibus, quorum custodiam idem R. habuit ex dimissione quam præfata M. cui custodia terræ & hęredis prædictorum pertinuit, eò quòd prædictus I. terram suam tenuit in socagio, & eadem M. propinquior fuit hæredi ipsius I. inde fecit eidem R. Et nisi &c. Anno vij.

Nota. ✲ Nota versus executores, quando vxor viri quæ habuit custodiam in socagio ante nuptias: dimisit eandem custodiam alio, ad reddendum computum hæredi cum ad ætatem. &c.

De cōuentione pro executoribus de apprenticio. An. 7. apud Eborum. ¶ Præcipe I. quòd &c. teneat A. B. & C. executoribus testamenti N. conuentionem factam inter ipsum N. & W. de ipso W. cum præfato N. more apprenticij per septennium moraturo, & eidem N. post terminum illum completum per tantum tempus per quantum idem W. infra dictum terminum se à seruitio eiusdē N. elōgauerit deseruitur̃, ad quam quidem conuentionem adimplendam & manutenendam, idem I. per scriptum suum se obligauit. Et nisi &c.

Aliter de apprenticio. ¶ Conuentionem &c. de ipso B. cum præfato A. per vnum annum more apprenticij sumptibus ipsius A. in esculentis & poculentis moratur̃, & de officio tonsoris informando &c. Et nisi &c.

Aliter de estouerio. ¶ De rationabili estouerio in esculentis & poculentis per x. annos, & de vna roba singulis annis, de secta eiusdē A. ꝑ idē tempus inueniend'. &c.

Aliter de victu & vestitu. ¶ Et de præfato C. ad terminum decem annorum in victu & vestitu honorificè sustentando.

¶ De

¶ De centum bobus in pastura ipsius A. apud N. ad terminum decem annorum pascendis. Aliter de pastura ad boues.

¶ De vno mesuagio, vna carucata terrę, decem solidatis reditus, & pastura ad centum boues cum pertinentijs &c. De vno mesuagio.

¶ Præcipe A. executori testamenti C. quòd teneat B. conuentionem factam inter ipsum B. & præfatũ C. de eo quòd idem C. more apprenticij doceret seu doceri faceret præfatum B. artem pelliparij per quinq; annos, & eidem B. sufficienter inueniet vel inueniri faciet cibũ, potum, & mansionẽ, per tempus supradictum. Et nisi. &c. Aliter versus executores pro apprenticio in arte pelliparij.

¶ Præcipe N. abbati de B. H. de I. & E. de T. quòd iustè &c. teneant W. de N. conuentionem inter eos factam, de viginti acris terræ suæ in K. frumento & alio blado competenti seminandis, & de bladis in terris prædictis crescentibus metendis, & ad domum ipsius W. sumptibus eorundẽ abbatis H. & E. in eadem villa cariand'. Et nisi fecerint &c. Aliter de conuentione.

¶ De vno mesuagio & vno molendino cum pertinentijs in N. eidem A. per præfatum B. ad terminum viginti annorum dimisso sustentando, & de macremio eiusdem A. quoties necesse fuerit sumptibus eiusdem A. reparando, & in adeo bono statu, quo illud receperit, in fine dicti termini dimittendo &c. Aliter de molendino.

¶ De quadam domo vel campanili ecclesiæ de N. sumptibus ipsius A. executoris &c. de nouo construend' &c. De domo vel campanili.

¶ De vno mesuagio vel tertia parte manerij de I. cum pertinentijs, exceptis duabus acris terræ in eadem tertia parte, eidem A. per præfatum B. ad terminum annorum dimissa, in adeo bono statu, quo illam recepit, dimittend'. Et nisi &c. Aliter in adeo bono statu.

¶ De quibusdam oneribus tam ordinarijs quàm extraordinarijs ecclesiæ ipsius A. prædictæ emergentibus siue contentis, per vnum annum subeundis & supportandis &c. De oneribus ecclesiæ.

¶ De homagio & seruitio I. tenentis ipsius A. in N. &c. De homagio.

¶ De quodam muro in solo ipsius A. habend', vel sic, de quodam granario sumptibus ipsius B. apud N. de nouo construendo, vel sic, de quadam secta ad curiam I. de N. pro ipso facienda &c. de fructibus de vno anno ecclesiæ suæ prædictæ eidem B. per præfatum I. venditis, & administratione eorundem fructuum habend', exceptis fructibus dominicarum terrarum ecclesiæ. Et nisi &c. De muro, de granario, de secta ad curiam. De fructibus ecclesiæ.

¶ De retrahendo se de secta quam fecit versus ipsum B. per breue nostrum, de debito centum solidorum debitorum H. & de acquietando eum versus nos & alios quoscunque de debito antedicto, & etiam de retrahendo se de secta quam fecit versus eundem I. per aliud breue nostrum, de quadam transgressione eidem A. per ipsum I. illata vt dicitur &c. De retrahendo de secta per diuersa breuia, & acquietando.

¶ Rex vic' salutem. Ex parte A. quæ fuit vxor B. nobis est ostensum, quòd tu ipsam A. in terris & tenementis quæ tenet in dotem de hæreditate quæ fuit prædicti B. quondam viri sui, in comitatu tuo die quo obijt, pro releuio R. patris prædicti B. nobis ad scaccarium nostrum reddendo, per summ̄ scaccarij prædicti distringis, & ipsam ea occasione inquietas, in ipsius A. damnum non modicum & grauamen, & contra consuetudinem hactenus in regno nostro in huiusmodi casu vsitatam. Et quia præfatæ A. iniuriari nolumus in hac parte: tibi præcipimus quòd demandæ, quam tu in terris & tenementis, quæ præfata A. sic tenet in dotem, de hæreditate prædicta pro releuio prædicto nobis ad dictum scaccarium reddendo, facis, supersedeas, & ipsam inde pacem habere permittas. Prouiso tamen quòd releuium illud de alijs terris & tenementis quæ fuerunt prædicti R. die quo obijt prout iustū fuerit leuetur ad opus nostrum. T. &c.

Quod tenentes in dotem non distringantur pro releuio.

¶ Rex dilecto & fideli suo I. salutem. Cùm nos de terris & tenementis in custodia & in manu nostra ratione minoris ætatis hæredum eorundem existentium, seruitia aliqua facere seu debita inde soluere minime teneamur, ac illi quibus custodias hm̄di commiserimus, terras & tenementa ad hm̄di custodias pertinentia adeo libera & exonerata tenere debeant durantibus custodijs illis, sicut ea teneremus in manu nostra: vobis mandamus quòd demandæ, quam facitis F. in terris & tenementis, quæ tenet in C. de hæreditate H. infra ętatem, & in custodia dilecti & fidelis &c. P. ex commissione nostra existentis, pro homagio & fidelitate ac releuio ipsius hęredis vobis faciend', supersedeatis durante custodia supradicta. Et districtionem &c. T. &c.

Aliter quando rex nō tenetur facere seruitium seu debitum soluere pro terris quæ sunt in custodia sua, nec illi quibus huiusmodi custodia dimissa est.

¶ Rex balliuis hundredi de N. salutem. Cùm secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, mulieres tenentes in dotem pro terris & tenementis, quæ tenent in dotē, sectam ad hundredum vel ad curiam alicuius facere non debeant: vobis pręcipimus qd' A. quę fuit vxor B. ad faciendum sectam ad hundredum prædictum, pro terris & tenementis quę tenet in dotem, de libero tenemento quod fuit prædicti B. quondam viri sui, contra legem & consuetudinem regni nostri non distringatis, dummodo hæres prędicti B. alia terras & teñta in balliua vestra habeat, per quę distringi valeat ad sectam illam pro prędicta dote faciendam. Et districtionem &c. T. &c.

Qd' mulieres non faciant sectam pro dote.

¶ Rex escaetori suo citra Trentam salutem. Quia Margareta quę fuit vxor Edmundi quondam baronis Staff. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, se sine licentia nostra aut dilecti & fidelis nostri Radulphi

Breue qñ vidua regis se maritauit sine

Basset

licentia de feiffendo omnia terras & tenta tā viri quàm viduæ sic maritatæ.

Prærogatiua regis cap. 3.

Basset de B. cui id, quod ad nos pertinuit de maritagio prædictæ M. concessimus, Thomæ de Pipe maritauit, sicut ex querela ipsius Radulphi accepimus: vobis mandamus quòd si ita est, tunc omnia terras & tenta tam ipsius Thomæ quàm prædictæ M. in balliua vestra sine dilatione capiatis in manum nostram, & ea saluò custodiri fac' donec aliud inde à nobis habueritis in mandatis. T. &c.

Nota.

* Et nota quod prædictus T. satisfecit præfato R. per quod rex amouit manum suam vt patet rotulo clauso de anno. vij. regis aui.

Quod tenentes ex concessione regis non faciant sectam.

¶ Rex balliuis &c. salutem. Cùm secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, non debeamus sectam ad curiam alicuius facere, occasione terrarum & tenementorum quorumcunque in manu nostra existentium, ac illi quibus huiusmodi terras & tenementa commiserimus, ea adeo liberè & ab omni secta quietè tenere debeant, ac si ea in manu nostra teneremus: vobis præcipimus quòd W. occasione terrarum & tenementorum quæ fuerunt H. in D. quæ per forisfactum eiusdem H. ad manum nostram tanquam escaeta nostra deuenerunt, & quæ idem W. tenet ad voluntatem nostram ex commissione nostra non distringatis vel distr̄ fac', ad faciendum sectam quamdiu terræ & tenta illa in manu ipsius B. existent in forma supradicta. Et districtionem. &c. T. &c.

De non faciendo sectam pro parcella terræ vnde vnica secta debeatur tantum, qn̄ alia parcella est in manu regis durante custodia &c. Marleb. ca. 9.

¶ Rex vicecomiti N. salutem. Cùm de communi consilio regni nostri Angliæ prouisum sit, quòd si hæreditas aliqua, de qua vnica secta tantum debeatur, ad plures hæredes &c. vel ad alios per venditionem &c. deuoluatur, vnica tantum &c. fieri consueuit, ac quædam hæreditas, quæ fuit H. de baronia de B. pro qua quidem baronia vnica secta tantum ad comitatum tuum prædictum debetur, ad dilectos & fideles nostros H. & W. filium & hæredem B. infra ætatem & in custodia dilecti & fidelis nostri R. de N. ex commissione nostra existentem, per venditionem sit deuoluta vt accepimus, nosque secundum legem &c. non debeamus sectam aliquam facere occasione terrarum & tenementorum in manu & custodia nostra existentium, & illi quibus huiusmodi custodias commiserimus, illas adeo liberè & ab omni secta quietè tenere debeant, sicut nos eas in manu nostra teneremus: tibi præcipimus quòd si ita est tunc non distringas prædictum R. ad faciendam sectam ad comitatum tuum prædictum, pro terris & tenementis de baronia prædicta, durante custodia dicti hæredis supradicta. T. &c.

De turno vicecomitis. Marlebridge ca. 10.



Ex vic' Wygorñ salutem. Cùm de communi consilio regni nostri Angliæ prouisum sit, quòd si qui in diuersis hundredis habeant tenementa, non habeant necesse venire ad turnum vicecomitis nisi in balliuis vbi fuerint conuersantes: tibi pręcipimus quòd non distringas S. ad veniendum ad turnum tuum in hundredo nostro de I. vel in hundredo de S. contra formam prouisionis prædictæ. Et districtionem &c.

Attachiamentum inde.

¶ Rex coroñ suis in comitatu Lincolñ salutem. Si A. fecerit &c. tunc ponite

ponite &c. B. vicecom̃ nostrum comitatus prædicti, quòd sit coram iustitiarijs nostris &c. ostensurus quare cùm de communi consilio regni nostri &c. vsque ibi, conuersantes: idem B. vel idem vicecomes distrinxit præfatum A. ad veniendum ad turnum ipsius vic' in hundredo nostro de I. contra formam prouisionis prædictæ, & contra tenorem mandati nr̃i priùs ei inde directi vt dicit. Et habeas &c. Et aueria ipsius A. ea occasione capta interim deliberari facias. T. &c.

¶ Rex, balliuis suis honoris de N. in comitatu N. salutem. Vel balliuis A. de B. honoris de N. in com̃ N. salutem. Cùm de communi consilio &c. quòd si qui in diuersis hundredis &c. non habeant necesse venire ad visum francipleg', nisi in balliuis vbi fuerint conuersantes: vobis præcipimus quòd non distringatis R. ad veniendum ad visum francipleg ij in curia nostra vel prædicti domini vestri honoris prædicti in comitatu prædicto, contra formam prouisionis prædictæ. Et districtionem &c.

De visu franciplegij, ad curiã honoris. &c. Marlebridge ca. xj.

¶ Rex, ball' A. de B. salutem. Cùm de communi consilio &c. qd' si qui in diuersis hundredis &c. vt suprà vsq; ibi, ad visum francipleg ij in curia p̃d' dñi vestri de B. contra formam ꝓuisionis prædictæ. Et distr̃ &c.

De visu francipleg ij ad curiam Magna carta ca. xxxiiij.

¶ Rex, &c. Si A. fecerit te securum &c. tunc pone &c. B. C. & D. balliuos I. vel balliuos nostros de hundredo de N. quod sint coram iustitiarijs nostris &c. ostensuri quare cum de communi consilio &c. vsque ibi, conuersantes: ijdem B. C. & D. distrinxerunt præfatum A. ad veniendum ad visum francipleg ij in hundredo prædicti I. de N. vel in hundredo nostro prædicto, contra formam ꝓuisionis prędictæ, & contra tenorem mandati nr̃i inde eis priùs directi vt dicit. Et habeas &c. Et aueria ipsius A. ea occasione capta, interim deliberari fac'. T. &c.

Attachiamentũ inde.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm de communi consilio &c. quòd viri religiosi non habeant necesse venire ad turnum vic', vel sic, ad visum francipleg ij, nisi eorum præsentia ob aliam causam specialiter exigatur: tibi præcipimus quòd non distringas abbatem de I. ad veniendũ ad turnum vel ad visum francipleg ij in hundredo nostro de F. contra formam prouisionis prædictæ &c. vt suprà.

De viris religiosis, quòd non veniant ad visũ francipleg ij. Marlebridge. ca. x.

¶ Rex, balliuis C. honoris Wall' in com̃ Cornub. salutem. Cùm de cõmuni consilio &c. vobis præcipimus quòd non distringatis abbatem de I. ad veniendum ad visum francipleg ij in curia p̃dicti domini vestri honoris prædicti in comitatu prædicto, contra formã &c. vel sic, in hundredo p̃dicti domini vestri de N. contra &c.

Aliter balliuis honoris.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm secundum consuetudinem regni nr̃i Angliæ personæ ecclesiasticæ ratione terrarum & tenementorum suorũ ecclesijs suis annexorum, venire non debeant ad visum francipleg ij in curia nr̃a aut aliorum quorumcũq;: tibi præcipimus quòd S. personam ecclesiæ de I. ratione terrarum & tenementorũ suorum ecclesię prędictę annexorum, ad veniendum ad visum francipleg' in hundredo de N. non distr̃. contra consuetudinem p̃dictam. Et distr̃ &c.

Aliter pro personis eccles. quòd non veniant ad visũ francipleg ij ratione terrarum & tenementorum ecclesijs suis annexorum.

¶ Cùm personæ ecclesiasticæ non habeant necesse venire ad turnũ vic' vel ad visum francipleg ij, nisi eorum præsentia ob aliam causam speciliter

Aliter pro personis ecclesiasticis.

aliter exigatur iuxta formam prouisionis de communi consilio regni nostri Angliæ in consimili casu pro viris religiosis factæ: tibi præcipimus quòd non distringas S. personam ecclesiæ de N. vel capellanum, ad veniendum ad turnum tuum vel ad visum francipleg' nostri in hũdredo de I. contra formam ꝓuisionis ṗdictæ. Et dist̃r &c.

Pro mulieribus. Marlebridge cap.ix.

¶ Cum de communi consilio &c. prouisum sit, qd' mulieres non habeant necesse venire ad turnum vic' vel ad visum franciplegij, nisi earum præsentia ob aliam causam specialiter exigatur: tibi vel vobis præcipimus, quòd non distringatis vel distringas A. quæ fuit vxor C. ad veniendum &c. vt suprà pro religiosis &c.

Regula.

☞ Et possunt plures mulieres poni in vno breui, quando tenent terram vel tenementum pro indiuiso &c.

De non veniendo ad visum franciplegij.

¶ Rex, balliuis suis de hundredo de E. salutem. Cùm secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ prouisum sit, quòd aduentus ad visum franciplegij ratione residentiæ personæ tantũmodo, & non ratione tenuræ terrarũ & tenementorũ debeatur: vobis præcipimus quòd nõ distringatis I. qui infra hundredum prædictum non residet vt dicitur, ad veniendum ad visum franciplegij in hundredo nostro ṗdicto contra legem & consuetudinem prædictas. Et dist̃r &c.

Attachiamentũ.

¶ Rex, vic' salutem. Si I. fecerit &c. tunc &c. A. & C. balliuos nostros de hundredo de B. quòd sint corã iustitiarijs nostris apud W. &c. ostensuri quare cùm secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ ꝓuisum sit, quòd aduentus franciplegij ratione residentiæ personæ tantummodo, & non ratione tenuræ terrarum & tenementorum debeatur: ijdem A. & C. distrinxerunt præfatum I. ad veniendum ad visum franciplegij in hundredo nostro prædicto, qui infra idem hundredum non residet vt dicitur, contra formam concessionis præd', & contra tenorem mandati nostri priùs ei inde directi vt dicitur. Et habeas &c. Et aueria ipsius I. ea occasione capta interim deliberari fac'. T. &c.

Quod mulier habeat quarentinam suam & rationabile estouerium suũ de communi. Magna carta. ca. vij. Mertoñ ca.i. cum pena.

REx, balliuis suis Suth' salutem. Ex querela B. quæ fuit vxor R. accepimus, quòd cum in Magna carta de libertatibus Angliæ contineatur, quòd viduæ maneant in capitali mesuagio maritorum suorum ꝑ xl. dies post obitum maritorũ prædictorum, nisi mesuagia illa castra sint, infra quod tempus dotes suæ assignentur eisdem, & quòd interim habeant rationabilia estoueria de bonis eorundem: I. de C. ipsam B. statim post mortem prædicti R. viri sui de capitali mesuagio, quod fuit eiusdem R. in H. licèt castrum non sit nec dos ei assignata fuerit, violenter eiecit, & ipsam estouerium suum de bonis eorundem communibus percipere non permittit, in ipsius B. damnum non modicum & grauamen, & contra tenorẽ cartæ prædictæ. Et quia præfatæ B. iniuriari nolumus in hac parte: vobis mãdamus quòd vocatis coram vobis partibus prædictis, & auditis hinc inde earum rationibus, eidem B. plenam & celerem iustitiam inde fieri faciatis iuxta tenorem cartæ prædictæ: ne pro defectu iustitiæ querela ad nos perueniat iterata. T. &c.

¶ Rex,

¶ Rex. I. vel balliuis I. salutem. Cùm de communi consilio &c. prouisum sit, ne qui occasione tenementorum suorum distringantur ad sectam fac' ad curiam dominorum suorum, nisi per formam feoffamenti sui ad sectam illam specialiter teneantur, aut ipsi vel eorum antecessores tenementa illa tenentes, eam facere consueuerunt ante primam transfretationem domini H. regis fil' regis Iohannis in Britaniam: tibi vel vobis præcipimus, quòd non distringas vel distringatis A. ad faciend' sectam ad curiam tuam de I. vel ad curiam prædicti domini vestri de N. contra formam prouisionis prædictę. Et distr &c. Quod nullus distringatur contra formam feoffamenti. Marlebridge ca. ix.

☞ Cest briefe voet estre port p la ou le pleintife claime per auncester, & nemy come purchaceour. Et en mesme le manor est il de le Ne iniuste vexes, vt patet p Willoughby Hillarij. xix. E. tertij placito vltimo. Regula.

¶ Ostensurus quare cũ de communi consilio regni &c. vsque ibi, in Britaniam: ijdẽ B. & C. distrinxerunt præfatum A. ad faciendã sectã ad curiã pdicti I. contra formã ꝓuisionis prædictæ, & contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breue. T. &c. Attachiamentũ.

¶ In loquela quæ est coram vobis per breue nostrum inter A. & B. de eo quod idem B. distrinxit pfatum A. ad faciendum sectam ad curiam prædicti B. in N. contra formam statuti de communi consilio regni nostri Angl' de huiusmodi secta prouisi &c. De attornato inde.

☞ Eodem modo fiant in comitatu, hundredis, wapentachijs, trithingis, & alijs, mutatis mutandis. Regula.

✲ Si quis ꝓ secta indebita contra formam alicuius statuti, ad curiam alicuius faciend a distringatur: potest habere ꝓhibitionẽ, districtionẽ, & postea attachiamẽtum si necesse fuerit: nec potest attachiari nisi primò ei dirigatur ꝓhibitio &c. Nota.

✲ Non fiat breue subsequens, vbi tenementa tenentur de rege vt de corona &c. Nota.

¶ Rex, C. vel balliuis C. salutem. Cũ de cõmuni &c. ꝓuisum sit, quòd si hæreditas aliqua, de qua vnica secta tantum debeatur, ad plures hæred' participes eiusdẽ hæreditatis, vel alios p venditionẽ, seu alio modo deuoluatur, vnica tantũ fiat secta ꝓ hæreditate illa sicut prius fieri consueuit, ac quædam hæreditas, quæ fuit A. in N. pro qua vnica secta tantùm debetur ad curiam tuam de I. vel ad curiam pręd icti dñi vr̃i de I. ad A. B. & C. cohær̃ & participes hæreditatis pd̃ sit deuoluta vt accepimus: tibi vel vobis præcipimus quòd non distring' vel distringatis pręd ictos A. B. & C. ad diuersas sectas pro portionibus suis hæred' pd̃ separatim faciend', ad curiã tuã de I. vel ad curiã pd̃ dñi vestri de I. contra formam ꝓuisionis prædictę Et dist r̃ si quã ea occasione feceritis &c. Ne fiant plures sectæ pro vnica hæreditate inter cohæredes.

¶ Rex, vic' N. salutẽ. Cùm de communi consilio regni nostri Angl' ꝓuisum sit, quòd si plures feoffati fuerint de hęreditate aliqua de qua vnica secta tantùm debeatur, dominus feodi illius vnicam sectam inde habeat, nec possit de hæreditate illa nisi vnicam sectam exigere sicut priùs fieri consueuit, ac A. & W. de quadam hæreditate, quę fuit S. in T. de qua vnica secta tantùm debetur ad hundredum nostrum de B. sint feoffati, eademq; A. sectam illam facit pro se & pręd icto W. ad hundredum prædictum vt accepimus: tibi præcipimus quòd si ita est, tunc non distringas præfatum W. ad huiusmodi sectam ad hundredum prædictum faciendã, contra formam ꝓuisionis pdictæ. Et distr &c. Aliter pro feoffatis.

Aliter.

¶ Vel sic, ad Eliam vxorem P. filiam & vnam hæredum prædicti W. & ad R. qui propartem I. quæ fuit vxor eiusdem R. fil' & alterius hæredum ipsius W. de hæreditate illa contingentem, tenet per legem Angliæ, sit deuoluta vt accepimus &c.

Aliter quando hæreditas sit deuoluta ad plures sorores.

¶ Ac quædam hæred', quæ fuit A. in N. pro qua vnica secta ad Wapentachium vel ad hundredum prædicti domini vestri de C. tantum debetur, ad L. vxorem C. & R. vxorem D. & I. sororem earundem L. & R. cohæredes & participes eiusdem hæreditatis sit deuoluta vt accepimus : tibi vel vobis præcipimus quòd non distringas vel distringatis prędictos L. C. R. D. & I. ad diuersas sectas pro portionibus suis hæreditatis prædictæ separatim faciend' ad Wapentachium vel hundredū prædictum, contra formam prouisionis prædictæ &c.

Aliter ad comitatum inter cohæredes & similiter tenentes per venditionem.

¶ Ad comitatum tuum prædictum tantùm debetur, ad A. & B. cohæredes eiusdem hæreditatis, & C. & D. hæredes & participes eorundem cohæredum hęreditatis prędictæ, & ad S. per venditionem sit deuoluta vt accepimus : tibi vel vobis præcipimus &c.

Attachiamentū inde.

¶ Ostensurus quare cùm de communi &c. sit deuoluta vt accepimus : idem A. distrinxit præfatos B. C. & D. ad diuersas sectas pro portionibus suis hæreditatis prædictæ separatim faciend' ad curiam suam de N. vel ad wapentachium, vel hundredum suum de N. contra formam prouisionis prædictę, ac contra prohibitionem nostram. Et habeas &c. Et districtionem eis ea occasione factam interim relaxari fac' eisdem &c.

Regula.

☞ Eodem modo fiat attachiamentum super balliuos &c.

De contributione facienda inter cohæredes.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si B. fecerit &c. tunc summoneas &c. A. & I. vxorem eius, & R. & F. vxorem eius, quod sint coram iustitiarijs nostris &c. ostensuri quare cùm de communi consilio &c. quòd si hæreditas aliqua &c. vt suprà vsque ibi, fieri consueuit, & quòd ille, qui habet eniciam partem hæreditatis illius, sectam illam faciet pro se & participibus suis eiusdem hæreditatis, & quòd ijdem participes contribuant ad sectam illam faciendam, ac quædam hæreditas quę fuit C. in R. pro qua vnica secta ad hundredum I. de N. vel ad curiam I. de N. tantum debetur, ad ipsum B. & prędictos A. I. R. & F. participes hæreditatis prædictę sit deuoluta vt accepimus, & prædictus B. qui habet eniciam partem hæreditatis illius sectam illam facit ad hundredum prędictum vel ad curiam prædictam pro se & prædictis A. I. R. & F. participibus suis : ijdem A. I. R. & F. ad sectam illam faciendam contribuere contradicunt, ad graue damnum ipsius B. & contra formam prouisionis prædictę &c.

Aliter de feoffamento. Et fuit ordinatum A. xvij. E. iij.

¶ Rex, vic' salutem. Si A. fecerit te &c. tunc sum̄ &c. B. C. D. & E. quod sint coram iustitiarijs nostris apud Westm̄ &c. ostensuri quare cùm de communi &c. quòd si plures feoffati fuerint de hæreditate aliqua de qua vnica secta tantum debeatur, dominus illius feodi vnicam sectam inde habeat, nec possit de hæreditate illa nisi vnicam sectam exigere, sicut priùs inde fieri consueuit, & si feoffati illi warrantum vel medium non habeant qui eos inde acquietare debeat, tunc omnes feoffati illi contribuant pro portione sua ad sectam illam faciendam, ac ijdem

ijdem A. B. C. D. & E. de hæreditate quæ fuit S. in R. pro qua vnica secta tantùm debetur ad curiam archiepiscopi Cantuar̄ de D. feoffati sunt vt accepimus, & prædictus A. sectam illam pro se & prædictis B. C. D. & E. ex eorum assensu facit: ijdem B. C. D. & E. ad sectam illam faciendam contribuere vt supra &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si B. & C. fecerint &c. tunc summ̄ &c. ostensuri quare cùm de communi &c. quòd si hæreditas &c. vsq; ibi, sit deuoluta vt accepimus, & prædictus A. habet eniciam partem hæreditatis illius, & præfati B. & C. parati sunt contribuere pro portionibus suis ad sectam illam faciendam: idem A. sectam illam pro se & præfatis B. & C. ad curiam prædictam facere contradicit, ad graue damnum ipsorum B. & C. & contra formam prouisionis prædictæ vt dicunt. Et habeas &c.

Quod illi qui habent eniciam partem faciant sectam pro se & participibus suis.

¶ Rex, Balliuis I. de B. salutem. Cùm de communi consilio &c. prouisum sit, quòd, si plures hæreditates ad vnum hæredem descenderint, vel aliquis sibi à diuersis feoffatoribus tenementa acquisierit, pro illis hæreditatibus & tenementis diuersis ad vnicam curiam exigi non debeant sectæ diuersæ: vobis præcipimus quòd non distringatis A. ad faciendum sectas diuersas ad curiam prædicti domini vestri de I. contra formã prouisionis prædictæ. Et dist̄r &c. vt suprà.

Ne vnicus hæres faciat diuersas sectas pro pluribus hæreditatibus.

¶ Rex, &c. Si A. fecerit tunc pone &c. ostensurus quare cum de communi &c. vsque ibi, sectæ diuersæ: idem B. distrinxit præfatum A. ad faciendam sectam ad curiam ipsius B. de I. contra formam prouisionis prædictæ ac contra prohibitionem nostrã. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breue &c. Et aueria ipsius A. &c.

Attachiamentum inde.

REx, vicecomiti L. salutem. Quia L. nuper vnus coronatorũ nostrorũ in comitatu tuo diem clausit extremũ vt accepimus: tibi præcipimus quod si ita est, tunc in pleno comitatu tuo de assensu eiusdẽ comitatus loco ipsius L. eligi fac' vnum alium coronatorem, qui pręstito sacramento prout moris est, extunc ea faciat & conseruet quæ ad officium coronatoris pertinent exercenda in comitatu prædicto. Et talem eum eligi fac', qui melius sciat & possit officio illi intendere. Et nomen eius nobis scire fac'. T. &c.

De coronatore eligendo.

¶ Quia R. vnus coronatorũ nostrorũ comitatus tui, diuersis negotijs nostris in comitatu tuo faciend' ita occupatus est, quòd ad ea quæ ad officiũ coronatoris in eodem com̄ pertinent exercend' vacare non potest vt pro certo intelleximus, ipsũ ab officio illo amouimus vel duximus amouendum: tibi pręcipimus quòd in pleno comitatu tuo &c. vt suprà, vnũ aliũ coronatorẽ &c. vt suprà.

Aliter quia alibi occupatus est.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Quia ex testimonio accepimus fide digno, quòd W. vnus coronatorum nostrorum comitatus tui adeo languidus est & senio confractus, quòd ad ea quę ad officium coronatoris pertinent in eodem comitatu exercenda non sufficit: ipsum W. ab officio illo duximus remouendum. Et ideo &c. quòd in pleno comitatu &c. vt suprà.

Aliter quia languidus &c.

¶ Quia W. vnus coronatorum nostrorum &c. minùs sufficiens vel

Aliter quia

minus idoneus vel sufficiens.

idoneus est, ad ea quę ad officium coronatoris in eodem comitatu pertinent exercenda vt accepimus: tibi præcipimus qd' si ita est, tunc &c.

Aliter quia non habet terras &c. A. xiiij. E. iij. ca. vij.

¶ Quia accepimus quòd W. in coronatorem comitatus prædicti nuper electus, terras & tenementa in eodē comitatu non habet, in quibus iuxta statum suũ morari possit pro pdicto officio exercendo: tibi præcipimus &c. vt supra, vt in primo breui.

Quod coronator non eligatur nisi sit miles &c. iuxta formã statuti W. 1. ca. x.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm nuper post mortem H. qui coronator noster eiusdem comitatus die quo obijt extitit, tibi præceperimus quod in pleno comitatu tuo de assensu eiusdem comitatus, loco ipsius H. eligi faceres vnum alium coronatorem, qui præstito sacramento prout moris est extunc ea faceret & conseruet quæ ad officium coronatoris pertinent in eodē comitatu, & talem eum eligeres qui meliùs sciret & posset ad hoc intendere, & nomen eius nobis scire faceres, & in statuto nostro apud Westmonasterium primo ædito contineatur, quòd in singulis comitatibus Angliæ eligantur sufficientes coronatores de fidelibus & legalibus militibus qui meliùs sciant & possint eidem officio intendere, ac tu post mortem dicti H. R. qui miles non est nec centum solidatas terrę habet vt dicitur, ad officium illud in comitatu prædicto faciendum elegeris, ad graue damnum eiusdem R. & contra formam statuti prædicti vt accepimus: nos indemnitati eiusdem R. secundum formam eiusdem statuti subuenire volentes in hac parte, tibi præcipimus quòd si ita est, tunc loco prædicti R. in pleno comitatu tuo de assensu eiusdem comitatus eligi facias vnum alium coronatorem eiusdem comitatus, qui præstito &c. Et talem &c. qui meliùs sciat & possit ad hoc intendere, & nomen eius nobis scire facias. T. &c.

Aliter quia morbo paralisis percussus est.

¶ Quia A. vnus &c. morbo paralisis percussus, & senio adeo confractus existat, quòd ad ea &c.

Aliter quia moratur in extremis finibus comitatus.

¶ Quia A. vnus &c. in extremis finibus totius comitatus moratur, per quod ea quæ ad officium &c. commodè exercere non potest &c.

Aliter quia electus est in vicecomitem vel in viridarium.

¶ Quia in officium vic' comitatus prædicti est electus, per quod &c. Aliter sic, in viridar̃ forestę nostrę de R. electus existit &c.

De viridario eligendo.



Rex, vic' Lincolñ &c. Quia N. de H. vnus viridariorum nostrorum forestæ nostrę de G. in comitatu prędicto, adeo languidus & senio confractus existit, quòd ad ea quæ ad officium viridariorum in eadem foresta pertinent exercend', laborare non potest vt accepimus: tibi præcipimus quòd si ita est, tunc in pleno comitatu tuo de assensu eiusdem comitatus loco prædicti N. eligi facias vnum alium viridarium, qui præstito sacramento prout moris est, extunc ea faciat & conseruet quæ ad officium viridarij pertinent in foresta prædicta. Et talem eum eligi facias qui meliùs sciat & possit officio illi intendere. Et nomē eius nobis scire fac'. T. R. &c.

De supersedendo executioni breuis.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Licet suggesto nobis in cancellaria nostra, quòd A. vnus viridariorum nostrorum in foresta nostra de S. non habuit

buit terras seu tenementa infra limites forestæ prædictæ, nec infra forestam illam morabatur, per quod tibi præceperimus quòd si ita esset, tunc in pleno com̄ tuo de assensu eiusdem comitatus loco pdicti A. eligi faceres vnum alium viridarium, qui præstito sacramento prout moris est, extunc ea faceret & conseruaret, quæ ad officium viridarij pertinerent in foresta præd', quia tamen testificatum est coram nobis in cancellaria nostra per dilectum & fidelem nostrum Iohannem iustitiarium forestæ nostræ vltra Trentã, quòd idẽ A. terras & tenementa sufficientia infra forestã prædictam habet, & idoneus & sufficiens existit pro officio supradicto: nos nolentes ipsum A. ab officio illo occasione huiusmodi falsæ suggestionis amoueri, tibi pręcipimus quòd executioni breuis nostri prædicti occasione falsæ suggestionis prædictæ tibi directi supersedeas omnino, & præfatũ A. officium illud exercere permittas, sicut hactenus fieri consueuit. T. &c. qñ viridarius amoueatur per falsam suggestionem.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm in statuto apud West m̄ nuper ædito continetur, quòd nullus sit vicecomes vel balliuus libertatis, wapentachij, hundredi, nec trithingi, nisi habeat terras & tenementa sufficientia in eodem comitatu, vnde nobis seu populo nostro in hac parte respondere posit si quis super eum conqueri voluerit: iam intelleximus qd' tu W. qui terras seu tenementa in eodem comitatu non habet, balliuum wapentachij nostri de B. fecisti, in nostri contemptum & populi nostri in hac parte damnum non modicum & grauamen, & contra formam statuti prædicti. Et ideo tibi præcipimus quòd si ita est: tunc ipsum W. à balliua prędicta sine dilatione amoueri, & alium loco suo competentem constitui & ordinari facias, iuxta formam statuti prædicti. T. &c. De balliuo amouendo, quia non habet terras in eodem comitatu. A. iiij. E. iij. ca. ix. An. v. ca. iiij. & A. xiiij. ca. viij.

☞ Et potest fieri sicut aliàs, & postea attachiamentum &c. Regula.

¶ Rex, balliuis & probis hominibus villę de H. salutem. Quia ex relatu accepimus plurimorum, quòd R. qui custodiam minoris peciæ sigilli pro recognitione iuxta formam statuti apud Actoñ Burnell æditi, in eadem villa accipienda deputatus, in villa prædicta moram non facit, per quod ad ea quæ ad officium suum pertinent in hac parte facienda intendere non potest, in mercatorum & aliorum ad dictam villam confluentium dispendium non modicum & grauamen: vobis mandamus quòd si ita est, tunc loco ipsius R. eligi facias vnum alium hominem de villa prædicta, qui ad dictam peciam custodiendam, & ad ea quæ ad custodiam illam pertinent facienda, meliùs sciat & possit intendere, & nos de nomine illius quem sic eligeritis, sub communi sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione reddatis certiores: hoc breue nobis remittentes. T. &c. De homine eligendo ad custodiendum peciã sigilli pro mercatoribus æditi.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm inter cæteros articulos quos dominus E. quondam rex Angliæ progenitor noster, ad emendationem status populi regni sui ordinauit, concessum sit, quòd nullus vicecomes vel balliuus ponat in inquisitionibus nec iuratis, plures homines nec alios nec alio modo quã ordinatũ est per statutũ, & qd' ponat in inquisitionibus & iuratis, hm̄di homines magis ꝓpinquos, magis sufficientes, & minus suspectos, Quod vicecomes ponat in inquisitionibus magis ꝓpinquos & magis sufficientes.

Nota statutum E. iij. A. xliij. ca. xij.

suspectos, & qui secus fecerit & inde conuictus fuerit, reddat querenti damna sua in duplum, & sit in graui misericordia nostra: tibi præcipimus quòd in iurata viginti & quatuor militum quam H. arrainauit &c. per breue nostrum versus W. ad conuincendos iuratores assisæ nouæ disseisinæ quæ inter ipsum W. & præfatum H. & alios in breui nostro originali contentos, summonita fuit & capta apud E. coram nobis per breue nostrum de tenementis in C. homines visineti illi magis propinquos, magis sufficientes, & minùs suspectos, per quos rei veritas in præmissis meliùs sciri poterit & inquiri, poni fac' iuxta formam articulorum prędictorũ. Et hoc nullatenus omittas. T. &c.

Artic. super cartas ca. ix.

☞ Præcedens breue scriptum fuit iustitiarijs de banco regis &c.

Regula. Attachiamentũ inde.

¶ Rex, coronatoribus suis in com̃ Lincolñ salutem. Ponite per vadium & saluos pleg' B. vicecomitem nostrũ comitatus prędicti, quòd sit &c. ostensurus quare cùm inter cæteros articulos &c. vt suprà vsque ibi, in graui misericordia nostra, & nos nuper ad prosecutionem H. asserentis quandã inquisitionẽ capi debere corã iustitiarijs nostris prædictis, de loquela quæ fuit corã eisdẽ iustitiarijs per breue nostrũ inter A. petentẽ & B. tenentẽ de manerio de S. cum pertinentijs, præceperimus præfato vicecomiti quòd in inquisitione illa homines magis propinquos, magis sufficientes, & minùs suspectos poneret, iuxta formã statuti & articulorum prædictorũ: idem vicecomes in eadẽ inquisitione, homines magis remotos, minùs sufficientes, & magis suspectos posuit, contra formam eorundem statuti & articulorum, ac contra tenorem mandati nostri &c. Et habeas &c. T. &c.

Regula.

☞ Et potest fieri attachiamentum, licèt breue super statuto non fuerit priùs directum vicecomiti vt patet inferius &c.

Aliter attachiamentum.

¶ Rex, coronatoribus suis in com̃ Sussex salutem. Si Thomas Tregor fecerit vos securos &c. tunc ponite per vadium &c. Guilhelmũ Waghan vicecomitem nostrum comitatus præd', quòd &c. ostensurus quare cùm inter cæteros articulos quos &c. vsque ibi, in graui misericordia nostra: prædictus vicecomes in quadam inquisitione nuper capta coram iustitiarijs nostris prædictis, per breue nostrum inter prædictum Richardum Louel petentem & præfatum Thomam tenentem, de manerio de D. cum pertinentijs, homines &c. vt in proximo breui, articulorum prædictorum, per quod idem Thomas manerium prædictum cum pertinentijs amisit, ad damnum ipsius T. mille librarum vt dicit. Et habeas ibi &c.

Nota.

✲ Et nota que cest briefe quant à la fourme fuist adiudge bon termino Pasche anno regni regis E. tertij. viij. Mes dit fuit la que le tenant q̃ perdy, ne purra mainteiner cest briefe deuers le viscount, esteant le primer iudgement en sa force. Et vide bene illud placitum.

Nota.

✲ Et nota que le statute sur quel cest brie est foundus est Westm̃ secund capitulo xxxviij. que comence: Quia etiam vicecomes hundredariorum &c. Et auxi p les articles sur la grand charter ca. ix. que voillent q̃ le roy voet & commaund q̃ nul viscount ne bailife ne mette en enquestes nen iurets plus de gents, nauters, nen auter maũ, que nest ordeine p estatut. s. de W. secunde capitulo prædicto, & que eux en tiels enquestes & iurets mettent les pluis pchcins, pluis suffisant, & meins suspiciouses: & qui auterment le fra & de ceo soit attaint, rende au pleintife ses dammages au double, & soit en la greues mercye enuers le roy &c.

¶ Rex.

¶ Rex, maiori & balliuis suis L. salutem. Monstrauit nobis A. quòd cùm B. sibi dimisisset vnum mesuagium cum pertinentijs in L. ad terminum nouem annorum qui nondum præterijt, & vnde ipse in plena & pacifica seisina extitisset: C. cui prædictus B. mesuagium illud vendidit, se per D. qui nihil iuris in mesuagio illo habuit, per collusionem inter eos prælocutam, implacitari in curia nostra L. per breue nostrum de recto malitiosè procurauit, & plures in eadem curia defaltas fecit, per quod idem D. seisinam suam per considerationem eiusdem curiæ præfato A. semper reclamante iudicium versus prędictum C. contra formam statuti nostri Glouc' recuperauit, qui ipsum A. de eodem mesuagio ea occasione eiecit, in ipsius A. damnum non modicum & grauamen. Ideo vobis mandamus quòd conuocatis partibus coram vobis, & inquisita super hoc pleniùs veritate: eidem A. de prædicto mesuagio, terminum suum quod iustum fuerit secundum formam statuti prædicti habere faciatis. T. &c.

Breue de inquirendo veritatẽ super statutum Glouc. ca. xv. qñ dimissor alicuius teñ ad terminum annorum, se facit implacitari per collusionem, vt terminarius amitteret terminum suum.


Ex, vicecomiti Lincolñ salutem. Cùm de communi consilio &c. prouisum sit, quòd nec in itineribus iustitiar̃, nec in com̃, hundredo, vel in curia baroñ, de cætero ab aliquibus capiantur fines pro pulchrè placitando, neque per sic quod non occasionentur: tibi præcipimus quòd ab W. huiusmodi finẽ nõ exigas seu exigi facias contra formã ꝓuisionis p̃dictæ. Et districtionẽ &c. vel sic, tibi præcipimus quòd à cõmunitate hundredi de I. huiusmodi finẽ de cætero non exigas vel exigi facias, contra formã &c. Vel sic, tibi p̃cipimus quòd à cõmunitate hundredi de I. huiusmodi finẽ de cætero non exigas vel exigi facias contra formam &c.

Ne capiantur fines pro pulchrè placitando. Marlebridge. ca. xj.

☞ Eodem modo potest fieri versus quęcunq; alium ꝓ huiusmodi fine distringentem mutatis mutandis. Et postmodum attachiamentum si necesse fuerit &c.

Regula.

¶ Rex, coronatoribus suis in com̃ L. salutem. Si A. fecerit vos &c. tunc ponite &c. B. vicecomitem nostrum vel vic' nr̃m comitatus p̃dicti, quod sit coram iustitiarijs nostris &c. ostensurus quare cùm de communi consilio &c. vsq; ibi, ab aliquibus non capiantur fines pro pulchrè placitando, neque per sic quod non occasionentur: idem vicecomes vel idem B. distrinxit præfatum A. ꝓ huiusmodi fine præstando in comitatu prædicto, contra formam prouisionis prædictæ, ac contra prohibitionem nostram. Et habeas ibi &c. Et aueria ipsius A. ea occasione capta interim deliberari fac'. T.

Attachiamentũ inde coronatoribus super vicecomitem.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit te &c. tunc pone &c. E. quòd sit coram iustitiarijs &c. ostensurus quare &c. vsque ibi, occasionentur: idem E. distrinxit præfatum A. pro huiusmodi fine in curia ipsius E. de I. sibi præstando, contra formam prouisionis prædictæ &c.

Attachiamentũ inde super balliuos &c.

¶ Sciatis quòd A. balliuus I. in hundredo de S. attornauit coram nobis &c. quæ est coram vobis per breue nostrum inter communitatem hundredi de S. & prædictum A. de eo quòd idem A. distrinxit prædictam communitatem pro fine pro pulchrè placitando in hundredo prædicto eidem A. præstando. Et ideo vobis mandamus &c.

De attorñ inde.

Rex

Quòd barones non ponantur in aſsiſis.

Ex, vicecomiti ſalutem. Quia barones regni noſtri, in aſſiſis, iuratis, ſeu recognitionibus aliquibus, poni non conſueuerint vt dicunt, niſi eorum ſacramentum adeo ſit neceſſarium, quòd ſine illis veritas inquiri non poſſit: tibi p̄cipimus quòd dilectum & fidelem noſtrum A. in aſſiſis, iuratis, ſeu recognitionibus aliquibus non ponas ſeu poni facias, cōtra voluntatem ſuam abſq; mādato noſtro ſpeciali, niſi ſua præſentia ob aliam cauſam ſpecialiter exigatur. T.&c.

Quòd homines perpetuò languidi non ponantur in aſsiſis, W.ij.ca. xxxviij.

¶ Rex, vicecomiti ſalutem. Cùm de communi &c. prouiſum ſit, quòd homines perpetuò languidi non ponantur in aſſiſis, iuratis, ſeu recognitionibus aliquibus: tibi præcipimus quòd ſi A. perpetuò languidus ſit, tunc ipſum A. in aſſiſis, iuratis, ſeu recognitionibus aliquibus non ponas ſeu poni facias, contra formam prouiſionis prædictæ. Et diſtrictionem &c.

Quòd clerici non ponantur in aſsiſis.

¶ Rex, vicecomiti ſalutem. Quia magiſter R. clericus in obſequio noſtro, vel venerabilis patris I. Elieñ epiſcopi his diebus moram facit continuam vt dicitur: tibi præcipimus quòd ipſum R. ratione terrarum & tenementorum quæ tenet in comitatu tuo prædicto, in aſſiſis, iuratis, ſeu recognitionibus aliquibus non ponas, ſeu poni facias, quamdiu in obſequio noſtro vel eiuſdem epiſcopi moram facit ſupradictam. T. &c.

Quòd homines in patria non commorantes, non ponantur in aſsiſis.

¶ Rex, vicecomiti ſalutem. Cùm de communi &c. prouiſum ſit, quòd homines tempore ſummonitionis vic' in patria non commorantes, non ponantur in aſſiſis, iuratis, ſeu recognitionibus aliquibus: tibi præcipimus quòd ſi A. tempore ſummonitionis tuæ in balliua tua vel in comitatu tuo moram non fecerit, tunc ipſum A. in aſſiſis, iuratis, ſeu recognitionibus aliquibus non ponas ſeu poni facias, contra formam prouiſionis prædictæ &c.

De decimis ſoluendis pro poſſeſsionibus alienigenarum.

¶ Rex, eſcaetori ſuo in com̄ Dorc', ac omnibus & ſingulis balliuis, firmarijs, occupatoribus, & receptoribus exituum manerij de Frampton quod eſt parcella poſſeſſionum alienigenarum in manu noſtra exiſt ētium vt dicitur, qui nunc ſunt vel qui pro tempore erunt, ſalutem. Cùm in ſtatuto in parliamento domini Henrici nuper regis Angl' aui noſtri apud Weſtm̄ anno regni ſui quinto tento ædito, inter cætera ordinatum ſit & ſtabilitum, quòd quicunque firmarij & occupatores terrarum, tenementorum, & aliarum poſſeſſionum alienigenarū, ſoluant & ſoluere teneantur perſonis & vicarijs eccleſiarū, in quorum parochijs eadem maneria, terræ, tenementa, vel poſſeſſiones ſituantur, omnimodas decimas inde debitas prout exigit ius eccleſiaſticum, eò quòd maneria, terræ, tenementa, vel poſſeſſiones prædicta, in manus prædicti aui noſtri tunc ſeiſita extiterunt, ſeu aliqua prohibitione tunc facta vel extunc in contrarium faciend' non obſtante prout in ſtatuto prædicto plenius continetur: vobis præcipimus quòd A. de B. perſonæ eccleſiæ de F. omnimodas decimas de manerio præd' debitas, ſi idem manerium infra parochiam eiuſdem A. exiſtat, prout exigit ius eccleſiaſticum, ſoluas iuxta formā ſtatuti p̄d', eò quòd maneriū præd' in manu noſtra vt prędictū eſt exiſtit,

ſeu

seu aliqua prohibitione in contrarium facta non obstante, ipsum A. contra vim, formam, & effectum eiusdem statuti non molestans, impediens, siue grauans. T. &c. Et erat patens.

¶ Rex, maiori & constabularijs stapulæ villæ suæ Bristoll' salutẽ. Cum in statuto in parliamento domini E. nuper regis Angliæ tertij post conquestum progenitoris nostri apud Westm̃ añ regni sui xxvij. tento ædito, inter cætera contineatur, qd' si aliquis mercator vel alius qui se conqueri voluerit de maiore siue constabularijs stabulæ prædictę, qd' ipsi de recto defecerint, aut fauorem alicui absq; ratione fecerint, extunc per cancellarium & alios de consilio nostro celeriter sine dilatione remediaretur, prout in statuto prædicto plenius continetur, ac iam intellexerimus, quòd cum W. implacitasset coram vobis in curia stapulę prædictæ B. de debito C. solidorum, quod idem W. à præfato B. exigit vt dicitur, vos verò consideration ẽ ad statutum prædictum non habentes, præfato W. in placito prædicto fauorem absque ratione fecistis minùs iustè, in ipsius F. damnum non modicum & grauamen, sicut ex querela sua accepimus: nos volentes in hac parte fieri quod iustum est, vobis mandamus quòd nos super placito prædicto in cancellaria nostra in crastino Animarum proximè futuro vbicunque tunc fuerit, sub sigillis vestris distinctè & apertè certificetis, cuicunque processui ac executioni versus præfatum B. quocunque nomine censeatur coram vobis ad prosecutionem prædicti W. facto seu faciendo supersedentes, donec aliud à nobis habueritis in mandatis. T. R. apud Westm̃ xxj. die Octobris anno xxxv. Henrici sexti. Breue de statuto. Breue maiorĩ & constabularijs stapulæ de supersedendo placito, qñ non faciunt rectum parti vel fauorem fecerint.

¶ Rex, &c. salutem. Cùm in parliamento domini E. nuper regis Angliæ aui nostri apud Westm̃ nuper tento prouisum & ordinatũ fuisset, quòd omnes impetratores in curia Romana ecclesiarum, capellarum, beneficiorum ecclesiasticorum, pensionum, redituum, ecclesijs cathedralibus seu collegiatis, abbatijs, prioratibus, cantarijs, hospitalibus, seu alijs exilijs, domibus mortificatorum & appropriatorum, priusquam mortificationes & appropriationes huiusmodi per debitum processum cassatæ & adnullatæ fuerint, & alij manutentores, consiliarij, abbettatores, auxiliatores, & fautores sui, scientes, & de huiusmodi impetrationibus, prosecutionibus, & grauaminibus notoriè suspecti, tam ad sectam ipsius aui nostri quam partis & alterius cuiuscunque de regno nostro Angliæ inuenientis plegios & securitatem de prosequendo contra eos in isto casu, per vicecomites locorum iustitiar' in sessionibus suis deputatos, balliuos & alios ministros, ipsius aui nostri arrestarentur & caperentur, & per bonam & sufficientem manucaptionem, replegiamentum, balliuum, vel aliud plegiagiũ ad citius quo fieri poterit ipsi auo nostro vel consilio suo præsentarentur, ad commorandũ & standũ recto ibidem & recipiendum quod lex sibi dederit in hac parte, prout in prouisione & ordinatione prædictis plenius continetur, ac iam intellexerimus qd' licet ecclesia de E. abbati & conuentui de W. concurrentibus his q̃ de iure in hac parte requirebant canonicè fuerit appriata & vnita, ac abbas & cõuentus loci pd' ipsã eccl' in pprios vsus à tẽpore appropr̃ Nota breue quod pertinet ad coronam.

eiusdem

eiusdem, absque cassatione seu adnullatione appropriationis prædictæ pacificè tenuerint: quidam tamen I. filius I. de H. capellanus, machinans ipsos abbatem & conuentum super iusta possessione sua ecclesiæ prædictæ maliciose in hac parte inquietare, versus curiam Romanam se diuertens, suggerensque ibidem ipsam Ecclesiam de E. vacare cum non vacauerit, & ad prouisionem sedis apostolicæ pertinere cum non pertinuerit, quandam prouisionem sibi inde fieri procurauit, & diuersos processus versus ipsos abbatem & conuentum in hac parte prosecutus fuit, & eorum virtute ipsos abbatem & conuentum ab eadem ecclesia expellere, & ipsum I. in eadem institui & induci nititur viribus suis, & quamplurima alia nobis & coronæ nostræ regiæ præiudicialia in hac parte fecit & fieri procurauit, in nostri contemptum & præiudicium, & ipsorum abbatis & conuentus damnum grauissimum, & abbatię pręd' exhæredationem manifestam, & contra legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, ac formam prouisionis & ordinationis prædictarum. Nos leges, consuetudines, prouisionem, & ordinationem prædictas illæsas obseruare, ac contra venientes iuxta vim, formam, & effectum earūdem debitè castigari volentes & puniri vt tenemur: tibi præcipimus quòd si præd' abbas fecerit te securum de clamore suo prosequendo, tunc præfatum I. ac Edmundum Perpont, Iohannem Futtyng capellanum, R. de R. de W. capellanum, H. de B. de E. & A. de T. de H. manutentores & procuratores ipsius I. filij I. in hac parte vbicunque inuenti fuerint in balliua tua arrestes & capias, & per bonam & sufficientem manucaptionem, replegiamentum, ballium, vel aliud plegiagium coram nobis in crastino sancti Martini vbicunque tunc fuerimus in Anglia venire facias, ad respondendum nobis de contemptu & præiudicio pręd ictis, ac præfato abbati de damnis sibi illatis in hac parte, & ad faciend' vlterius & recipiēdum quod curia nostra considerauerit in hac parte, iuxta formam ꝓuisionis & ordinationis prædictarum. Et habeas ibi hoc breue. T. rege apud Westm̄ tali die anno quarto.

Quod homines lxx. annorum excedentes, non ponantur in assisis.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm de communi consilio regni nostri Angliæ ꝓuisum sit, quòd homines ætatem sexaginta & decem annorum excedentes, non ponantur in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus: tibi præcipimus quòd si A. ætatem prædictam excesserit, tunc ipsum A. in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus non ponas seu poni facias, contra formā statuti inde ęditi & ꝓuisi. Et districtionē si quam eidem A. ea occasione feceris, sine dilatione relaxes eidem. T.

Attachiamentū inde.

¶ Rex, coronatoribus suis in com̄ Derb. salutem. Si A. fecerit vos &c. tutos ponite &c. R. vicecom̄ comitatus prædicti, quòd sit coram iustitiarijs nostris &c. ostensurus quare cùm de communi consilio &c. qd' homines ætatem sexaginta & decem annorum excedentes, non ponantur in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus, per qd' eidem vicecomiti præceperimus, quòd ipsum A. si ætatem prædictam excesserit, in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus non poneret seu poni faceret, contra formam statuti pręd icti: idem vicecomes ipsum A. licèt ętatem prædictam excesserit vel cōpleuerit, in huiusmodi assisis, iuratis, seu

seu recognitionibus poni fecit, in ipsius A. damnum non modicum & grauamen, & mandati nostri prædicti contemptum manifestum, ac contra formam statuti prædicti. Et habeatis &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm ad communem vtilitatem populi regni nostri de communi consilio eiusdem regni statutum sit, ne quis ponatur in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus, nisi habeat terras vel tenementa ad valenciam quadraginta solidorum per annum ad minus, ita tamen quòd coram iustitiarijs itinerantibus ad communia placita in itineribus suis, & etiã in assisis, iuratis, & recognitionibus, quæ in ciuitatibus, burgis, & alijs villis mercatorijs emerserint faciend', fiat prout hactenus fieri consueuit: tibi præcipimus quòd A. si terras vel tenementa ad valenciam tanti per annum non habeat, tunc ipsum A. in assisis, iuratis seu recognitionibus aliquibus nõ ponas seu poni facias, contra formam statuti &c. Quod homines xl. s. terræ non habentes, non ponantur in assisis. Statutũ de ponendis in assisis & iuratis.

¶ Cùm ad communem vtilitatem &c. vt suprà vsque ibi, seu recognitionibus aliquibus extra comitatũ tuum propriũ capiendis, nisi habeat terras vel tenementa ad valenciã centum solidorũ per annum ad minus, ita tamen quòd &c. vsque ibi, tibi præcipimus quòd si terras vel tenementa ad valenciam centum solidorum per annum non habeat, tunc ipsum A. in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus, extra comitatum tuum non ponas seu poni facias, contra formam statuti &c. T. &c. Aliter de eodẽ per idem statutum.

¶ Rex, vicec' salutem. Si A. fecerit te &c. tunc pone &c. C. & D. nuper balliuos H. de hundredo in N. quòd sint &c. quare cùm ad communem vtilitatem &c. statutum sit, quòd homines xl. solidatas terræ vel centum solidos terræ non habentes, non ponantur in assisis &c. ita tamen &c. vsque, cõsueuit, per quod tibi præceperimus quòd prædictum A. si quadraginta solidatas terræ vel tenemẽta in comitatu tuo non haberet, tunc ipsum A. in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus non poneres seu poni faceres, vel sic, centum solidos &c. non haberet, tunc ipsum A. in assisis &c. extra comitatum tuum non poneres seu poni faceres: prædicti C. & D. quibus returnum breuis nostri tibi inde directi habere fecisti, dum ipsi balliui hundredi prædicti fuerunt, prædictum A. centum solidatas terræ non habẽtem, in quadam inquisitione coram iustitiarijs nostris de banco, vel sic, quadraginta solidatas terræ non habentem, in quadam assisa poni fecerũ, ad graue damnum ipsius A. & contra formam statuti prædicti, & contra prohibitionem &c. Attachiamentum inde. Aliter. Aliter.

¶ Rex, vicecomiti Notingh' salutem. Cùm secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ hactenus obtentam & approbatam, homines & tenentes de manerijs quæ sunt de antiquo dominico coronæ Angliæ, pro terris & tenementis quæ tenent de eodem dominico, in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus poni non debeant, nisi tantùm in his quæ in curia maneriorum huiusmodi debent fieri: tibi præcipimus quòd homines & tenentes nostros de manerio nostro de I. quod est de antiquo dominico coronæ Angliæ vt dicitur, pro terris & tenementis quæ tenent de eodem manerio, in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus, extra curiam maneriorum prædictorum non ponas Quod homines de antiquo dominico non ponantur in assisis &c.

seu poni facias, contra legem & consuetudinem prædictas, nisi terram vel tenementum de alia tenura teneant, per quæ secundum formam statuti de communi consilio regni nostri Angliæ inde prouisi, in assisis, iuratis, seu recognitionibus poni debeant. Et districtionem, si quam eisdem hominibus & tenentibus nostris occasione pdicta feceris, sine dilatione relaxes eisdem T.&c. Vel sic, tibi præcipimus quod A. tenentem, vel A. & B. tenentes de manerio de M. quod est de antiquo dominico &c.

Aliter.

Aliter.

¶ Cùm secundum legem & consuetudinem regni nostri homines de manerijs quæ sunt &c. vt suprà vsque ibi, seu recognitionibus aliquibus extra curiam huiusmodi maneriorum capiend' poni non debeant: tibi præcipimus quòd homines de manerio nostro de Notingh', quod est de antiquo dominico coronæ Angliæ vt dicitur, pro terris & tenementis quæ tenent de eodem manerio, in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus extra curiam manerij prædicti capiend' non ponas seu poni facias, contra legem & consuetudinem prædictas, nisi alias terras vel tenementa habeant, propter quæ in assisis, iuratis, seu recognitionibus poni debeant, iuxta formam statuti de communi consilio regni nostri Angliæ inde prouisi. Et districtionem &c.

Quòd tenentes de antiquo dominico non veniant ad visum franciplegij, nec ad turnum vicecomitis.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Monstrauerunt nobis homines nostri de manerio de N. quod est de antiquo dominico coronæ Angliæ, quòd cùm ipsi ad turnum vicecomitum, seu ad visum franciplegij ex libertate manerij prædicti venire non debeant, nisi eorum antecessores homines tenentes de eodem manerio venire consueuerint temporibus retroactis: tu nihilominus homines nostros pdictos ad veniendum ad turnum in K. vel ad visum franciplegij in hundredo nostro de K. contra consuetudinem in eodem manerio hactenus vsitatam grauiter distringis, & ipsos ea occasione multipliciter inquietas minùs iustè, in ipsorum hominum & tenentium præiudicium manifestum & grauamen. Et quia prædictis hominibus & tenentibus nolumus iniuriari: tibi præcipimus quòd si ita est, tunc ab huiusmodi districtione eis ex causa prædicta de cætero inferend' penitus desistas, & ipsos consuetudinibus suis, quibus hactenus rationabiliter vsi sunt, absq; impedimento seu calũnia vti permittas & gaudere, ne querela ad nos inde &c. T. anno. xl.

Quod coronator non ponat' in assis. &c.

¶ Rex, vicec' salutem. Quia A. vnus coronatorum nostrorum comitatus tui, ad ea quæ ad officium coronatoris pertinent in eodem comitatu exercẽda intendere nõ potest, si in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus, extra eundem comitatum ponatur: tibi pręcipimus quòd si ita est, tunc ipsum A. in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus, extra comitatum tuum non ponas seu poni facias, quò minùs officio possit intendere supradicto. Et districtionem si quam &c. T.&c.

Breue quòd villata quæ nõ est de antiquo dominico vel burgus, non distringatur soluere decimam &c.

¶ Rex, thesaurario & baronibus suis de scaccario salutem. Ex parte hominum villæ de Lyndoñ in comitatu Rotel' nobis est grauiter conquerendo monstratum, quòd licèt eadem villa burgus non sit, nec de antiquo dominico coronæ nostræ Angliæ existat, quo prætextu decima ꝑ eadem villa & burgis, & antiquis dominicis nostris de iure solui deberet, ac pro eo qđ quidã nuper taxatores & collectores huiusmodi decimæ

&

& quintędecimæ in comitatu prædicto; decimam loco quintædecimæ de dictis hominibus pro villata ꝑdicta quibuſdam temporibus retroactis, per diſtrictiones minùs iuſtè ſuper ipſos factas ad opus noſtrũ leuauerunt: vos tamen ipſos homines per ſummonitionẽ ſcaccarij prædicti ea occaſione grauiter diſtringi, & multipliciter inquietari facitis, in ipſorum hominum diſpendium nõ modicum & grauamen, vnde nobis ſupplicauerũt ſibi per nos de remedio prouideri. Nos nolentes ipſos homines indebitè onerari: vobis mandamus quòd ſi per librum noſtrũ qui vocatur Domeſday, vel per alios rotulos & memoranda ſcaccarij prædicti ſiue alio modo cõpetenti, dictam villam burgum vel de antiquo dominico coronę noſtræ non eſſe inueniri contigerit, tunc recepta ab ipſis hominibus villę prædictæ quintadecima bonorum & catallorum ſuorum dictam villam contingente, demandæ, quam eiſdem hominibus pro decima prædicta fieri facitis, ſuperſederi, & ipſos inde ad dictum ſcaccarium exonerari & quietos eſſe fac', eo non obſtante quòd ipſi huiuſmodi decimam quibuſdam temporibus elapſis per diſtrictiones collectorum decimæ & quintædecimæ prædictarum nobis ſoluerunt. T. anno Edwardi tertij. xlviij.

De onerando ſecundum ratam portionis tenuræ ſuæ.

¶ Rex, balliuis ſuis de B. ſalutem. Ex parte R. nobis eſt oſtenſum, quòd vnum toftum & centum acræ terræ cum pertinẽtijs in B. quæ fuerunt S. de nobis vt de manerio prædicto per ſeruitium. xv. s. nobis annuatim reddendorum tenentur. Et licèt idem R. xx. acras terrę de ꝑdictis centum acris terræ tantummodo teneat, reſiduúmque eorundem tenementorum in manibus T. & C. exiſtat: vos nihilominus ipſum R. ad ſoluendum nobis ſex ſolidos de eiſdem quindecim ſolidis pro prædictis viginti acris terræ, quanquã de tanta ſumma pro portione ſua onerari non debeat, in fauorem ipſorum T. & C. diſtringitis, in ipſius R. damnum non modicum & grauamen. Et quia præfato R. iniuriari nolumus in hac parte: vobis pręcipimus quòd ſi ita eſt, tunc dictos quindecim ſolidos tam de prædicto R. quam de prædictis T. & C. de quolibet eorundem pro rata portionis tenuræ ſuæ, nemini illorum in hac parte parcendo, ſi ſecundum conſuetudinem manerij illius fuerit faciendum, ad opus noſtrum leuari fac', prout &c. vltra portionem ipſum contingentem inde indebitè non onerantes. T. &c.

De ponendo ſigillum ad exceptionem W. 2. cap. 31.

¶ Rex, vicecomiti L. ſalutem. Cùm in ſtatuto Weſtm̃ ſecundi inter cætera contineatur quòd cum aliquis implacitans coram aliquibus iuſtitiarijs proponat exceptionem, & petat quòd iuſtitiarij eam allocent, quam ſi allocare noluerint, & ille qui exceptionem proponat, ſcribat exceptionem illam, & petat quòd iuſtitiarij apponant ſigilla ſua in teſtimoniũ, & ſi vnus apponere noluerit, apponat alius de ſocietate prout in eodẽ ſtatuto pleniùs continetur, ac iam ex graui querela I. accepimus, quòd cũ ipſe nuper placitando in loquela quæ fuit in curia noſtra Londoñ coram vobis ſine breui noſtro ſecundum conſuetudinem eiuſdem ciuitatis, inter T. & præfatum I. de eo quòd idem I. redderet præfato T. rationabilẽ computũ ſuum de tempore quo fuit receptor denariorum ipſius T. diuerſas exceptiones propoſuerit & allegauerit,

& exceptiones illas pro eo quòd vos illas allocare noluistis scripserit, & vos vt sigilla vestra exceptionibus illis iuxta formã statuti prædicti apponeretis sæpius requisierit & petierit: vos tamen sigilla vestra exceptionibus pdictis apponere distulistis & adhuc differtis, in ipsius I. graue damnũ & præiudicium manifestũ, super quo nobis supplicauit sibi per nos de remedio prouideri. Et quia volumus statutum pdictum firmiter obseruari, & eidem I. in hac parte fieri quod est iustum, vobis præcipimus quòd si ita est, tunc sigilla vestra exceptionibus huiusmodi sic corã vobis in placito pdicto præpositis, & per præfatum I. vt pmittitur scriptis apponatis, iuxta formam statuti prædicti. Et hoc sub periculo quod incumbit nullatenus omittatis. T. &c. & habuit sicut alias.

De manutenendo.

¶ Rex, vicecomiti L. salutẽ. Si E. fecerit &c. pone I. de B. quòd sit &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato E. quare cùm in statuto apud Westm̃ nuper ædito inter cætera contineatur, quòd nulla persona regni nostri Angliæ cuiuscunq; status seu conditionis fuerit, aliquam querelam in patria nec alibi manuteneat vel sustentet, sub pœna imprisonamenti & faciendi nobis finem & redemptionem ad voluntatem nostram, qualibet videlicet iuxta statum, gradum, & demeritum sua: prædictus I. querelam loquelæ, quæ fuit coram iustitiarijs nr̃s de banco, per breue nostrum inter ipsum E. ac A. vxorem eius & I. de quadam transgressione eidem A. per præfatum I. illata, & cuius quidem loquelæ inquisitio coram præfatis iustitiarijs summonita fuit & postmodum capta apud W. coram W. R. & socijs suis iustitiarijs nostris ad assisas in comitatu prædicto capiend' assignatis, per breue nostrum Nisi prius apud prædictam villam de W. manutenuit & sustentauit, in nostri contemptum & ipsius E. graue damnum, ac contra formam statuti prædicti. Et habeas &c. T. &c.

Aliter.

¶ Vel sic, prædictus I. quandam querelam quæ fuit in curia T. archiepiscopi Cantuar̃ de K. secundum consuetudinem curiæ prædictæ sine breui nostro, inter E. & præfatum I. de quadam frisca forcia eidem F. per præfatum I. de tenemento in B. facta vt dicitur, apud K. manucepit & sustentauit, in nostri contemptum, & ipsius F. graue damnum, ac contra formam statuti prædicti. Et habeas &c.

Aliter inde parti.

¶ Rex, W. salutem. Cùm in statuto apud Westmonasterium nuper ædito &c. vsq; ibi, demeritum suum: tibi præcipimus sub pœna in statuto prædicto contenta districtiùs quò possumus inhibentes, ne aliquã querelam inter R. & D. seu aliquam aliam querelam in comitatu K. vel alibi manuteneas seu sustentes sub pœna prædicta: sciens pro certo, quòd si secùs feceris, te tanquam statuti prædicti violatorem, ac nostri & mandatorum nostrorum contemptorem tam grauiter iuxta formam statuti prædicti puniemus, quòd punitio tua huiusmodi omnibus alijs cedet in terrorem talia perpetrandi. T. &c.

Quòd nullus ingrediat' terram alicuius manuforti.

¶ Rex, vic' L. salutẽ. Si I. fecerit &c. pone W. quod sit &c. ad respondend' tam nobis quàm præfato I. quare cùm in statuto in parliamento domini R. nuper regis Angliæ secundi post cõquestum apud Westmonasterium anno regni sui quinto tento ædito, statutum sit, quòd nullus faciat

faciat ingressum in aliqua terras seu tenementa nisi in casu quo ingressus datur per legem, & in tali casu non manuforti, nec cum multitudine gentium, sed licito & quieto modo tantùm, & si aliquis incōtrarium fecerit, & inde debitè conuictus fuerit, per imprisonamentum corporis sui puniatur, & ad voluntatem nostram redimatur: prædictus Walterus in vnum mesuagium ipsius Iohannis cum pertinentijs in G. in quod ingressus eidem Waltero non datur per legem, manuforti & cum multitudine gentium ingressus fuit, in nostri contemptum & ipsius I. graue damnum, ac contra formam statuti prædicti. Et habeas ibi nomina pleg' & hoc breue. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Quia A. vnus viridariorum nostrorum forestæ nostræ de S. in comitatu tuo, ad ea quæ ad officium viridarij pertinent in eadem foresta exercenda intendere non potest, si in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus ponatur extra forestam prædictam: tibi præcipimus quòd si prædictus A. vnus viridariorum nostrorum forestæ nostræ prædictæ existat, tunc ipsum A. in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus extra forestam prædictam non ponas seu poni facias, quò minùs officio intendere possit supradicto. Et distr &c. T.

Quod viridarij non ponantur in assisis ad cōmunem legem.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm dominus Edwardus quondam rex Angliæ auus noster, per literas suas patentes concesserit pro se & hæredibus suis, quòd forestarij, viridarij, aut alij ministri forestæ suæ, non ponantur in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus extra forestam capiend': tibi præcipimus quòd si H. viridarius noster forestæ de S. existat, tunc ipsum in assisis, iuratis, seu recognitionibus aliquibus extra forestam illam capiend' non ponas seu poni facias, contra formā prouisionis prædictæ. Et distr &c. T. &c.

Istud breue datur per statutū quod vocatur additio de foresta An. E. 1. post conquestū 33.

☞ Nota que ceux que serront atteints per cest brief de champertie: aueront emprisonment per trois ans & redemption à la volunte le roy, vt patet per statutum de champertours editum tempore E. filij regis Henrici &c.

Regula.

REx, iustitiarijs suis de banco salutem. Cùm inter cæteros articulos, quos dominus Edwardus quondam rex Angliæ auus noster, ad emendationem status populi regni sui concessit, ordinatum sit, quòd nullus minister eius nec aliquis alius pro parte rei quæ est in placito habēda, negotia quæ sunt in placito sibi assumat manutenenda, nec aliquis ius suum sub huiusmodi cōuentione alteri dimittat, ac L. placitū loquelę quę est corā vobis per breue nostrū inter A. petentē & B. tenētem, de vno mesuagio cum pertinentijs in I. pro parte eiusdem mesuagij habenda iam assumpserit manutenendum, contra formam ordinationis prædictæ vt accepimus: nos ordinationem illam volentes inuiolabiliter obseruari, vobis mandamus quòd inspecto tenore ordinationis prædictæ, vlterius inde fieri faciatis quod de iure & secundum formam ordinationis prædictæ fuerit faciendum. T. &c.

Breue de chāpertia.

Articuli super cartas cap. 11.

¶ Rex, dilecto & fideli suo R. de T. salutem. Cùm in parliamento nostro nuper apud Westm̄ conuocato, de communi cōsilio regni nr̄i inter alia

De recognitione adnullanda per vim &

duriciam facta. A. 1.E.3.

alia concordatū fuiſſet & ſtatutum, quòd recognitiones debitorū poſt exilium Hugonis le Diſpenſer patris, & H. le D. fil' dudum ab eodem regno ad proſecutionē Thomæ tunc comitis Lancaſtriæ, & aliorū magnatum regni ꝑdicti, præfatis H. & H. & Edmundo comiti Arundell', R. de Baldok & Waltero de Stapletoñ quondam epiſcopo Exoñ, per vim & duriciam factæ adnullentur, quodq; in caſu quando aliquis per viam actionis huiuſmodi recognitiones voluerit adnullari, habeat breue de cancellaria, de venire faciendo coram nobis tenorem recognitionum illarum, & iuſtitiarijs ad placita corā nobis tenēda aſſignatis, aſſociatis eis certis epiſcopis, comitibus, baronibus, ſi comperiatur in curia per legales inquiſitiones inde capiēdas, quòd recognitiones illæ factæ fuerint per duriciā perſonæ, ſiue per metū mortis, extunc adnullentur, prout in ſtatuto ꝑdicto pleniùs cōtinetur, ac iam ex parte G. nobis ſupplicatū ſit, quòd cùm ipſe quandā recognitionē. x.li. per vim & duriciā p̄fato Edmūdo poſt exiliū p̄dict' coram W. de B. & ſocijs ſuis iuſtitiarijs dñi E. nuper regis Angliæ patris noſtri de banco, anno regni ſui decimo nono fecerit, & eædem decem libræ ad opus noſtrū ratione foriſfacturæ prædicti Edmundi per ſummonitionem ſcaccarij noſtri virtute extractarū prædicti W. ad ſcaccarium illud liberatarum exigantur, volumus ipſum G. inde exonerari & quietum eſſe facere, iuxta formā ſtatuti prædicti: nos volentes ſtatutum illud inuiolabiliter obſeruari, vobis mandamus quod ſcrutatis rotulis p̄dicti W. de anno prædicto, qui penes vos in banco prædicto reſident vt dicit, tenorem dictæ recognitionis prædictarum decem librarum ſub ſigillo veſtro nobis ſine dilatione mittatis & hoc breue, vt vlteriùs inde fieri faciatis, quod ſecundum formam ſtatuti prædicti fuerit faciendum. T. &c.

Superſedeas pendente placito ad adnullandum recognitionē ꝑ vim &c. factam. &c.

¶ Rex, theſaurario &c. ſalutem. Cum I. ſequatur in curia noſtra ꝑ quadam recognitione centum marcarum, per ipſum H. le D. in cancellaria domini Edwardi &c. per vim & duriciam vt dicit facta, iuxta formam ſtatuti de cōmuni conſilio regni noſtri Angliæ inde prouiſi adnullanda, & idem I. nobis ſupplicauerit vt pendente dicto negotio indiſcuſſo, velimus ei reſpectum de ſumma prædicta quæ ab ipſo ad opus noſtrum per ſum̄ ſcaccarij prædicti exigitur concedere gratiosè: nos eidē gratiam facere volentes in hac parte, dedimus ei reſpectum de prædictis centum marcis vſq; ad feſtum Paſchæ proximè futurum, niſi aliud interim duxerimus ordinandum. Et ideo vobis mandamus quod eidem I. huiuſmodi reſpectum habere fac'. Et diſtrictionem ſi quam &c.

Quod diſtrictio non fiat in via regia: nec in feodis de quibus eccleſiæ olim ſint dotatæ.

¶ Rex, vicec' &c. ſalutem. Cùm in articulis prælatis & clero regni nr̄i per dominum E. nuper regem Angliæ patrem noſtrum, de aſſenſu procerum & magnatum regni nr̄i conceſſis cōtineatur, quòd diſtrictiones non fiant ſuper rectores per vic' vel alios miniſtros noſtros in via regia, aut feodis, quibus olim eccleſiæ ſunt dotatæ, ac iam ex graui querela dilecti nobis in Chriſto abbatis de W. perſonæ eccleſiæ de K. intellexerimus, quòd tu colore officij tui terras & tenementa quæ ſunt de dote & feodo eiuſdem eccleſiæ apud K. nuper ingreſſus fuiſti, & præfatum abbatem in terris & tenementis p̄dictis grauiter diſtrinxiſti, & indies diſtrin-

distringere non desistis, in ipsius abbatis præiudicium, & libertatis ecclesiasticæ læsionem manifestam, & contra formam articulorum prædictorum: nos libertates ecclesiasticas illæsas obseruari volentes, tibi præcipimus qd' districtiones aliquas in terris & teñtis quæ sunt de dote ecclesiæ prædictæ nullatenus fac', nec quicquam quod in libertatis ecclesiasticæ læsionem aut eneruationem articulorum prædictorum cedere valeat attentes. Et distr̃, siquam præfato abbati in feodo ecclesiæ suæ prædictæ vt prædictum est, feceris, sine dilatione relaxes eidem. T. &c.

☞ Et potest fieri attachiamentum inde &c.

Regula. Quod districtiones relaxẽtur vsq; ad certum diem per vicecomitẽ per securitatem.&c.

¶ Rex vic' salutem. Cùm inter cæteros articulos quos celebris memoriæ dñs E. quondam rex Angliæ auus noster, ad emendationem status populi regni sui ordinauit, contineatur, qd' nimis graues distr̃ non capiantur pro debito nostro, & si debitor inuenire possit sufficientem securitatem pro debitis illis vsq; ad vnũ diem infra diem profri vic', qd' districtiones huiusmodi interim relaxentur: tibi præcipimus quòd si W. de S. inuenerit tibi sufficientem securitatem, de respondend' nobis ad proximum profrum tuum de centũ solidis per quos finem fecit nobiscum coram iustitiarijs nostris de banco, per licentiam concordandi in vno breui de conuentione & quos ab eo per sum̃ scaccarij nostri exigis vt dicitur, tunc districtioni, quã eidẽ W. facis occasione p̃dicta, interim supersedeas p securitatẽ suprad̃. Et habeas ibi hoc brẽ. T. &c.

Quod ministri ciuitatis & burgi custodientes assisas de vin[is] seu de ali[js] victualibus ne officij [tẽpore] non merca[ndi]sent de huiusmodi in grosso nec ad retalliã, durãte officio &c. Statutũ Eborũ A. 12. E. 2. ca. 6.

¶ Rex dilectis & fidelibus suis A. & B. iustitiarijs ad assisas in com̃ tali capiendas assignatis salutem. Cũ ad cõmunem vtilitatem populi regni nostri Angliæ statutum sit, quòd nullus minister in ciuitatibus nec in burgis, qui ratione officij sui debeat custodire assisas de vinis seu de victualibus, dum sit intendens huiusmodi officijs mercandiset de vinis nec de victualibus in grosso nec ad retalliam, & iam R. dederit nobis intelligi quòd S. & M. balliui villæ de B. & quidam alij balliui in dicta villa existentes, qui ratione officij sui huiusmodi assisas custodire debent, in eadem villa vina & victualia in grosso & ad retalliam vendunt, contra formam statuti prædicti: nos si ita sit, remedium in hac parte poni volentes, vobis mandamus qd' audita inde querela prædicti R. & vocatis partibus coram vobis, earumque rationibus hinc inde auditis, & inspecto tenore statuti prædicti eidem R. tam pro nobis quàm pro ipso super hoc debitè iustitiam fieri fac', prout secundum statutum prædictum fuerit faciendum. T. &c.

Attachiamentũ inde.

¶ Rex vic E. salutem. Pone &c. P. nuper balliuũ villæ nostræ de R. qd' sit coram nobis &c. ostẽsurus quare cùm ad communem vtilitatem regni nostri de communi cõsilio eiusdem regni concordatum sit, qd' nullus minister &c. ad retalliam super forisfactura eorundem: p̃dictus B. dum balliuus dictæ villæ de R. de vinis & alijs victualibus diuersis, ad valentiam centum librarum in prædicta villa de R. tam in grosso quàm in retallia pluriès mercandisauit, & ea ibidem vendidit vt dicitur, in nostri contemptum manifestũ, dictiq; populi nostri graue dãnum, & contra formam concordiæ supradictæ. Et habeas &c.

¶ Rex

Quod panis & aqua inueniatur prisonatis per statutū mercatorum.

¶ Rex maiori & vicecomitibus Londoñ salutem. Cùm in statuto de mercatoribus ædito contineatur, qd' mercatores, pro quorum debitis contigerit debitores suos per formam statuti prædicti arrestari & imprisonari, inuenire teneãtur debitoribus illis in prisona commorantibus, panem & aquam ad sustentationem suam: vobis præcipimus qd' W. pro debitis E. per vos virtute mandati nostri prædicti vt dicitur arrestato & in prisona nostra detento, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, fieri faciatis in hoc casu quod fuerit faciendum, & casu consimili fieri consueuit, iuxta formam statuti prædicti. T. &c.

Quod nihil leuetur pro escapio latronum quousq; &c. W. 1. ca. 3.

¶ Rex vic' salutem. Cùm in statuto apud Westm̄ dudum ædito contineatur, quod nihil de cætero petatur, capiatur, aut leuetur, per vic' vel alium pro escapio latronum vel felonum, quousq; euasio adiudicetur per iustitiarios itinerantes: tibi præcipimus quòd G. custodem prisonæ nostræ de N. pro huiusmodi euasione contra formam statuti prędicti non molestes in aliquo neq; graues. T. &c.

Ne quis occasionetur ꝑ teñ quæ tenẽtur de honore acquisitis. A. 1. E. 3. ca. 14. Credo quod istud breue vacat non obstante statuto.

¶ Rex dilecto & fideli suo H. escaetori suo in comitatu S. salutem. Cũ de communi consilio regni nostri statutum sit, ne quis occasione acquisitionis terrarum vel tenementorum, quæ de nobis vt de honoribus tenentur in capite, licentia progenitorum nostrorum quondam regum Angliæ seu nostra super hoc obtenta factæ occasionetur: vobis mandamus qd' R. occasione acquisitionis, quã tempore dñi E. nuper regis Angliæ patris nostri fecit, de T. de vna bouata terræ cũ pertinentijs in E. quæ de nobis vt de honore de T. tenentur in capite vt dicitur, si de nobis sic tenentur, non occasionetis, contra formã statuti ꝑdicti. T. &c.

Quod ecclesiastica persona non amercietur secundum beneficium ecclesiasticũ. Magna carta ca. 12.

¶ Rex vic' salutem. Cùm in magna carta de libertatibus Angliæ contineatur, quòd nulla eccles. persona amercietur secundũ quantitatem beneficij sui ecclesiastici, sed secundum laicum feodum suum, ac iam ex querela S. personæ &c. accepimus, qd' licèt ipse nullum laicũ feodum teneat, tu tamen ipsum S. in turno tuo in hundredo tali, super aliquibus coram te in eodem turno præsentatis, ipso S. super hijs nõ summonito nec legitimè conuicto, pro voluntate tua grauiter amerciasti, & amerciamentum illud de bonis suis ecclesiasticis leuare intendis minùs iustè, in ipsius S. damnum non modicum, & contra tenorem cartæ ꝑdictæ: nos, nolentes ipsum S. in hac parte indebitè prægrauari, tibi præcipimus quòd si ita est, tunc ipsum S. coram te taliter amerciari, seu amerciamentum aliquod de bonis suis ecclesiasticis leuari nõ fac', contra tenorem cartæ supradictæ. Et distr̃ &c.

Ne quis occasionetur pro re facta in prosecutione hugonis le Dispẽser.

¶ Rex vicecomiti salutem. Cùm in parliamento nostro apud Westm̄ anno regni nostri primo conuocato inter alia contineatur, quòd nullus magnas seu alius cuiuscunque status seu conditionis fuerit, qui nobiscum & Isabella regina Angliæ matre nostra charissima nuper in regnũ nostrum Angliæ venientes, nec alij tunc in eodem regno cõmorantes, qui ad nos & ipsam matrem nostrã in auxilium nostrũ venerunt, ad ꝓsequendum H. le Despenser seniorem & H. le D. iuniorem & alios inimicos nostros, occasionentur, molestentur, seu grauẽtur in personis seu bonis in curia nostra seu alterius, pro prosecutione prædicta, captione perso-

perſonarum ſeu bonorum, vel pro morte hominis aut quacunque alia re in dicta proſecutione facta, à die quo nos & dicta mater noſtra applicuimus dictum regnum, vſq; ad diem coronationis noſtræ, ac iam ex querela I. qui ad nos & dictam matrem noſtram in proſecutione prędicta venit vt dicitur accepimus, qd' tu ipſum A. occaſione quorundam bonorũ per eum in eadem proſecutione captorũ, occaſionare & grauare intendis, contra formã ſtatuti p̃dicti: nos volentes ſtatutũ illud inuiolabiliter obſeruari, tibi p̃cipimus quòd ſi ita eſt, tunc præfatũ I. occaſione prædicta cõtra formã ſtatuti p̃dicti non moleſtes in aliquo ſeu graues: intentionis tamen noſtræ & conſilij noſtri non extitit, qd' malefactores qui tranſgreſſiones ſeu alia mala extra ꝓſecutionẽ prædictã perpetrarunt, per iſtud ſtatutum cooperiantur ſeu muniantur. T. &c.

¶ Rex ſeneſcallo & mareſcallo hoſpitij ſui ſalutem. Cùm inter cæteros articulos, quos dñus E. quondam rex Angliæ auus noſter, ad emendationem ſtatus populi ſui conceſsit ordinatum ſit, qd' ſeneſcallus & mareſcallus hoſpitij noſtri, non teneant placitum de libero teñto, de debito, de conuentione, tranſgreſsione, ſeu contractu hominũ populi noſtri, niſi tantummodo de tranſgreſsione hoſpitij nr̃i, & alijs tranſgreſsionibus factis infra virgam, & de contractibus & conuentionibus quos aliquis de eodem hoſpitio fecerit alteri de eodem hoſpitio & in eodem hoſpitio & non alibi, & nullum placitum de tranſgreſsione placitent, aliud quod non ſit attachiatum per eos antequam nos exeamus virgam vbi tranſgreſsio facta fuerit, & placitum illud celeriter de die in diem placitent & terminent, ita quòd placitentur & terminentur antequam exeamus eandem virgam vbi tranſgreſsio facta fuerit, & ſi fortè infra bundas ipſius virgæ terminare non poterunt, ceſſent huiuſmodi placita coram ſeneſcallo & mareſcallo, & ſint querentes ad communem legem, ac iam ex graui querela A. & B. accepimus, qd' vos ad ſectam R. ipſos &c. ad reſpondend' coram vobis præfato R. de quadã tranſgreſſione eidem R. per præfatos A. & B. infra virgam noſtram apud B. anno &c. xij. facta vt dicitur, quod quidem placitum per vos attachiatũ non fuit antequam virgam illam tunc exiuimus diſtringitis, & ipſos ea occaſione multipliciter inquietatis minùs iuſtè, in ipſorum A. & B. diſpendium non modicum & grauamen & contra tenorem articulorum p̃dictorũ: nos igitur volentes dictam ordinationem in omnibus & ſingulis ſuis articulis inuiolabiliter obſeruari, vobis mandamus quòd ſi ita eſt, tunc ipſos A. & B. ad reſpondendum coram vobis de huiuſmodi tranſgreſſione nullatenus diſtringatis, placito illi corã vobis vlterius tenendo omnino ſuperſedentes. Et diſtr̃ &c. T. &c.

Qd' ſeneſcall' & mareſcallus non teneãt placita de libero teñto, de debito, de conuẽtione &c.

Articuli ſuper cartas cap. 3.

¶ Rex ſeneſcallo & mareſcallo hoſpitij ſui ſalutem. Cùm inter cæteros articulos quos dñs E. quondã rex Angl' progenitor noſter, ad emendationẽ ſtatus populi ſui conceſſit, ordinatũ ſit, qd' ſeneſcall' & mareſcall' hoſpitij ſui, nõ teneãt placita de libero teñto, de debito, de cõuentiõe, de trñs, ſeu cõtractu hominũ populi ſui niſi tm̃modo de tranſgreſſionibus hoſpitij ſui & alijs trñs factis infra virgã, & de contractibus & conuentiõibus quos aliqui de eodẽ hoſpitio alijs de eodẽ hoſpitio fecerũt, & in

Aliter.

Articuli ſuper cartas.

& in eodem hospitio & non alibi, ac vos quoddam placitum inter A. & B. de quadam transgressione eidem A. per præfatum B. illata vt dicitur, quanquam neuter eorum de eodem hospitio existat, corā vobis in curia nostra Marescalciæ prædictæ teneatis vt accepimus, in ipsius B. damnum non modicum & grauamen, ac contra formam ordinationis prædictæ: nos volentes dictam ordinationem in omnibus & singulis suis articulis inuiolabiliter obseruari, vobis mandamus quòd si ita est, tunc placito illi coram vobis vlteriùs tenend' supersedeatis omnino, ipsum B. cōtra formam ordinationis prædictæ non molestantes in aliquo seu grauantes. Et districtionē, si quā ei ea occasione feceritis, sine dilatione relaxetis eidem. T. &c. Breue de ordinatione.

Aliter inde parti.

¶ Rex B. de C. salutem. Cùm inter cæteros articulos &c. vt suprà vsq; ibi, & non alibi, & tunc sic, ac tu A. ad respondendum tibi de quadam transgressione tibi per præfatum A. infra virgam nostram illata vt dicitur, coram senescallo & marescallo hospitij nostri in curia Marescalciæ prædictæ, quanquam neuter vestrum de eodem hospitio existat implacites vt accepimus, in ipsius A. damnum nō modicum & grauamē, ac contra formam ordinationis prædictæ: nos volentes dictam ordinationem in omnibus & singulis suis articulis inuiolabiliter obseruari, tibi præcipimus quòd si ita est, tunc placitum illud coram præfatis senescallo & marescallo in curia prædicta vlteriùs non sequaris, cōtra formā ordinationis p̄dictæ. T. &c. Breue de ordinatione.

Qd' cōstabularius castri Douer̄ non teneat placitū forinsecum quod non tangit custodiā castri.

Articuli super cartas cap. 7.

¶ Rex dilecto & fideli suo R. de S. constabulario castri sui Douor̄, & custodi quinque portuum suorum vel eius locum tenenti ibidem salutem. Cùm inter cæteros articulos, quos dominus E. nuper rex Angliæ auus noster ad emendationem status populi sui concessit, ordinatum sit, quòd constabular̄ castri Douor̄ non placitet ad portam castri prædicti aliquod placitum forinsecum de comitatu quod non tangit custodiam eiusdem castri, ac vos quoddam placitum inter W. & P. de quodam debito quod idem W. à præfato P. exigit, quod quidem placitum custodiam castri prædicti non tangit, coram vobis ad portam castri illius teneatis, & ipsum P. per varias districtiones inquietatis minùs iustè, contra tenorem articulorum prædictorum, sicut ex parte ipsius P. nobis datur intelligi: nos articulos prædictos inuiolabiliter obseruari volentes, vobis mandamus quòd si ita est, tunc placito illi coram vobis vlteriùs tenendo supersedeatis omnino, ipsum P. contra tenorē eorundē articulorū non molestantes in aliquo seu grauantes. Et distr̄ &c.

Qd' nimis grauis districtio non capiatur p debito regis, & de supsedendo vsq; certū diem per sufficientem securitatem.

¶ Rex vicecomiti Kanc' salutem. Cùm inter cæteros articulos, quos dominus E. quondam rex Angliæ progenitor noster, ad emēdationem status populi regni sui ordinauit, contineatur, quòd nimis grauis districtio non capiatur pro debito nostro, nec nimis remotè ducatur, & qd', si debitor inuenire possit sufficientem & competētem securitatem, de debito illo vsque ad vnū diem infra diem vic', infra quem debitor sibi inde remediū acquirere valeat, vel aliàs de debito hm̄di satisfacere, quòd districtio huiusmodi interim relaxetur: tibi præcipimus qd' si R. de T. quē pro decem solidis nobis soluendis de exitibus suis coram nobis

nobis & alibi coram iustitiarijs nostris forisfactis, virtute summonitionis scaccarij nostri tibi directæ distringis vt dicitur, inuenerit tibi sufficientem securitatem iuxta formam articulorum prædictorum pro debito prędicto, vsq; ad vnum diem infra diem tuum &c. occasione pmissa fieri feceris, interim relaxes eidem per securitatem antedictam &c.

¶ Rex dilectis & fidelibus suis I. de M. & socijs suis iustitiarijs ad assisas in comitatu S. capiend' assignatis salutem. Cùm in parliamento domini E. nuper regis Angliæ aui nostri apud North. anno regni sui secundo conuocato, per ipsum, prælatos, comites, barones, & alios magnates, ac totam communitatem regni sui Angl' in eodem parliamento existentes concordatum fuerit & statutum, qd' non mandetur per magnum sigillum nostrum, nec per paruum sigillum nostrum, ad communem legem impediendam seu prorogandam, & quòd si talia mandata veniant, quòd iustitiarij ea de causa ad iustitiam faciendam nullatenus supersedeant, prout in statuto prædicto pleniùs continetur: vobis mandamus quòd iustitiæ partibus in assisa nouæ disseisinæ, quam T. arrainauit coram vobis per breue nostrum versus I. & alios in breui nostro originali contentos, de tenementis in M. faciend', virtute alicuius mandati de magno sigillo vel paruo sigillo nostris vobis directi seu dirigendi, nullatenus supersedeatis, contra formam statuti supradicti. T. &c.

Q d' iustitiarij procedant ad captionē a: isæ non obstante aliquo mandato magni sigilli siue parui.

* Nota quòd non habetur aliquod tale statutum prout in isto breui fit mentio, in anno secundo E. tertij apud North. editum: sed habetur huiusmodi statutum in anno. xx. eiusdem regis. Attamen quære Articulos super cartas, si statutum prædictum ibidem inseratur necne.

Nota.

¶ Vobis mandamus quòd in placito nouæ disseisinæ, quod R. arrainauit coram vobis per breue nostrum versus W. & alios &c. de tenementis in M. prætextu alicuius mandati sub magno vel paruo sigillo nostro vobis directi nullatenus supersedeatis, contra formam statuti prædicti, sed ad captionem eiusdem prout de iure & secundum legem & consuetudinem regni nostri fuerit faciendum procedatis &c.

Aliter qd' inquisitiones & iuratæ capiantur coram vno iustitiariorum placeæ in patria vbi placitum motum fuerit.

¶ Rex iustitiarijs suis de banco salutem. Cùm de communi consilio regni nostri Angl' concordatum existat & statutū, qd' inquisitiones & iuratæ in placito terræ capiend', quæ magnæ examinationis non existunt, capiantur in patria coram vno iustitiario placeę vbi placitum motum existit, associato aliquo probo homine patriæ, milite siue alio, ita quod certus dies detur in banco, & certi dies & locus dentur in patria in præsentia partium, & etiam qd' inquisitiones & iuratæ in placito terrę magnam examinationem requirentes, coram duobus iustitiarijs de banco in forma prædicta capiātur, ac iam ex querela R. acceperimus, qd' vos quandam iuratam xxiiij. militū, quam idem R. arrainauit coram vobis per breue nr̄m versus abbatē de T. ad conuincendū iuratores inquisitionis quæ inter ipsū abbatē petentē & p̄fatum R. tenentē, de vno mesuagio &c. cū pertinentijs in S. nuper sum̄ fuit & capta, coram vobis per breue nr̄m per dilectum & fidelem nr̄m I. de S. vnum iustitiariorum nostrorum de eodem banco, per breue nostrum de Nisi prius in patria, ad procurationem ipsius abbatis demandastis: nos considerantes quòd hm̄di iuratæ

Q d' inquisitiones quæ magnæ sunt examinationis, non capiantur in patria & de supersedendo &c.

iuratæ pro finali remedio in ſuis caſibus ordinatæ exiſtunt, & eo prætextu expediens eſſe quòd iurata ſolemniori modo quo poterit, & tam per milites iuxta tenorem dicti breuis de iurata, quã ꝑ alios viſñ illi propinquiores, magis ſufficientes, & neutri parti ſuſpectos capiantur, vobis mandamus qd' viſis & examinatis recordo & proceſſu inde corã vobis in eodem banco habitis, ſi vos eandem iuratã per præfatũ I. in patria vt præmittitur capi demandaueritis, tunc captioni eiuſdem iuratæ in patria per præfatum Iohañ ſine dilatione ſuperſederi demandetis, iuratam illam tam per milites quàm per alios viſñ illi propinquiores, magis ſufficientes, & neutri parti ſuſpectos, & vbi & coram quibus ſecundum legem & conſuetudinem regni noſtri in forma concordiæ & ſtatuti prædictorum capiend' exiſtat, capi fac' &c. T. &c.

Aliter.

¶ Rex iuſtitiarijs ſuis de banco ſalutem. Licet de communi conſilio regni noſtri concordatum exiſtat & ſtatutum, quòd inquiſitiones & iuratæ in placito terræ capiend', quæ magnæ non ſunt examinationis, capiantur in patria coram vno iuſtitiario placeæ vbi motum exiſtit, aſſociato ſibi aliquo probo homine patriæ milite ſiue alio, ita quòd communis dies detur in banco, & certi dies & locus dentur in patria in præſentia partium, & etiam quòd inquiſitiones & iuratæ in placito terræ magnam examinationem requirentes, coram duobus iuſtitiarijs de banco in forma prædicta capiantur, quia tamen placitum, quod eſt coram vobis in banco prædicto per breue noſtrum inter W. petentem & B. tenentem, de manerio de S. cum pertinentijs in comitatu Wilteſ. ſpecialiter nos tangit, præſertim cùm idem W. dictum manerium cum pertinentijs teneat ad terminum vitæ ſuæ ex conceſsione noſtra, & poſt mortem eiuſdem W. dictum manerium cum pertinentijs ad nos & hæredes noſtros integrè reuerti debet, volentes indemnitati noſtræ proſpicere in hac parte: vobis mandamus quòd ſi ad inquiſitionem inde capiendam procedere vos contingat, tunc huiuſmodi inquiſitiones coram vobis in banco prædicto & non alibi capiatis, concordia & ſtatuto prædictis non obſtantibus. Et ſi inquiſitionẽ inde in patria per breue Niſi prius capi demandaueritis: tunc inquiſitioni illi in patria capiendæ ſuperſederi demandetis. T. &c.

Q d' inquiſitiones ad cuiuſcũq; querelã, fiant cum iuſtitiarij ad patriam venerint.

¶ Rex dilectis & fidelibus ſuis W. de H. & ſocijs &c. aſsignatis ſalutem. Cùm inter cæteros articulos, quos dominus E. quondam rex Angliæ progenitor noſter, ad emendationem ſtatus populi ſui conceſsit, ordinatum ſit, quòd de conſpiratoribus, falſis informatoribus, & malis procuratoribus duodenarum, inquiſitionum, aſſiſarum, & iuratarum, iuſtitiarij de vtroq; banco, ac iuſtitiarij ad aſſiſas capiendas aſsigñ, cùm in patriam venerint ad officium ſuum faciendum, faciant inquiſitiones ad cuiuſcunque querelam ſine breui & ſine dilatione, & faciant iuſtitiam conquerenti, prout in articulis prædictis pleniùs continetur: nos dictos articulos in omnibus inuiolabiliter obſeruari volentes, vobis mandamus quòd inſpecta ordinatione prædicta, vlteriùs ad proſecutionem omnium & ſingulorum coram vobis conqueri volentium fac' quod ſecundum formam ordinationis prædictæ fuerit faciend'. T. &c.

¶ Rex

¶ Rex, balliuis suis de wapentachio de L. salutē. Cùm in magna carta de libertatibus Angliæ contineatur, quòd nullus vicecomes vel balliuus suus faciat turnum suum per hundredum nisi bis in anno, & non nisi in loco debito & cōsueto, videlicet semel post Pascha & iterum post festum sancti Michaelis, & visus de franco plegio tunc fiat ad illum terminum sancti Michaelis, ac iam ex querela hominum & tenentium abbatis de D. de B. accepimus, quòd vos ipsos homines & tenentes in hac parte prægrauare machinantes, ipsos ad veniendum ad quodlibet wapentachium nostrum prædictum, ad præsentandum ea ibidem quæ ad visum franci plegij pertinent, iam de nouo grauiter districxistis, in ipsorum hominum & tenentium graue damnum & præiudicium manifestum, & contra tenorem magnæ cartæ prædictæ: nos eandem cartam in omnibus & singulis suis articulis volentes inuiolabiliter obseruari, vobis præcipimus quòd dictos homines & tenentes ad veniendum coram vobis ad wapentachium prædictum, ad præsentandum ibidem ea quæ ad visum franci plegij pertinent, contra tenorem cartæ prædictæ nullatenus distringatis. Et dist̄r &c. T. &c. Ne quis distringatur ad veniendum ad wapentachium nisi bis in anñ, ad præsentandum quæ ad visum pertinent. Magna carta ca.xxij.

REx, A. vel balliuis A. de I. salutem. Monstrauit nobis C. quòd cùm ipse nuper amerciandus esset in curia tua vel in curia prædicti domini vestri de I. pro modico delicto in quod incidit: tu vel vos ab eo grauem exigis vel exigitis redemptionem, contra tenorem magnæ cartæ de libertatibus Angliæ, in qua continetur quòd nullus liber homo amercietur nisi secundum quantitatem delicti, & hoc saluo contenemento suo, & villanis saluo waynagio suo. Et ideo tibi vel vobis præcipimus, quòd à præfato C. moderatam capias vel capiatis misericordiam, secundum quantitatem delicti illius: ne clamor ad nos perueniat iteratus. T. &c. De moderata misericordia. Magna carta ca.xiiij. W.1. ca.vj.

☞ Et potest istud breue fieri sicut aliàs &c. Regula.

¶ Rex, vicecomiti S. salutem. Si A. fecerit te &c. tunc sum̄m &c. C. & B. balliuos A. de I. quòd sint coram &c. ostensuri quare cùm idem A. nuper amerciandus esset in hundredo prædicti domini sui de I. pro modico delicto in quod incidit, ac nos ad requisitionem ipsius A. præfatis balliuis præceperimus, quòd iuxta tenorem magnæ cartæ de libertatibus Angliæ moderatam ab eo caperent misericordiam, secundum quantitatem & modum delicti illius: ijdem balliui spretis mandatis nostris prædictis, à præfato A. grauiorem inde redemptionem per varias districtiones extorquere non cessant, in nostri contemptum, & ipsius A. graue damnum, & contra tenorem cartæ prædictæ vt dicit. Et habeas &c. Attachiamentū inde.

☞ Et si vni balliuo scribatur: tunc sic, eidem balliuo præceperimus &c. idem balliuus spreto &c. Regula.

¶ Rex, balliuis episcopi W. de W. salutem. Cùm in magna carta de libertatibus Angliæ contineatur, quòd nullus liber homo amercietur pro paruo delicto nisi secundum modum ipsius delicti, & pro magno delicto secundum magnitudinem delicti, saluo contenemento suo, Aliter qd' misericordia ponatur per sacramentum ꝓborū hominum, iuxta formam statuti.

Magna carta ca. x.

& mercator eodem modo salua mercandisa sua, & villanus alterius quàm noster eodem modo amercietur saluo waynagio suo si inciderit in manum nostram, & nulla misericordiarum prædictarum ponatur nisi per sacramentum ꝓborum & legalium hominum de visinetu, prout in eadem carta plenius continetur, ac iam ex querela hominum & tenentium manerij p̄dicti acceperimus, quòd vos ipsos homines & tenentes cùm in curia eiusdem manerij in misericordiā inciderint pro aliquo delicto, ad magnas pecuniarū summas voluntarie assidetis, non permittentes quòd misericordia illa per sacramentum hominum & tenētium eiusdem manerij ponatur, in ipsorum hominum & tenentium damnum non modicum & contra tenorem cartæ prædictæ: nos volētes cartam illam in omnibus & singulis suis articulis inuiolabiliter obseruari, vobis præcipimus quòd ab huiusmodi summis, super homines & tenentes prædictos cùm in misericordiam inciderint, voluntariè assidend' penitus desistentes, misericordiam huiusmodi per sacramentum ꝓborum & legalium hominum eiusdem curiæ poni permittatis, iuxta tenorem cartæ supradictæ. T. &c.

Quòd communia placita non teneantur in scaccario. Magna carta ca. xi. Articuli super cartas ca. iiij. Statutum de Roteland ca, vltimo.

¶ Rex, thesaur̄ & baronibus suis de scaccario salutem. Cùm secundum legem & cons. regni nostri, cōmunia placita corā vobis ad scaccarium præd' placitari non debeant, nisi placita illa nos vel aliquem ministror̄ nostrorum eiusdem scaccarij specialiter tangant, ac iam ex querela H. acceperimus, quòd C. qui minister noster scaccarij prædicti non existit vt dicitur, ipsum H. implacitet coram vobis in scaccario præd' de debito centum solidorum, contra legem & consuetudinem prædictas: vobis mandamus quòd si ita est, tunc placito illi coram vobis vlteriùs tenendo supersedeatis omnino. Et præfato C. dicatis ex parte nostra, quòd breue nostrum de debito prædicto sibi impetret si sibi viderit expedire. T. &c.

Quòd clerici infra sacros constituti, non eligantur in officium.

¶ Rex, balliuis H. de L. salutē. Cùm secundum legē & cons. regni nr̄i, clerici infra sacros ordines constituti, ad offic' balliui siue bedelli eligi non debeant nec hactenus consueuerint, ac iam ex parte T. magistri hospitalis nr̄i de C. acceperimus, qd' vos ipsum magistrum ad officium balliui seu bedelli manerij p̄d' elegistis iam de nouo, & ipsum officium illud assumere compellere nitimini, in ipsius magistri graue damnum & contra legem & consuetudinem supradictas, super quo nobis supplicauit sibi per nos de remedio ꝓuideri, & quia non est cōsonum, quòd dictus magister, qui nobis in hospitali p̄dicto ꝓ salubri statu nostro, & ꝓ animabus ꝓgenitorū nostrorū quondam regum Angl', & ꝓ statu eiusdem hospitalis ac cantariæ, eleemosinis, & alijs pijs operibus in eodem hospitali manutenendis & sustentandis continuè deseruit, ad insistendum alibi extra idē hospitale in secularibus negotijs cōpellatur: vobis præcipimus qd' districtioni & cōpulsioni, si quas eidē magistro ad offic' balliui seu bedelli in manerio præd' assumend' feceritis, omnino supersedeatis, & eas sine dilatione relaxetis, & denar̄ si quos per amerciamenta vel alio modo ex causa prædicta ab eo leuaueritis, eidem magistro restitui fac' indilatè, sub periculo qd' incumbit. T. ann. xxx.

¶ Rex,

¶ Rex, taxatoribus & collectoribus, x. & xv. nobis vltimò ꝑ cõmunitatem regni nostri Angliæ concessarum in comitatu Glouc' salutem. Ex parte W. præbendarij præbendæ de B. in ecclesia de S. nobis est ostensum, quòd vos occasione decimæ & xv. prædictarum nobis per laicos concessarum, in proprijs bonis ipsius W. de temporalibus præbendæ suæ prædictæ annexis exeuntibus, quæ ad decimam & inter spiritualia in singulis taxationibus & præstationibus huiusmodi decimæ taxantur, & de quibus decimam dari consueuit, prædictas decimam & quintamdecimam inter laicos assidere, taxare, & leuare intenditis minùs instè, in ipsius W. damnum non modicum & grauamen. Et quia nolumus quòd idem W. de huiusmodi bonis suis, de quibus decimam nobis dat, inter spiritualia de prædictis decima & quintadecima per laicos concessis oneretur: vobis mandamus quòd ipsum W. in proprijs bonis suis quæ inter spiritualia ad decimam taxantur, & de quibus decimam nobis dat vt prædictum est, ratione decimæ & quintædecimæ prædictarum nobis per laicos concessarum non molestetis in aliquo seu grauetis. Et districtionem si quam ei ea occasione fieri feceritis, sine dilatione relaxari faciatis eidem. Prouiso tamen qd' de terris & tenementis, si quæ ꝑ præfatum W. vel prædecessores suos, ad præbendam prædictam post annum domini E. nuper regis Angliæ aui nostri vicesimum acquisita fuerint, nobis de huiusmodi decima & quintadecima iuxta ratam bonorum & catallorum in dictis terris & tenementis existentium, & de eisdem ꝓuenientium respondeatur vt est iustum. Teste me ipso &c. De non distringendo præbendarium.

¶ Rex, dilectis & fidelibus suis I. & socijs suis iustitiarijs &c. salutem. Cùm inter cæteros articulos, quos dominus Edwardus quondam rex Angliæ auus noster, ad emendationem status populi sui concessit, ordinatum sit, quòd de conspiratoribus, falsis informatoribus, & malis procuratoribus duodenarum, inquisitionum, assisarum & iuratarum, iustitiarij de vtroque banco, ac iustitiarij ad assisas capiendas assignati cùm in patriam venerint ad officium suum faciendum, faciant inquisitionem ad cuiuscunque querelam sine breui & sine dilatione, & faciant iustitiam conquerenti, prout in articulis prædictis plenius continetur: nos dictos articulos in omnibus inuiolabiliter obseruari volentes: vobis mandamus quòd inspecta ordinatione prædicta, vlteriùs ad prosecutionem omnium & singulorum coram vobis conqueri volentium fac', quod secundum formam ordinationis prædictæ fuerit faciendum. T. me ipso apud &c. De falsis informatoribus inquisitionum.

¶ Rex, iustitiarijs suis de banco salutem. Cùm in statuto nostro apud Westmonasterium anno regni nostri quinto ædito, inter alia concordatum sit & statutum, quòd si aliquis iurator in assisis, iuratis, seu inquisitionibus, capiat de vna parte & de alia, & super hoc debitè conuincatur, quòd extunc non ponatur in assisis, iuratis, nec inquisitionibus, & nihilominus committatur prisonæ, & vlteriùs redimatur ad voluntatem nostram, ac W. & S. nuper in quadam inquisitione inter abbatem de T. petentem & R. tenentem, de vno mesuagio cum perti- Quòd iuratores non capiant de vna parte vel de alia.

nentijs in N. coram vobis in banco prædicto capienda positi, tam de prædicto abbate quàm de præfato R. contra formam statuti prædicti ceperunt vt accepimus: nos statutum illud volentes inuiolabiliter obseruari, vobis mandamus quòd vocatis coram vobis præfatis W. & S. si vobis constare poterit ipsos in inquisitione prædicta positos fuisse, & tam de prædicto abbate quàm de præfato R. cepisse vt prędictum est, tunc inspecto statuto prædicto, vlteriùs inde fieri faciatis quod de iure & secundum formam statuti prædicti fuerit faciendum. T. &c.

Quòd iuratores non capiant pro veredicto dicendo.

¶ Rex, vicecomiti Cumbr̄ salutem. Si W. fecerit &c. tunc pone &c. A. B. C. & D. quòd sint &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato W. quare cùm in parliamento domini Edwardi nuper regis Angliæ aui nostri apud W. anno regni sui xxxviij. tento, inter cætera concordatum existat, quòd si aliqui iuratores in assisis, iuratis, & alijs inquisitionibus capiendis, inter nos & partem, vel partem & partem, quicquam capiant per ipsos vel alios de parte conquerente vel defendente pro veredicto suo dicendo, & super hoc per processum in quodam articulo de iuratoribus anno regni eiusdem aui nostri. xxxiiij. facto ordinatum conuincantur, siue sit ad sectam partis, quæ pro seipsa vel ꝓ nobis, aut alterius cuiuscunque personæ prosequi voluerit, soluat quilibet dictorum iuratorum decies tantum quantum ipse recepit, & habeat ille, qui faciat sectam, vnam medietatem, & nos aliam medietatem, & quòd omnes imbraciatores ducendi vel procurandi tales inquisitiones in patria, pro lucro vel proficuo capiendo, puniantur eodē modo & forma sicut iuratores, & si iurator vel imbraciator ita conuictus non habeat vnde in forma supradicta satisfaciat, habeat prisonam vnius anni, ꝓut in ordinatione p̄d̄ pleniùs continetur: p̄dicti A. & B. in quadā assisa nouæ diss. quā idē W. nuper arrainauit corā dilectis & fidelibus nr̄is S. & socijs suis nuper iustitiarijs nr̄is ad assisas in comitatu Cumbr̄ capiendas assignatis, ꝑ breue nr̄m versus H. de S. & alios in dicto breui cōtentos de tenementis in T. positi, ꝓ veredicto suo in hac parte dicendo, ac præfati C. & D. imbraciatores eiusdē assisæ ad eam ducendum & procurandum, de præfato H. diuersas pecuniæ summas & alia dona apud P. receperunt, in nostri contemptum & ipsius W. graue damnum, & contra formam ordinationis & concordiæ prædictarum. Et habeas ibi &c. nomina plegiorum. &c.

Decies tantum.

Aliter.

¶ Et habeat ille, qui faciat sectam, vnam medietatem, & nos aliam medietatem, & si iurator ita conuictus non habeat &c. vt suprà in primo breui vsque, continetur: prædicti I. W. C. D. &c. iuratores in quadam inquisitione quæ nuper summonita fuit, coram W. & socijs suis nuper iustitiarijs domini Richardi nuper regis Angliæ secundi post conquestum de banco, de loquela quæ fuit corā eisdem nuper iustitiarijs ꝑ bre ipsius nuper regis inter M. petentē & p̄fatū E. tenentē, de vno mesuagio cū pertinentijs in S. quæ quidē loquela remansit sine die, eò quòd p̄d̄ nuper rex de regimine suo regni sui se dimisit, & postmodum resummonita fuit coram præfatis iustitiarijs nostris subsequent̄, quæ

capta

capta coram præfato W. capitali iustitiario nostro de banco prædicto, associato sibi R. ꝑ formam statuti inde æditi apud N. ꝑ breue nrm Nisi prius positi, ꝑ veredicto suo in hac parte dicendo, de præfato N. &c. apud prædictam villam de N. ceperunt &c.

*Nota si breue portatur versus iuratores tantùm: tunc debet omitti ista clausula, & quòd omnes imbraciatores vsque ibi, & si iurator &c. Nota.

¶ Rex, vic' salutem. Si R. & M. vxor eius fecerint &c. tunc pone &c. I. & W. balliuos ciuitatis nostræ Wyntoñ, W. & W. quòd sint coram iustitiarijs &c. tali die, ostensuri quare cum de communi consilio regni nostri statutum sit, quòd nullus minister noster vel aliquis alius manuteneat placita vel querelas quæ sunt in curia nostra vel alibi, de terris & tenementis aut alijs rebus quibuscunque pro parte rei petitæ, vel alio proficuo per conuentionem factam inde habendo, nec aliquis ius suum sub huiusmodi conuentione alteri dimittat: prædicti I. & W. W. & W. quoddam placitum friscæ forciæ quod est coram maiore & dictis balliuis ciuitatis prædictæ, inter S. & A. vxorem eius petentes & præfatos R. & M. tenentes, de vno mesuagio cum pertinentijs in ciuitate prædicta, pro parte tenementi prædicti & alio proficuo inde habendo per conuentionem iam assumpserunt, pro præfatis S. & A. manutenend' & manutenent, ad graue damnum ipsorum R. & M. & contra formam statuti prædicti. Et habeas &c. De manutenendo. W. i. cap. xxv. Vide antea fo. 182. breue de manutenendo.

¶ Vel sic, prædicti I. & W. placitum loquelæ quæ est coram iustitiarijs nostris de banco per breue nostrum inter præfatum R. & G. de eo qd' idem G. bona & catalla ipsius R. ad valenciam centum solidorum apud L. inuenta cepit & asportauit, pro parte catallorum prædictorum per conuentionem &c. vt suprà. Aliter.


Ex, vicecomiti S. salutē. Si A. fecerit te &c̄. tunc attachies B. ita quòd eum habeas corā iustitiarijs nostris apud W. tali die, ad respondendum tam nobis quàm præfato A. quare cùm per dominum E. nuper regem Angliæ progenitorem nostrùm & consilium suum, pro communi vtilitate eiusdem regni ordinatum sit, quòd si aliquis seruiens in seruitio alicuius retentus, ante finē termini concordati à dicto seruitio sine causa rationabili vel licentia recesserit, pœnam imprisonamenti subeat: prædictus B. in seruitio ipsius A. apud N. nuper retentus, ab eodem seruitio ante finem termini inter eos concordati sine causa rationabili & licentia ipsius A. recessit, in nostri contemptum, & ipsius A. graue damnum, & contra formam ordinationis prædictæ. Et habeas ibi hoc breue T. &c. Breue de ordinatione. Breue de ordinatione contra seruientem.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit &c. tunc pone &c. I. quòd sit coram iustitiarijs &c. ad respondendum &c. vsque ibi, pœnam imprisonamenti subeat, & nullus sub eadem pœna talem in seruitio suo recipere vel retinere præsumat: prædictus I. R. seruientem ipsius A. in seruitio suo apud L. nuper retentum, qui ab eodem seruitio ante finem termini inter eos concordati sine causa rationabili & licentia ipsius Aliter versus magistrum & seruientem.

A. recessit in seruitium ipsius I. quanquam ipse de præfato R. eidem A. restituendo requisitus fuerit, admisit & retinuit, in nostri contemptum & ipsius A. graue damnum, ac contra formam ordinationis prædictæ. Attachies etiam, vel sic. Et attachies præfatum R. ita quòd eum habeas tunc ibidem, ad respondendum tam nobis quàm præfato A. quare à seruitio suo ante finem termini inter eos concordati sine causa rationabili & licentia ipsius A. vt prædictum est recessit, in nostri contemptum & ipsius A. graue damnum, ac contra ordinationem supradictam. Et habeas ibi nomina plegiorum &c. T. &c.

Regula. ☞ Et si impetretur versus magistrum solummodo: tunc omittatur le Attachies etiam &c. vsque ibi. Et habeas ibi nomina &c. quæ inseretur. Breue de ordinatione.

De attachiando non habentes vnde viuāt, q̄ñ recusant seruire.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit &c. tunc attachies B. & C. ita quòd eos habeas coram iustitiarijs &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato A. quare cùm per dominum E. nuper regem Angliæ &c. & consilium suum, pro communi vtilitate eiusdem regni ordinatum sit, quòd quilibet homo & fœmina eiusdem regni cuiuscunq; conditionis fuerit, liberæ vel seruilis, potens in corpore & infra ætatem sexaginta annorum, non viuens de mercatura, nec certum exercens artificium, nec habens de suo proprio vnde viuat, nec terram propriam circa cuius culturam se poterit occupare, & alteri non seruiens, si de seruiendo in seruitio pro statu suo congruo fuerit requisitus vel requisita, seruire teneatur illi qui ipsum sic duxerit requirend', & percipiat duntaxat vadia, liberationes, mercedes, seu salaria, quæ in locis, vbi seruire debeat, anno regni dicti aui nostri vicesimo, vel annis communibus quinq; vel sex proximis præcedentibus solita sunt præstari, & si talis vir & mulier, qui vel quæ de sic seruiendo requisitus vel requisita fuerit, hoc facere noluerit, statim capiatur, & ꝓximæ mittatur gaolæ & ibidem sub arcta moretur custodia quousq; securitatem inuenerit de sic seruiendo in forma prædicta, ac idem A. præfatis B. & C. qui ad seruiendum iuxta formam ordinationis prædictæ tenentur, seruitium pro statu suo competens ac huiusmodi competens salarium frequenter obtulerit: prædicti B. & C. pro huiusmodi competente salario penitus seruire recusarunt vel recusauerint, in nostri contemptum, & prædicti A. graue damnum, & contra formā ordinationis prędictæ. Et habeas ibi hoc breue. T. &c.

De seruiendo in estate vbi moratur in hyeme. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si W. &c. tunc pone I. &c. quòd &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato W. quare cùm per dominum Edwardum nuper regem Angliæ &c. pro communi vtilitate regni nostri statutum sit, quòd nullus seruiens cuiuscunque status fuerit seu conditionis, extra villam vbi moratur in hyeme, ad seruiendum alibi in estate si seruitium in eadem villa inuenire possit, sub pœna imprisonamenti exeat, excepto quòd homines de comitatu Lanc', Staff. Derb. & de march' Wall', tempore Augusti ad laborandum in alijs comitatibus venire, & saluò, prout hactenus facere consueuerunt, redire possint: præfatus I. in seruitio ipsius W. apud F. in hyeme nuper retentus

tentus, præfato W. seu alicui alio in villa prædicta in estate tunc sequenti, quanquam ipse ad seruiendum in eadem villa pro salario competenti sæpius requisitus fuerit, seruire recusauit, in nostri contemptum, & ipsius W. graue damnum, & contra formam statuti prædicti. Et habeas ibi nomina plegiorum.&c. Teste &c. Breue de ordinatione.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit &c. tunc attachies W. ita quòd eum habeas coram nobis &c. vbicunque &c. quare cùm ad commune vtilitatem regni nostri Angliæ per dominum Edwardum &c. auum nostrum & consilium suum ordinatum existat, quod quilibet carectarius, carucarius, chaceator carucarum, bercarius, & alij seruientes quicunque, talia liberationes & salaria, qualia anno regni eiusdem aui nostri Angliæ vicesimo, & quatuor annis proximè præcedétibus solita sunt præstari, & non maiora capiant: prædictus W. in seruitio ipsius A. apud S. retentus, liberationes & salaria maiora, & alia quàm dictis annis præstabantur, per graues comminationes, quòd ipse aliàs à seruitio ipsius A. recederet, ab eodem A. recepit, in nostri contemptum, & ipsius A. graue damnum, ac contra formam ordinationis prædictæ vt dicit. Et habeas ibi. &c. T. &c. Breue de ordinatione. De attachiando seruientem maiora salaria solitò capienté.

¶ Rex, vic' salutem. Supplicauit nobis A. de B. quod cùm ipse in quadam magna pecuniæ summa nobis infra certum tempus soluend' teneatur, operarios seu alios seruientes ad blada trituráda & alia opera facienda, vnde pecunia prædicta ad opus nostrum leuari possit, non habeat, & quamplures seruiétes in dicto com̄ vagantur, nemini iuxta formam ordinationis de operatoribus & seruientibus factæ deseruientes, velimus sibi de huiusmodi operarijs & seruientibus, quatenus iustū fuerit, iubere prouideri hac de causa: nos tam pro nobis quam ꝑ præd' A. in hac parte quod iustū fuerit, iuxta formam ordinationis prædictæ fieri volentes, tibi præcipimus qd' eidem A. tot operarios & seruientes de dictis operarijs & seruientibus sic vagantibus, quot sibi necessarij fuerint, pro prædictis negotijs suis faciendis habere facias: ita quòd leuatio dictæ pecuniæ nostræ, nec operationes suæ prædictæ, pro defectu huiusmodi operariorum & seruientium nullatenus retardentur, & hoc non omittas sub periculo quod incumbit. T. &c. De certos operarios debitorem regis habere faciendo, ad blada trituranda & alia opera facieda.

¶ Rex, iustitiarijs &c. saluté. Cùm in statuto ꝑ cōmuni vtilitate regni nr̄i Angl' ædito contineatur, qd' quicunq; carectarius, carucarius & alij seruientes, capiant stipendia & liberationes consueta, an̄ regni dn̄i Edwardi nuper regis Angl' aui nr̄i vicesimo, vel quatuor annis ꝓximè præcedétibus, & quòd ꝑ annū integrū vel terminos vsuales, & non per dietas conducantur deseruire, ac intellexerimus quòd licèt quamplures de villa de B. C. barcariū ad deseruiend' eis ꝑ terminos in com̄ præd' vsuales, ꝑ stipendijs & liberationibus ibidem consuetis, sibi deseruire requisierint: ipse tamé alicui eorū nisi ꝑ dietas ꝑ stipédio ad volūtaté suā constituend' deseruire omnino recusauit, in perniciosū exemplū aliorū hm̄odi seruientū, & contra formā statuti prædicti. Et quia dictū statutum in omnibus illæsum volumus obseruari, vobis mandamus Quòd seruientes deseruiant per terminos vsuales & non per dietas &c.

quòd

quòd vos de præmissis diligenter informati, si inueneritis præmissa veritatem continere: tunc ipsum C. illi, qui de seruitio suo magis indiget, in villa prædicta deseruire compellatis per terminos in dicto comitatu vsuales, & stipendijs in hac parte consuetis, iuxta formã statuti prædicti. T. &c.

Aliter quòd seruientes non habentes vnde viuant, illis deseruiant qui primo duxerunt requirendo.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Si A. fecerit &c. tunc attachies I. ita quòd eum habeas coram &c. ad respondendum tam nobis quàm præfato A. quare cùm per dominum E. &c. auum nostrum &c. sit, quòd si aliquis seruiens in otio vagans de seruiendo requisitus illi, qui primò ipsum requisierit in seruitio pro statu suo competenti, pro salario congruo teneatur deseruire, ac idem A. præfato I. seruienti apud S. in otio vaganti, non habenti nisi de seruitio suo vnde viuat, seruitium congruum pro statu suo & mercedem & salaria competentia obtulerit, præfatus I. eidẽ A. seruire recusauit, per quod tu ad requisitionem ipsius A. ipsum I. per balliuum tuum attachiari, & in gaola nostra castri de N. custodiri demandasti, donec securitatem inuenerit de seruiendo eidẽ A. in forma prædicta: prædictus I. vi & armis dicto attachiamento resistit, & in ipsum balliuum ibidem insultum fecit, & ipsum verberauit &c. & sic se super delicto suo rebellicè tenuit iustitiari, in nostri contemptum & præiudicium, & ipsius A. graue damnum, & contra formam ordinationis prædictæ. Et habeas &c. T. &c.

De seruiente conducto per alium arrestato ad deseruiendum sibi qui cum primò conduxit deliberando eidem deseruiturum.

¶ Rex, vic' salutem. Querelam I. accepimus continentem, quòd cùm ipse cum W. de C. ad deseruiend' sibi apud H. conuenerit, & idem W. ad eundem I. ad ipsum iuxta formam conuentionis inter eos factæ deseruiend' venire voluerit: A. de B. ipsum W. vi & armis arrestauit, & contra voluntatem suam ad deseruiend' sibi per potentiam suam compulsit, & sic ipsum, licèt per prædictum I. ad dictum seruientem sibi deliberandum requisitus fuerit, in seruitio suo retinuit, ad graue damnum ipsius I. & contra formam ordinationis inde factæ, vnde nobis supplicauit sibi de remedio prouidere. Nos supplicationi prædictæ annuentes: tibi præcipimus quòd si tibi legitimè constare poterit, præmissa veritatem continere, tunc ipsum W. eidem I. deliberes sibi iuxta formam conuentionis & ordinationis prædictarum deseruiturũ. T. &c.

Quòd domini præferantur alijs terram suã tenentibus.


Ex, &c. Quare cùm per dominũ Edwardum &c. & consilium suum &c. ordinatum sit, quòd quilibet seruiens cuiuscunq; conditionis fuerit, alteri non seruiens, si de seruiendo in seruitio congruo cõsiderato statu suo fuerit requisitus, seruire teneatur illi qui ipsum sic duxerit requirend', ꝓuiso quòd dñi præferantur alijs terram suam tenentibus sic in seruitio suo retinend', & quòd si aliquis seruiens in seruitio alicuius retentus, ante finẽ termini cõcordati à dicto seruitio suo sine causa rationabili vel licentia recesserit, pœnã imprisonamẽti subeat, & nullus sub eadẽ pœna talẽ in seruitio suo recipere vel retinere ꝑsumat: ꝓd' E. W. de B. terrã ipsius R. tenentẽ, de seruiendo eidẽ R. requisitũ in seruitio suo apud B. nuper retentũ, qui ab eodẽ seruitio sine causa rationabili & licentia

centia ipsius R. ante finem termini inter eos concordati recessit in seruitium ipsius E. quanquam ipse de p̄fato W. eidē R. restituend' requisitus fuerit, admisit & retinuit, in nostri contemptum, & ipsius R. graue damnū, & contra formam ordinationis prædictæ. T. &c.

¶ Rex, vniuersis & singulis maioribus, vicecomitibus, balliuis &c. salutem. Quia intelleximus quòd quamplures validi & corpore potentes ad laborandum, mendicantes, & alij, se latrocinijs & alijs flagitijs citius quàm laborando quærere victum suū se attribuunt, & sic vagantur in otio, alijs deseruire licèt requisiti recusando: nos nequitiæ & desidię h̄mi mendicantiū & aliorū volentes occurrere, assignauimus dilectū nobis I. de L. custodē &c. ad omnes illos, quos corpore potentes ad laborand' inuenerit mendicantes, seu latrocinijs aut alijs flagitijs se attribuentes, & alijs deseruire recusantes, vbicunq; inuenti fuerint infra libertates &c. capiend', & ꝓximæ gaolæ committend', in eadē morari quousque inuenerint securitatē de seruiendo illis qui eos duxerit requirendos, iuxta tenorē ordinationis ꝑ p̄d' auum nostrum, prælatos, comites, barones & alios in regno nostro Angliæ de huiusmodi seruientibus factæ, saluò custodiri faciend'. Et ideo vobis omnibus & singulis firmiter iniungendo mandamus, quod eidem I. in præmissis faciend' & exequendis intendentes sitis in auxilium quoties necesse fuerit, & ꝑ ipsum super hoc fueritis præmoniti. In cuius &c. T. &c.

Commissio ad validos & corpore potentes in otio vagantes deseruire renuentes capiendos.

¶ Rex, A. B. & C. iustitiarijs ad omnia & singula, quæ contra formā ordinationis de operatoribus, artificibus, & seruitoribus in partibus de Holland', in comitatu Linc' sunt attentata, audienda, & terminanda assignatis salutē. Quia dilectus nobis I. de C. nobis grauiter conquestus est, quòd agricultores apud K. in partibus illis pro agendis suis nō habeat, ꝑ quod terræ suæ incultæ & alia agenda sua infecta remanent, in ipsius I. damnum grauissimum: vobis mandamus quòd eidem I. agricultores & alios laborantes, quot sibi necessarij fuerint, de vagabundis seruire renuentibus, & alijs pro terris suis excolendis & alijs agendis suis faciend' habere faciatis, iuxta tenorem ordinationis supradictæ. T. &c.

De operatoribus & alijs seruientibus vagabundis habere faciendis.

¶ Rex, vniuersis &c. ad quos &c. Quia accepimus per certificationem W. de B. capitanei Britanniæ, quòd B. & C. factis conuentionibus cū eodē, ad ꝓficiscend' cùm ipso versus dictas partes Britanniæ in obsequium n̄r̄m, & receptis denarijs n̄r̄is ab eodem W. ꝓ profectione prędicta, iuxta conuentiones p̄dictas, in dictū obsequiū nostrū versus partes illas cum eodē W. proficisci recusauerint, & in diuersis comitatibus regni n̄r̄i Angl' vagantur & discurrunt, in n̄r̄i deceptionē, contēptum, & p̄iudicium, & arduorū negotiorū nostrorū in hac parte retardationē manifestā, & contra conuentiones suas prędictas: nos ipsos B. & C. ꝓpter deceptionē, contemptū, & præiudiciū prædicta, debitè castigari volentes & puniri, assignauimus vos R. & S. seruientes nostros ad arma, ad prædictos B. & C. vbicunque &c. infra libertatem &c. insequend', arrestand', & capiend', & eos coram consilio nostro ducendos. Et ideo &c. vt suprà. In cuius rei &c.

Ad capiendum conductos ad proficiscendum in obsequium: qui captis vadijs ad dictum obsequium venire non curauerint. Fit patens.

¶ Rex,

Aliter ad capiendum magistrum nauium, qui retentus fuit ad proficiscendum ad partes &c. Fit clausum. An.1.Ric.ij. apud Glouc. ca.v.

¶ Rex, vicecomitibus Londoñ salutem. Quia I. de B. nuper magister cuiusdam nauis vocatæ Cogan de magna Iernemoth, ad proficiscendum in obsequium nostrum in comitiua dilecti & fidelis nostri T. de P. nuper admiralli nr̃i Flote nauium, versus partes boreales retentus, & receptis ꝑ eundē I. à præfato T. diuersis pecuniarum summis de denarijs nostris ꝓ viagio prædicto, ab eodē obsequio nr̃o de seruitio suo nobis in hac parte minimè satisfacto recessit, in nostri contemptum & præiudiciū maximum: vobis igitur præcipimus quòd p̄fatum Iohannem vbicunque inuentus fuerit in balliua vestra capi, & coram nobis in cancellaria nostra nobis super præmissis respōdere venire faciatis indilatè. Et habeatis ibi hoc bre. T. &c.

Aliter de eodē per testificationem in cancellaria.

¶ Rex, vic' Londoñ salutem. Quia Thomas Deynes qui ad ꝓficiscendum in obsequiū nostrū ad partes Portugaliꝫ cum dilecto & fideli nr̃o I. de S. chiualer retentus fuit, sicut per certas indenturas in cancellaria nostra ostensas pleniùs apparet, receptis diuersis pecuniarū summis de denarijs nostris ꝓ vadijs suis de præfato I. in dictū obsequium nostrū ꝓficisci nō curauit, sed inde se retraxit, & in ciuitate nr̃a Londoñ iam moratur negotijs ꝓprijs intendendo, sicut Guilhelmus Cary & Guilhelmus Spayne attornati ipsius I. testati fuerunt, in nostri contemptū manifestum: vobis præcipimus quòd præfatū T. venire faciatis coram nobis ad citius quò poteritis, ad respondendum nobis de contemptu prædicto, ac alijs quæ sibi obijcientur ex parte nostra tunc ibidem. Et habeatis ibi hoc breue. T. anno quinto.

Quòd senescallus & marescallus non teneant placita de debito, de conuentione &c.

¶ Rex, senescallo & marescallo hospitij sui salutem. Cùm inter cęteros articulos, quos dominus Edwardus quondam rex Angliæ auus noster ad emendationem status populi sui concessit, ordinatum sit, quòd senescallus & marescallus hospitij sui non teneant placita de libero tenemento, de debito, de conuentione, transgressione, seu contractu hominum populi sui, nisi tantummodo de transgressione hospitij sui & alijs transgressionibus factis infra virgam, & de contractibus & conuentionibus, quos aliqui de eodē hospitio alijs de eodē hospitio fecerint, & in eodē hospitio & non alibi, ac iam ex querela A. de B. accepimus, quòd vos ad ꝓsecutionē I. de L. placitum inter præfatum A. & I. quorū neuter de eodē hospitio existit vt dicitur, de quodā debito qd' idem I. à præfato A. exigit, tenetis corā vobis, in ipsius A. damnū non modicum & grauamen, & contra formam ordinationis prędictæ: nos igitur volētes dictam ordinationem in omnibus & singulis suis articulis obseruari, vobis mandamus quòd si ita est, tunc placito illi coram vobis vlterius tenendo supersedeatis omnino, ipsum A. cōtra tenorem ordinationis pd̄ non molestātes in aliquo seu grauantes. Et districtionē si quā ei ea occasione feceritis, sine dilatione relaxetis eidē. T. &c.

Articuli super cartas.

De expensis militum.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm in statuto in parliamento apud Cantabridg' nuper tento ædito inter cætera ordinatum fuisset & concordatum, quòd leuatio expensarum militum ad parliamenta pro communitate comitatuum venientium, fiat sicut ante dictum statutum fieri cōsueuit, ꝓut in eod' statut̄ pleniùs cōtinetur, iāq; ex graui querimonia

hominum

hominum & tenentium venerabilis patris R. episcopi London maneriј sui de Fulham nobis sit grauiter conquerendo monstratum, quòd licèt ipsi & eorum antecessores & prædecessores, expensis militum ad parliamenta nostra vel progenitorum nostrorum quondam regum Angliæ, pro communitate com prædicti ante hæc tempora venientium, nullatenus soluere aut contribuere consueuerint: tu tamen præfatos homines & tenentes voluntariè prægrauare machinando, ipsos ad soluend' & contribuend' expensis militum ad parliamentū nostrum apud Leycestr vltimò conuocatum, pro cōmunitate eiusdē comitatus venientium grauiter distringis iam de nouo, & ipsos ea occasione inquietas minùs iustè, in ipsorum hominum & tenentium damnum non modicum & grauamen, & contra formam statuti præd', & aliter quam temporibus retroactis fieri consueuit, vnde nobis est supplicatum sibi per nos de remedio prouideri. Nos nolentes eisdem hominibus & tenentibus iniuriari in hac parte: tibi præcipimus quòd si tibi constare poterit, ipsos homines & tenentes de solutione & contributione expensarum militū ad parliamenta nostra & progenitorum nostrorū prædictorum ante hæc tempora venientium, quietos esse consueuisse, tunc ab hmōdi districtionibus & inquietationibus eisdem hominibus & tenentibus ea occasione inferendis, penitus desistens, ipsos & eorū quemlibet de hmōdi solutione & contributione expensarum militum ad dictum parliamentum nostrum venientium quietos esse permittas, iuxta formā statuti prædicti. T. &c.

¶ Rex, vic' salutē. Præcipimus tibi quòd de cōmunitate comitatus pd' tam infra libertates quam extra, ciuitatibus, & burgis, de quibus ciues & burgenses ad parliamentū nostrū apud W. die lunæ proximè ante festū omniū Sanctorū vlt preterito summoneri fecimus, venerunt, duntaxat exceptis, habere fac' I. de S. & W. de E. militibus comitatus pd', pro cōmunitate eiusdem comitatus ad parliamentū prædictum venientibus, decem & nouem libras & quatuor solidos, pro expensis suis veniendo ad parliamentum prædictum, ibidem morando & exinde ad propria redeundo pro xlviij. diebus, vtroque prædictorum I. & W. capiente per diem quatuor solidos. T. &c. Aliter.

REx, thesaurario & baronibus suis de scaccar salutē. Cùm nos xxvij. die Septemb. anū regni nri Angl' decimo, commiserimus dilecto clerico nro I. de E. contrarotulatori tā custumæ vinorū, lanarū, coriorū, pelliū lauatarum, quam custumæ trium denariorū de libra, & aliarū minutarū custumarū & pstationū nobis tā per mercatores indigenas quā extraneas & alienigenas debitarū, de villa de sancto Botulpho haden', quamdiu bene & fideliter se gesserit in eodē, percipiend' in officio illo vadia consueta, ita tamen quòd idē I. rotulos suos manu sua propria scribat, & cōtinuè moretur ibidē, & omnia quæ ad officiū illud pertinent in propria persona & non per substitutū faciat & prosequatur, volentes quod altera pars sigilli, quod dicitur coket, in portu præd' in custodia ipsius I. remaneat quamdiu officium habuerit supradictum prout in literis nostris patentibus

De allocatione facienda ad scaccariū collectoribus custumæ &c.

patentibus inde confectis pleniùs continetur, mandauerimus per breue nrm collectoribus custumarum nostrarum in portu pd', quòd eidem I. id quod ei à retro fuerit à prędicto xxviij. die septembris ꝓ vadijs suis consuetis, ac etiam quamdiu in officio suo steterit, de exitibus custumarum soluerent, iuxta tenorem literarũ nostrarum prędictarum: recipientes à pfato I. literas suas acquietantiæ receptionẽ pecuniæ quam ei sic soluerint testificantes, & ei nos inde in computo suo debitã allocationem habere faceremus. Ac R. de B. & H. de A. nuper collectores custumarum nostrarum in portu prædicto, præfato I. vndecim libras ꝓ hmdi vadijs virtute mandati nostri prædicti de exitibus custumarum præd' soluerunt, sicut per literas acquietantiæ ipsius I. quas ijdem R. & H. penes se habent vt asserunt pleniùs poterit apparere: vobis mandamus quòd visis breui & literis acquietantiarum prædictarum, id quod vobis constare poterit prædictos R. & H. eidem I. virtute literarum nostrarum prædictarum rationabiliter soluisse, eisdem collectoribus in computo suo ad scaccarium prædictum allocari fac', recipientes ab eisdem breue ac literas supradictas. T. &c.

Dormant.

¶ Rex, vicecomiti qui nunc est, vel qui ꝓ tempore fuerit salutẽ. Cùm nos primo die Iunij anno regni nri Angliæ tricesimo primo, de gratia nostra speciali concesserimus dilecto nobis T. de W. tres denarios per diem, & decem solidos pro roba sua, & quatuor solidos & octo denarios pro calceamento suo, singulis annis de exitibus comitatus prædicti per manus tuas ad totam vitam ipsius T. ad terminos sancti Michaelis & Paschæ per æquales portiones recipiend', prout in literis nostris patentibus inde confectis pleniùs continetur: tibi præcipimus quòd eidem T. id, quod ei de dictis tribus denarijs diurnis, ac decẽ & quatuor solidis & octo denarijs pro roba & calceatura suis, à prædicto primo die Iunij à retro existit, & huiusmodi tres denarios per diem, ac decem solidos pro roba sua, & quatuor solidos & octo denarios pro calciatura sua singulis annis ad totam vitam ipsius T. de exitibus com̃ prædicti soluas, iuxta tenorem literarum nostrarum prædictarum, recipiens ab eo literas suas acquietantiæ, solutionem, quam ei sic feceris, testificantes. Et nos inde tibi in computo tuo ad scaccarium præd' debitam allocationem habere faciemus. T. &c.

Breue inde thesaurario & baronibus de scaccario de allocatione.

¶ Rex, thesaur' & baronibus suis de scaccario salutẽ. Cùm primo die Iunij añ regni nri Angl' xxxj. de gratia nra speciali concesserimus dilecto nobis T. tres denarios ꝑ diẽ, & decẽ solidos ꝓ roba sua, & quatuor solidos & octo denarios ꝓ calceamento suo, singulis annis de exitibus comitatus Linc' ꝑ manus vicecom̃ eiusdem com̃ qui ꝓ tempore fuerit ad totam vitam ipsius T. ad terminos sancti Mich' & Paschę ꝑ ęquales portiones ꝑcipiend', ꝓut in literis nris patentibus inde confectis pleniùs continetur, & præceperimus vicecomiti nostro comitatus prædicti, quòd eidẽ T. id qd' ei à retro esset de pdictis tribus denarijs diurnis, quatuordecim solidis & octo denarijs annuis pro roba & calciatura suis à prædicto primo die Iunij de exitibus comitatus prædicti solueret, iuxta tenorem literarum nostrarum prædictarum, ac T. Scot

vicecomes

vicecomes noster comitatus prędicti diuersas pecuniarum summas prętextu mandati nostri prædicti præfato T. de W. soluit sicut dicit: vobis mandamus quòd viso mandato nostro prædicto, id quod vobis cõstare poterit ipsum T. Scot eidem T. de W. virtute mandati nr̄i p̄dicti rationabiliter soluisse, eidem T. Scot in computo suo ad scaccarium prædictum allocari fac': recipientes ab eodem T. Scot literas acquitantiæ quæ pro nobis sufficientes fuerint in hac parte. T. &c.

¶ Rex, vic' Derb' qui nunc est vel qui pro tẽpore fuerit salutẽ. Cum tricesimo die Iunij anno regni nr̄i Angliæ. 30. de gratia nostra speciali, & pro bono seruitio quod I. de C. & A. quæ fuit vxor eiusdem I. nobis impenderunt, concesserimus eis decem marcas percipiend' singulis annis de firma nobis debita de hundredo de K. in comitatu prædicto, ad terminos S. Michaelis & Paschæ per æquales portiones, ad totam vitam eorundem I. & A. vel, quousq; pro statu ipsorum I. & A. aliter duxerimus ordinand', prout in literis nr̄is patentibus inde confectis plenius cõtinetur: tibi p̄cipimus quòd pręfatæ A. id quod ei à retro est de prædictis decem marcis annuis, à prędicto tricesimo die Iunij, & extunc singulis annis de firma p̄dicta soluas, iuxta tenorem literarum nostrarũ p̄d': recipientes à prædicta A. literas suas acquitantiæ, singulas solutiones quas ei sic feceris certificãtes. Et nos inde tibi in cõputo tuo ad scaccarium nostrum debitã allocationem habere faciemus. T. &c. Currant.

¶ Rex, thesaurario & baronibus suis de scaccario salutẽ. Cum 30. die Iunij anno regni nostri Angliæ 30. de gratia nostra speciali, & p̄ bono seruitio quod G. de T. iam defunctus, & A. quæ fuit vxor eiusdem G. nobis impenderunt, & extunc impenderent, concesserimus eisdẽ G. & A. decem marcas percipiendas singulis annis de firma nobis debita de hundredo de K. in comitatu Lincolñ, ad terminos s. M. & Paschæ p̄ æquales portiones ad totam vitam eorundẽ G. & A. vel, quousq; p̄ statu ipsorum G. & A. aliter duxerimus ordinand', prout in literis &c. continetur, & præceperimus vic' nr̄o Lincolñ qui pro tempore foret, quòd eidem A. id quod à retro esset de prædictis decem marcis annuis de firma p̄dicta, à p̄dicto 30. die Iunij solueret, iuxta tenorem literarũ nostrarũ prædictarum, ac T. de S. vic' noster com̃ p̄dicti, diuersas pecuniarum summas prætextu mandati nostri prędicti, prædictæ A. soluerit sicut dicit: vobis mandamus quod viso mandato nr̄o prædicto, id quod vobis constare poterit ipsum T. eidem A. virtute mandati nostri prædicti rationabiliter soluisse, eidem T. in cõputo suo ad scaccarium p̄dict' allocari fac': recipientes ab eodem T. literas acquitantiæ quæ p̄ nobis sufficientes fuerint in hac parte. T. me ipso apud Westm̃ &c. Breue inde allocationis.

REx, thesaur̄ & camerar̄ suis salutem. Cũ quarto die Ianuarij anno regni nr̄i Angliæ. 20. cõcesserimus dilecto nostro R. de T. 20. li. p̄cipiendas singulis annis ad scaccarium ad terminos Paschæ & s. Michaelis per æquales portiones, quousq; de incremento status sui aliter duxerimus ordinandum, prout in literis nostris patentibus inde confectis plenius continetur: vobis mandamus quod eidem R. id quod ei à retro est de p̄dictis viginti libris annuis à p̄dict' quarto die Ianuarij de Liberate thesaurarijs & camerarijs.

thesauro nostro soluatis, iuxta tenorem literarum nostrarum. T. &c.

Aliter liberate. ¶ Rex, thesaurario &c. salutem. Cum quarto die Iulij anno &c. 33. certis de causis & pro bono seruitio quod dilectus valettus noster G. de H. nobis impenderat & extunc impenderet, concesserimus ei decem libras &c. quousque pro statu suo aliter duxerimus ordinand', prout in literis nostris patentibus &c. T. vt suprà.

Allocate pro feodo locũ regis tenentis in Aquitania, pro tempore quo stetit in officio. ¶ Rex, thesaurario & baronibus suis de scaccario salutẽ. Cum decimo die Iunij anno regni nr̃i primo, cõstituerimus I. dominum de N. locum nr̃m tenentem in ducatu nostro Aquitaniæ, quamdiu nostræ placeret voluntati, prout in literis nr̃is patentibus inde confectis pleniùs continetur: vobis mandamus quod eidem Iohanni vel R. Retour nuper constabulario nr̃o Burdegal', in cõputo suo ad scaccariũ prædict' pro tempore quo idẽ Iohannes in dicto officio stetit, tale feodum pro ipso Iohanne allocetis, quale alijs locum regis tenentibus in ducatu prædicto seu alijs constabularijs Burdegal' pro eisdem locum regis tenentibus, ante hæc tempora allocari consueuit. T. viij. die decẽb. anno quinto.

De licẽtia trãsfretandi pro religiosis.



Ex, custodibus portus sui Douorr̃ salutẽ. Mãdamus vobis quod dilectũ nobis in Christo abbatẽ de S. ordinis Præmõstracensis, qui ratione nouæ creationis suæ apud Præmonstracenses in partibus transmarinis, ad obedientiam abbatis Præmõstr̃ iuxta religionis suæ debitũ faciendam profecturus est, in portu prædicto transfretare, & secum viginti libras pro expẽsis suis & familiæ suæ ducere permittatis, dum tamen aliquod apportum ad partes prædictas secũ non deferat seu deferri fac' extra regnum nostrum, nec aliquid aliud attentet contra formam ordinationis nuper per dominum E. quondam regem Angliæ consanguineum nr̃m de huiusmodi apportis ad partes exteras non deferend' prouisæ. T. &c.

Aliter. ¶ Rex, custodi portus sui Douorr̃ salutem. Mandamus vobis quòd dilectũ nobis in Christo abbatẽ de I. qui ad partes transmarinas ad capitulum suum generale apud P. proximè celebrand' profecturus est, absq; impedimento diuertere, & decem libras secum pro expensis suis & familiæ suæ deferre permittatis, dum tamen aliquod apportum non fac', contra formam statuti aliàs inde prouisi. T. &c.

Aliter. ¶ Rex, dilecto & fid'. suo G. de C. constabulario castri sui Douorr̃ & custodi quinque portuum suorum vel eius locum tenenti in portu Douorr̃ salutem. Mandamus vobis quod dilectum nobis in Chr̃o abbatẽ de Lauend' ordinis Præmõstracensis, qui ratione nouæ creationis suæ apud Præmonstr̃ in partibus transmarinis ad obedientiam abbati Præmonstr̃ iuxta religionis suæ debitum faciend' profectur̃ est, ad partes prædictas per portum prædictum, ac. C. s. pro expensis suis & familiæ suæ transire permittatis, dum tamen apportum non faciat contra formam statuti in huiusmodi casu prouisi. T. &c.

Breue de passagio A. 9. E 3. cap. 8. ¶ Rex, custodibus passagij in portu Londoñ, Iernemuth, Douorr̃, vel Sandwici salutẽ. Mandamus vobis quòd G. qui de licentia nr̃a versus partes trãsmarinas profecturus est, liberè & absq; impedimẽto in aliquo

portuum

portuum pdictorum transire permittatis, aliquo mandato nro vobis in contrarium directo nō obstante: ita tamen quòd prędict' G. aliqua nobis seu coronę nræ Angl' piudicialia secū nō deferat quouis modo. &c.

¶ Rex, dilecto sibi R. de S. mercatori in ciuitate London commoranti salutem. Vt à dilecto nobis I. de C. quadraginta libras de moneta Angliæ recipere, & lras cambiuorias pro eadem summa pfato I. vel procuratoribus suis in partibus exteris soluenda licitè facere valeas, licētiam tibi tenore præsentiū duximus concedend': dum tamen aurū vel argentum in massa vel moneta colore præsentis mandati nostri non transmittas seu transmitti facias, sub forisfactura eiusdem. T. &c. Breue de escābio monetæ.

¶ Rex, custodibus passagij in portu London, Douorr, Orwell', vel Sandwic' salutem. Mandauimus vobis quòd W. de C. qui de licentia nostra versus vrbem Romanam peregrè profecturus est, in aliquo portuum prædictorum liberè & absq; impedimento aliquo transire permittatis, aliquo mandato nostro vobis prius in contrarium directo nō obstante: dum tamen aliqua nobis seu regno nostro Angliæ præiudicialia secum non deferat quouis modo. T. &c. De passagio.

¶ Rex Angelo Christofero Lumbardo in ciuitate nostra London cōmoranti salutem. Vt quādam literam cambij socijs tuis in partibus exteris cōmorantibus, de decem libris R. Bate in partibus illis soluend' licitè facere valeas, licentiā tibi tenore præsentiū duximus concedendam: dum tamen aurū vel argentū in massa, vel moneta colore psentis mādati nri nō transmittas seu transmitti fac' sub forisfactura eiusdē. &c. De escambio.


Ex, thesaurario &c. salutē. Ex parte W. tenentis terrarū & tenementorū quæ fuerunt T. Malmeyns de H. chiualer nobis &c. quòd cùm sex libræ p custuma & subsidio trium saccorum lanæ, sub nomine T. M. de F. militis in portu de K. carcatorum, ad partes exteras traductorum, de quibus I. & R. tunc custum in portu pdicto se in cōputo suo ad dictum scaccarium onerarunt, iam ad idem scaccarium currunt in demanda, & licèt dicti tres sacci sub nomine T. M. de F. militis defuncti, & non sub nomine T. M. de H. traducti fuissent, prout idem W. coram vobis paratus est edocere: idem tamen W. de terris & tenementis in H. quæ fuerunt prædicti T. M. in H. pro eo quòd idem T. M. de H. habet idem nomen & cognomen quod prædictus T. M. de F. miles habuit dum vixit, pro dictis sex libris pro custuma & subsid' prædictis ad opus nrm leuandis, ac si dictæ lanæ sub nomine prædicti T. M. de H. traductæ essent cùm non fuerint, grauiter distr per summonitionem scaccarij nri, & ea occasione multipliciter inquietatur &c. per quod nobis &c. Et quia &c. in hac parte: vobis mandamus quòd visis rotulis &c. tangentibus, si per inspectionem &c. vel per inquisitionem &c. aut alio modo &c. poterit, lanas prædictas sub nomine prædicti T. M. de F. & non sub nomine dicti T. M. de H. traductas fuisse, dictasq; sex libras ratione custumæ & subsidij pdictor ad opus nrm exactas esse, & præfatū W. &c. nec aliam rationabilem causam esse per quod &c. onerari: De idemptitate nominis.

rari:

rari: tunc demandæ &c. pro prædictis sex libris ad opus nostrum leuandis per summonitionem scaccarij nostri, fieri faciatis supersederi, & ipsum &c. prout iustum &c. fac'. Prouiso quòd summa prædicta de his &c. de iure &c. T. &c.

Aliter.

¶ Rex, thesaurario & baronibus de scaccario salutem. Ex parte dilecti & fidelis nostri G. de A. militis nobis est grauiter conquerendo monstratum, quòd idem G. pro viginti & sex libris, tresdecim solidis & octo denarijs, quos quidam G. de A. de D. armiger, per nomen Guilhelmi de A. absque adiectione alterius cognominis recepit, per manus venerabilis patris T. de B. nuper thesaurarij, anno regni nostri Angliæ 43. ratione idemptitatis nominis & cognominis prædictorũ, quanquam idem G. de A. de Harmiles non sit idẽ G. de A. de D. armiger, qui dictã summ̃. 26. li. 13. s. & octo denariorum sic de præfato T. recepit, neq; idem G. de H. miles dictos denarios aliquo tempore recepit, prout vijs & modis, quibus cõuenit, paratus est edocere, per summonitionem scaccarij prædicti grauiter distringitur, in ipsius G. de A. de H. militis dispendium nõ modicum & grauamen, vnde nobis supplicauit vt velimus ipsum inde exonerari iubere. Nos nolentes ipsum inde indebitè onerari, vobis mandamus qd' si per inquisitionem vel aliquo alio modo legitimè vobis constare poterit, ipsos G. de A. de H. militem, & G. de A. de D. armigerum diuersas esse personas, & per præfatum G. de A. de D. armigerum, & non prædictum G. de A. de H. militem, dictam summã viginti sex librarum 13. s. & octo denariorum ad dictum scaccarium de p̃dict' T. recepisse vt prædictũ est: tunc demandæ, quam præfato G. de A. de H. militi inde per summonitionem scaccarij prædicti fieri fac', supersederi, & ipsum inde ad dictum scaccariũ nostrum exonerari & quietum esse fac'. Prouiso quòd nobis de dicta summa 26. li. 13. s. & octo d'. per præfatum G. de A. de D. armigerũ ad dictum scaccarium prout iustum est satisfiat. T. &c.

De idemptitate nominis thesaurario & baronibus de scaccario.

¶ Rex, thesaurario & baronibus suis de scaccario salutem. Monstrauit nobis I. Clerk de N. quòd cùm quidam I. Clerk nobis in quodã computo de exitibus passagij viridis castri reddendo die quo obijt tenebatur, qui quidẽ I. Clerk mortuus est, & vocabatur dum vixit I. Clerk de A. vt dicitur, & pro eo quòd prædictus I. Clerk de N. habet idem nomen & cognomen sicut præfatus I. Clerk de A. ad reddendum nobis computum de exitibus prædictis multipliciter inquietari facitis minùs iustè vt accepimus, super quo idem Iohannes Clerk de N. nobis supplicauit vt sibi de remedio in hac parte subuenire velimus. Nos tam pro nobis quàm pro præfato Iohanne Clerk de N. quod iustum fuerit, fieri volentes in hac parte: vobis mandamus quòd si per aliqua memoranda scaccarij prædicti, vel per inquisitionem inde, si necesse fuerit, capiend', inueneritis ipsum Iohannem Clerk de A. cõmissionem nostrã de officio illo habuisse, & exitus inde prætextu huiusmodi cõmissionis nostræ aut alio modo recepisse, & ipsum I. Clerk de N. huiusmodi cõmissionem nostram non habuisse, nec se inde in aliquo intromisisse, & ipsum I. Clerk de N. propter idemptitatem nominis

&

& cognominis & nō alia de causa coram vobis impetitum fuisse : tunc ipsum I. Clerk de N. ad reddend' nobis cōputum de exitibus pdictis ad idem scaccarium, prout iustum fuerit, exonerari & quietū esse fac': processum debitum versus præfatum I. Clerk de A. si superstes sit, vel hæredes, executores, seu terrarum & tenementorum ipsius I. Clerk de A. si mortuus sit, tenentes, iuxta iuris exigentiam facientes. T. &c.

¶ Rex, dilecto & fideli suo S. de T. escaetori suo in comitatu Kanc' salutem. Cùm nuper, vt acceperimus, I. de B. de L. tauerner, iam defunctus vt dicitur, pro eo quòd non venit corā iustitiarijs nostris de banco, ad respond' R. de tēpore quo fuit receptor denariorum ipsius R. in exigendis positus fuisset in hustengo nostro L. ad vtlagand', & ea occasione die lunę proximo post festum sancti Petri in cathedra anno regni nostri tertio vtlagatus, ac iam ex parte I. de B. de L. baker intellexerimus, quòd licèt ipse nō sit idem I. de B. qui ad sectam ipsius R. vtlagatus fuit, nec aliqua bona seu catalla, quæ fuerunt eiusdem vtlagati, ad manus suas deuenerunt: tu tamen propter idemptitatem huiusmodi nominis & cognominis I. de B. prætendens pdict' I. de B. de L. baker esse eundem I. de B. de L. tauerner qui sic vtlagatus fuit, bona & catalla eiusdem I. de B. de L. baker, colore cuiusdam breuis nostri de bonis & catallis, quæ prædictus I. de B. de L. tauerner habuit, in balliua tua die promulgationis vtlagariæ pdictæ, in manum nostram capiend' tibi directi, in manum nostram seisire intendis, & ipsum ea occasione multipliciter inquietas minùs iustè, in ipsius I. de B. de L. baker damnum non modicum & grauamen, super quo nobis supplicauit sibi per nos de remedio prouideri. Et quia ipsum I. de B. de L. baker indebitè nolumus prægrauari, tibi præcipimus quòd si per inquisitionem vel alio modo legitimo tibi constare poterit, prædict' I. de B. de L. baker nō esse eundem I. de B. de L. tauerner qui sic vtlagatus fuit, nec aliqua bona & catalla, quæ fuerunt eiusdem vtlagati die promulgationis vtlagariæ pdictæ, ad manus suas deuenisse vt est dictum : tunc captioni bonorum & catallorum eiusdem I. de B. de L. baker occasione vtlagariæ prædictæ in manum nostram supersedeas omnino. Prouiso semper quòd de omnibus bonis & catallis, quæ prædictus I. de B. de L. tauerner habuit in balliua tua die promulgationis vtlagariæ prædictę, si quæ fuerint, nobis respondeatur vt est iustum. T. &c.

Aliter inde escaetoribus.

Pl Cou 125 FNB 268 a.

☞ Consimile breue dirigitur vicecomitibus Londoñ mutatis mutandis &c. Regula.

¶ Rex, iustitiarijs suis de banco salutem. Cùm vt accepimus A. de K. nuper implacitasset coram vobis per breue nostrum I. de T. capellanū per nomen I. de T. de quadam transgressione eidem A. per præfatum I. illata vt dicebatur, ac idem I. de T. pro eo quòd non venit coram vobis ad respond' præfato A. de transgressione prædicta, in exigend' positus fuisset ad vtlagand' in comitatu N. & ea occasione postmodum vtlagatus, iamque ex parte I. de T. de N. acceperimus, quod licèt ipse per præfatum A. aliquo tempore coram vobis implacitatus non fuisset, nec aliqua de causa vtlagatus : idē tamen I. de T. de N. ratione nominis & cognominis prædictorū, occasione vtlagarię prædictæ multipliciter

Aliter iustitiarijs de banco.

inquietatus existat, in ipsius I. de T. de N. graue damnum, & status sui depressionem manifestam, super quo nobis supplicauit sibi per nos remedium adhiberi. Et quia nolumus quod eidem I. de T. de N. iurietur in hac parte: vobis mandamus quòd viso processu corā vobis inde facto, si per inquisitionem vel alio modo legitimo vobis constiterit ipsum I. de T. in hac parte vtlagatum fuisse, & dictum I. de T. de N. non esse eundem I. qui taliter vtlagatus existit: tunc pro exoneratione eiusdem I. de T. de N. fieri fac', quod secundum legem &c. fuerit faciend': ipsum ratione idemptitate nominis & cognominis prædictorum, quantum in vobis est, molestari aut inquietari nullatenus ꝑmittētes. T. &c.

Aliter thesaurario & baronibus de scaccario regis.

¶ Rex, thesaur̄ & baron̄ suis de scaccario salutem. Cum nuper cōmiserimus I. P. nuper priori prioratus de H. custodiā prioratus prædicti, in manu nr̄a, occasione guerrę inter nos & aduersarios nr̄os Franc' motæ, existentis, cum omnibus ad prioratū ꝑdict' spectant', pro certa firma nobis inde annuatim reddenda, per manucaptionem R. de D. de com̄ S. & I. de W. de com̄ Sutht', ac iā ex parte I. de W. de C. nobis sit supplicatum, quòd licet ipse manucaptor prædicti nuper prioris pro firma prædicta aliquo tēpore non deuenisset, vos tamen prætēdentes ipsū I. de W. de C. eundem I. de W. de com̄ Sutht', qui sic manucaptor ipsius prioris deuenit, existere, ipsum I. de W. de C. pro 34. libris 11. s. 8. d. & vno quadrante, de arreragijs firmę prædictæ ad opus nostrū soluendis, per summ̄ scaccarij prædicti ratione idēptitatis nominis & cognominis ꝑdict' grauiter distringitis, & ipsū ea occasione multipliciter inquietatis, in ipsius I. de W. de C. dispendiū non modicū & grauamen, velimus sibi de remedio congruo in ꝑmissis facere prouideri: nos nolentes ipsum I. de W. de C. in hac parte indebitè onerari, vobis mandamus quòd si ꝑ inquisitionē aut alio modo legitimo vobis constare poterit, ipsum I. de W. de C. eandem personā, quæ sic manucaptor ipsius prioris deuenit, non esse, sed corā vobis ratione idemptitatis nominis & cognominis prædict' tantūmodo impetitum existere, tunc demandæ, quā eidem I. de W. de C. ꝑ arreragijs prædictis ꝑ summ̄ scaccarij prædicti fieri facitis, supersederi, & ipsū inde ad idem scaccariū exonerari & quietū esse faciatis. Prouiso quòd nobis de arreragijs ꝑdict' ꝑ pręfatos R. & I. de W. de comitatu Sutht' respondeatur vt est iustum. T. &c.

De certificatione cancellariæ de inquisitione de idemptitate nominis retorn̄ coram iustitiarijs capta corā vicecomite.

¶ Rex, dilecto & fideli suo R. C. salutem. Volētes certis de causis certiorari super tenore cuiusdam inquisitionis coram nuper vic' nr̄o L. vtrum I. S. clericus ad sectam Iohannis Thame in com̄ prædicto vtlagatus, & I. S. vicarius ecclesiæ de W. sint vna & eadem persona necne, de mandato nostro captæ, & coram vobis & socijs vr̄is iustitiarijs nostris de banco returnatæ vt dicitur: vobis mandamus quòd tenorem inquisitionis prædictę nobis in cancellariam nostram sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breue. T. &c.

De idemptitate nominis coram iustitiarijs pacis &c.

¶ Rex, custod' pacis suæ & iustitiarijs suis ad diuersa felon̄, transgr̄, & malefacta in com̄ L. audiend' & terminand' assign̄ salutem. Monstrauit nobis W. B. de W. iunior, vt cum W. B. de W. in comitatu L. senior coram vobis de diuersis felonijs per nomen W. B. de W. in com̄ L. tātum

indictatus

indictatus, & per processũ coram vobis super indictamento p̄dicto factũ secundũ legẽ &c. in exigendis positus fuisset in comitatu p̄dicto ad vtlagãd', & ea occasione postmodũ vtlagatus, & licèt idẽ W. B. de W. iunior non sit eadem persona, quæ sic per nomen W. B. de W. in comitatu p̄dicto tantũ, de felonijs p̄dictis indictata & vtlagata existit, prout vijs & modis, quibus conuenit, paratus est edocere: idem tamen W. B. de W. iunior occasiõe vtlagar̄ p̄dictæ, & ratione idemptitatis nominis & cognominis p̄dictorum multipliciter inquietatur minùs iustè. Nos nolentes eidẽ W. B. de W. iuniori in hac parte iniuriari, vobis & cuilibet vr̄m mandamus, quod si per inquisitionem vel alio modo legitimo vobis constare poterit, ipsum W. B. de W. iuniorẽ, non esse eãdem personã quæ sic per nomen W. B. de W. in com̄ p̄dicto tm̄, de felonijs p̄dictis indictata & vtlagata existit: tunc pro indemnitate eiusdẽ W. B. de W. iunioris in hac parte fieri faciatis, qd' de iure & secundum legem & cõsuetudinem regni nostri Angl' fuerit faciendum. T. &c.

☞ Nota quòd istud breue potest dirigi iustitiarijs ad gaolam deliberandam vt patet in sequentibus. Regula.

¶ Rex iustitiarijs suis ad gaolã nr̄am in comitatu Leyc' deliberand' assignatis salutẽ. Monstrauit nobis D. Broke de D. iunior, vt cũ D. Broke de D. in comitatu Leyc' senior, nuper coram custodibus pacis nr̄æ & iustitiarijs nostris ad diuersa felonias, transgressiones, & malefacta in comitatu Leyc' audiend' & terminand' assignatis, de diuersis felonijs per nomen D. Broke de D. in comitatu Leyc' tantũ indictatus, & pro eo qd' non venit coram præfatis iustitiarijs ad respondendum nobis de felonijs p̄dictis secundũ legem & consuetudinem regni nr̄i Angl' &c. & licèt idem D. B. de D. iunior, non sit eadem persona quæ sic per nomen D. B. de D. in comitatu Leyc' tantũ de felonijs prædictis &c. nos nolentes &c. vobis mandamus quòd si per inquisitionẽ vel alio modo legitimo vobis constare poterit, ipsum D. B. de D. iuniorem non esse eandem personam quæ sic per nomen D. B. de D. in comitatu Leyc' tãtum de felonijs &c. Aliter coram iustitiarijs ad gaolam deliberandam.

¶ Rex iustitiarijs suis de banco salutẽ. Ex parte A. Bee nobis est grauiter conquerendo mõstratũ, qd' cùm A. Bye pro eo qd' non venit in curia nr̄a coram vobis in banco p̄dicto, ad respõdend' C. de debito decẽ libr̄, qd' idẽ C. à p̄fato A. Bye exigit, in exigẽdis positus fuisset in com̄ E. ad vtlagand', & ea occasione postmodũ vtlagatus, & licet idẽ A. Bee per nomen A. Bye nunquam cognitus fuit, prout vijs & modis quibus cõuenit paratus est edocere, ipse tamen metuat sibi damnum & iacturam de bonis & rebus suis occasione vtlagariæ prędictæ de facili posse euenire, vnde nobis supplicauit sibi per nos remediũ adhiberi: nos nolentes ipsum A. Bee in hac parte indebitè p̄grauari, vobis mandamus qd si per inquisitionem vel aliquo alio modo legitimo vobis constare poterit, ipsum A. Bee per nomen A. Bye cognitũ non esse, tunc pro indemnitate ipsius A. Bee in hac parte fieri faciatis, quod de iure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum. T. &c. De idẽptitate nominis.

Rex

Asisa nouæ disseisinæ.

REx vic' Leyc' salutem. Questus est nobis A. quòd B. iniuste & sine iudicio disseisiuit eum de libero teñto suo in E. post primam transfretationem domini H. regis fil' regis Iohannis in Vascoñ. Et ideo tibi præcipimus, quòd si p̄dictus A. fecerit te securum de clamore suo prosequendo: tunc facias teñtum illud reseisiri de catallis quæ in ipso capta fuerint, & ipsum teñtum cum catallis esse in pace, vsque ad primam assisam cùm iustitiarij nostri in partes illas venerint. Et interim fac' xij. liberos & legales homines de visinetu illo videre tenementum illud, & nomina eorum imbreuiari. Et summoneas eos per bonos summonitores, quòd tunc sint coram præfatis iustitiarijs ad præfatam assisam, parati inde facere recognitionem. Et pone per vadium & saluos plegios prædictum B. vel balliuum suũ, si ipse inuentus non fuerit, quòd tunc sit ibi ad audiendum illam recognitionem. Et habeas ibi sum̃, nomina plegiorum, & hoc breue. T. me ipso apud Westm̃ primo die Februarij anno regni nostri quintodecimo.

Regula. ☞ Quant home arraigne vne assise de nouel disseisin de rent charge: y couient q̃ touts les tenãts des reñtes charges soient nomes en lassise, & tout la t̃re charge mys en view, tout soit il fuist disseisine ꝑ vn soul tenaunt. Mes auter est de rent seruice: car de tiel rent le seigniour poet distrein & auower la distresse, ꝑ cause de tiel seruice à lui duez &c.

Aliter coram rege. ¶ Rex vic' &c. salutem. Questus est nobis A. capellanus Cantar̃ in ecclesia de N. qd' B. iniustè &c. vsq; ibi, esse in pace, vsq; ad diem sabbati proximũ post crastinum Animarum ꝓximè futur̃. Et interim &c. Et sũmoneas &c. qd' tunc sint corã nobis apud Eborũ, vel coram iustitiarijs nostris apud Westm̃ parati inde &c. Et habeas &c. T. &c.

¶ Si A. &c. tunc sum̃ &c. parati sacramẽto recognoscere, si I. iniustè & sine iudicio leuauit vel prostrauit quoddam stagnum in N. vel quoddam fossatum, vel quandam sepem, vel diuertit cursum cuiusdam aquæ in N. vel arctauit vel obstruxit quandam viam in N. ad noc' &c. in eadem villa vel in alia, post primam &c. vnde idem A. queritur quòd iuratores assisæ, quæ inde inter eos summonita fuit & capta coram &c. apud N. per breue nostrum, falsum &c. Et interim &c. Et summoneas &c. Et habeas &c. T. &c. Fiat patens. Aliter de stagno & alijs.

¶ Ad lucrandum vel perdendum &c. in quadam iurata. 24. militum, quam idem A. arrainauit coram vobis per breue nostrũ versus I. ad conuincend' iuratores assisæ nouæ disseisinæ, quæ inde inter ipsos A. & I. summonita fuit & capta coram dilectis &c. vel coram vobis apud W. per breue nostrum de teñto in S. Et ideo &c. De atto ñ inde.

☞ Fait assauoir que anno. vij. fuist accorde p les iustices G. L. & auters, que en atteints sur assise de no diss. pris deuant le roy: serra mys certain iour come en lassise. s. die Lunæ, vel alio die in crastino, vel in Octab. vel in quindena Paschæ. Mes il couiendroit que le tenant eit garnissement de xv. iours en latteint, car le statute ne done mye meyndre terme fors solement en assisa de no. diss. deuaunt le roy &c. Regula de attinctis.

¶ Ad conuincend' iuratores assisæ nouæ disseisinæ, quæ inter eos summonita fuit & capta coram vobis apud I. per breue nostrum, & per vos postmodum atterminata coram iustitiarijs nostris de banco apud E. & coram eis ibidem capta, de tenemento in N. Et ideo &c. quòd ad certos diem &c. vt suprà. Aliter de forma patentis attinctæ, qñ assisa summonita fuit corã iustitiarijs ad assisas &c. & postmodum atterminata coram iustitiarijs de banco.

¶ Si A. de T. & I. vxor eius fecerint &c. tunc summoneas &c. 24. &c. de visinetu de R. quòd sint &c. parati &c. si prædicti A. & I. ac I. filius I. Qñ assisa capta fuit per defaltam viri, &

vir & vxor postmodũ arrainauerint attinctã.

lius I. & I. vxor eius W. & P. iniustè &c. disseis. R. de B. de libero tenemento suo in R. post primam &c. vnde ijdem A. & I. queruntur quòd iuratores assisæ nouæ disseisinæ quam præfatus R. arrainauit coram W. de F. & dilectis & fidelibus nostris R. de M. nuper iustitiarijs &c. assigñ per breue nostrum, versus præfatos A. & I. I. I. W. & P. & quæ postmodum summonita fuit & capta apud L. coram præfato R. & di. &c. I. de C. iustitiar̃ nostris &c. asSigñ per breue nostrum inter ipsum R. & prædictum I. quæ post defaltam quam prædictus A. vir suus fecit coram eisdem R. & I. admissa fuit iuxta formam statuti in huiusmodi casu prouisi ad ius suum in hac parte defendendum, ac prædictos I. I. W. & P. falsum fecerunt sacramentum. Et interim diligenter inquiras &c. Et sum̃. &c.

Attincta super quoddã scripti relaxationis & quietæ clamantiæ dedictũ vbi assisa summonita fuit coram iustitiarijs de banco & inquisitio inde capta per breue de Nisi prius.

¶ Rex vic' N. salutem. Si I. de B. fecerit &c. tunc summoneas &c. de visinetu de R. quòd sint coram iustitiarijs &c. parati sacramento recognoscere, si quoddam scriptum relaxationis & quietæ clamantiæ super nomine W. filij & hæredis T. B. fratris prædicti I. cuius hæres ipse est apud R. factum, quod P. de A. placitando in assisa nouæ disseisinæ, quam idem R. arrainauit coram dilecto & fideli nostro. W. de H. & socijs suis iustitiarijs nostris de banco per breue nostrum, versus præfatos P. & R. fil' T. de G. & A. vxorem eius de tenemento in G. coram eisdem &c. nuper iustitiar̃ protulit ad excludendum præfatum I. in assisa prædicta, quod quidem scriptum præfatus I. omnino dedixit, sit factum prẹfati W. sicut idem P. coram prẹfatis nuper iustitiarijs asseruit, necne, vnde idem I. queritur, quòd iuratores inquisitionis inde coram dilecto & fideli nostro I. de S. vno iustitiariorum nostrorũ de banco prẹdicto apud L. per breue nostrum de Nisi prius captẹ, falsum fecerunt sacramentum. Et interim diligenter inquiras &c. coram nunc iustitiarijs. Et summoneas &c. Et habeas &c.

Aliter.

¶ Rex vic' Cornubiẹ salutem. Si W. de B. fecerit &c. tunc summoneas &c. quòd sit &c. W. de R. W. & H. de F. & his quos &c. parati &c. si idem W. &c. disseis. H. de insula de libero tenemento &c. in R. & K. post primam &c. vnde idem W. queritur quòd iuratores &c. quæ inter ipsum H. prẹfatum W. & W. fil' eius sum̃ fuit, coram prẹfatis W. & H. nuper iustitiarijs nostris ad assisam &c. assignatis, & postmodum capta coram prẹfatis W. & H. apud C. per breue nostrum, falsum fecerunt sacramentum. Et interim &c. I. de insula qui terram illam nunc tenet, quòd tunc sit ibi &c.

Nota.

* Henricus qui detulit assisam & recuperauit per illam, alienauit tenementum I. de insula: & consideratum fuit quòd H. non nominaretur in attincta, sed solummodo I. qui fuit tenens &c.

Aliter.

¶ Rex vicecomiti Lincolñ salutem. Si T. de M. & A. vxor eius fecerint &c. tunc summoneas &c. vsque ibi, recognoscere si ijdem T. & A. & W. fil' eiusdem T. iniustè &c. disseisiuerunt W. filium A. H. &c. vsq; ibi &c. vnde idem T. & A. queruntur quòd iuratores assisæ nouæ disseisinæ, quæ inde inter ipsum W. fil' A. & præfatos T. & A. & W. fil' I. & W. fil' eiusdem W. & C. fil' T. de M. sum̃ fuit

coram

coram di. & fi. nostris H. & I. nuper iustitiarijs nr̄is &c. assign̄, & postmodum capta corā di. & fi. nr̄is P. de M. & W. de D. virtute cuiusdam cōmissionis nr̄æ eisdē P. & W. & di. & fi. nr̄o R. de S. de omnibus assisis, iuratis, & certificationibus, coram quibuscunq; iustitiarijs nostris per breuia nostra in comitatu prædicto arrainatis capiend' factæ, apud L. per breue nostrum, falsum fecerunt sacramentum. Et interim &c.

☞ Quidam voluerunt habuisse sic. Regula.

¶ Summonita fuit corā di. & fi. nostris &c. assign̄, & postmodum virtute cuiusdam commissionis nostræ di. & fi. nostris P. de M. W. de S. & R. de D. de omnibus assisis, iuratis, & certific' &c. capiend' factæ capta coram præfatis P. & W. prætextu cuiusdam breuis nostri si non omnes apud Lanc' per breue nostrum. &c. Aliter.

¶ Rex, vicecomiti L. salutem. Si M. de B. fecerit &c. tunc summoneas &c. 24. legales milites de visinetu de B. quod sint coram di. & fidelibus nostris R. T. & W. &c. tibi scire faciant, parati sacramento recognoscere, si per cartam, quam R. fil' W. de B. senioris, cuius hæres ipse est, fecit T. de S. personæ ecclesiæ de T. vt dicitur, de vno mesuagio & quindecim acris terræ & dimidio cum pertinentijs in B. cuius statum eadem M. habuit in eisdem tenementis, quam quidem cartam eadem M. placitando in assisa nouæ disseisinæ, quam idem W. arraiñ coram præfatis R. R. T. & W. per breue nostrum de tenementis prædictis, ad excludendum præfatū W. de assisa prædicta protulit, aliquid transiuit de seisina prædicti R. in possessionem præfati T. necne, vnde eadem M. queritur quod iuratores, per quos quædam inquisitio inde nuper summonita fuit & capta coram præfatis T. & W. apud L. per breue nostrum, falsum fecerunt sacramentum. Et interim diligenter inquiras qui fuerunt &c. Et summoneas &c. Et habeas &c. De attincta qñ carta præfertur ad excludendū querentem ab actione, & replicatur quòd nihil transiuit per cartam.

¶ Rex, dilectis & fi. suis T. R. & W. salutem. Sciatis quòd cōstituimus vos iustitiarios nostros vnà cum his &c. ad iuratam. 24. militum capiend', quam M. de B. arrainauit coram vobis per breue nostrum versus W. de B. ad conuincendos iuratores per quos quædam inquisitio nuper summonita fuit & capta coram vobis apud L. per breue nostrum, si per cartam quam R. de B. frater prædicti W. cuius hæres ipse est, fecit T. de S. personæ ecclesiæ de T. vt dicitur, de vno mesuagio & quindecim acris terræ & dimidio cum pertinentijs in B. cuius statum eadem M. habuit in eisdem tenementis, quam quidem cartam eadem M. placitando in assisa nouæ disseisinæ, quam idem W. arrainauit coram vobis per breue nostrum de tenementis prædictis, ad excludendum prefatum W. de assisa prædicta protulit, aliquid transiuit de seisina prædicti R. in possessionem ipsius T. necne. Et ideo vobis mādamus quòd &c. iuratam illam capiatis: facturi &c. saluis &c. Patens inde.

¶ Rex, vicecomiti L. salutem. Si G. de H. M. C. & M. vxor eius fecerint te &c. tunc summoneas &c. 24. legales milites de visinetu de M. quòd sint coram di. &c. W. S. I. de S. & R. de B. & his quos sibi assoc', ad certos diem & locum quos ijdem I. W. & R. tibi scire fac', parati sacramento recognoscere si prædicti G. & M. iniustè &c. disseis. I. de M. A 17. apud W. Aliter attincta.

de libero tenemento suo in H. post primã &c.in Vascon̄, vnde ijdem G. M. & M. queruntur quòd iuratores assisæ no. dis. quæ inde inter ꝑfatos I. & p̄dict' G. M.& M.& W.de H.& R.de W. sum̄ fuit coram præfatis W. I. R. & postmodum capta coram præfatis I. & R. apud E. per breue nostrum Si non omnes, falsum fecerunt sacramentum. Et interim diligenter inquiras qui fuerunt iuratores illius assisæ, & eos tunc habeas coram præfatis W. I.& R. Et summoneas per bonos summonitores &c. Et habeas ibi summonitorum nomina militum &c. T.&c.

Patens inde.

¶ Rex, dilectis & fi. suis W.I.& R.salutem. Sciatis quod constituimus vos &c. ad iuratam 24. militum &c. capiend', quam G.de H. M. C. & M. vxor eius arraiñ &c. versus I. de M. ad conuincendos iuratores assisæ nouæ dis. quæ inter ipsum I. & præfatos G. M. & M. & R. atte. W. sum̄ fuit coram nobis per breue nostrum, & postmodum capta coram vobis præfati I. & R. apud E. per breue nr̄m Si non omnes, de tenementis in H. Et ideo &c.

Associatio in attincta.

¶ Rex, dilectis & fi. suis H. & B. salutē. Sciatis quòd associauimus vobis di. & fi.nr̄m C. ad iuratam 24. militum capiend', quam S. arrainauit corã vobis per breue nr̄m versus R. ad conuincendum iuratores assisæ no. dis. quæ inter ipsum S.& ꝑfatos R.& alios &c.contentos summonita fuit & capta,corã di.&c. I.& N.apud H.ꝑ breue nostrũ de tenementis in P. ita tamen &c. alioquin &c. ad captionem illius iuratæ ꝓcedatis. Et ideo &c. vt in breui de assoc' de assisa no. dis.

¶ Et fiat patens associationis mutatis mutandis &c.

Patens inde.

Aliter associatio.

¶ Rex, dilectis &c. H. de R. salutem. Sciatis quòd cùm P. de C. prior hospitalis sancti Iohannis Hierusalem in Anglia, arraiñ quandam iuratam 24. militum, coram dilectis & fidelibus nostris I. Iudge & I. de T. ac di. &c. I. de H. nunc, iustitiarijs &c. ad assisas &c. assignatis, per breue nostrum versus R. de F. ad conuincendos iuratores assisæ no.dis. quæ inter ipsum R. & præfatum priorem & alios &c. sum̄ fuit coram præfatis I. I. & postmodum capta coram præfatis I. Iudge & I. de T. apud W.per breue nostrum de tenementis in S. quæ quidam iurata prętextu cuiusdam cõmissionis nostrę dil' &c. W. de S. I. Iudge, & I. de W. de omnibus assisis, iuratis, & certificationibus, corã quibuscunq; iustitiarijs nr̄is in com̄ p̄dicto arraiñ capiend' postmodum factæ, coram eisdem W. I. & I. adhuc restat capiend' vt dicitur, eisdemque W. I.& I. mandauerimus, quòd si ipsi oēs &c. tunc duo eorum &c. procedant: associauimus vos eisdem W. I. & I. & duobus eorum, ad iuratam prædictam vnà cum eis vel duobus eorum capiend': ita tamen quòd si ad certos &c. tunc vos ad hoc in socium admittant, alioquin ijdem &c. vel duo eorum non expectata præsentia &c. Et ideo vobis mandamus &c. vnà cum præfatis &c. vel duobus eorum &c. facturi &c. saluis &c. Mandauimus &c. quòd ipsi vel duo eorum vos ad hoc in socium admittant sicut prędictum est &c. In cuius &c.

Breue ad reuocandum speciales iustitiarios,

¶ Rex, dilectis &c.H.de F. & G.de E, salutem. Licèt nuper constituerimus vos iustitiarios nr̄os ad iuratam 24. militũ capiend', quã I. quæ fuit vxor G.arraiñ corã vobis per breue nostrũ versus C. quę fuit vxor A.de N. ad

N. ad conuincend' iuratores assisæ nouæ disseisinæ, quæ inter ipsam E. & præfatam I. & alios in breui nostro originali contentos sum̄ fuit & capta apud L. coram dil' &c. R. & I. nuper iustitiarijs nostris ad assisas in comitatu L. capiendas assignatis, per breue nr̄m de tenemento in S. quia tamen constitutio prędicta facta fuit contra formam statuti domini E. nuper regis Angliæ aui nostri apud N. nuper æditi, in quo continetur quòd assisæ, iuratæ, & certificationes coram iustitiarijs communiter assignatis & non alijs capiantur, quod quidem statutum in omnibus & singulis suis articulis volentes inuiolabiliter obseruari: vobis mandamus quòd de captione iuratæ prædictæ prætextu commissionis nostræ vobis factæ, vos nullatenus intromittatis. T. &c. quia contra formam statuti North. Vide statutū E. 3. editum apu North. cap. 3. d

¶ Rex, dil' &c. A. B. & C. salutem. Cum constituerimus vos iustitiarios nr̄os ad iuratā. 24. militum capiend', quā I. arrainauit coram vobis per br̄e nostrū versus S. F. ad conuincend' iuratores assisæ no. dis. quæ inter eos summonita fuit & capta, coram vobis vel coram iustitiarijs nostris vltimò itinerantibus apud S. vel coram vobis præfate A. & dil'. & fideli nostro I. B. &c. apud T. per breue nr̄m de tenemento in N. vobis mandamus quòd si vos omnes captioni eiusdem iuratæ commodè &c. tunc duo &c. ad captionē eiusdē iuratæ cum ea celeritate, qua secundū legem & consuetudinem regni nostri Angliæ poteritis, procedatis. T. &c. Si non omnes in attincta.

¶ Rex, di. & fidelibus suis A. & B. salutem. Sciatis quòd cum cōstituerimus di. & fideles nr̄os C. & D. iustitiarios nr̄os, ad omnes assisas, iuratas, & certificationes coram quibuscunque iustitiarijs tam per diuersa breuia nostra quam per breuia dn̄i H. nuper regis Angliæ aui nostri, ac p breuia dn̄i H. nuper regis Angliæ patris nr̄i in comitatu Somers. Dors. Suth', Wiltes. Deuoñ, & Cornub', arrainatas capiend', associauimus vos præfatis C. & D. ad assisas, iuratas, & certificationes p̄dictas vnà cum eis hac vice capiend'. Et ideo vobis mandamus quòd captioni assisarū, iuratarum, & certificationum prædictarum, vnà cum præfatis C. & D. ad hoc intendatis in forma prædicta: facturi inde quod ad iustitiam pertinet secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ: saluis nobis amerciamentis inde prouenientibus. Mandauimus enim præfatis C. & D. quòd vos ad hoc in socios admittant. In cuius. &c. T. &c. De associatione ad omnes assisas, iuratas & certificationes &c. hac vice capiendas.

¶ Rex, dilectis & fi. suis C. D. A. & B. salutem. Cum cōstituerimus vos præfati C. & D. iustitiarios nr̄os, ad omnes assisas &c. vt suprà vsq; ibi, capiend', & tunc sic, ac postmodum associauerimus vos præfati A. & B. vobis præfati C. & D. ad assisas, iuratas, & certificationes prædictas in comitatibus prędictis vnà vobiscum hac vice capiend': vobis mādamus quòd si vos oēs captioni assisarum, iuratarum, & certificationum prædictarū commodè interesse non possitis, tunc tres vel duo vestrum, quorum alterum vestrum, vos præfati C. & D. vnum esse volumus, ad captionem assisarum, iuratarum, & certificationum p̄dict', secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ procedatis. T. vt suprà. Si non omnes inde.

¶ Rex, dilectis & fi. suis C. & D. salutem. Cùm constituerimus vos iustitiarios nr̄os ad omnes assisas &c. vt suprà vsq; ibi, capiēd', & tunc sic, ac associauerimus vobis dilectos & fideles nostros A. & B. ad assisas, De admittendo in socium.

 iuratas,

iuratas, & certificationes prædictas vnà vobiſcum hac vice capiend: vobis mandamus quòd ipſos A. & B. ad hoc in ſocios admittatis in forma prædicta. Mandauimus enim eiſdem A. & B. quòd vnà vobiſcum ad hoc intendant ſicut prædictum eſt. T. vt ſuprà.

12.H.8. F.N.B. 188. 289. V.N.B. 108. Dyſ. 60. De rediſſeiſina. Merton cap. 3. Marlbrige ca. 7. W. 2. ca. 26.



Ex, vicecomiti Leyc' ſalutem. Monſtrauerũt nobis A. & B. vxor eius, quòd cùm R. quondã vir ipſius B. & ipſa B. in curia noſtra coram iuſtitiarijs noſtris vltimò itinerantibus apud N. in comitatu tuo, vel corã dilectis & fidelibus noſtris H. & L. iuſtitiarijs noſtris ad aſsiſas in comitatu prędicto capiendas aſſigñ; vel ſic, ſi iuſtitiarius mortuus fuerit, corã H. & ſocijs ſuis nuper iuſtitiarijs nr̃is ad aſſiſas &c. aſſignatis apud N. per bre nr̃m recuperaſſet ſeiſinam ſuam verſus S. de decem acris terræ, & viginti ſolidatis redditus cũ pertinẽtijs in K. per recognitionẽ aſſiſę no. diſ. ibidẽ inter eos vel inter præfatos R. & B. & S. captæ: præfatus S. ipſos A. & B. de prædictis terra & reditu, vel ſic, de vna acra terræ de terra p̃dicta iterũ iniuſtè diſſeiſiuit. Et ideo tibi p̃cipimus quod aſſumptis tecũ cuſtodibus placitorũ coronæ noſtræ, & 12. tam militibus quàm alijs liberis & legalibus hominibus de comitatu tuo, tam de illis qui in prima iurata fuerunt quàm alijs: in propria perſona tua accedas ad prædictam terram & tenementum vnde reditus ille prouenit, & per eorum ſacramentum diligentem inde facias inquiſitionem. Et ſi ipſos A. & B. per prædictũ S. de prędictis terra & reditu iterum iniuſtè diſſeiſ. inueneris: tunc ipſum S. capias, & in priſona noſtra saluò cuſtodiri fac', ita quòd à priſona illa nullo modo deliberetur ſine mandato noſtro ſpeciali, & ipſos A. & B. de prædictis terra & reditu reſeiſ. & damna ſua in duplum, quæ occaſione illius rediſſeiſinæ ſuſtinuerunt, per ſacramentum prædictorum 12. taxari, & de terris & catallis prædicti S. in balliua tua ſine dilatione fieri, & eiſdem A. & B. habere facias, iuxta formam ſtatuti Weſtm̃ de huiuſmodi rediſſeiſinis prouiſi. Et ſcire facias præfato S. vel præfato S. & D. qui terram illam nunc tenet, quod inquiſitioni illi faciendæ interſit ſi ſibi viderit expedire. T. &c.

Aliter. Aliter. Iſta clauſula fit ſuper ſtatutum Marl. cap 7. & damna in duplum dantur p ſtatutum W. 2. cap. 25.

Regula. ☞ In breui de rediſſeiſina verſus virum & vxorem dicatur ſic: Et eidem A. damna ſua in duplum quæ occaſione rediſſeiſinæ illius ſuſtinuit, de terris ipſorum B. & C. & catallis ipſius B. in balliua tua &c.

Regula. ☞ Et poteſt fieri ſicut aliàs & cùm pluriès, vt patet in breui ſequenti &c.

Cum pluries de poſtdiſſeiſina.

¶ Rex, vicecomiti Cumbr̃ ſalutem. Cùm nuper ad proſecutionem W. nobis ſuggerentis ipſum in curia noſtra coram dilectis & fi. noſtris &c. aſſignatis apud E. per breue nr̃m recuperaſſe ſeiſinam ſuam verſus A. de C. de decima parte vnius meſuagij cum pertinentijs in N. per conſiderationem eiuſdem curiæ, eandemque A. præfatum W. de prædicta decima parte poſtmodum iniuſtè diſſeiſiuiſſe, tibi pluries præcepimus quòd aſſumptis tecum &c. mutatis mutandis vt in primo breui vſque, de huiuſmodi poſtdiſſeiſinis prouiſi, & ſcire faceres &c. expedire, vel cauſam nobis &c. potuiſti, ac tu ſpretis &c. præmiſſa facere, vel ſaltem cauſam &c. non curaueris, in noſtri &c. admiramur: tibi igitur

præcipi-

præcipimus, quod præmiſſa omnia & ſingula in forma p̄dicta fac' iuxta tenorem &c. vel tu ipſe &c. quare mandata noſtra prædicta toties tibi inde directa exequi contempſiſti. T. anno. R. Edwardi tertij aui. 13.

¶ Rex, coronatoribus ſuis in comitatu Cumbr̄ ſalutem. Si W. fecerit vos ſecuros de &c. tunc ponite &c. R. vicecomitem noſtrum comitatus p̄dicti, quòd ſit corā nobis &c. quare cùm nuper ad proſecutionem ipſius W. nobis ſuggerentis, ipſum in curia noſtra &c. diſſeiſiuiſſe, eidem vicecomiti pluriès p̄ceperimus, quòd aſſumptis ſecū &c. mutatis mutandis, poſt diſſeiſ. prouiſi, & ſcire faceret præfato A. &c. expedire, vel cauſam &c. non potuit, vel quod eſſet coram nobis tali die proximè præterito vbicunq; &c. oſtenſur̄ &c. exequi contempſit, & quòd breue noſtrū &c. ibidem: idem vicecomes ſpretis mādatis noſtris prædictis, præmiſſa facere vel ſaltem cauſam &c. ſignificare, vel coram nobis &c. aut breue noſtrum &c. non curauit vt accepimus, in noſtri ac mandatorum noſtrorum prædictorum contemptum manifeſtum, & graue damnum ipſius W. Et habeatis &c. T. &c. Attachiamentum inde.

¶ Rex, di. & fi. ſuo I. ſalutem. Sciatis quòd cum nuper præceperimus vic' noſtro Cumbr̄, quòd aſſumptis ſecum cuſtodibus placitorum coronæ noſtræ, diligenter inquirat de quadam rediſſeiſina ſiue poſtdiſſeiſina P. de R. per I. de B. & al' &c. de tāto cum pertiñ in A. facta vt dicitur, & quod ſcire faceret prædictis I. & al' &c. quòd inquiſitioni illi faciendæ interſint ſi ſibi viderint expedire: dedimus vobis poteſtatem recipiendi attornatos prædictorum I. & aliorum quos coram vobis attornare voluerint in præmiſsis &c. Et ideo vobis mandamus &c. Dedimus poteſtatem de attorn̄i in breui rediſſeiſinæ vel poſtdiſſeiſinæ.

¶ Rex di. &c. ſalutem. Sciatis quòd cùm nuper ad proſecutionem A. nobis ſuggerentis, ipſum in curia noſtra coram &c. apud N. per breue noſtrum recuperaſſe ſeiſinam ſuam verſus S. &c. recitando totum breue vſque ibi, ſi ſibi viderit expedire: aſſociauimus tibi &c. R. ad præmiſſa tecum facienda & explenda, ita tamen quòd ſi ad certum diem, quem ad hoc prouideris, ipſum R. adeſſe contigerit, tunc ipſum ad hoc in ſocium admittas, alioquin tu non expectata præſentia ipſius R. ad præmiſſa facienda & explenda procedas. Et ideo tibi præcipimus quòd ipſum R. in ſocium in hoc admittas in forma prædicta. Mandauimus enim eidem R. quòd ad præmiſſa tecum facienda & explenda intendat ſicut prædictum eſt. T. &c. Aſſociatio in rediſſeiſina.

☞ Et debet breue directū aſſociato de intēdēdo, eſſe clauſū. Et hoc ſimiliter. Regula.

* Iſta aſſociatio facta fuit anno decimo ſeptimo R. Edwardi tertij apud Wakefeld. per R. de B. &c. Nota.

¶ Rex, vicecomiti L. ſalutem. Monſtrauit nobis A. quòd cùm ipſe in curia noſtra coram dilectis & fidelibus noſtris W. & ſocijs ſuis iuſtitiarijs noſtris ad aſſiſas in comitatu tuo capiendas aſſignatis apud N. per breue noſtrum recuperaſſet ſeiſinam ſuam verſus I. de communia paſturæ in S. quæ pertinet ad liberum tenementum ſuum in eadem villa, per recognitionem aſſiſæ nouæ diſſeiſinæ ibi inde inter eos captæ: prædictus I. præfatum A. de prædicta communia iterum iniuſtè diſſeiſiuit. Et ideo tibi prec' &c. accedas ad paſturam illam & tenementum, & De rediſſeiſina de communia paſturæ.

per eorum sacramentum &c.

De assisa proroganda.

¶ Rex, iustitiarijs suis ad assisas in comitatu warr̃ capiend' assignatis salutem. Licèt W. C. arrainauerit coram vobis per breue nr̃m quandam assisam nouæ disseisinæ versus S. de tenementis in E. quia tamen idē S. in obsequio nostro in partibus Normāniæ moratur, ꝓpter qđ captioni assisæ pdictæ ad præsens interesse non potest: vobis mādamus quòd assisam pdict' vsq; tale festum proximè futurum prorogetis, captioni illius assisæ interim supersedentes. Et hoc nullatenus omittatis. T. &c.

Aliter de stagno.

¶ Rex, vic' salutem. Monstrauit nobis A. &c. vsq; ibi, assign̄, arrainauerit quandam assisam versus B. per breue nostrum, de quodam stagno iniustè leuato in N. ad nocumentum liberi tenementi sui in K. & per recognitionem eiusdem assisæ inde inter eos apud E. captæ, coram eisdem iustitiarijs, disrationauerit stagnum illud per præfatum B. leuatum esse prosternend': prædictus B. stagnum illud iterum iniustè & sine iudicio &c. Et quia hoc iniustum est & manifestè contra pacem nostram: tibi præcipimus quòd assumptis tecum &c. vt suprà, accedas ad stagnum illud & tenementum, & per eorum sacramentum diligenter inde facias inquisitionem. Et si per inquisitionem illam inueneris, quod prædictus B. stagnum illud iterum iniustè leuauerit: tunc ipsum B. capias &c. vsque ibi, speciali, & stagnum illud sine dilatione prosterni, & eidem A. damna sua in duplum quæ occasione illius redisseisinæ sustinuit &c. vsque ibi, sine dilatione fieri & habere facias, iuxta formam &c. vt suprà.

Aliter de cursu aquæ diuerso.

¶ Rex, vicecomiti &c. salutem. Mōstrauit nobis A. quòd cùm ipse nuper in curia nostra coram nobis apud N. per breue nostrum disrationasset quod I. iniustè & sine iudicio diuertit cursum cuiusdem aquæ in N. ad nocumentum &c. in eadem villa vel in alia per recognitionem cuiusdam assisæ ibi inde inter eos captæ: prædictus Iohannes cursum aquæ illius iterum iniustè diuertit. Et quia hoc iniustum est & manifestè contra pacem nostram: tibi præcipimus &c. accedas ad cursum aquæ illius & tenementum, & per eorum sacramentum &c. Et si per inquisitionem illam inueneris, quòd prædictus Iohannes cursum aquæ illius iteratò iniustè diuertit: tunc ipsum Iohannem capias &c. vsque ibi, speciali, & aquam illam in rectum & antiquum cursum suum sine dilatione reuerti, & eidem A. damna sua in duplum &c.

Aliter de via arctata.

¶ Rex, vicecomiti &c. salutem. Monstrauit nobis A. &c. assign̄, arrainauerit quandam assisam versus B. per breue nostrum, de quadam via iniustè & sine iudicio arctata vel obstructa in N. ad nocumentum &c. in eadem villa, & per recognitionem eiusdem assisæ inde inter eos apud S. captæ, coram eisdem iustitiarijs disrationauerit viam illam per prædictum B. arctatam vel obstructam, esse ampliandam vel deobstruendam: prædictus B. viam illam iteratò vel iterum arctauit. Et quia hoc iniustum est & manifestè contra pacem nostram: tibi præcipimus &c. accedas ad viam illam & tenementum, & per eorum sacramentum &c. Et si per inquisitionem illam inueneris, quod prædict' B. viam illam iteratò iniustè arctauit: tunc ipsum B. capias &c. speciali, & arctationem

nem eiusdem viæ sine dilatione amoueri, & damna sua in duplum &c.

☞ Eodem modo fiat de sepe, fossato &c. mutatis mutandis. Regula.

¶ Rex vic' &c. salutem. Monstrauit nobis &c. recuperasset seisinam suã essendi messor ipsius R.& S.& custodiendi dominicas terras, dominica prata & alia tñta sua in eadem villa ad totam vitam ipsius A.& percipiendi de eodem R. vnam robam & dimidiam marcam per annum, & similiter percipiendi per singulas decem septimanas vnum quarterium frumenti, per recognitionem assisæ &c. captæ: prædictus R. pṙędictũ A. de prædictis custodia & liberatione iterum &c. vsq; ibi, accedas apud S.&c. vt suprà. Aliter de custodia terrarum dominicarum.

¶ Rex vic' &c. Monstrauit &c. quòd cùm ipse nuper in curia nostra coram dilectis &c. W. de H. & socijs suis iustitiarijs nostris de banco, apud E. recuperasset seisinam suam versus S. per recognitionem assisæ nouæ diss. ibi inde inter eos captæ, de eo qd' idem S. in domo sua apud N. inueniret præfato A. ad vitam suam necessaria sua in victu & vestitu: prædictus S. præfatum A. de prædictis victu & vestitu iterum iniustè disseis. Et ideo tibi præcipimus &c. in propria persona tua accedas apud N. &c. vt suprà. Aliter de victu & vestitu.

¶ Recuperasset seisinam suam versus A. de B. de rationabilibus estouerijs suis capiendis in tribus millibus acris bosci cum pertinentijs in W. quæ pertinent ad liberum tenementum suum in eadem villa, per recognitionem assisæ &c. Aliter de rationabilibus estouerijs. A.13.E.3.

¶ Rex &c. salutem. Monstrauit &c. recuperasset seisinam suam de tribus pedib' terrę in longitudine, vno pede terræ in latitudine cũ pertinẽtijs in N. & reditu vnius robæ ꝑtij tanti per annũ, & rationabili sustentatione ꝓ se duobus garcionib' & tribus equis ipsius A. in eodẽ manerio, quoties ibi morã facere voluerit, ꝑ recogñ &c. ꝑdict' S. ipsum A. de prædictis terra, reditu & sustentatione iterum &c. vt suprà. Aliter de reditu vnius robæ & rationabili sustentatione.

¶ Rex vic' salutem. Monstrauit nobis &c. qd' cũ ipse nuper arrainasset quandam assisam no. diss. coram &c. I. Iuge & socijs suis &c. assignatis, per breue nostrum versus C. de duobus pedibus terræ in longitudine, & tribus pedibus terræ in latitudine cum pertinentijs in W. quæ quidem assisa per eosdem iustitiarios in curia abbatis de K. iuxta libertates eidẽ abbati, ꝑ cartas ꝓgenitorũ nostrorũ quondam regum Anglię & confirmationem nostram concessas, corã balliuis eiusdem abbatis retornata fuit placitanda, ac idem A. seisinam suam de terra prędicta versus præfatum C. in eadem curia recuperasset per recognitionem assisæ nouæ disseisinæ inde inter eos captæ: præfatus C. ipsum A. de prædicta terra iterum &c. vt suprà vt in primo breui. Aliter corã balliuis libertatũ. Apud Eborum A.9.

Rex vic' &c. Monstrauit &c. quòd cùm ipse in curia nostra coram dil' &c. W. de B. & socijs suis iustitiarijs nostris de banco apud W. per breue nostrum recuperasset seisinam suam versus I. de vno mesuagio cum pertinentijs in S. per considerationem eiusdem curiæ: idem I. præfatum A. de prædicta terra postmodum iniustè disseisiuit. Et ideo tibi præcipimus quòd assumptis tecum &c. leg' hominibus de comĩ tuo, accedas &c. vsque ibi, de prædicta terra postmodum iniustè disseisitum inueneris, De postdisseisina.

inueneris, tunc ipsum I. &c. vsq; ibi, quæ occasione illius postdisseisinæ sustinuit &c. iuxta formam statuti Westm̃ de hm̃di postdisseisinis prouisi. Et scire facias præfato I. quòd inquisitioni &c.

Regula.

☞ Non dicatur tam de illis qui in prima iurata fuerunt, nisi in casu quo quis recuperauerit per recognitionem assisæ vel iuratæ &c.

Regula.

☞ In breui de postdisseisina non dicatur tam de illis qui in prima iurata fuerunt &c. secundum Escrik.

Aliter de postdisseisina qñ vocauit ad warrantum & recuperauit.

¶ Rex vic' &c. Monstrauerunt &c. H. & C. vxor eius, quòd cùm K. in curia nostra coram iustitiarijs nostris de banco apud W. nuper petiuisset vt ius suum versus ipsos H. & C. vnum mesuagium &c. in B. ijdem H. & C. I. filium & hæredem R. versus præfatum K. inde vocassent ad warrantum qui eis warrantizauit, & postmodum per defaltam quam idem I. versus prædictum K. fecit in eadem curia consideratum fuisset, quòd prædict' K. recuperaret seisinam suam versus prædictos H. & C. & quòd ijdem H. & C. haberent de terra prędicti I. ad valentiam tenementorum prædictorum, ac tu duo mesuagia, viginti & quinque acras terræ &c. in L. de terra prædicti I. ad valentiam tenementorum prædictorum præfatis H. & C. virtute considerationis curiæ prædictæ & mandati nostri tibi inde directi assignari & haberi fecisses: idem I. pręfatos H. & C. de vno mesuagio &c. inde postmodum iniustè disseis. Et ideo &c. T. &c.

De attincta de redisseisina capta coram vicecomite.

¶ Rex vic' &c. Si R. de F. fecerit &c. tunc summ̃ &c. 24. legales milites &c. vsq; ibi, parati &c. si iuratores, per quos quædam inquisitio facta fuit coram E. tunc vic' comitatus tui & custodibus placitorum coronæ nostræ eiusdem comitatus, per breue nostrum apud F. inter R. & prædictum B. de quadam redisseisina eidem R. per præfatum B. facta vt dicitur, de vno mesuagio & viginti acris terræ cum pertinentijs in F. falsum fecerunt sacramentum, sicut idem R. nobis grauiter conquerendo monstrauit, necne. Et interim diligenter inquiras qui fuerunt iuratores illius inquisitionis, & eos tunc habeas coram præfatis I. & I. Et summoneas &c. prædictum S. quòd tunc sit ibi aud' illam recognitionem. Et habeas ibi sum̃ &c. T. &c.

Regula.

☞ Fiat inde breue patens mutatis mutandis &c.

De recordo & processu mittẽdis ad errorem corrigendum in breui de redisseisina, qñ tenor mittitur iustitiarijs de bãco.



Ex dilecto & fideli suo Roberto de Cherletoñ salutem. Quia in recordo & processu, ac etiam in captione cuiusdam inquisitionis factæ coram C. nuper vicecomite nostro comitatus Derb', & E. & R. tunc custodibus placitorum coronæ nostræ eiusdem comitatus, de quadam redisseisina N. filio I. de Ipstaues chiualer & M. vxori eius, per Iohannem Clysby & A. vxorem eius, de octo marcatis reditus cum pertinentijs in M. facta, quæ quidem recordum & processum coram vobis & socijs vestris iustitiarijs nostris de banco certis de causis mitti fecimus, error interuenit manifestus, ad graue damnum ipsorum Iohannis Cl' & A. sicut ex querela sua accepimus: nos errorem si quis fuerit modo debito corrigi, & partibus prædictis plenam & celerem iustitiam fieri volentes

volentes in hac parte vobis mandamus quòd si iudicium inde redditum sit, tunc recordum & processum prædicta cum omnibus ea tangentibus, quæ penes vos remanent vt dicitur, nobis sub sigillo vestro distinctè & apertè mittatis & hoc breue: ita quòd ea habeamus tali die vbicunq; tunc fuerimus in Anglia, vt hijs inspectis, vlteriùs inde fieri faciamus quod de iure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum. T.&c. Breue de errore in redisseisina.

¶ Rex vicecomiti Lincolñ salutem. Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus, super recordo & processu cuiusdam inquisitionis factæ coram te & custodibus placitorum coronæ nostræ in coñ tuo apud B. per breue nostrum, super quadam redisseis. I. per A. facta vt dicitur de vno mesuagio cum pertinentijs in N. tibi præcipimus quòd si iudicium inde redditum sit, tunc recordum & processum prædicta cum omnibus ea tangentibus, nobis sub sigillo tuo distinctè & apertè mittas & hoc breue: ita &c. vbicunq; &c. vt inspectis recordo & processu prædictis, vlteriùs inde fieri faciamus quod de iure & secundum legem & consuetudinem regni nr̃i Angl' fuerit faciendum. T. &c. De recordo & processu inquisitionis redisseisinæ coram rege mittendis.

¶ Rex vic' &c. salutem. Quia in recordo & processu, ac in captione cuiusdam inquisitionis factæ coram te & custodibus placitorum coronæ nostræ in coñ prædicto, de quadam postdisseisina H. per S. de vno mesuagio cum pertinentijs in N. facta, error interuenit manifestus, ad graue damnum ipsius S. sicut ex querela sua accepimus: nos errorem si quis fuerit modo debito corrigi, & partibus prædictis plenam & celerem iustitiam fieri volentes in hac parte, tibi præcipimus quòd si iudicium inde redditũ sit, tunc recordum & processum &c. vt suprà. Aliter de errore corrigendo in breui de postdisseisina.

¶ Lincolñ ss. W. de P. po. Io. suo I. de H. ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est coram rege per breue suum, inter ipsum W. & R. de S. de recordo & processu inquisitionis nuper captæ coram C. tunc vicecomite comitatus prædicti & coronatoribus suis, per breue suum inter ipsum R. & præfatum W. de quadam redisseisina eidem R. per præfatum W. de vno mesuagio cum pertinentijs in D. facta vt dicitur, quæ quidem recordum & processum idem rex coram eo certis de causis venire fecit. T. &c. De attorñ in breui redisseisinæ corã rege ad errorem corrigendum.

¶ Rex vic' &c. salutem. Ex parte H. de D. capti & detenti in prisona nostra S. pro quadam redisseisina per ipsum I. quæ fuit vxor R. de medietate vnius mesuagij cum pertinentijs in G. facta vt dicitur, vnde coram te & custodibus placitorum coronæ nostræ in comitatu tuo, per inquisitionem inde apud C. per breue nostrum factam conuictus fuit, nobis est supplicatum, vt cùm ipse eidẽ I. de damnis sibi in hac parte adiudicatis iam sit satisfactum, & paratus sit nobiscum finẽ pro eo qđ ad nos pertinet in hac parte iuxta formam statuti de communi consilio regni nostri Angliæ inde prouisi facere, velimus ipsius deliberationi prouidere: nos vt eidem H. quod iustum fuerit inde facere valeamus, volentes super recordo & processu inquisitionis prædictæ certiorari, tibi præcipimus quòd si iudicium inde redditum sit, tunc recordum & processum inquisitionis prædictæ cum omnibus ea tangentibus De recordo & pcessu redisseisinæ mittendis coram rege, ad faciendum finẽ pro redisseisina vnde conuictus fuit.

nobis sub sigillo tuo distinctè & apertè mittas: ita quòd &c. vbicunq; &c. vt vlterius super hoc fieri faciamus, quod de iure & secundum legem &c.faciend. &c.

Aliter corã rege de capiendo corpus & ad leuandum damna, quia non habent in eodem comitatu.

¶ Rex vic' salutem. Cum nuper ad prosecutionem R. de P. & M. vxoris eius nobis suggerentium, ipsam M. in curia coram iustitiarijs nostris de banco apud Westm̄ per breue nostrum recuperasse seisinam suam, versus I. de A. & M. vxorem eius & I. de B. de duobus mesuagijs, octo acris terræ, & duabus acris prati cum pertinentijs in P. per considerationem eiusdem curiæ, eosdemque I. M. & I. prædictos R. & M. de prædictis mesuagijs, terra, & prato, postmodum iniustè disseisiuisse, nuper vicecomiti nostro comitatus prædicti per breue nostrum præcepimus, quòd assumptis secum custodibus placitorum coronæ nostræ, & duodecim tam militibus quàm alijs liberis & legalibus hominibus de comitatu tuo, in propria persona sua accederet ad prædicta mesuagium, terram, & pratũ & per eorum sacramentum diligentem inde faceret inquisitionem, & si ipsos R. & M. per prædictos I. M. & I. de prædictis mesuagio, terra, & prato postmodum iniustè disseisitos inueniret, tunc ipsos I. M. & I. caperet, & in prisona nostra saluò custodiri faceret, ita quod à prisona illa nullo modo deliberentur sine mandato nostro speciali, & prædictos R. & M. de prædictis mesuagio, terra & prato reseisiret, & damna sua in duplum quæ occasione illius postdisseisinæ sustinuerunt, per sacramentum prædictorũ 12. taxari, & de terris ipsorum I. M. & I. & catallis prædictorum I. M. & I. in balliua sua sine dilatione leuari, & postea eisdem R. & M. habere faceret, iuxta formam statuti Westm̄ de huiusmodi postdisseisinis prouisi, ac pro eo quòd per inquisitionem illam compertum fuit quòd prædicti R. & M. de prædictis mesuagio, terra, & prato, per præfatos I. M. & I. postmodum iniustè disseisiti fuerunt, consideratum fuisset quòd prædicti R. & M. rehaberent seisinam suam de prædictis mesuagio, terra & prato, & dãna sua in duplum occasione postdisseisinę prædictę, & licèt ijdem R. & M. executionem prædictorum mesuagij, terræ, & prati iam diu fuerint assecuti, ijdem tamen executionem de damnis suis in hac parte, pro eo quòd ijdem I. M. & I. in comitatu prædicto moram non faciant, & terras, tenementa, bona, seu catalla vnde damna illa leuari poterant non habeant, nondum sunt assecuti, in ipsorum R. & M. graue damnum sicut ex querela sua accepimus: nos volentes occasione præmissa super recordo & processu inquisitionis prædictæ certiorari, tibi præcipimus quòd si iudicium inde redditum sit, tunc recordũ & processum prædicta cum omnibus ea tangentibus penes te vt dicitur residentibus, nobis sub sigillo tuo distinctè & apertè mittas, ita quòd ea habeamus &c. vbicunque &c. vt hijs inspectis, vlteriùs in præmissis fieri fac' quod de iure &c. T. &c.

De venire faciendo recordũ & processum nouæ disseisinæ coram rege.

¶ Rex dilecto &c. I. de B. salutẽ. Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus, super recordo & processu assisæ nouæ disseisinæ, quę inter A. & B. sum̄ fuit & capta coram vobis & socijs vestris iustitiarijs nostris ad assisas in comitatu Lincolñ capiendas assignatis apud N. per breue

bre nostrũ de teñtis in G. vobis mãdamus quòd si iudicium inde redditum sit, tunc recordũ & processum eiusdẽ assisæ cum omnibus ea tangentibus nobis sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breue. T. &c.

¶ Rex &c. Quia super recordo & processu assisæ &c. quæ inter A. & B. sum̃ fuit & capta coram vobis & socijs vestris &c. assignatis apud S. per breue nostrum, de quadam via arctata vel obstructa in C. quibusdam certis de causis certiorari volumus: vobis mandamus quòd si iudicium &c. vsque ibi, mittatis, & hoc breue: ita quòd ea habeamus tali die vbicunq; &c. vt inspectis recordo & processu prædictis, partibus prędictis inde fieri faciamus, vel in pręmissis fieri faciamus, quod de iure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Anglię fuerit faciendum. T. &c. Aliter de recordo & processu &c. de quadam via arctata.

¶ Rex dil' & fid' suo S. salutem. Cùm constituerimus dilectos &c. R. & M. iustitiarios, ad quandam certificationem capiendam super quibusdam articulis assisę nouæ disseisinę tangentibus, quæ inter A. & B. sum̃ fuit & capta coram vobis & dilecto & fideli nostro F. nuper iustitiarijs nostris &c. assigñ apud N. per breue nostrum de communia pasturæ in C. ac expediens sit & necesse, quòd ijdem R. & M. super recordo & pcessu assisæ prædictæ certiorentur: vobis mãdamus qđ si iudiciũ &c. tunc recordum &c. tangentibus, præfatis R. & M. sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breue. T. &c. De faciẽdo venire recordum & pcessum assisæ no. diss. eo quod certificatio arrainatur inde.

☞ Et se tenet ista forma coram Iustic' itinerantibus mutatis mutandis. Regula.

☞ Non dicatur sine dilatione in breui retornabili ad certam diem. Regula.

¶ Rex dilecto & fideli suo S. salutem. Cùm A. arrainauerit quandam attinctam vel quandam iuratam 24. militum, coram vobis & socijs vestris &c. per breue nostrum versus B. ad conuincendum iuratores assisæ nouæ disseisinæ, quæ nuper inter eos coram vobis & dilecto & fideli nostro F. nuper iustitiarijs nostris &c. sum̃ fuit & capta apud N. per breue nostrum de tenementis in C. ac expediens sit & necesse quòd vos & socij vestri prædicti super recordo & processu assisæ prædictæ certioremini: vobis mandamus quòd si iudicium &c. tunc recordum &c. tangentibus, coram vobis & præfatis socijs vestris ad proximam sessionem vestram in comitatu prædicto habeatis, vt hijs inspectis securiùs & consultiùs procedere valeatis ad captionem iuratæ supradictæ. T. &c. Aliter quia attincta arrainatur inde.

¶ Rex dilecto &c. Cùm A. arrainauerit quandam iuratã &c. quæ inter eos sum̃ fuit & capta, coram vobis & socijs vestris iustitiarijs nostris vltimò itinerantibus apud N. in comitatu L. de tenementis in A. ac expediens &c. vt suprà. Aliter de eodẽ.

¶ Rex dilecto & fideli suo W. salutem. Cùm R. & C. arrainauerint quandam iuratam 24. militum coram iustitiarijs nostris de banco per breue nostrum, ad conuincendum iuratores assisæ nouæ disseisinæ, quæ inter I. H. & præfatum R. ac A. & B. nuper sum̃ fuit & capta, coram vobis & socijs vestris iustitiarijs nostris ad assisas in comitatu Deuoñ capienđ assignatis apud E. per breue nostrum de tenementis in N. De mittẽdo iustitiarijs de bãco recordum & processum ass. no. diss. captæ coram iustitiarijs assigñ, quia arrainatur attincta, eo quod aliqui sunt quieti.

ac expediens sit & necesse qđ pfati iustitiarij nostri de banco super recordo & processu assisæ pdictę antequam ad captionē iuratę pdictæ ꝓcedatur certiorentur: vobis mandamus qđ si iudicium inde redditum sit, tunc recordum & processum assisæ prædictæ cum omnibus ea tangentibus, præfatis iustitiarijs nostris de banco sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breue, vt ijdem iustitiarij de banco inspectis recordo & processu prædictis, vlterius ad captionem iuratæ prædictæ securiùs & consultiùs secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ procedere valeant. T. &c.

Aliter thes. & camerarijs de recordo & processu assisæ.

¶ Rex thesaurario & camerarijs suis salutem. Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus, super recordo & processu assisæ nouæ disseisinæ quæ inter A. & B. sum̄ fuit & capta, coram I. & socijs suis iustitiarijs nostris, vel iustitiarijs domini E. nuper regis Angliç aui nostri, ad assisas in comitatu L. capiendas assigñ apud N. per breue nostrum vel suum de communia pasturæ in K. vobis mandamus quòd scrutatis rotulis prædicti I. de tempore prædicto, qui sunt in thesauraria nostra sub custodia vestra vt dicitur, recordum & processum assisæ prædictæ cum omnibus ea tangentibus nobis sub sigillo scaccarij nostri distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breue. T. &c.

Aliter de recordo & processu assisæ mittendis.

¶ Rex thes. & camerarijs suis salutem. Volentes certis de causis certiorari super recordo & ꝓcessu assisæ nouæ disseisinæ, quā R. S. & P. vxor eius arrainauerūt corā R. B. & socijs suis nuper iustitiarijs nr̄is ad assisas in comitatu L. capiendas assigñ, per breue nr̄m versus W. B. & M. vxorem eius de teñtis in M. vobis mandamus qđ recordū & processum assisæ prędictæ cum omnibus ea tangentibus, quæ in thesauraria nostra sub custodia vestra existunt vt dicitur, nobis in cancellariam nostram sub sigillo scaccarij nostri distinctè & apertè &c.

Aliter qñ assisa capta est, & iudicium adhuc restat reddēdū.

¶ Rex thes. & camerarijs suis salutē. Cùm R. nuper arrainauit quandā assisam nouæ disseisinæ, coram &c. per breue nostrum versus N. de tenementis in G. ac licet assisa illa coram pręfatis &c. secundum legem &c. regni nostri Angliç capta fuisset, per mortē tamen prędicti N. iudicium inde adhuc restat reddenđ, ad graue damnū ipsius R. sicut ex querela sua accepimus: nos volentes hac de causa super recordo & ꝓcessu eiusdem assisæ certiorari, & iustitiam fieri in hac parte, vobis mādamus quòd scrutatis rotulis &c. vt suprà. T. &c.

Aliter de eodē.

¶ Cùm iudicium assisæ nouæ disseisinæ, quæ inter A. & B. sum̄ fuit & capta, coram &c. apud N. per breue nostrū de teñtis in C. per mortē pdicti W. adhuc restat reddenđ, ad graue damnum &c. vt suprà.

De recordo & processu &c. quia attincta est arrainata.

¶ Rex thesaurario & camerarijs suis salutem. Cùm constituerimus di. &c. A. & B. iustitiarios nostros, ad iuratam 24. militum capienđ, quam C. arrainauit coram præfatis A. & B. per breue nostrum versus D. ad conuincendum iuratores assisæ nouæ disseisinæ quæ inter eos sum̄ fuit & capta, coram &c. apud N. per breue nostrum de tenementis in K. ac expediens sit & necesse, quòd prædicti A. & B. super recordo & ꝓcessu assisæ prædictæ certiorentur: vobis mandamus quòd scrutatis rotulis &c. vt suprà.

¶ Rex

¶ Rex, eisdē salutē. Monstrauit nobis A. quòd licèt ipse coram S. & socijs suis iustitiarijs nr̄is vltimò itinerantibus apud N. in com̄ D. ꝑ breue nostrū recuperasset seisinam suā versus I. de tenementis in B. ꝑ recognitionem assisæ nouæ disseisinæ ibi inter eos captæ, & sex marcæ eidē A. ꝑ damnis suis ꝑ considerationem curiæ nr̄æ adiudicatæ fuissent: idem tamen A. præfatas sex marcas nondum est assecutus, in ipsius A. damnum non modicum & grauamen, & contra considerationem curiæ nr̄æ præd'. Et quia ex causa p̄dicta super recordo & ꝓcessu assisæ prædictæ certiorari, & p̄fato A. celere iustitiæ complementum fieri volumus in hac parte: vobis mandamus quòd scrutatis rotulis prædicti S. de itinere prædicto quæ sunt in thesauraria nostra sub custodia vestra vt dicitur, recordum & ꝓcessum &c. vt suprà. Aliter de recordo & processu ꝑ damnis leuandis mittendis.

¶ Rex, balliuis suis de K. super Hull' salutē. Monstrauit nobis W. de B. quòd licèt ipse nuper corā vobis in curia nostra de K. secundū consu. eiusdem villæ sine breui nostro recuperasset seisinā suā versus W. de H. & E. vxorem eius & P. de G. de vno mesuagio cum pertiñ in K. ꝑ recognitionē assisæ friscæ forciæ ibidē inter eos captæ, & centum solidi eidem W. de B. ꝑ damnis suis adiudicati fuissent, idemque W. ꝑ eo quòd prædicti W. E. & P. terras, tenementa, bona, seu catalla vnde prædicti centū solidi leuari possunt infra p̄dictā villā non habent, eosdem centū solidos nondū est assecutus, in ipsius W. dispendiū non modicum & grauamen, & retardationem executionis iudicij supradicti: nos ea de causa super recordo & ꝓcessu assisæ p̄dictæ certiorari, & præfato W. in præmissis fieri volentes qd' est iustum: vobis mandamus quòd si iudicium inde redditum sit, tunc rec' & ꝓc' assisæ prædictæ cum omnibus ea tangentibus &c. mittatis & hoc breue: ita quòd ea habeamus &c. vt hijs inspectis, vlteriùs &c. vel sic, coram vobis in curia nr̄a de K. super Hull', iuxta libertates Burgensibus eiusdem villæ per cartas progenitorum nostrorum quondam regum Angliæ concessas sine breui nostro, recuperasset seisinam suam &c. vt suprà. Aliter de eodē balliuis, quia non habent terras & teñ, bona nec catalla infra villam. Aliter de eodē.

¶ Rex, di. &c. salutē. Cùm A. de B. arrainauerit quandā assisam nouæ dis. corā vobis & dilecto &c. W. de D. nuper iustitiarijs nostris ad assisas in com̄ L. capiendas assignatis, ꝑ breue nr̄m versus R. de S. & alios in breui nostro originali contentos de tenementis in C. & nos postmodū constituerimus di. &c. W. de H. & p̄d' W. de D. iustitiarios nr̄os, ad omnes assisas &c. arrainatas capiend', ac ꝑ eo quòd assisa illa adhuc restat capiend' vt accepimus, expediens est & necesse quòd ijdem W. & W. super rec' & ꝓc' assis. coram vobis & præfato W. de D. habitis certiorentur: vobis mandamus qd' rec' & proc' assisæ prædictæ coram vobis & præfato W. de D. habitæ cum omnibus ea tangentibus, præfatis W. & W. sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breue. T. &c. De recordo & ꝓcessu inchoato coram vno pari iustitiariorum, mittendis alijs de nouo assigñ.

¶ Rex, di. &c. salutem. Cùm nuper constituerimus vos dilectos &c. R. de H. & R. de A. iustitiarios nostros, ad omnes assisas, iuratas, & certificationes, in comitatu B. arraiñ capiendas, ac postmodū quibusdam de causis loco vestro constituerimus di. &c. R. de W. iustitiarios nr̄os, Aliter de recordo & processu omnium assisarum intratarum & certificationum

coram vnó pariiustitiariorum inchoatarum, mittendis alijs iustitiarijs.

ad omnes assisas &c. prædictas, vnà cum præfatis R. & R. capiendas, iamque datum sit nobis intelligi, quòd quã plures assisæ, iuratæ, & certificationes, quæ coram vobis, vsque ad captionem earundem fuerunt placitatæ, corã p̃fato R. & socijs suis prædictis restant capiend', quas quidẽ assisas, iuratas, & certificationes, idẽ W. & socij sui p̃dicti capere non potuerunt, nisi super rec' & proc' coram vobis inde habitis certiorentur: nos aduertentes quòd assisæ, iuratæ, & certificationes prædictæ, iam terminari non possunt, & nolentes captionem earundem ea de causa aliqualiter differri, vobis mandamus qd' recordũ & ꝓcessum omniũ assisarũ &c. corã vobis vt p̃mittitur placitatarum, de quibus ass. iuratæ & certificationes adhuc restant capiendæ, p̃fato R. & socijs suis p̃dictis cum omni celeritate qua poteritis sub sigillo vr̃o distinctè & apertè mittatis & hoc br̃e. Et hoc nullo modo omittatis. T.&c.

Aliter de recordo & processu assisæ mittendis alijs iustitiarijs de nouo assigñ ad capiendam assisam.

aſsiſa fieri valeat quod eſt iuſtum, recordum & proceſſum placiti prædicti, quæ coram nobis in cancellaria noſtra certis de cauſis venire fecimus, vobis mittimus ſub pede ſigilli noſtri: mandantes vt his inſpectis, necnon certificatione præfati epiſcopi vobis ſuper hoc vt dicitur miſſa, ac recepto à vicecomite noſtro comitatus prædicti breui originali eiuſdem quod penes ipſum remanet, ſicut per inſpectionem eorundem recordi & proceſſus nobis conſtat, vlteriùs in eadẽ aſsiſa iuxta tenorem breuis & placiti prædictorum procedatis, & eiſdem partibus fieri faciatis quod de iure & ſecundum legem & conſuetudinem &c. Angliæ &c. Mandauimus enim eidem vicecomiti, quòd dictum breue vobis liberet ad proximam ſeſsionem veſtram in comitatu prædicto. T. &c.

¶ Rex, dilectis &c. W. de S. & ſocijs ſuis iuſtitiarijs &c. aſsigñ ſalutẽ. Cum inter cæteras libertates per cartam noſtrã burgenſibus nr̃is Oxoñ conceſſas cõceſſum ſit eiſdem, quòd ipſi, hæredes, & ſucceſſores ſui, nõ ponantur cum hominibus forinſecis in aſsiſis, iuratis, aut inquiſitionibus aliquibus, quæ ratione teñtorum vel tranſgreſsionum aut aliorũ negotiorum forinſecorum quorumcunque, coram vobis iuſtitiarijs aut alijs miniſtris nr̃is vel hæredum noſtrorum emerſerint faciend', quamdiu moram fecerint in eodem burgo, nec quòd homines forinſeci ponãtur cum ipſis burgenſibus in aſsiſis, iuratis, aut alijs inquiſitionibus aliquibus, quæ ratione terrarum aut teñtorum in eodem burgo & ſuburbijs exiſtentium, aut tranſgreſsionum, conuentionum, cõtractuum, aut aliorum negotiorum intrinſecorum ibidem emerſerint capiend', & quòd de aliquibus placitis infra burgum illum & ſuburbia emergẽtibus, nõ conuincãtur per forinſecos, ſed ſolummodo per comburgẽſes ſuos, niſi res ipſa tãgat nos vel hæredes nr̃os aut comitatẽ eiuſdẽ burgi, prout in carta nr̃a p̃dicta plenius continetur, ac iam ex querela R. burgenſis villæ p̃dictæ accepimus, quòd I. & M. vxor eius, ipſum R. de remedio, quod ſibi competit virtute libertatum dictis burgenſibus nr̃is conceſſarũ, maliciosè & fraudulenter excludere machinãtes, arrainauerint quandam aſſiſam no. diſſeiſinę coram vobis per br̃e noſtrũ verſus ipſum R. & E. vxorem eius, S. C. maiorem Oxoñ, & cõmunitatem villæ Oxoñ de teñtis in Oxoñ, & licèt præfatus R. placitando in aſsiſa illa coram vobis allegauerit, ſe ſolum tenentem tenementorum p̃dictorum exiſtere, ipſumq; nullam diſſeiſinam ſeu iniuriam inde p̃fatis I. & M. feciſſe, præfatamq; cõmunitatẽ ad excludendũ ipſum R. de libertate ſua p̃dicta in breui noſtro nominatam fuiſſe, ac ea de cauſa petierit veritatem ſuper præmiſſis per cõburgenſes ſuos eiuſdem villæ prout moris eſt inquiri, iuxta tenorem cartæ noſtræ ſupradictæ, vos tamen ad præmiſſa conſiderationem non habentes, ad captionem aſſiſæ illius per forinſecos comitatus prædicti volũtariè procedere intenditis, in ipſius R. damnum non modicum & grauamen, ac exhæredationis periculum manifeſtum, & cõtra tenorem cartę p̃dict': nos eidem R. iniuriam nolẽtes fieri in hac parte, vobis mãdamus quòd viſo proceſſu aſſiſæ illius coram vobis habito, ſi inueneritis p̃fatum R. tanquam ſolum tenentem teñtorum coram vobis reſpondiſſe, dictumque placitum cõmunitatem prædictam

Qñ aſsiſa arrainatur contra maiorem & cõmunitatem ad excludendũ ne aſsiſa capiatur per forinſecos &c.

dictam in aliquo non tangere, ſed eandem cōmunitatem ad excludendum ipſum de remedio ſuo prædicto in eodem breui nominatam eſſe vt eſt dictum, tunc audita querela ipſius R. in hac parte, ei in præmiſsis debitum & feſtinum iuſtitiæ complementum fieri faciatis, prout de iure & ſecundum legem & conſuetudinem regni noſtri Angl' ac tenorem cartæ noſtræ p̄dictæ rationabiliter fore videritis faciend': præfatum R. contra tenorem eiuſdem non moleſtantes in aliquo ſeu grauantes. T. &c.

Aliter de eodē.

¶ Rex, eiſdem ſalutem. Cùm, inter cæteras libertates ciuibus ciuitatis Wintoñ p̄ cartas progenitorum noſtrorū quondā regum Angl', quas p̄ cartam nr̄am confirmauimus, conceſſas, conceſſum ſit eiſdē, quòd nullus eorum qui fuerit infra gildam mercatoriā, placitet extra murum ciuitatis prædictæ de vllo placito præter de placito de tenuris exterioribus, exceptis monetarijs & miniſtris nr̄is, prout in cartis & confirmatione prædict' pleniùs continetur, ac iam ex parte maioris & ciuiū eiuſdem ciuitatis nobis eſt grauiter conquerendo monſtratum, quòd cùm W. & A. vxor eius nuper arrainauerint quandā aſsiſam nouæ diſ. verſus I. tunc maiorem ciuitatis p̄dictæ & communitatem eiuſdem ciuitatis de tenementis in eadem ciuitate, & cōmunitatem dictæ ciuitatis ſimul cum eodem I. in dicto breui nominauerint, vt ſic ipſum I. quominus aſsiſa illa per homines eiuſdem ciuitatis iuxta libertatem prædictam capi poſsit excluderent, & licèt idem I. die impetrationis aſsiſæ præd' & ſemper hactenus ſolus fuerit tenens de tenementis illis, & cùm ſolus tenens inde reſponderit coram vobis, abſq; eo quòd eadem communitas aliquid in dictis tenementis die prædicto ſeu poſtmodum habuit: vos nihilominus aſsiſam illam non habita conſideratione ad colluſionem huiuſmodi, p̄ forinſecos & non per homines dictæ ciuitatis capere intenditis, in ipſius I. damnū & exhęredationis periculum manifeſtum, & contra tenorem cartarum & confirmationis p̄dict', & aliter quàm tēporibus retroactis ibidem fieri conſueuit, ſuper quo ijdem maior & ciues per petitionē ſuam coram nobis & conſilio noſtro in parliamento noſtro exhibitam, nobis ſupplicarunt ſibi per nos de remedio prouideri. Nos volentes fieri quod eſt iuſtū, vobis mandamus quòd audita ipſorum maioris & ciuium in hac parte querela, & vocatis corā vobis partibus prædict', auditiſq; hinc inde earum rationibus, vlteriùs in pręmiſsis fieri fac' debitum & feſtinum iuſtitiæ complementum. T. &c.

Per petitionem in parliamento.

De continuando aſsiſam.

¶ Rex, dilectis &c. R. & ſocijs ſuis iuſtitiarijs ad aſsiſas in comitatu W. capiendas aſsigñ ſalutem. Cùm pro defenſione & ſaluatione regni noſtri Angliæ, ac recuperatione aliorum iurium noſtrorum & coronæ noſtræ, de aſſenſu prælatorum, comitum, baronum, & communitatis dicti regni, vnà cum nonnullis magnatibus & fid' noſtris ipſius regni, ad partes profecti ſumus tranſmarinas, adhuc inibi cōmorantes, & intellexerimus quòd quidam p̄fatos fi. nr̄os nobiſcū in dictis partibus vt p̄mittitur obſequentes, eos magis & frequentius implacitare, & de iure ſuo defraudare machinātur, quò ipſi fideles noſtri ad defend' & tuend' iura ſua hm̄di perſonaliter non interſint, ſicut nec poterūt intereſſe dū nobiſcū in obſequio nr̄o ſteterint ſupradicto, per qd' de aſſenſu

comitum

comitum & baronum & aliorum de conſilio noſtro, qui nobiſcum in tranſmarinis partibus iam aſſiſtunt, pro indemnitate illorum, qui nobis in dictis partibus vt prætangitur obſequuntur, duximus ordinandum, quòd tam placita in protectionibus noſtris eiſdem confectis excepta, & verſus ipſos in dicto obſequio noſtro taliter exiſtentes, & guerræ noſtræ ibidem intendentes, mota, & alia, quàm mouenda, in ſtatu quo fuerint de tẽpore in tempus cõtinuentur, dũ ſic in obſequio nr̃o in dictis partibus tranſmarinis intenderint antedicto: volentes ordinationem prædictam effectui debitæ demandari, vobis mandamus quòd aſſiſam nouæ diſſeiſinæ coram vobis per breuia noſtra arrainatam, verſus dilectum & fidelem noſtrum H. in obſequio noſtro prædicto, in dictis partibus intendentem de die in diem, in eodem ſtatu quo fuerit, ex cauſa prædicta, & de gratia noſtra ſpeciali dum idem H. in dicto obſequio noſtro in partibus prædictis moram fecerit, continuetis, iuxta ordinationem ſupradictam. T.&c.

¶ Duximus ordinandum, quòd aſſiſæ nouæ diſſeiſinæ verſus ipſos in obſequio noſtro prædicto taliter exiſtentes, & guerræ noſtræ ibidem intendentes arrainatæ & arrainandæ in ſtatu quo fuerint de tempore in tempus continuentur, dum ſic in obſequio nr̃o in dictis partibus tranſmarinis intenderint antedicto: volentes ordinationem &c. & de gratia noſtra ſpeciali, quouſque aliud duxerimus demandand' continuetis, iuxta ordinationem ſupradictam. T.&c. Aliter.

¶ Rex eiſdem ſalutem. Cùm, vt accepimus, G. arrainauerit quandam aſſiſam nouæ diſſeiſinæ coram vobis per breue noſtrum verſus L. & alios in breui noſtro originali contentos de tẽtis in C. nos aduertentes quòd prædictus L. in obſequio noſtro in partibus Marchiæ Scotiæ per præceptum noſtrum moretur, ac nolentes eo prætextu, quòd ipſe iacturam ſeu exhæredationem incurrat, dum ſic noſtris obſequijs immotetur, vobis mandamus quòd aſſiſam illam de die in diem in eodem ſtatu quo nunc eſt continuetis, quamdiu præfatum L. moram facere contigerit in obſequio noſtro ſupradicto. T.&c. Aliter.

¶ Quia iam pro certo intelleximus, qd' præfatus comes à dictis partibus Scotiæ & obſequio noſtro p̃dicto in Angliam redijt, ibidemq; moratur negotijs proprijs intendendo: nolentes proſecutionem præfatæ I. vlterius differri in hac parte, vobis mandamus quòd in aſſiſa prædicta vlterius procedatis, & partibus prædictis in præmiſſis iuſtitiã fac', prout de iure & ſecundum legem & conſuetudinem regni noſtri Angliæ fuerit faciendum, mandato noſtro prædicto non obſtante. T.&c. De p̃cedẽdo in aſsiſa, quia redijt in Angliã.

¶ Rex dil' & fid' &c. I. ſocijs ſuis iuſtitiarijs ad aſſiſas &c. aſſigñ ſalutẽ. Cùm nuper conceſſerimus dilecto conſanguineo & fideli noſtro H. manerium de H. cum pertinentijs in comitatu S. habend' in auxilium ſuſtentationis ſuæ, quouſque terra & tenementa de hæreditate ſua ex parte matris ſuæ deuenirent ad manus ſuas, & poſtmodum conceſſerimus eidem H. quædam terras & tenementa cum pertinentijs in L. quæ M. quæ fuit vxor P. iam defuncta tenuit ad terminum vitæ ſuæ ex conceſſione I. de F. dudum domini manerij prædicti, & quæ in manu noſtra De non p̃cedẽdo ad captionẽ aſſiſæ rege inconſulto.

nostra tanquam escaeta nostra extiterunt, habenda vnà cum manerio prædicto in auxilium sustentationis ipsius H. quousq; terrę & tenementa cum pertinentijs de hæreditate sua ex parte matris suæ ad manus suas deuenerint vt est dictum, prout in literis nr̄is patentibus inde confectis pleniùs continetur, ac iam ex parte præfati H. qui iam ad partes Scotiæ nobiscum in obsequium nostrum pro defensione regni nostri contra hostiles Scotorum aggressus est profectus, nobis datum sit intelligi quòd E. arrainauit coram vobis per breue nostrum quandam assisam nouæ disseisinæ versus præfatum H. & W. de tenementis in A. & quandam aliam assisam nouæ disseisinæ versus R. & præfatum H. de tenementis in parua S. & quòd manerium & terræ & tenementa præfato H. per nos vt præmittitur concessa, virtute assisar̄ prædictar̄ posita sunt in visu, & nobis est supplicatum vt pro nostra indemnitate in hac parte velimus super hoc remedium apponere opportunum: nos aduertentes quòd si ad captiones assisarum taliter procedatur, nobis posset graue præiudicium de facili generari, maximè ipso Hugone in remotis partibus sic agente, volentesque huiusmodi præiudicio, & exhæredationis periculo quatenus poterimus præcauere, vobis mandamus quòd si assisæ prædictæ de manerio & terris & tenementis quæ præfatus H. sic tenet ex concessione nostra, quousq; terra & tenementa cum pertinentijs de hæreditate sua ex parte matris suæ ad manus suas, deuenerint, arraiñ existant, & eadem terræ & tenementa in visu sint posita vt prædictum est, tunc ad captiones earundem assisarum nobis inconsultis nullatenus procedatis. T. &c.

De mittẽdo tenorem in euidentiam.

¶ Rex thesaurario & baronibus suis de scaccario salutem. Cùm dilectus & fidelis noster R. de W. recordum & processum assisæ nouæ disseisinæ, quæ inter D. & T. & alios in breui nostro originali contentos summonita fuit & capta, coram præfato R. & socijs suis nuper iustitiarijs nostris ad assisas in comitatu Lincolñ capiendas assignatis, apud Lincolñ per breue nostrum de tenementis in S. nobis in cancellariam nostram ad mandatum nostrum miserit: nos tenorem recordi & processus prædictorum vobis mittimus sub pede sigilli nostri, vt eo inspecto, in loquela quæ est coram vobis per breue nostrum in scaccario prædicto, inter nos & W. de T. de decem & nouem libratis reditus cum pertinentijs in prędicta villa de S. ac de arreragijs eiusdem ad opus nostrum exactis vt dicitur, securiùs & consultiùs procedere valeatis, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ. T. anno nono.

Nota.

*Et nota quòd recordũ fuit missum in cãcellaria, & illud fuit taliter transcriptum, & illud sic transcriptum missum fuit pro tenore in scaccarium, & recordum remansit in cancellaria prædicta.

De continuando attinctam quia est in eodem statu &c. & conuenit cũ breuibus ꝓcedentibus de cõtinuando assisam.

¶ Rex iustitiarijs suis de banco salutem. Cùm, vt accepimus, in quadam iurata viginti & quatuor militum, quam R. arrainauerit coram vobis per breue nostrum versus abbatem de S. ad conuincendum iuratores cuiusdam inquisitionis quæ nuper summonita fuit & capta coram vobis, per breue nostrum inter ipsum abbatem petentem, & p̄dictum R. tenentem, de vno mesuagio cum pertinentijs in S. quæ quidem iurata magna

magna indiget examinatione, diuerſæ ſubornationes & procurationes iuratorum per prædictum abbatem, ad defrandandum ipſum R. de iure ſuo indies factæ fuerint in hac parte, idemq; R. in obſequio noſtro in partibus Scotiæ iam exiſtat, per quod corã vobis in craſtino ſancti Iohannis Baptiſtæ proximo futuro, quem diem idem abbas habet verſus præfatum R. in iurata prædicta perſonaliter venire non poteſt, ipſeque per huiuſmodi ſubornationes & procurationes exhæredationis periculum in hac parte in abſentia ſua ſibi metuat poſſe euenire: nos nolentes eidem R. dum in obſequio noſtro ſic ſteterit aliqualiter præiudiciari, vobis mandamus quòd placitum illud in eodem ſtatu quo nunc eſt vſque ad quindenam ſancti Michaelis proximò futuram, ſi attornatus prædicti R. hoc petat, continuetis: partes prędictas ad diem prædictum adiornantes, vt tunc idem R. ius ſuum in hac parte perſonaliter proſequi valeat vt debebit. T. &c.

¶ Rex dilectis & fidelibus ſuis I. de D. iuſtitiarijs ſuis ad aſſiſas in com̃ S. capiendas aſsigñ ſalutem. Compertum eſt per inquiſitionem per dilectum nobis W. nuper eſcaetorem noſtrum in comitatu S. de mandato noſtro factam, & in cancellaria noſtra retornatam, quòd W.H. defunctus tenuit de nobis in capite manerium de T. die quo obijt, & qđ W. filius & hæres eiuſdem W. H. tunc fuit ætatis ſex annorum, ac iam intellexerimus quòd C. arrainauit quandam aſsiſam nouæ diſſeiſinæ coram vobis per breue noſtrum verſus R. & alios &c. de tenementis in W. & poſuit in viſu manerium de W. in cuſtodia noſtra ratione minoris ætatis hæredis prædicti ſic exiſtens, in qua quidem aſsiſa ſi procederetur, nobis præiudicium & præfato hæredi exhæredatio de facili poſſent generari: nos volentes huiuſmodi præiudicio & exhæredationi præcauere, præſertim cùm nos omnia terras & tenementa quæ ſunt de hæreditate hæredum infra ætatem & in cuſtodia noſtra exiſtentium, hæredibus illis cùm ad plenam ætatem ſuam peruenerint, adeo plenè & integrè, ſicut ad manus noſtras deuenerunt, reſtituere teneamur, vobis mandamus quòd ad captionem aſsiſæ illius nobis inconſultis nullatenus procedatis, durante cuſtodia ſupradicta. T. &c.

De non pcedendo ad aſsiſam, de tenẽtis in cuſtodia regis exiſtentibus rege inconſulto.

¶ Rex eiſdem ſalutem. Cùm T. R. & W. nobis nuper omnia terras & tenementa, reditus, & ſeruitia ſua, quæ habuerunt in D. & S. ex dono & feoffamento R. de M. per cartam ſuam dederunt & conceſſerunt, habenda & tenenda nobis hæredibus & aſsignatis noſtris imperpetuum, ſicut per inſpectionem irrotulamenti cartæ prædictæ in rotulis cancellariæ noſtræ irrotulatæ nobis conſtat, ac iam intellexerimus qđ I. & C. vxor eius & quidam alij, arrainauerint coram vobis per diuerſa breuia noſtra, quandam aſsiſam nouæ diſſeiſinæ verſus M. prioriſſam de D. de tenementis in D. & S. & quæ ſunt eadem tenementa nobis per præfatos T. & R. & W. ſic data & conceſſa, ad quas quidem aſſiſas capiendas, ſi taliter nobis inconſultis procederetur, in noſtri pręiudicium & exhæredationem cederet manifeſtè: nos volentes huiuſmodi p̃iudicio & exhæredationi prout conuenit pręcauere, vobis mandamus quòd

Aliter de eodẽ de terris & tenementis hæredis de dono & feoffamento alterius.

quòd si ita est, tunc ad captionem alicuius assisæ coram vobis de tenētis prædictis nobis per præfatos T. R. & W. sic datis & concessis, seu aliqua parcella eorundem arrainatæ seu arrainandæ, nobis inconsultis nullatenus procedatis. T.&c.

Aliter de eodē de custodia terrarum & tenē commissa per regem alicui.

¶ Rex dilectis &c. T. & R. iustitiarijs ad assisas in comitatu E. capiendas assigñ salutem. Cum tricesimo die Maij anno regni nostri quintodecimo, per literas nostras patentes commiserimus R. de C. custodiam omnium terrarum, tenementorum, & redituum quæ fuerunt I. de B. defuncti, qui de nobis tenuit in capite in B. & W. in comitatu prædicto die quo obijt, & quæ per mortem prædicti I. & ratione minoris ætatis hæredis eiusdem I. in manu nr̄a existunt, habend' vsq; ad legitimā ætatē hæredis prædicti, pro certa firma nobis inde annuatim reddend', sicut per inspectionem rotulorum cancellariæ nostræ nobis constat, ac iam intellexerimus quòd I. & M. vxor eius, arrainauerint coram vobis per breue nostrum quandam assisam nouę disseisinæ versus W. fil' I. de B. & alios &c. contentos, de tenementis in W. ponendo in visu eadem terras & tenementa quæ fuerunt prædicti I. de B. in eadem villa de W. sic in manu nostra ratione minoris ætatis dicti hæredis existentis, ad quam quidem assisam capiendam si nobis inconsultis taliter procederetur, nobis graue præiudicium, & dicto hæredi sic infra ætatem & in custodia nostra existenti exhæredationis periculum de facili possent generari: nos volentes &c. vt suprà, vobis mandamus quòd si vobis constare poterit dicta tenementa sic in visu posita, esse eadem tenementa quæ per mortem prædicti I. de B. & ratione minoris ætatis hæredis prædicti in manu nostra existunt vt est dictum, vel aliquam parcellam eorundem, tunc ad captionem assisæ prædictæ nobis inconsultis nullatenus procedatis. T. &c.

De assisa proroganda.

¶ Rex iustitiarijs ad assisas in comitatu Warr̄ capiendas assigñ salutem. Licet W. arrainauerit coram vobis per breue nostrum quandam assisam nouæ disseisinæ, versus K. de tenementis in C. quia tamen idem K. in obsequio nostro in partibus Normanniæ moratur, propter qd' captioni assisæ prædictæ ad præsens interesse non potest, vobis mandamus quòd assisam prædict' vsq; festum Annunciationis beatæ Mariæ proximò futurum prorogetis, captioni illius assisæ interim supersedentes. Et hoc nullatenus omittatis. T.&c.

Quòd iustitiarij procedāt ad captionem assisæ.

¶ Rex dilectis & fidelibus suis A. B. & C. iustitiarijs suis ad assisas &c. salutem. Quia captio assisæ nouæ disseisinæ, vel mortis antecessoris, vel certificationis super assisam mortis antecessor̄, quam A. arrainauit coram vobis per breue nostrum versus I. de tenementis in N. vel de vno mesuagio &c. diutinam cepit dilationem, ad damnum ipsius A. non modicum & grauamen, sicut ex querela sua accepimus: vobis mandamus quòd ad captionem assisæ illius vel certificationis quatenus secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ poteritis procedatis. T.&c.

Aliter.

¶ Quia captio assisæ nouæ disseisinæ &c. vsque ibi, dilationem, & tunc sic, in exhęredationis ipsius A. periculū & dispendiū non modicum & grauamen,

grauamen sicut &c. vsq; ibi, procedatis, ne pro defectu vestri in hac parte, oporteat ipsum ad nos aliàs habere recursum. T. &c.

¶ Rex dil' &c. Quia captio iuratę 24. militum, quam A. arrainauit coram vobis per breue nostrum versus I. ad cōuincendum iuratores assisæ nouæ disseisinæ, quæ inter eos summ̄ fuit & capta apud N. coram dil' &c. per breue nostrum de communia pasturæ in N. diutinam cepit dilationem, ad graue damnum, vsq; ibi, ad captionem illius iuratæ cum ea celeritate, qua secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ poteritis, procedatis. T. &c. Q d' iustitiarij itinerantes procedant ad captionē iuratæ in attincta.

¶ Rex iustitiarijs suis itinerantibus in comitatu L. salutem. Quia assisa nouæ disseisinæ, quam A. arrainauit coram vobis in itinere vestro in comitatu K. per breue nostrum versus I. de tenementis in N. & quam adiornari fecistis coram vobis in præsenti itinere vestro in comitatu L. ob quasdam cauillationes & exceptiones dilatorias ex parte ipsius I. propositas, adhuc restat capienda in prædicti A. damnum &c. vsq; ibi, poteritis, procedatis. T. &c. Q d' iustitiarij itinerantes pcedant ad captionem assisæ, adiornatæ coram eis de vno com̄ in alium.

¶ Rex dilectis &c. salutem. Cùm A. arrainauerit coram vobis quandam assisam nouæ disseisinæ per breue nostrum versus I. de tenementis in N. ac licèt vos assisam illam secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ ceperitis, ad iudicium inde reddendum hactenus procedere distulistis, in ipsius A. damnum &c. vsq; ibi: vobis mandamus quòd ad iudicium inde reddendum, cum ea celeritate, qua de iure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ &c. vt suprà. T. &c. Q d' procedant ad iudicium.

¶ Ac licèt vos &c. iudicium tamen inde adhuc restat reddendum, ad graue damnum ipsius A. & iuris sui retardationem, & exhæredationis suæ periculum manifestum, sicut &c. vt suprà: vobis mandamus &c. vsque ibi, procedatis. Et si aliqua difficultas subfuerit, quare ad iudicium prædictum nobis inconsultis securè procedere non possitis: tunc recordum & processum assisæ prædictæ coram vobis habitæ, cum omnibus ea tangentibus, nobis sub sigillo vestro vos præfate A. mittatis & hoc breue, ita quòd ea habeamus tali die coram nobis vbicunque tunc fuerimus &c. partibus eundem diem præfigendo, quòd tunc sint coram nobis, facturi & recepturi in præmissis quod de iure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum. T. &c. Aliter.

¶ Rex iustitiarijs suis de banco salutem. Cùm dilectus nobis in Christo prior de I. nuper arrainauerit coram vobis per breue nostrum quandam assisam vltimæ præsentationis versus W. de C. de aduocatione ecclesiæ de N. quæ vacat vt dicitur, & cuius aduocationem idem prior dicit ad se pertinere, ac vos licèt &c. in ipsius prioris &c. vt suprà vsq; accepimus: volentes eidem priori celeris iustitiæ complementum fieri in hac parte, vobis mandamus quòd ad iudicium inde reddendum, cum ea celeritate, qua de iure & secundum legem &c. secundum debitum processum poteritis, procedatis. T. &c. Aliter in assisa vltimæ psentationis.

¶ Quia

Aliter in aſsiſa nouæ diſſeiſinæ.

¶ Quia redditio iudicij aſſ. no. diſſ. quam A. arrainauit coram nobis per breue nr̃m verſus B. & alios &c. de tenementis in H. diutinam cepit dilationem &c. quouſq; ibi, accepimus: vobis mandamus quòd ad iudicium inde reddend' cum ea celeritate &c. procedatis. T. &c.

Quod iuſtitiarij procedãt ad captionẽ aſsiſar termino non expectato. Irrotulatur tẽpore E. patris E. 3. A, 8.

¶ Rex dilectis &c. iuſtitiarijs &c. ſalutem. Cùm in parliamento apud Weſtm̃ habito cõcordatum fuiſſet, quòd iuſtitiarij ad aſsiſas in ſingulis comitatibus regni noſtri Angliæ capiendas aſsignati, capiant aſsiſas illas quoties & quando cõmodius vacare poterint, aliquo terminorum in ſecundo ſtatuto apud Weſtm̃ de aſſiſis capiendis ædito non obſtante: vobis mãdamus quòd aſſiſam nouæ diſſeiſinæ, quam B. arrainauit coram vobis per breue noſtrum verſus D. de tenementis in N. capiend' quã citiùs ad hoc vacare poteritis procedatis, aliquo terminorum prædictorum nullatenus expectato. T. &c.

De executione iudicij in aſsiſa nouæ diſſeiſinæ.

¶ Rex dilectis & fidelibus ſuis I. & B. iuſtitiarijs &c. ſalutem. Cùm A. arraiñ coram vobis quandam aſſiſam nouæ diſſeiſinæ, per breue noſtrum verſus C. de tenemento in N. & ſeiſina eiuſdem tenementi vnà cum damnis, quæ ſuſtinuit occaſione illius diſſeiſinæ, per conſiderationem curiæ noſtræ ibidem eſſet adiudicata: executionem illius iudicij facere adhuc diſtuliſtis, in ipſius A. diſpendium non modicum & grauamen ſicut ex querela ſua accepimus. Nolentes quòd huiuſmodi executio vlteriùs differatur in hac parte: vobis mandamus firmiter iniungentes, quòd executionem iudicij prædicti ſine dilatione fieri fac'. T. &c.

Aliter in rediſſeiſina in com.

¶ Rex vic' ſalutem. Præcipimus tibi quòd executionem iudicij nuper redditi in comitatu tuo, de loquela quæ fuit in eodem comitatu coram te & coronatoribus eiuſdem comitatus, per breue noſtrum de quadam rediſſeiſina I. de B. de tenementis in N. per W. de K. vt dicitur facta, ſine dilatione fieri fac'. T. &c.

De fine pro rediſſeiſina recipiendo, & diſſeiſitore deliberando.

¶ Rex vic' ſalutem. Præcipimus tibi quòd ſi A. & B. capti & detenti in priſona noſtra de N. pro quadam rediſſeiſina, de qua conuicti ſunt, pœnam impriſonamenti ſuſtinuerunt, iuxta formam ſtatuti de communi conſilio regni noſtri Angliæ inde prouiſi vel æditi: tunc accepto à præfatis A. & B. rationabili fine pro rediſſeiſina prædicta, ipſos A. & B. ſi ea occaſione & non alia detineantur, deliberari facias. Et cùm finem illum receperis, nobis ſub ſigillo tuo cõſtare fac', vt in rotulis cãcellariæ noſtræ irrotulari fac' eundem. T. &c.

Breue de conſtituendo iuſtitiarios ad omnes aſsiſas.

¶ Rex dil' &c. ſalutem. Sciatis quod conſtituimus vos iuſtitiarios noſtros ad omnes aſſiſas, iuratas, & certificationes coram quibuſcunq; iuſtitiarijs noſtris per diuerſa breuia noſtra in comitatu tali arraiñ capiendas. Et ideo vobis mandamus qđ ad certos dies & loca, quos ad hoc prouideritis, aſſiſas, iuratas, & certificationes prædictas capiatis: facturi &c. ſaluis &c. Mãdauimus enim vicecomitibus noſtris comitatuũ p̃dictorum, quòd ad certos &c. quos ei ſcire fac', aſsiſas, iuratas & certificationes illas cum breuibus originalibus & omnibus alijs ea tangentibus coram vobis venire fac'. In cuius &c. T. &c.

Inde vicecom.

¶ Rex, vic' &c. ſalutem. Sciatis qđ cõſtituimus dilectos & fideles nr̃os A. B. &

A. B. & C. iuſtitiarios noſtros, ad omnes aſſiſas, iuratas, & certificationes coram quibuſcunque iuſtitiarijs noſtris per diuerſa breuia noſtra in com̃ tuo arraiñ capiend'. Et ideo tibi præcipimus, quòd ad certos dies & loca, quos ijdem A. B. tibi ſcire faciant, aſsiſas, iuratas & certificationes prædictas cum breuibus originalibus & omnibus alijs ea tangentibus coram eis venire facias. Et habeas &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti Lincolñ ſalutem. Quia D. finem fecit nobiſcum per quadraginta ſolidos, pro quadam rediſſeiſina quam feciſſe dicebatur contra I. per quod ipſum D. capi & impriſonari præceperimus: tibi præcipimus quòd captioni eiuſdem occaſione rediſſeiſinæ prædictæ ſuperſedeas, & eum inde pacem habere permittas &c.

Superſedeas de fine pro rediſſeiſina.

¶ Rex, vicecomiti &c. ſalutem. Quia D. conuictus eſt de iterata diſſeiſina, quam fecit R. de tenementis in N. pro qua captus eſt & detentus in priſona noſtra Oxoñ, nec eum potes ſine præcepto ſpeciali deliberare: tibi præcipimus quòd accepto à præfato D. rationabili fine ad opus noſtrum pro transgreſsione prædicta, ipſum D. à priſona illa, ſi ea occaſione & nõ alia detineatur, ſicut in huiuſmodi caſu fieri conſueuit, deliberari facias. T. me ipſo apud Weſtm̃ &c.

Aliter ſuperſedeas de fine pro iterata diſſeiſina.

¶ Rex, dilectis &c. ſalutem. Cùm D. arrainauerit quandam iuratam viginti & quatuor militum coram vobis per breue noſtrum verſus I. ad conuincendum iuratores aſsiſæ nouæ diſſeiſinæ, quæ inter eos ſum̃ fuit & capta coram vobis apud I. de tenementis in N. vnde præfatus D. querebatur quòd iuratores prædicti falſum fecerunt ſacramentum, per quod ijdem iuratores per iuratam prædictam conuicti, in priſona noſtra de K. detinentur vt accepimus: vobis mandamus quòd accepto à iuratoribus præd' rationabili fine, & ſufficiente ſecuritate de fine illo nobis reddendo ad ſcaccarium nr̃m, prout aliàs in caſu conſimili fieri conſueuit, prædictos iuratores à priſona noſtra deliberari facias. Et nos de fine & ſecuritate prædictis ſub ſigillis veſtris diſtinctè &c. reddatis certiores. T. &c.

De iuratoribus in attincta deliberandis.

¶ Rex, dilectis & fidelibus ſuis D. & C. iuſtitiarijs ſuis ad aſsiſas in comitatu Linc' capiend' aſsignatis ſalutem. Monſtrauit nobis I. quòd cùm ipſe arrainauerit coram vobis per breue noſtrum quandam aſsiſam nouæ diſſeiſinæ verſus R. & alios &c. de tenementis in N. præfatus R. captionem aſsiſæ prædictæ machinans prorogare, quoddam breue noſtrum de tranſgreſsione verſus omnes homines de viſinetu loci prædicti vbi tenementum prædictum exiſtit, qui in aſsiſis aut iuratis poni deberẽt, coram nobis placitabile, ac ſi ipſi aliquam trñs ſibi feciſſent cum non fecerint, maliciosè iam impetrauit. Vel ſic, omnes iuratores in panello aſsiſæ prædictæ nominand' calumniare poſsit, & captionem aſsiſæ prædictæ taliter prorogare, in ipſius I. diſpendium & deceptionem manifeſtam, ſuper quo nobis ſupplicauit ſibi remedium adhiberi. Nolentes igitur quòd præfatus I. à proſecutione ſua prædicti per huiuſmodi fraudem & maliciam taliter impediatur: vobis mandamus quòd ſi prædictus I. aliquos iuratores aſsiſæ prædictæ colore dicti breuis de tranſgreſsione coram vobis calumniauerit, tunc

Quòd iuſtitiarij inquirant de fraude, vbi aliquis tulerit breue de tranſgreſsione vt poſsit calumniare iuratores.

non obſtante eodem breui de tranſgreſſione, calumnias illas dare, & vlteriùs in hac parte fieri facias, quod ſecundum legem & conſuetudinem &c. fuerit faciendum. T. &c.

De ſuperſedendo leuationi damnorum & de liberatione capti pro tranſgreſsione, ad proſequendum attinctam.

¶ Rex dilectis & fidelibus ſuis G. le Scrop̄ & ſocijs ſuis iuſtitiarijs &c. ſalutem. Cùm H. filius H. nuper implacitaſſet H. de L. coram domino Edwardo &c. patre noſtro, per breue ſuum de quadam tranſgreſsione eidem H. per præfatum Hugonem illata vt dicebatur, de qua quidem tranſgreſsione idem Hugo per quandam inquiſitionem inde inter prædictum Henricum & præfatum Hugonem coram dilecto patre noſtro captam conuictus fuit, & decem libræ eidē Henr̄ pro damnis ſuis in hac parte adiudicatæ fuiſſent, ac idem Hugo ꝓ damnis prædictis, necnon pro eo quod ad nos pertinet in hac parte, captus & in priſona Mareſcalciæ noſtræ coram nobis detentus exiſtat, & quandam iuratam viginti & quatuor militum ad conuincendum iuratores inquiſitionis prædictæ coram nobis arrainauerit, & nobis ſupplicauerit vt pendente iurata illa ipſum H. à priſona prædicta deliberari, vt ipſe iuratā illam coram nobis proſequi poſſit vt debebit, ac leuationi damnorum prædictorum interim ſuperſederi faciamus: nos ſupplicationi eiuſdem H. in hac parte quatenus iuſtè poterimus ſubuenire volentes, vobis mandamus quòd ſi præd' Hugo occaſione præmiſſa & non alia in priſona nr̄a detentus exiſtat, & inuenerit vobis ſufficientes manucaptores qui eum manucapiant, ꝓ eo quòd ipſe iuratam prædictam coram nobis proſequi debet cum effectu, & quòd iurata illa atterminata, ſi contra ipſum tranſierit, vel ipſe iuratam illam nō proſequatur, reddet ſe priſonæ nr̄æ p̄dictæ, & ſatisfaciet præfato Henrico de damnis ſibi in hac parte adiudicatis, & nobis de eo quod ad nos pertinet in hac parte, tunc ipſū Hugonem pendente coram vobis iurata illa, à priſona prædicta deliberari, & leuationi damnorum prædictorum interim ſuperſederi faciatis ꝑ manucaptionem ſupradictam. T. me ipſo apud Weſtm̄ &c.

Regula.

☞ Sequitur de breuibus mortis anteceſſoris, & de illis quæ ſapiunt naturam mortis anteceſſoris, & de auo, & auia, & conſanguinitate & alijs &c.

Aſsiſa mortis anteceſſoris.

REx, vicecomiti ſalutem. Si A. fecerit te &c. tunc ſummoneas &c. duodecim liberos &c. de viſinetu de W. quòd ſint coram dilectis & fidelibus noſtris R. C. & I. H. & hijs &c. vſque ibi, recognoſcere ſi A. mater prædicti Adæ fuit ſeiſita &c. de medietate vnius toſti, quatuor viginti acrarum terræ, & duarum acrarum prati cum pertinentijs in W. die quo obijt. Et ſi obijt &c. Et ſi idem A. propinquior &c. Et interim prædicta toſtum, terram, & pratum videant &c. Et ſumm̄ &c. R. B. de W. qui prędicta toſtum, terram, & pratum tenet, quòd tunc ſit ibi &c. Et habeas &c. T. &c.

Patens inde.

¶ Rex, &c. dilectis & fidelibus ſuis R. C. & I. H. ſalutem. Sciatis quòd conſtituimus vos &c. ad aſſiſam mortis anteceſſoris capiendā, quam A. I. arrain̄ coram vobis ꝑ breue noſtrum verſus R. B. de W. de medietate vnius toſti, quatuor viginti acrarum terræ & duarum acrarum prati

cum

cum pertinentijs in W. Et ideo vobis mandamus &c. facturi inde &c. saluis &c. Mandauimus enim vicecomiti nostro Hereford', quòd ad certos &c. In cuius &c.

¶ Rex, vicecomiti Leyc' salutem. Si A. fecerit te securum &c. tunc sum̄ &c. xij. liberos & legales homines de visinetu de B. quòd sint coram iustitiarijs nostris ad primam asisam cùm in partes illas venerint, vel coram iustitiarijs nostris apud Westm̄ tali die, vel coram dilectis & fidelibus nostris D. de S. & hijs quos sibi associauer̄, ad certos diem & locum quos ijdem D. & S. tibi scire faciant, parati sacramento recognoscere si W. pater prædicti A. mater, soror, frater, auunculus vel amita, fuit seisitus vel seisita in dominico suo vt de feodo, de vno mesuagio & vna virgata terræ cum pertinentijs in B. die quo obijt. Et si obijt post coronationem domini H. regis fil' regis Iohannis. Et si idem A. propinquior hæres eius sit. Et interim prædicta mesuagium & terram videant, & nomina eorum imbreuiari fac'. Et summ̄ per bonos summ̄ R. qui prædicta mesuagium & terram tenet, quòd tunc sit ibi ad audiend' illam recognitionem. Et habeas ibi summ̄ & hoc breue. T. &c. Aliter.

¶ Rex, dilectis & fidelibus suis D. & C. salutem. Sciatis quòd constituimus vos iustitiarios nostros vnà cum hijs quos vobis associauer̄, ad asisam mortis antecessoris capiendam, quam A. arrainauit coram vobis per breue nostrum versus R. de vno mesuagio & vna virgata terræ cum pertinentijs in B. Et ideo vobis mandamus &c. vt in patenti asisæ nouæ disseisinæ. Patens inde.

¶ Rex, vic' salutem. Si A. & B. fecerint &c. recognoscere, si W. pater prædicti A. & auus prædicti vel prædictæ B. fuit &c. de decem solidatis reditus cum pertinentijs in C. &c. Et si obijt &c. Et si ijdem A. & B. vel eædem A. & B. propinquiores &c. Et interim tenementum, vnde reditus ille prouenit, videant. Et nomina eorum &c. Et summoneas &c. S. qui sex solidatas reditus eis inde deforciat, & T. qui quatuor solidatas reditus eis inde deforciat, quòd tunc &c. Teste. &c. Aliter de reditu. Datur per statutū de Glouchester ca. vj.

¶ Rex, vic' &c. salutem. Summoneas per bonos summonitores &c. vsque ibi, si W. pater vel alius antec' vt in præcedenti breui, A. qui infra ætatem est vt dicitur, fuit &c. Et si idem A. &c. & interim &c. Aliter pro eo qui est infra ætatem.

☞ Non dicatur, si A. fecerit &c. quia nullam securitatem inueniet propter minorem ætatem suā. Nec dicatur, & si obijt post coronationem &c. quia cō-stat p̄ ætatem pueri impetrantis, quòd obijt post terminū &c. Regula.

☞ Non dicatur in patenti istius breuis, qui infra ætatem est, si plures petant, & aliquis eorum sit plenæ ætatis, licet alij sint infra ætatem. Sed fiat breue modo communi &c. Regula.

¶ Si W. pater prædicti D. fuit seisitus in dominico suo &c. de reditu vnius claui gariophili cum pertinentijs in N. die quo iter peregrinationis arripuit versus terram sanctam, vel versus terram Hierosolomitanam, vel versus sanctum Iacobum, in quo itinere obijt vt dicitur. Et si iter illud arripuit post coronationem &c. vt suprà. Vel sic. Aliter causa peregrinationis.

Aliter qn̄ habitum religiosum assumpsit.

¶ Si W. pater &c. die quo habitum religionis assumpsit, in quo habitu professus fuit vt dicitur. Et si habitum illum assumpsit post coronationem &c. vt suprà.

De attornato

¶ Rex dilectis &c. Sciatis quòd D. attornauit &c. ad lucrandum vel perdendum in assisa mortis antecessoris, quam idem D. arrainauit coram vobis per breue nostrū versus I. de vno mesuagio cum pertiñ in D. Et ideo vobis mandamus &c. T. &c.

Regula.

☞ Ordo ponendi particulas seruetur in isto breui vt in breui de recto.

De corrodio in abbatia.

¶ Rex, vicecomiti Midd' salutem. Si W. fecerit &c. tunc summ̄ &c. de visinetu villæ Westm̄, quod sint coram iustitiarijs nostris apud Westm̄, à die sancti &c. in xv. dies, parati &c. si M. mater prædicti W. fuit seisita in dominico suo vt de feodo de xl. solidatis, & xl. denaratis reditus, & de reditu trecentorum & sexaginta & duorum panum, trium lagœnarum vini, quingentarum & quadraginta & septem lagœnarum ceruisiæ & dimidij, & septingentorum & triginta ferculorum cum pertinentijs in villa Westm̄ die quo obijt. Et si obijt &c. Et si idem W. &c. Et interim tenementum, vnde reditus ille prouenit &c. Et summoneas &c. Thomam abbatem Westm̄ & fratrem R. de R. fratrem S. de P. & fratrem R. de D. commonachos eiusdem abbatis qui reditum prædictum ei deforciant, quòd tunc &c. T. &c.

Nota.

✲ Nota quod anno tertio decimo E. tertij, vn plee que fuit en Caunterbury de mort dauncester sans briefe, fuit remoue en bank. Et la fuist dist q̄ le chauncelier ne iudgera iames franchises, mes serroit briefe à chescun suggestiō, & les iustices, quant les plees serront remoues deuant eux, iudgerōt sils deuoyent tiels franchises auoir. Et depuis anno xvj. Edwardi tertij fuist dist countre ceux de Cornewall, quils voillēt auoire eu vn recordare dun plee de mesme sans briefe, que lou home claime tiel chose q̄ est discordant à common ley per point de charter, il auera vn briefe en la Chauncery, mes nemy ou il cleime ꝑ prescription.

De recordo & processu in assisa mortis antecessoris mittendis.

¶ Rex, dilecto &c. I. salutem. Quia quibusdam &c. super recordo & processu assisæ mortis antecessoris, quæ inter A. & B. summonita fuit & capta apud N. coram I. & socijs suis iustitiarijs nostris ad hoc assignatis, vel iustitiarijs nostris vltimo itinerantibus apud L. per breue nostrum, de vno mesuagio cum pertinentijs in K. vobis mandamus quòd inspectis rotulis iustitiariorum prædictorum de itinere prædicto qui sunt in custodia vestra vt dicitur, recordum & processum assisæ prædictæ cum omnibus ea tangentibus nobis sub sigillo vestro distinctè & apertè mittatis & hoc breue: ita quòd ea habeamus &c. vt in recordo & processu assisæ nouæ disseisinæ &c.

Aliter.

¶ Rex, dilectis &c. Cùm A. coram B. & socijs suis iustitiarijs nostris dudum itinerantibus in tali comitatu, arraiñ quandam assisam mortis antecessoris per breue nostrum versus D. de decem acris terræ cum pertinentijs in N. & per assisam illam coram eisdem iustitiarijs compertum fuerit, quòd prædictus A. nō fuerit ꝓpinquior hæres antecessoris illius de cuius seisina assisam detulit supradictā, ꝑ qd' cōsideratum fuit tunc ibidem ꝑ eosdē iustitiarios quòd prædictus A. recederet inde sine die, & idē A. nihil caperet per breue suum, ac postmodum C. tunc vnus iusti-

iustitiariorum nostrorum de itinere prædicto post iudicium prædictum redditum, partes prædictas coram eo nō obstante præfato iudicio sine breui nostro fecit summoneri, & contra prædictum iudicium præfato A. de terra prædicta seisinam adiudicauerit, in ipsius B. damnum non modicum & grauamen, & contra legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, sicut ex querela sua accepimus: nos hac de causa & quibusdam alijs certis de causis tam super recordo & processu assisæ prædictæ, quàm super recordo & processu resummonitionis prædictæ per præfatum C. vt prædictum est factæ, certiorari volentes, vobis mandamus quòd inspectis rotulis iustitiariorum prædictorum de itinere prædicto qui sunt in custodia vestra vt dicitur, record' & processum illa cum omnibus ea tangentibus nobis sub sigillo vestro distinctè &c. mittatis &c. ita quòd ea &c. tali die &c. vt in recordo & processu assisæ nouæ disseisinæ. T. &c.

☞ Sciendum est quòd certificationes, associationes, si non omnes, breue de recordo & ꝓcessu mittendis, possunt fieri super bre mortis antecessoris vt suprà in assisa nouæ disseisinæ &c. Regula.

¶ Rex, vic' salutē. Si A. fecerit &c. tunc sum̄ &c. xxiiij. legales milites de visinetu de N. quòd sint corā iustitiarijs nostris ad primā assisam cū in partes illas venerint, vel coram dilectis & fidelibus nostris A. & B. & hijs quos sibi associauer̄, ad certos diem & locū quos ijdem A. & B. tibi scire fac', vel corā iustitiarijs nostris apud W. tali die, parati sacramento recognoscere, si W. pater prędicti A. fuit seisitus &c. die quo obijt &c. Et si obijt &c. Et si idem A. ꝓpinquior hæres eius sit, vnde idē A. queritur quòd iuratores assisæ mortis antecessoris, quæ inter ipsum A. & B. summonita fuit & capta corā iustitiarijs nostris vltimò itinerantibus apud N. ꝑ breue nostrū, vel corā præfatis A. & B. apud N. ꝑ bre nr̄m, vel coram præfatis iustitiarijs apud W. falsum fecerunt sacramentum. Et interim diligenter inquiras qui fuerunt iuratores illius assisæ, & eos tunc habeas coram præfatis iustitiarijs ad primam assisam, vel coram præfatis A. & B. vel coram præfatis iustitiarijs. Et summ̄ &c. prædictū B. quòd tunc sit ibi &c. Et habeas ibi summonitorum nomina militum & hoc breue. T. &c. Attincta mortis antecessoris.

¶ Rex, dilectis &c. Sciatis quòd &c. ad iuratam viginti & quatuor militum capiendam, quam A. arrainauerit coram vobis &c. versus B. ad conuincendum iuratores assisæ mortis antecessoris quæ inter eos summonita fuit & capta coram vobis apud N. per breue nostrum, de vno mesuagio &c. Et ideo vobis mandamus &c. iuratam illam capiatis: facturi &c. saluis &c. Mandauimus enim &c. iuratam illam coram vobis &c. In cuius &c. Patens inde.

¶ Ad lucrandum vel perdendū in quadam iurata viginti & quatuor militum quam idem A. arrainauerit coram vobis per breue nr̄m versus B. ad conuincendum iuratores assisæ mortis antecessoris, quæ inter eos vel inter ipsos A. & B. summonita fuit & capta, coram dilectis &c. vel coram vobis apud N. per breue nostrum de vno mesuagio cum pertiñ in N. Et ideo vobis mandamus &c. De attornato inde.

Attincta de quadam particula contenta in assisa.

¶ Rex, vic' Derb. salutem. Si R. fecerit &c. tunc summ̄ &c. parati sacramento recognoscere, si R. de S. auunculus E. filiæ M. de S. fuit seisitus &c. de sexdecim acris terræ, & duabus acris prati cum pertiñ in N. die quo obijt. Et si obijt &c. Et si eadem E. ꝓpinquior &c. vnde idē R. queritur quòd iuratores assisæ mortis antecessoris, quæ inde & de vno tofto, sex acris terræ, & vna roda prati cum pertinentijs in eadem villa, inter ipsum E. & præfatum R. & I. de T. summ̄ fuit coram dilectis & fidelibus &c. & socijs suis nuper iustitiarijs nostris ad assisas in comitatu prædicto capiend' assignatis, & postmodum capta coram præfatis R. & R. apud Derb. per breue nostrum, falsum fecerunt sacramentum &c. vt suprà.

Patens inde.

¶ Rex, dilectis &c. R. & S. salutē. Sciatis quòd constituimus &c. quam R. de W. arrainauit coram vobis ꝑ breue nr̄m versus E. ad conuincendum iuratores assisæ mortis antecessoris, quæ inter ipsam E. & præfatum R. summ̄ fuit & capta coram dilectis &c. P. & socijs suis &c. capiend' assignatis, & postmodum capta coram vobis præfati R. & S. apud D. per breue nostrum de vno tofto, & viginti & duabus acris, & vna roda prati cum pertiñ in M. Et ideo vobis mandamus quòd ad certos diem & locum &c.

Regula.

☞ Sciendū est quòd quilibet nominatorum in assisa arraiñ attinctam de parte quam tenuit antequam assisa transiuit inter eos, nec potuerunt habuisse vnam attinctam in communi, & quilibet habuit breue sigillatim de cambipartia super statuto. Et assisa prædicta fuit prætextu cuiusdam breuis si non omnes, de quibus non fiebat mentio in attincta &c.

Regula de attinctis.

☞ In attinctis quando petens impetrat attinctam: tunc dicatur in breuibus, iuratores in assisis nouæ disseisinæ vel mortis antecessoris quæ inde inter eos summonita fuit &c. Et si defendens in breui originali impetrat attinctam: tunc sic, quæ inde inter ipsum talem videlicet querentem & prædictum talem S. defendentem summonita fuit &c.

Attincta quando vxor admittitur ad ius suū defendendum.

¶ Rex, vic' Eborum salutem. Si T. filius & hæres P. de D. fecerit &c. tunc summ̄ &c. de visinetu de C. iuxta E. quòd sint coram iustitiarijs nr̄is apud W. &c. parati sacramento recognoscere, si filius P. de C. pater P. filius I. filius P. de C. fuit seisitus in dominico suo vt de feodo, de tanto terræ cum pertinentijs in C. iuxta Eborum die quo obijt. Et si obijt &c. Et si idem R. propinquior hæres eius sit, vnde idem T. queritur quòd iuratores assisæ mortis antecessoris, quæ inde & de duabus acris prati cum pertinentijs in eadem villa de C. summonita fuit, inter ipsum P. & præfatum P. & B. vxorem eius coram præfatis iustitiarijs apud W. per breue nostrum, & postmodum, iuxta libertates abbati beatæ Mariæ Eborum per cartas progenitorum nostrorum quondam regum Angliæ concessas, infra portam abbatiæ prædictæ capta, coram dilecto & fideli nostro P. de A. tunc vno iustitiariorum nostrorum de banco inter ipsum P. & præfatam B. quæ per defaltam quam prædictus P. quondam vir suus fecit coram præfato P. admissa fuit ad ius suum in hac parte, iuxta formam statuti de communi consilio regni nostri Angliæ inde prouisi, defendend', falsum fecerunt sacramentum. Et interim diligenter &c.

*Natura breuis de consanguinitate est, quòd semper, descendente hæreditate à latere extra descensum linealē à stipite habet fieri, & vt cognoscatur vterq; descensus. Sciendū est quòd linealis & rectus est à patre ad filium, filios, filiam, filias, rectè descendendo. Et obliquus est, quando aliquis petit de seisina filij vel filiæ sui vel suæ, auunculi vel amitæ, vel de seisina remotiorum personarum collateralium in parentela &c. Nota.



Ex, vic' Eborū salutē. Præcipe A. quòd iustè &c. reddat H. vnū mesuagiū cum pertiñ in E. de quo W. auus prædicti H. vel auia, vel consanguineus pdicti H. cuius hæres ipse est, fuit seisitus vel seisita in dñico suo vt de feodo die quo obijt vt dicit. Et nisi fecerit &c. De auo, proauo, & consanguineo.

¶ Vel sic, quòd reddat H. & C. vnū molendinū &c. de quo D. auus pdicti H. & cōsanguineus pdicti C. cuius heredes ipsi sunt, fuit seisitus in dñico suo vt de feodo vt suprà. Aliter.

¶ Inter ipsum B. petentem, & prædictum A. tenentem, de vno mesuagio cum pertinentijs in N. Et ideo &c. De attornato inde.

¶ Rex, vic' salutem. Si R. de S. &c. tunc summoneas &c. parati sacramento recognoscere, si iuratores per quos quædam inquisitio nuper capta fuit in curia nostra coram præfatis iustitiarijs nostris, inter W. de T. & præfatum R. in loquela quæ fuit in eadem curia coram præfatis iustitiarijs p breue nostrum, inter prædictū W. petentem, & I. de T. tenentem, de vno mesuagio cum pertiñ in I. in qua quidem loquela idem R. per defaltam quam prædictus I. qui prædictum mesuagium tenuit ad terminum vitæ suæ de hæreditate prædicti R. fecit in eadem curia in loquela prædicta, ad defensionem iuris sui admissus fuit, & vlteriùs T. fil' I. le Templer versus præfatum W. inde vocauit ad warrantum, qui quidem W. vlteriùs allegauit præfatum T. vel aliquem antecessorum suorum, de prædicto mesuagio in dominico vel in seruitio, à tempore seisinæ I. de T. aui prædicti W. de cuius seisina idem W. prædictum mesuagium in eadem curia clamauit, seisitum non fuisse, ita quòd prædictus T. seu aliquis antecessorum suorum, præfatum R. seu antecessores suos de prædicto mesuagio feoffasse potuerunt, falsum fecerunt sacramentum, sicut idem R. nobis grauiter conquerendo monstrauit, necne. Et interim diligenter inquiras &c. Attincta quando tenens ad terminum vitæ facit defaltam, per quod alius admittitur ad defendendum ius suum & vocat ad warrantū, quæ quidam vocatio contraplacitatur, per quod partes descendunt in inquisitionem, vnde arrainatur attincta.

☞ Briefe de nuper obijt gist la ou iay plusiours files, ieo deuie, lun des files entre: lautre auera cest briefe. Regula.



Ex, vicecomiti Cumbr̄, salutem. Si A. & B. fecerint &c. tunc summoneas &c. C. quòd sit coram iustitiarijs nostris apud W. tali die, ostensura quare deforc' præfatos A. & B. rationabilem partem suam, quæ eas contingit de hæreditate quæ fuit W. in N. patris, matris, vel alterius antecessorum pdictarū A. B. & C. cuius hæredes ipsæ sunt, & qui nuper obijt vt dicitur. Et habeas ibi sum̄ & hoc breue. T. &c. Nuper obijt.

*Nota q̄ le nuper obijt datur inter cohæredes, quādo eorū antecessor obijt sei- Nota.

situs

situs. Sed breue de recto de rationabili parte quando eorum antecessor aliquo tempore fuit seisitus, sed non obijt seisitus.

Aliter quando habet virum.

¶ Si A. & B. vxor eius fecerint &c. tunc summoneas &c. C. & D. quòd sint &c. ostensuri quare deforc' præfatis A. & B. rationabilem partem ipsius B. quæ eam contingit de hæreditate quæ fuit E. & N. matris p̄dictarum C. & D. & consanguineæ p̄dictæ B. cuius hæredes ipsæ sunt, & qui vel quæ nuper obijt vt dicitur.

Nota.

* Eodē modo fiat breue si plures deforciant vni. Sed si vir & vxor sua deforciant alicui & vxori eius rationabilem partem ipsius vxoris: tunc fiat breue sic,

Aliter quando vir & vxor deforciant viro & vxori eius.

¶ Si A. & B. vxor eius fecerint &c. tunc summoneas &c. C. & D. vxorem eius quòd sint coram &c. ostensuri quare deforciant præfatis A. & B. rationabilem partem ipsius B. quæ eam contingit de hæreditate quæ fuit G. in N. patris vel matris prædictarum C. & D. cuius hæredes ipsæ sunt, & qui vel quæ nuper obijt vt dicitur &c.

De attornato inde.

¶ Ad lucrandum vel perdendum in loquela quæ est coram vobis per breue nostrum inter ipsum A. petentem, & B. deforciantem, de rationabili parte ipsius A. in N. Et ideo vobis mandamus &c. vel sic.

Aliter.

¶ Inter A. & B. vxorem eius, & C. & D. vxorem eius, de eo quòd ijdem C. & D. deforc' præfatis A. & B. rationabilem partem ipsius B. quæ eam contingit de hæreditate quæ fuit I. in N. Et ideo vobis mandamus &c.

Regula.

de ſuſtentatione congrua prouidere, ipſum ad præfatum abbatem & eiuſdem loci cõuentum duxerimus tranſmittendum, mandantes quatenus ipſum I. in domum ſuam prædictam admitterent, & ei talem ſuſtentationem in omnibus quoad vixerit de eadem domo percipiend', qualem Richardus defunctus dum vixit in domo ſua prædicta ad rogatum dicti patris noſtri in eadem habuit, miniſtrari, eique literas ſuas patentes de ꝑdicta ſuſtentatione ſigillo cõmuni domus ſuæ prædictæ ſignatas fieri facerent, vel cauſam nobis ſignificarent quare mandatis noſtris aliàs eis inde directis minimè paruerũt, vel quòd idem abbas eſſet coram nobis à die ſancti Hillarij &c. proximo præterito vbicũque tunc eſſemus in Anglia, oſtenſurus quare mandatis noſtris prædictis toties ei inde directis parere contempſit, & breue noſtrum ei inde directum haberet tunc ibidem: idem abbas ſpretis mãdatis noſtris prædictis vt accepimus, præfatum Iohãnem in domum ſuam prædictam admittere, & ei talem ſuſtentationem quoad vixerit de domo ſua prædicta percipiendam, qualem prædictus Richardus dum vixit ad rogatum dicti patris noſtri de eadem domo percepit, miniſtrare, & literas ſuas patentes ſigillo communi domus ſuæ ſignatas ei inde facere, vel cauſam, quare præmiſſa facere noluit vel non potuit, nobis ſignificare, vel coram nobis ad diem prædictum venire, aut breue noſtrum ei inde directum ibidem retornare non curauit, in noſtri ac mandatorum noſtrorum prædictorum cõtemptum manifeſtum, & graue damnũ ipſius Iohãnis vt dicit. Et habeas ibi hoc breue. T. &c.

¶ Rex, &c. ſalutem. Cùm nuper &c. vſq; ibi minimè paruiſtis, ac vos quaſdam cauſas excuſatorias nobis in cancellariam noſtram miſeritis quas inſufficiẽtes reputamus: vobis igitur mandamus firmiter iniungentes quatenus eũdem Alexandrum in domum veſtram &c. *Non obſtante excuſatione.*

¶ Rex, dilectis ſibi &c. priori & conuentui de K. ſalutem. Cùm dilectus nobis G. qui quandam certam ſuſtentationem in prioratu veſtro prædicto ad rogatum noſtrum obtinet, in voluntate exiſtat quòd dilectus valectus noſter H. habeat totum ſtatum quem idem G. habet in ſuſtentatione prædicta, & ad illum effectum literas patentes ſibi de dicta ſuſtentatione per vos factas, vobis reſtituere ſit paratus ſicut dicit, ſupplicans nobis vt aſſenſum noſtrum ad hoc præbere dignemur: nos ſupplicationi ipſius G. annuẽtes, & inſuper volentes præfato H. gratiam vberiorem facere in hac parte, vobis mandamus rogantes, quòd ſi idem G. dictas literas ad effectum prædictum reſtituere voluerit, tunc receptis penes vos literis illis, ipſum H. in domum veſtram prædictam admittentes, ei ſuſtentationem prædictam ad totam vitam ipſius H. de dicta domo veſtra percipiendam concedatis, eique literas veſtras patentes de eadem ſuſtentatione ſub ſigillo domus veſtræ prædictæ fieri & ei deliberari faciatis. Et quid ad hunc rogatum noſtrum duxeritis faciend', nobis reſcribatis per præſentium portatorem. T. &c. *De corrodio trãsferendo de vno in alium.*

¶ Rex, omnibus ad quos &c. ſalutẽ. Sciatis quòd de gratia noſtra ſpeciali, & pro bono ſeruitio quod dilectus & fidelis noſter W. de N. ch- *Patens de cuſtodia foreſtæ regis, in recõ-*

 ualer

pẽsationẽ certæ summæ alicui per regem ad vitam suã concessã vt patet &c.

ualet nobis impendit & impendet in futuro, & in recompensationem illarum centum marcarum, quas ei nuper per literas nostras patentes concessimus, percipiendarũ singulis annis de exitibus & proficuis vel de firma dominij nr̃i de Hauerford' in S. per manus camerarij ibidem aut aliorum receptorum, custodum, seu firmariorũ eiusdem dominij de H. pro tempore existentium, ad terminos Paschæ & sancti Michaelis per æquales portiones ad totam vitã ipsius W. & pro eò quòd ipse literas nr̃as p̃dictas nobis in cãcellaria nostra restituit cancelland', cõcessimus & cõmisimus eidem W. custodiam forestæ nr̃æ vltra Trentam cum pertinentijs, habend' ad totã vitam suam, percipiend' in eodẽ officio feodũ consuetũ, ita quòd balliui & ministri ac alij, quos p̃fatus W. ratione custodiæ p̃dictæ de exitibus & alijs ad nos in dicta foresta nostra spectantibus onerabit, nobis inde respondeant ad scaccarium nr̃m, & quòd idem W. in fine cuiuslibet anni rotulos suos ad dictum scaccarium nostrum deferat ibidem more solito liberand'. In cuius rei testimonium &c. T. x. die Iunij anno regni regis Richardi secundi quarto. Midleton.

Patẽs super indenturas inter regem & alium de mutatione denariorum pro rege contractas, per quod rex concedit & promittit se tenere conuentionem &c.

¶ Rex, omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quòd cùm nos per certas indẽturas inter nos ex vna parte, & Matthæũ Ianyñ Lumbardũ ex altera parte contectas, teneamur eidem Matthæo in quatuor millibus marcarum nobis per ipsum Matthæum in magna necessitate nr̃a mutuatis, ac in duobus millibus marcarum certis de causis in dictis indenturis contentis, in quibus indenturis certæ conditiones & conuentiones inter nos & ipsum M. pro securitate solutionis dictæ summæ sex millium marcarum, pleniùs expressãtur: nos vero ad finem quòd idem Matthæus de solutione dictæ summæ sex millium marcarũ magis indubiè sit securus, omnes & singulas conditiones, concessiones, & articulos in dictis indẽturis cõtentos & expressatos, ex parte nostra absque fraude tenere & obseruare tenore præsentium cõcedimus & promittimus bona fide. Et hoc omnibus & singulis quorum interest innotescimus per præsentes. In cuius &c. T. &c.

De annua pensione.

REx, dilectis sibi in Christo abbati & conuentui de C. salutem. Cùm vos ratione nouæ creationis vestræ præfatæ abbas, teneamini vni de clericis nostris quem vobis duxerimus nominand', in quadam annua pensione de domo vestra percipiend', quousque sibi prouisum sit de beneficio ecclesiastico competenti, ac nos promotionem dilecti clerici nostri A. suis exigentibus meritis affectantes, ipsum ad huiusmodi pensionem à vobis percipiendã duximus nominandũ: vobis igitur mandamus quatenus eidem Alexandro talem pensionem de dicta domo vestra in forma prædicta percipiendam, quæ dantes deceat, percipientemq; fortiùs obligatum reddere debeat concedatis, literas vestras patentes sigillo capituli vestri signatas eidem Alexãdro super hoc fieri facientes. Et quid inde duxeritis faciẽdum, nobis sine dilatione rescribatis. T. &c.

Per breue &c. vel per ipsum regem.

¶ Vniuer-

¶ Vniuersis ad quos præsentes literæ peruenerint, abbas de C. & conuentus eiusdem loci siue eiusdem loci conuentus salutem in domino sempiternam. Noueritis nos ad instantiam illustrissimi principis Edwardi Dei gratia regis Angliæ, dedisse & concessisse dilecto nobis in Christo Alexandro clerico, centum solidos sterlingorū in festo sancti Michaelis annuatim de camera nostra percipiendos, quousque eidem Alexādro de beneficio ecclesiastico competēti sibi per nos fuerit prouisum. Et hoc ei quàm citius facultas se obtulerit facere promittimus. Dictus autem A. per se vel suum procuratorem legitimè ad hoc constitutum, dictos centum solidos singulis annis apud G. recipiet. In cuius &c. commune sigillum domus nostræ duximus apponendum. Datum in capitulo nostro &c. Litera de annua pensione.

¶ Rex, cancellario suo qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, vel custodi magni sigilli sui salutem. Promotionem dilecti clerici nostri A. ꝑtextu boni seruitij sui tam domino E. &c. quàm nobis impensi corditer affectantes, ac volentes ipsum Alexādrum præmissa consideratione fauore prosequi gratioso: volumus quòd idem A. ad primum beneficiū ecclesiasticum taxationem viginti marcarum excedens vacatur̄, quod ad præsentationem nostram pertinuerit, & quod duxerit acceptādum præsentetur. Et ideò vobis mandamus quòd eidem A. literas nostras de præsentatione ad primum beneficium ecclesiasticum vacatur̄, quod ad nos sic pertinuerit & quod duxerit acceptād', sub ꝑdicto magno sigillo nostro in forma prædicta habere faciatis. In cuius &c. T. &c. De primo beneficio ecclesiastico habendo.

¶ Rex, omnibus ad quos &c. salutem. Attendentes grata & laudabilia obsequia quæ dilectus clericus noster A. nobis ante hæc tempora gratāter exhibuit, super quibus tam per dilectum & fidelem nostrum W. quam alios fideles nostros sumus certitudinaliter informati, sperātesque quòd in nostris agēdis suæ affectionis & beneuolētiæ puritatem cōtinuabit successiuis actibus in futuro, ac volētes ipsum munere prosequi gratioso: cōcessimus ei quādam annuam pensionem viginti marcarum percipiēd' singulis annis ad scaccarium nostrum, ad festa Paschæ & sancti Michaelis per æquales portiones, quousque ei per nos fuerit prouisum infra regnum nostrum de beneficio ecclesiastico quod duxerit acceptand'. In cuius &c. T. &c. De pēsione concessa ad scaccarium percipienda quousq; &c.

REx, escaetori salutē. Quia accepimus quod I. de B. fatuus & idiota existit, ita quòd regimini sui ipsius, terrarū, tenementorum, bonorum & catallorum suorum nō sufficit, & quòd ipse in fatuitate sua magnam partem terrarum & tenementorum suorū alienauit, & etiam magnā partem bonorum & catallorum suorū dissipauit, in exhæredationem suam & nostri præiudiciū manifestum: nos indemnitati ipsius I. in hac parte prospicere volentes, vobis mādamus quòd ad ipsum I. in propria persona vestra accedatis, & ipsum vijs & modis, quibus super statu suo meliùs poteritis informari, circūspectè examinetis. Et nihilominus per sacramentum proborū & legalium hominum de balliua vestra, per quos rei De inquirendo de idiota.

veritas meliùs sciri poterit, diligẽter inquiras, si idem I. fatuus & idiota sit sicut prædictum est necne. Et si sit: tunc vtrum à natiuitate sua an ab alio tempore. Et si ab alio tempore: tunc à quo tempore, & qualiter, & quo modo, & si lucidis gaudeat interuallis, & si idem Iohãnes in eodem statu existens, terras aut tenementa aliqua alienauerit necne. Et si sic: tunc quas terras, & quæ tenementa, & vbi, & cui, vel quibus, & in cuius vel in quorum manibus terræ & tenementa illa sic alienata existunt, & qualiter, & quo modo, & quæ terræ, & quæ tenementa sibi adhuc remanent, & de quo vel de quibus tam terræ & tenementa sic alienata, quàm terræ & tenementa sibi retenta teneantur, & per quod seruitium, & qualiter, & quo modo, & quantum valeant per annum in omnibus exitibus, & quis propinquior hæres eius sit, & cuius ætatis. Et inquisitionem inde distinctè & apertè factam: nobis in cancellaria nostra sub sigillo vestro & sigillis eorum per quos &c. mittas & hoc breue. T. &c.

Aliter. ¶ Rex, &c. salutem. Quia R. idiota & adeo impotens ac mentis suæ nõ compos existit, quòd regimini sui ipsius, terrarum, vel aliorum bonorum suorum non sufficit vt accepimus, & quòd magnam partem terrarum & aliorum bonorum suorum in balliua vestra postquam ad statum huiusmodi deuenit, dedit & alienauit, in exhæredationem suã, & nr̃i dispẽdium nõ modicum: nos tam indemnitati eiusdem R. quàm nr̃æ, ne dilapidatio bonorum suorum, seu exhæredationis periculum sibi, aut nobis dispẽdium, occasione fatuitatis suæ immineat nũc ac in futuro, prospicere volẽtes, vobis mãdamus quòd ipsum R. coram vobis in propria persona vestra constitutum, super statu suo circũspectè examinetis, & nihilominus per sacramentum proborum & legalium hominum &c. diligẽter inquiratis, si idem R. idiota sit & mentis suæ nõ compos sicut prædictum est necne &c. totum vt suprà.

Aliter. ¶ Rex, escaetoribus &c. salutem. Quia intelleximus quòd I. idiota & fatuus existit, ita quòd regimini sui ipsius, & terrarum seu tenementorum suorum non sufficit: nos super statu ipsius I. pleniùs certiorari volentes, vobis mandamus quòd in propria persona vestra ad locum vbi ꝑdictus I. manet accedentes, statum ipsius Iohañi videatis & examinetis modis omnibus quibus melius fieri poterit, vtrum videlicet idem I. idiota & fatuus à natiuitate sua extiterit an ab alio tempore, & si ab alio tempore, tunc à quo tempore & qualiter & quo modo, & super eo quod inde inueneritis, nos in cancellaria nostra sub sigillo vestro sine dilatione reddatis certiores, remittẽtes nobis hoc breue. T. &c.

Aliter. ¶ Rex, vicecomiti &c. Præcipimus tibi quòd per sacramẽtum &c. diligẽter inquiras, vtrum I. de C. frater & hæres Thomæ de C. à natiuitatis suæ tempore semper hactenus purus idiota extiterit, per quod custodia terrarum & tenemẽtorum suorum in C. ad nos debeat pertinere, an ꝑ infortunium vel alio modo in huiusmodi infirmitatem postea inciderit, propter quod huiusmodi custodia ad nos pertinere nõ debeat. Et si ꝑ infortuniũ, vel alio modo: tunc per quod infortuniũ, & qualiter, & quo modo, & cuius ætatis fuerit, & de quo terræ illæ & tenemẽta

immediatè

immediatè tenentur, & per quod ſeruitium, & quis modò ea teneat, & quantũ valeant per annum in omnibus exitibus, & quis medio tempore exitus eorũdem percepit. Et inquiſitionẽ inde diſtinctè & apertè &c.

¶ Rex, vicecomiti ſalutem. Præcipimus tibi quòd per ſacramentũ &c. diligẽter inquiras, vtrum T. filius & hæres I. de C. defuncti, à primæua ætate ſua fatuus extiterit, ita quòd regimini ſui ipſius & terrarum ſuarum non ſufficiat necne, & quæ terræ eidem T. poſt mortem prædicti I. patris ſui iure hæreditario deſcenderunt, & de quo terras illas tenuit, & per quod ſeruitium, & quantum terræ illæ valeant per annum in omnibus exitibus, & ſi idem Thomas poſtquam terræ illæ ad manus ſuas deuenerunt, aliquid inde vendiderit ſeu alienauerit, & ſi ſic, tunc quãtum, & cui, vel quibus vẽditio illa ſeu alienatio per ipſum Thomam facta eſt. Et inquiſitionem &c. Aliter ſi extitit fatuus à primæua ætate.

¶ Rex, I. de T. ſalutem. Quia datum eſt nobis intelligi, quòd R. frater tuus filius & hæres B. defuncti patris tui idiota eſt & nõ ſanæ mentis exiſtit, ita quòd regimini ſui ipſius aut terrarum ſuarum prouidere nõ ſufficiat: nos volentes de ſtatu p̃dicti R. fratris tui certiorari, tibi præcipimus firmiter iniungentes, quòd ſtatim viſis præſentibus, p̃dictum R. in cuſtodia tua exiſtentem vt dicitur, coram nobis & conſilio noſtro apud Weſtmonaſterium ſine dilatione duci facias, ita quòd ſit ibidem hac inſtanti die Iouis, ibidem coram eodem cõſilio noſtro examinandus, & ad faciend' de eo quod per auiſamentum conſilij noſtri ſuper hoc duxerimus ordinãdum. Et hoc ſub pœna centum librarũ nullatenus omittas. T. &c. De idiota corã conſilio ducendo ad examinandum.

REx, vicecomiti &c. ſalutem. Quia frater I. canonicus de A. ſpreto habitu ordinis illius, in habitu ſeculari de patria in patriam in balliua tua vagatur & diſcurrit, in animæ ſuæ periculum, & ordinis ſui ſcandalum manifeſtum, ſicut dilectus nobis abbas de A. nobis ſignificauit per literas ſuas patentes: tibi præcipimus quòd præfatum Iohannem, vbicunque in balliua inueniri contigerit, ſine dilatione arreſtes, & prædicto abbati vel eius in hac parte attornato liberes, ſecundum regulam ordinis prædicti caſtigandum. T. &c. De apoſtata capiendo.

¶ Rex, eidem ſalutem. Quia frater T. monachus de S. ordinis Climaceñ in ordine illo profeſſus, ſpreto habitu ordinis illius &c. ſicut dilectus nobis in Chriſto abbas de B. per literas ſuas patentes nobis ſignificauit: tibi præcipimus quòd præfatum &c. vt ſuprà. Aliter.

REx, maiori & vicecomitibus Londoñ ſalutem. Quia accepimus quòd I. de H. leproſus exiſtit, & inter homines ciuitatis prædictæ communiter conuerſatur, & cum eĩs tam in locis publicis quàm priuatis communicat, & ſe ad locum ſolitarium prout moris eſt & ad ipſum pertinet transferre recuſat, ad graue damnum hominum prædictorum, & propter contagionem morbi prædicti periculum manifeſtum: nos huiuſmodi De leproſo amouendo.

modi periculo prout ad nos pertinet præcauere, & super p̃missis quod iustum est & vsitatum fieri volentes, vobis præcipimus quòd assumptis vobiscum aliquibus discretis & legalibus hominibus de ciuitate prædicta nõ suspectis, qui de persona præfati I. & de huiusmodi morbo notitiam habent meliorem, ad ipsum I. accedatis, & ipsum in præsentia prædictorum hominum faciatis diligenter videri & examinari. Et si ipsum leprosum esse inueneritis vt prædictum est: tunc ipsum honestiori modo, quo poteritis, à communione hominum prædictorum amoueri, & se ad locum solitarium ad habitandũ ibidem prout moris est, transferre faciatis indilatè, ne per huiusmodi cõmunem conuersationẽ suam, hominibus prædictis damnum vel periculũ eueniat quouis modo. T. &c.

De vicis & venellis mundandis.



Rex, maiori & balliuis suis Oxoñ salutẽ. Quia ex testimonio accepimus fide digno, quòd per fimos & fimaria, necnõ porcarias & frequentẽ accessũ porcorũ ac plures alias fœditates, quæ in vijs & venellis villæ p̃dictæ & suburbijs eiusdẽ existũt, aer ibidẽ in tantũ corrũpitur & inficitur, quòd magistris & scholaribus in eadẽ cõmorantibus, & alijs ibidẽ cõuersantibus & trãseuntibus, horror abhominabilis incutitur, cõmoditas salubrioris aëris impeditur, status hominũ grauiter læditur, aliæq; intolerabiles incõmoditates, & quàm plurima discrimina ex corruptione huiusmodi p̃uenire noscũtur, in magistrorũ & scholariũ p̃dictorũ, & aliorũ ibidẽ conuersantiũ & transeuntiũ nocumentũ, & vitæ suæ periculũ manifestũ: nos nolentes hũdi defectus enormes & intolerabiles ibidẽ vlteriùs sustinere, vobis p̃cipimus quòd oẽs vicos & venellos in villa prædicta & eius suburbijs, de fimis & fimarijs ac alijs fœditatibus p̃dictis mundari, & mundatos in posterũ conseruari, sine dilatione aliqua faciatis, ne per corruptiones aut fœditates p̃dictas, damnũ seu periculum aliquibus in vestri defectu eueniat in futuro, p̱ quod ad vos tanquã ad mandati nostri contẽptores grauiter capere debeamus. T. &c.

Pro rata portionis de onerando.



Rex, di. & fi. suo W. F. constabulario castri P. reginæ Angl consortis nr̃æ charissimæ de T. ac custodi manerij sui vel eius locũ tenenti de G. salutem. Ex parte dilecti nobis in Christo prioris de W. nobis est ostensũ, quòd cùm H. duas bouatas terræ cũ pertinentijs in W. de M. Leuetot quondã domina manerij illius, per seruitiũ septem solidorũ & septem denariorũ tenuisset, & licèt idem prior de eisdẽ duabus bouatis terræ, quinque acras & tres rodas tantũmodo teneat, quadragintaque acræ terræ de eisdẽ duabus bouatis terræ in manibus abbatis de Rupe, & residuum in manibus Iohannis de F. Iohannis de B. Iohannis de C. & Adæ filij Patricij iam existat, quorũ quilibet sufficiens est ad reditum pro rata portionis tenuræ suæ in hac parte soluẽd': vos nihilominus de eisdem septem solidis & septem denarijs, quatuor solidos & septẽ denarios à præfato priore pro p̃dictis quinque acris & tribus rodis quas

vt

vt præmittitur inde tenet, in exonerationem ipsius abbatis & aliorum tenentium prædictorum exigitis, & ipsum ea occasione distringi facitis, in ipsius prioris dispendium non modicum & grauamen, super quo nobis supplicauit &c. adhiberi. Et quia eidem priori iniuriari nolumus in hac parte: vobis mandamus quòd si ita est, tunc dictos septē solidos & septem denarios, tam de p̄fatis abbate I. I. I. & A. quā de ipso priore, de quolibet vz. eorundem pro rata portionis tenuræ suæ dictaꝝ bouatarum terræ, nemini eorum in hac parte parcendo nec aliquem vltra portionem tenuræ suæ inde iniustè onerando, leuari fac'. Prouiso semper quòd prædicti septem solidi & septem denarij, de omnibus tenentibus prædictis leuentur vt est iustum. T. an. 9. &c.

¶ Rex vicecomiti Cumbꝛ salutem. Monstrauerunt nobis I. A. & W. quòd cùm quatuor bouatæ terræ cum pertinentijs in P. quæ fuerunt B. & quæ de nobis tenentur per seruitium xiij. solidorum per annum reddendorum per manus vicecomitis nostri comitatus prædicti qui pro tempore fuerit, ad manus prædictoꝝ I. A. & W. necnon ad manus T. ex perquisito suo deuenerint, & licèt ijdem I. A. & W. duas bouatas terræ inde tantummodo teneant: tu tamen prædictos 13. solidos annuos à præfatis I. A. & W. omisso præfato Thoma qui dictas duas bouatas terræ residuas tenet exigis, & ipsos I. A. & W. pro prædictis 13. s. annuis nobis reddendis per varias districtiones cōpellis in ipsoꝝ &c. super quo &c. Et quia &c. tibi præcipimus quòd si per inquisitionem super præmissis faciend', vel alio modo legitimo tibi constare poterit, prædictas quatuor bouatas terræ per seruitium 13. solid' de nobis tantummodo teneri, & ipsos I. A. & W. duas bouatas terræ inde, & prędictum Thomam alias duas bouatas terræ residuas tenere vt est dictum: tunc accepto à præfatis I. A. & W. eo, quod ad nos pertinet pro rata portionis tenuræ suæ quam inde tenent, ipsos de residuo seruitij prædicti quietos esse permittas. Prouiso semper quod dictum residuum seruitij illius à præfato Thoma ad opus nostrum leuetur vt est iustum. T. &c. Aliter de eodē.

¶ Rex dilectis & fidelibus suis T. & socijs suis iustitiarijs nostris ad inquirendum de defectibus magni pontis Cantuaꝛ, & ad defectus illos reparari & emendari faciendū asignatis salutē. Ex parte R. nobis est grauiter conquerendo monstratum, quòd cùm præsentatum sit coram vobis, qd' idē R. tenet quatuor hidas terræ cū pertinentijs in D. in comitatu prædicto, quæ de reparatione pontis prædicti ab antiquo onerari consueuerunt, vel sic, quæ ad reparationem pontis prædicti teneri asseruntur, & licèt ipse nisi tantùm xv. acꝛ terræ de dictis quatuor hidis terræ, & quidam alij totum residuum earundem quatuor hidarum teneant: vos tamen occasione præsentationis prædictæ, septem libras, ad quas dictæ quatuor hidæ terræ pro reparatione pontis prædicti apportionatæ sunt, de eodem Richardo, ac si ipse dictas quatuor hidas terræ integrè tenuerit cum non teneat, omissis alijs tenentibus prædictis, leuare nitimini, & ipsum ea occasione grauiter distringi & multipliciter inquietari facitis, in ipsius Richardi graue damnum Aliter de eodē.

&status

& status sui depressionem manifestam, super quo nobis supplicauit sibi de remedio prouideri. Et quia ipsum R. in hac parte indebitè nolumus onerari: vobis mandamus quòd, si per inquisitionem inde in præsentia ipsius R. si interesse voluerit capiendam, vel alio modo legitimo vobis constare poterit, ipsum R. nisi xv. acras dictarum quatuor hidarum terræ tantummodo tenere, & residuum earundem quatuor hidarum terræ in manibus aliorum tenentium existere vt est dictum, tunc dictas septem libras, ad quas dictæ quatuor hidæ terræ pro reparatione pontis prædicti sic assessæ sunt, tam de præfato R. quam de alijs tenentibus prædictis, videlicet de quolibet eorundem iuxta ratam tenuræ suæ earundem quatuor hidarum terræ, nemini in hac parte parcendo, nec aliquem tenentium eorundem vltra ratam tenuræ suæ indebitè onerando, leuari fac', præsentatione pdicta non obstante. Et si quid ab eodem R. vltra portionem tenuræ suæ prædictæ minùs iustè leuatum fuerit: id ei sine dilatione restitui fac'. T. &c.

Aliter.

¶ Rex balliuis suis de B. salutem. Ex parte R. nobis est ostensum, quòd cùm vnum toftum & centum acræ terræ cum pertinentijs in B. quæ fuerunt S. de nobis vt de manerio prædicto per seruitium quindecim solidorum nobis annuatim reddendor̄ teneantur, & licèt idem R. viginti acras terræ de prædictis centum acris terræ tantummodo teneat, residuúmq; eorundem tenementorum in manibus C. & D. existat: vos nihilominus ipsum R. ad soluendum nobis sex solidos de eisdem xv. solidis pro dictis 24. acris terræ, quanquam de tanta summa pro portione sua onerari non debeat, in fauorem ipsorum C. & D. distringitis, in ipsius R. damnum non modicum & grauamen. Et quia præfato R. iniuriari nolumus in hac parte: vobis præcipimus quòd si ita est, tunc dictos 15. solidos tam de pdicto R. quā de prædictis C. & D. de quolibet videlicet eorundem pro rata portionis tenuræ suæ, nemini illorum in hac parte parcendo, si secundum consuetudinem manerij illius fuerit faciēdum, ad opus nostrum leuari faciatis, ipsum R. vltra portionem ipsum cōtingentem inde indebitè non onerantes. T. &c.

Manucaptio pro indictato de latrocinio corā vicecomite ex officio per statutum W. primer cap. 15.

Rex vicecom̄ Glouc' salutem. Ex parte R. capti & detenti in gaola nostra Gloucestr̄, pro quodam latrocinio vnius equi apud S. vt dicitur facto, vnde corā te per quādam inquisitionem ex officio tuo captam indictatus est vt dicitur, nobis est ostensum, quòd licèt ipse tibi frequēter obtulerit sufficientes manucaptores, qui eum manucaperent, iuxta formam statuti apud Westmon̄ dudum editi, in quo continetur quòd de huiusmodi latrocinijs coram vic' vel balliuis per inquisitiones ex officijs suis captas indictati, replegiabiles sunt dum tamen bonæ famæ sint: tu tamen manucaptores illos à præfato R. recipere, & ipsum per manucaptionem huiusmodi à gaola prædicta hucusque deliberare distulisti, & adhuc differs, in ipsius R. dispendium non modicum & grauamen, & vitæ suæ periculum manifestum, & contra formam statuti prædicti. Et quia nolumus quòd idē R. in prisona prædicta contra formam

formam statuti prædicti diutiùs detineatur: tibi præcipimus quòd si idem R. bonæ famæ sit, & per inquisitionem coram te ex officio tuo captam de latrocinio prædicto indictatus fuerit vt prædict' est, & pro eodẽ latrocinio & nõ alia occasione in prædicta prisona detineatur, & inuenerit tibi sufficientes manucaptores qui eum manucapere voluerint, habere coram iustitiarijs nostris ad gaolam nostrã ꝑdictam deliberandã assignatis vel assignand', in proximo aduentu eorundem ꝓ gaola illa deliberanda, ad standum recto de latrocinio prædicto secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, tunc ipsum Richardum à prisona prædicta interim deliberari fac' per manucaptionem supradictam iuxta formam statuti prædicti. Et habeas ibi nomina manucaptorũ illorum & hoc breue. T. anno 10.

* Ista clausula, dum tamen bonæ famæ sit, non cõtinetur in statuto, sed additur per quosdam iurisperitos. Et alij addunt istam clausulam, & si de alijs latrocinijs prius rettati non fuerint, & non iacet, dum tamen bonæ famæ &c. sed quære. Et cest clause est accordant à lestatut de W. primer cap. xv. Nota.

¶ Rex vic' Dors. salutem. Ex parte I. nobis est ostensum, vt cùm ipse per quosdam æmulos suos de latrocinio cuiusdam bouis Richardi apud S. facto vt dicitur, coram balliuis Elizabeth' de Burgo de hundredo suo de P. per inquisitionem ex officio eorundem balliuorum captam indictatus, & ea occasione captus, & in prisona nostra de D. detentus existat, & licèt idem Iohannes frequenter sibi obtulerit sufficientes manucaptores qui eum manucaperent iuxta formam statuti apud Westmonasterium dudum æditi, in quo continetur &c. omnia, vt in præcedenti breui, mutatis mutandis vt in conclusione: tibi præcipimus quòd si idem Iohannes bonæ famæ sit, & per inquisitionem coram eisdem balliuis ex officio suo captam de latrocinio ꝑdicto indictatus fuerit vt ꝑdictum est, & pro eodem latrocinio &c. vt suprà. Aliter de indictamento facto corã balliuis libertatis ex officio.

¶ Rex vic' salutem. Ex parte I. nobis est ostensum, quòd cùm ipse ꝓ suspicione latrocinij trium boum apud S. facti captus, & in prisona nostra ibidem per magnum tempus detentus extiterit, & licèt idem I. tibi frequenter obtulerit &c. vsq; ibi, in quo continetur qđ illi qui pro leui suspicione sint capti replegiabiles sunt, dum tamen bonæ famæ sint: tu tamen manucaptores &c. vsq; ibi, tibi præcipimus quòd si prædictus Iohannes bonæ famæ sit, & pro huiusmodi leui suspicione & non alia occasione in prisona ꝑdicta sit detentus, & inuenerit tibi sufficientes manucaptores &c. vt suprà. Manucaptio pro homine capto pro leui suspicione. Vide duo breuia de manucaptione super leui suspicione inter breuia de homine replegiando. folijs 79. & 80.

¶ Rex vicecomiti salutem. Ex parte R. capti, & in prisona nostra de H. pro quodam latrocinio quinq; pellium lanutarum, H. de C. pretij decem denariorum apud E. vt dicitur facto, vnde per inquisitionem coram te in wapentachio nostro de B. ex officio tuo captam indictatus est, detenti, nobis est ostẽsum, qđ licèt ipse &c. dudum apud Westm̃ æditi, in quo continetur quòd illi qui de paruo latrocinio qd' non excedit valorem xij. denariorum, per inquisitiones coram vicecomitibus vel balliuis ex officijs suis captas indictati sint, replegiabiles existũt, si de alijs latrocinijs priùs rettati nõ fuerint: tu tamẽ manucaptores &c. Manucaptio pro indicta[t]o de paruo latrocinio.

tibi

tibi præcipimus quòd si prædictus R. per inquisitionem coram te ex officio tuo captam de latrocinio prædicto indictatus sit, & ea occasione & non alia in prisona prædicta detineatur, ipseque de latrocinijs alijs priùs rettatus non fuerit, & inuenerit &c. habere coram iustitiarijs nostris ad gaolam prædictam deliberandam assign, in proximo aduentu eorundem pro gaola illa deliberanda, ad standum recto de latrocinio prædicto secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, tunc ipsum R. à prisona prædicta interim deliberari facias per manucaptionem supradictam. &c. T. anno xvij.

Regula.

☞ In isto breui præcedenti semper ponatur ista clausula. s. de alijs latrocinijs priùs rettati non fuerint, & non ista, dum tamen bonæ famæ &c.

Nota bene hanc regulam contra formam trium priorum breuium de manucaptione.

* Nota quòd in breuibus de manucaptione pro hijs qui sunt indictati de latrocinio coram vicecomite vel ballino per inquisitionem ex officio captam, & qui capti sunt pro leui suspicione, & similiter capti pro paruo latrocinio quod non attingit valorem xij. denariorũ, ponenda est clausula, nisi de alijs latrocinijs priùs rettati non fuerint &c.

Manucaptio pro appellato viuente appellatore.

¶ Rex vicecomiti L. salutem. Ex parte I. nobis est ostensum, quòd cùm ipse per Thomam probatorem nostrum in gaola nostra L. existentem, de quadam roberia per ipsos insimul apud N. facta, sit appellatus, & ea occasione captus, & in gaola prædicta detentus existat, ac in statuto nuper ad Westm̃ edito contineatur, quòd illi, qui per probatores appellati sunt, viuente probatore, nisi bonæ famæ sint, irreplegiabiles existunt, & licèt idem I. bonæ famæ sit, & frequenter tibi obtulerit sufficientes manucaptores qui eum manucaperent iuxta formam statuti prædicti: tu tamen manucaptores illos à præfato I. recipere, & ipsum per manucaptionem huiusmodi à prisona prædicta huculque deliberare distulisti, in ipsius I. damnum nõ modicum & grauamen, & vitæ suæ periculum manifestum, ac contra formam statuti prædicti. Et quia nolumus qd' idem I. contra formã eiusdẽ statuti in prisona nr̃a diutiùs detineatur: tibi pcipimus qđ si prædict' I. bonæ famæ sit, & p appello pdicto & non alia occasione in prisona prædicta detineatur, & inuenerit tibi sufficientes manucaptores qui eum manucapiant habere coram iustitiarijs nostris ad gaolam prædictam deliberanđ assignatis vel assignanđ, in proximo aduentu eorundem in partibus illis pro gaola illa deliberanda; ad standum inde recto secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ: tunc ipsum I. à prisona prædicta interim deliberari facias per manucaptionem supradictam iuxta formam statuti prædicti. Et habeas ibi nomina manucaptorum illorum, & hoc breue. T. &c.

Regula.

☞ In isto breui pcedenti ponitur ista clausula, si bonæ famæ sint p statutũ &c.

Manucaptio post mortẽ probatoris, quia non est notorius latro.

¶ Rex vicecomiti salutem. Ex parte I. capti & detenti in prisona nostra de G. nobis est ostensum, quòd cùm ipse per N. probatorem nostrum in gaola prædicta nuper existentem qui mortuus est vt dicitur, de quadam roberia apud S. facta fuisset appellatus, ac in statuto dudum apud Westm̃ edito contineatur, quòd illi qui per probatores appellati sunt, post mortẽ probatoris, nisi ipsi latrones notorij fuerint, p sufficientem pleuinã dimittantur, & licet idẽ I. post mortẽ pdicti probatoris

tibi

tibi frequenter obtulerit sufficientes manucaptores, qui &c. vt in p̄cedenti breui vsq; ibi, tibi p̄cipimus quòd si prædict' probator mortuus sit, & p̄dict' I. notorius latro non existat, & pro appello p̄dicto, & non alia occasione in prisona p̄dicta detineatur, & inuenerit tibi sufficiẽtes manucaptores &c. vt suprà in p̄cedenti breui vsq; ad finem. T. &c.

¶ Rex vicecomiti salutem. Ex parte I. nobis est ostensum, quod cum ipse per quosdam æmulos suos de assensu mortis R. de T. quem C. P. & F. qui de morte illa nondum sunt conuicti interfecerunt vt dicitur, indictatus &c. Manucaptio pro indictato de assensu mortis.

¶ Vel sic, de receptamento W. de diuersis felonijs in comitatu tuo perpetratis indictati, & de felonijs illis nondum conuicti vt dicitur, indictatus &c. De receptam̄to.

¶ Vel sic, quòd cùm ipse per quosdam æmulos suos de consilio & assensu quarundam feloniarum, quas T. & I. qui de felonijs illis nõdum sunt conuicti, fecerunt vt dicitur, indictatus &c. De consilio & assensu.

¶ Vel sic, de vi, auxilio, p̄cepto, iussione, & abbetto mortis R. quẽ W. qui de morte illa nondũ conuict' est interfecit vt dicitur, indictatus, & ea occasione captus, & in prisona n̄ra de N. detẽtus existat, & licèt idem I. frequenter &c. in quo continetur, quòd de hm̄di assensu &c. De vi, auxilio, præcepto, iussione & abetto.

¶ Vel sic, de huiusmodi receptamento, vel sic, de huiusmodi consilio & assensu, vel sic, de hm̄di vi, auxilio, præcepto, iussione, & abbetto indictati vel rettati replegiabiles sunt, dum tamen bonæ famæ sint, quousque principales p̄petratores feloniar̄ illar̄ super hm̄di felonijs per ipsos commissis conuicti fuerint: tu tamen manucaptores illos à præfato I. &c. ac contra formam statuti prædicti. Et quia nolumus &c. diutiùs detineatur: tibi præcipimus quòd si principales perpetratores feloniæ prædictæ de felonia illa nondum sint conuicti, vel sic, quòd si prædictus W. de felonijs prædictis nondum sit conuictus, vel sic, qd' si prædicti T. & L. super felonijs illis nondum sint conuicti, vel sic, quòd si prædictus W. de morte prædicta nondum sit conuictus, & prædictus I. bonæ famæ sit, & pro assensu prædicto, vel pro receptamento prædicto, vel pro consilio & assensu prædictis, vel pro vi, auxilio, præcepto, iussione, & abbetto prædictis & non alia occasione, vel sic, præmissa occasione & non alia in prisona prædicta detineatur, & inuenerit tibi sufficientes manucaptores, qui eum manucapiant habere coram nobis, vel alibi coram iustitiarijs nostris, ad standum recto de assensu prædicto, vel de receptamento prædicto, vel de consilio & assensu prædictis, vel de vi, auxilio, præcepto, iussione, & abetto p̄dictis, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, si nos vel aliquis alius versus eum loqui voluerimus vel voluerit, cùm contigerit principales perpetratores feloniæ prædictæ super felonia prædicta conuinci, vel sic, cùm contigerit prædictos T. & L. super felonijs prædictis conuinci, vel sic, cùm contigerit prædictum W. super felonijs prædictis conuinci: tunc ipsum I. à prisona prædicta interim deliberari fac' per manucaptionem supradictam, iuxta formam statuti p̄dicti. Et habeas ibi. &c. Aliter.

¶ Vel

Aliter in conclusione. ¶ Vel concluditur sic, tibi præcipimus quòd si prædictus W. de felonia pdicta nondum sit conuictus, & præfatus I. bonæ famæ sit, & inuenerit tibi sufficientes &c. vt suprà, regni nostri, cùm contigerit pfatum W. de felonia illa conuinci, tunc ipsum I. à prisona pdicta, si pro receptamento prædicto, vel pro vi & auxilio pdictis & non alia occasione detineatur in eadem, interim deliberari facias &c. vt suprà.

Nota. * Et nota que le statut de Westm̃ primer cap.xv.ne parle mie si largement come ceux briefs rehercent, car il ne parle forsq; de recettement, cõmandement, force, ou eide as felons Et ideo quære si ceux parols (iussione & abetto, consensu & assensu) soient meintenables per le statut ou non.

Nota. * Nota q̃ ceux parols nomes en les briefs pur ceux q̃ sont endites de recettemt &c. s. dum tamen bonæ famæ sunt quousq; principales ppetratores feloniarũ illarum super huiusmodi felonijs p ipsos cõmissis conuicti fuerint, ne sont pas cõtenuz en le statut de W. primer cap.xv. sur quel lez ditx briefs sont fouduz. Mes p iuris peritos meimes les parols furent mys en briefs, sur l'entent & l'effecte de mesme le statut. Et sic nota omnia breuia de manucaptione facta sunt super statutum Westm̃ primer cap. xv.

Manucaptio pro indictato corã custodibus pacis. ¶ Rex vic' salutem. Cum nuper assignauerimus quosdã dilectos & fideles nr̃os iustitiarios nostros ad pacem nostram in comitatu tuo conseruandam, & ad inquirendum per sacramentum proborum & legaliũ hominum de comitatu tuo, de transgressoribus & transgressionibus, & ad omnes illos, quos de hmõi transgressionibus culpabiles inueniret, arrestand', & in prisona nostra custodiendos, quousq; inde aliud pceperimus, ac iam intellexerimus quòd A. de quibusdam trãsgressionibus feloniam aliquam non tangẽtibus, coram præfatis dilectis & fidelibus nostris indictatus, & ea occasione captus, & in prisona nostra de I. sic receptus existit, à qua liberari non potest sine mãdato nostro speciali: nos eidem A. in hac parte gratiam volentes facere specialem, tibi pcipimus quòd si pdictus A. pro transgressionibus pdictis secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ replegiabilis fuerit, & inuenerit tibi sufficientes manucaptores, qui eum manucapiant habere coram dilectis & fidelibus nostris A. & C. quos assignauimus iustitiarios nostros ad huiusmodi transgressiones audiẽdas, & terminãdas, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, ad standum inde recto corã pfatis A. & C. cùm ad partes illas venerint ex hac causa, tunc ipsum A. à prisona prædicta, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, interim deliberari fac' per manucaptionem supradictã. Et habeas ibi coram tunc præfatis iustitiarijs nomina manucaptorum illorum & hoc breue. T. me ipso apud W. &c.

Aliter de eodẽ. ¶ Rex vic' salutem. Cum E. de C. coram custodibus pacis nostræ in comi tuo, de quibusdam transgressionibus feloniam aliquam non tangentibus, per ipsam E. R. apud B. vt dicitur illatis, indictata, & ea occasione capta & in prisona Castri de A. detenta existat, à qua sine mandato nostro speciali deliberari non potest vt accepimus, ac ex parte eiusdem E. nobis sit supplicatum, vt cùm ipsa parata sit præfato R. de transgressionibus prædictis respondere, & in omnibus stare iuri secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ, velimus de ipsius liberatione

liberatione providere: nos p̄fatam E. per diutinam corporis sui incarcerationē indebitè nolentes prægravari, tibi p̄cipimus quòd si p̄dicta E invenerit tibi sufficientes manucaptores, qui eam manucapiant habere corā justitiariis nr̄is, quos ad hujusmodi transgressiones in comitatu p̄dicto audiēdas & terminand' duxerimus assignand', ad standum recto super p̄missis secundum legem & consuetudinē &c. tunc ipsam E. à prisona, si ea occasione & non alia &c. ut in præcedenti brevi &c.

¶ Rex, dilecto & fideli suo R. de P. salutē. Ex parte I. capti & detenti in prisona nr̄a de S. p̄ quibusdam transgressionibus feloniam aliquam nō tangentibus, unde coram vobis & sociis vestris ad pacem in comitatu S. cōservand' assignatis est indictatus, nobis est supplicatū, ut cum ipse paratus sit ad sectam nr̄am & aliorum de hujusmodi transgressionibus versus eum conqueri volentium respondere, & in omnibus stare juri secundum legem & consuetudinem &c. velimus ei deliberatione congrua p̄videre: nos ea de causa volētes super indictamento p̄dicto certiorari, & indictamentū illud debitæ executioni demādari, vobis mandamus quòd si p̄dictus I. de hujusmodi transgressionibus feloniam aliquam non tangentibus ut p̄dict' est, corā vobis & sociis vestris ad sectā nostram & non alterius sit indictatus, tunc indictamentum p̄dict' cum omnibus illud tangentibus nobis sub sigillo vestro mittatis & hoc breve, ita quòd ea habeamus &c. ubicunq; &c. ut ulterius inde fieri faciamus, quod secundum legem & consuetudinem &c. fuerit faciendum. Mandavimus enim vicecomiti nostro comitatus prædicti, quòd corpus prædicti I. si ad sectam nostram & non alterius præmissa occasione & non alia in prisona prædicta detineatur, sumptibus suis propriis venire facias coram nobis ibidem ad diem p̄dictum, ad faciendum & recipiendum quod curia nostra consideraverit in præmissis. T. &c.

Aliter de mittendo indictamentum inde coram rege, ad deliberandum indictatū corā custodibus pacis ad sectam regis & non alterius.

¶ Rex vic' salutem. Ex parte I. capti &c. usq; ibi, unde coram dilectis & fidelibus nr̄is R. de P. & sociis suis ad pacem nostrā in comitatu tuo conservandam assignatis est indictatus, nobis est supplicatum, ut cum ipse &c. ut suprà usq; ibi, demandari, p̄fato R. mandaverimus quòd si p̄dict' I. de hujusmodi transgressionibus feloniam aliquā non tangentibus sicut prædictum est, coram eo & sociis suis p̄dictis ad sectam nostram & nō alterius sit indictatus, tunc indictamentum p̄dict' cum omnibus &c. mittat, & breve nostrū quod sibi inde venit, ita &c. usq; ibi, faciendum. Et ideo tibi præcipimus quòd corpus p̄dicti I. si ad sectam nostram &c. usq; ibi, in præmissis. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Breve inde vicecomiti, de mittendo corpus indictati coram rege.

¶ Rex, cōstabulario castri sui de K. salutem. Cùm nuper per literas nostras patentes assignaverimus dilectos & fideles nostros A. B. C. & D. conjunctim & divisim, ad Wil' de W. & quosdam alios de feloniis & maleficiis notoriè suspectos, sicut ex relatione accepimus fide dignorum, ubicunq; invēti essent sive infra libertates sive extra, insequend', arrestandū, & capiendū, & usque gaolam nostram castri Eborum ducend', & salvò & securè custodiri faciendū, donec aliud inde præcepissemus, juxta ordinationem & concordiam in parliamento nr̄o apud Westm̄ factas, & idem W. prætextu commissionis nostræ prædictæ jam

Manucap' pro notorie suspecto de feloniis & malefactis p securitatem in cancellaria inventam. f. corpus pro corpore.

captus & in prisona nr̃a castri de L. sub custodia vestra detentus existat, ac E.F.G.& H.corã nobis in cancellaria nr̃a personaliter constituti, manuceperint pro ꝑfato W. videlicet quilibet corũ corpus ꝓ corpore, ad habendum ipsum W. coram nobis vel cõsilio nr̃o aut justitiariis nostris ubicunq; & quandocunq; voluerimus ad mandatum nostrum, ad standũ recto de feloniis, transgressionibus, & excessibus quibuscunq;, si inde indictatus, rettatus vel appellatus fuerit, & ad faciendum & recipiendum quod per nos vel consilium nostrum seu justitiarios nostros ordinari contigerit, & quòd bene & fideliter se geret de cætero erga nos & populum nostrum: vobis mandamus quòd ipsum Wilhelmum à prisona prædicta, si occasione cõmissionis nostræ prædictæ captus sit, & ea occasione & nõ alia detineatur in eadem, interim deliberari facias per manucaptionem supradictam. T.&c.

Aliter pro indict' pro forstallamentis & aliis trñs contra formam statuti de Wintoñ factis manucapiendis.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm nuper assignaverimus dilectos & fideles nostros A.B. & T. ad inquisitiones de forstallariis & transgressionibus contra formã statuti dudum apud Wyntoñ æditi in comitatu tuo faciend', & ad illos, quos inde culpabiles invenirent, capiendos, & in prisona nostra salvò custodiri faciend', donec aliud inde ꝑcepissemus, ac jam intellexerimus quòd C. D. & E. pro hujusmodi forstallamentis & transgressionibus, unde coram præfatis A. B. & T. indictati fuerint, capti, & in prisona de L. detenti existant, à qua deliberari non possunt sine mandato nr̃o speciali: nos volentes eisdem C. D. & E. gratiam in hac parte facere specialem, tibi præcipimus quòd si ꝑdicti C.D. & E. occasione prædicta & non alia in prisona prædicta detineantur, & pro transgressionibus illis secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ replegiabiles existant, & quilibet eorundem C.D.& E. invenerit tibi sufficientes manucaptores, qui eos manucapiant habere coram dilectis & fidelibus nostris F. & G. quos assignavimus justitiarios nostros, ad hujusmodi forstallamenta & transgressiones audienda & terminand' secundum legem & consuetudinem &c. ad standum inde recto coram præfatis F. & G. cùm ad partes illas venerint ex hac causa, tunc ipsos C. D. & E. à prisona prædicta, si ea occasione & non alia detineantur in eadem, interim deliberari fac' per manucaptionem supradictam. Et habeas ibi tunc coram præfatis justitiariis nomina manucaptorum illorum & hoc breve. T.&c.

Supersedeas de exigendis in brevi de trñs, si reddiderit se prisonæ. Et postmodũ manucaptio de essendo ad diem &c.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm A. implacitet coram nobis per breve nostrũ B.& quosdam alios in dicto brevi nostro cõtentos, de quadam transgressione eidem A. per ꝑfatum B. & alios prædictos illata ut dicitur, ac idem B. pro eo quòd non venit coram nobis ad respondendum ꝑfato A. de transgressione prædicta, in exigend' in comitatu tuo positus sit ad utlagandum, ipso de exigend' ꝑdictis penitus ignorante, unde nobis supplicavit ut cum ipse paratus sit super ꝑmissis in omnibus stare juri, velimus ei in hac parte subvenire: nos supplicationi prædictæ quatenus justum fuerit annuentes, tibi præcipimus quòd si prædictus B. in comitatu tuo personaliter accedens, se reddiderit prisonæ nostræ ut est moris: tunc exigẽdis prædictis supersed'. Et postmodum, si idem B.inve-

B. invenerit tibi sufficientes manucaptores, qui eum manucapiant habere corã nobis ad talem diem, quo breve nr̃m de exigẽdis ꝑdict' corum nobis est retornabile, ad respõdend' ꝑfato A. de transgressione ꝑdicta, & ad faciendum ulteriùs & recipiend' quod curia nr̃a consideraverit in præmissis: tunc ꝑfatũ B. à prisona ꝑdicta, si ea occasione & nõ alia detineatur in eadẽ, interim deliberari fac' ꝑ manucaptionẽ supradictã. Et habeas ibi nomina manucaptorũ illorũ & hoc breve. T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Supplicavit nobis C. ut cùm G. implacitet coram nobis per breve nostrum præfatam C. & quosdam alios, de quadam transgressione eidem G. ꝑ præfatã C. & alios prædictos illata ut dicitur, & licèt eadẽ C. parata sit præfato G. de transgressione prædicta si quæ fuerit respondere, & in omnibus stare juri secundũ legem & consuetudinem regni nostri Angl': ipsa tamẽ ꝑ eo quòd tu corã nobis retornasti quòd eadẽ C. non fuit inventa in balliva tua, juxta processum inde coram nobis habitũ, per te in exigendis posita existit in comitatu tuo ad utlagand', velimus ejus indemnitati in hac parte providere. Nos pro eo quòd W. R. & I. manuceperunt coram nobis in cancellaria nostra, habere præfatam C. coram nobis ad diem quo breve nostrum de exigendo ipsam C. est retornabile, ad respondendũ præfato G. de transgressione ꝑdicta, volentes eidẽ C. si in exigendis prædictis occasione ꝑmissa & non alia posita existat ut est dictum: tunc in exigendis illis ulteriùs faciendis interim supersedeatis per manucaptionem supradictam. Et habeas ibi tunc hoc breve. T. &c. Aliter de eodẽ.

¶ Rex, ballivis suis Lincolñ salutẽ. Ex parte D. nobis est ostensum, ut cùm ipse per breve nostrum coram nobis à die s. Michaelis proximo futuro in. xv. dies retornabile, appellaverit S. de F. & alios in brevi nostro originali contentos, de mahemio & pace nostra fracta: prædicti S. & alii machinantes præfatum D. à prosecutione appelli sui ꝑdicti maliciosè impedire, diversas querelas sine brevi nostro versus præfatũ D. de diversis transgressionibus eis per præfatum D. diversis vicibus ut dicebatur illatis, corã vobis in civitate prædicta divisim attachiarunt, pro quibus transgressionibus idem D. pro damnis præfatis S. & aliis in hac parte adjudicatis, prisonæ nostræ villæ Lincolñ in qua adhuc detinetur mancipatus existit. Ac ex parte ejusdem D. nobis sit supplicatum, ut cùm ipse diversa brevia nostra de falso judicio super querelis prædictis coram justitiariis nostris de banco, à die sancti Michaelis in unum mensem retornabilia jam impetraverit placitand', & ipse eadem brevia seu appellum suum prædictum versus partes prædictas dum in prisona sic fuerit prosequi non valeat in curiis nostris prædictis: velimus de liberatione corporis sui ut jam appellum suum prædict' quàm dicta brevia nostra de falso judicio prosequi posset, in forma juris facere provideri. Nos supplicationi suæ in hac parte annuere volentes: vobis ꝑcipimus quòd si prædict' D. ad prosecutionem ꝑdictorum S. & aliorum, occasione supradicta & non alia captus, & in prisona nr̃a prædicta detentus existat, & invenerit vobis sufficiẽtes manucaptores ad satisfaciendum nobis ad diem prædictum, de eo quod ad nos pertinet, Manucaptio ad prosequendum appellũ & brevia de falso judicio.

net, & præfato S.& aliis de damnis eis in hac parte adjudicatis si contingat judicia prædicta affirmari, tūc ipsum D. à prisona prædicta interim deliberari fac' per manucaptionem supradictam. T.&c.

Nota. * Nota breve de manucaptione ad prosequendum attinctam, cum quis imprisonatur prætextu processus placiti unde prosequitur attachiamentum.s.post brevia de attinctis super transgressionibus ante folio. 123.

Mācaptio pro abbate de Glaston̄ eo quod maliciose fuit appellatus, omittēdo nomē dignitatis.

¶ Rex, vic' Somers' salutē. Ex parte dilecti nobis in Christo abbatis de Glaston̄ nobis est intimatū graviter cōquerendo, quòd cùm nuper ad prosecutionē T.de A. tibi præcepimus quod attachiares I. de B. de Glaston̄ & quosdā alios in brevi nr̄o originali contentos, ita quòd eos haberes coram nobis in instantibus octavis S. Hillarii ubicunque tunc fuerimus in Angl', ad respond' præfato T. de roberia & pace nr̄a fracta unde eos appellat, & licèt præfatus I. de B de G. sit abbas ejusdem loci de Glaston̄, & paratus præfato T.in p̄missis respōdere, & in omnibus stare juri secundum legē & consuetudinem regni nr̄i Angl': idem tamen T. tā nos & curiam nostrā quàm p̄fatum abbatem falsò & maliciosè illudere machinans in hac parte, nomen dignitatis suæ videlicet nomen abbatis perperam & subdolè subtacuit & omisit, ipsum I de B. de G. absq; alio nomine ut præmittitur nominād', ut sic dictum abbatem hm̄di callida prosecutione & machinatione, ipso hoc penitus ignorante, gravaret, & utlagariam in ipsum tacitè faceret promulgari, super quo idem abbas nobis supplicavit ut sibi contra tantam maliciā præcogitatā velimus competenti remedio subvenire. Nos advertentes p̄secutionem ipsius T. p̄dict' ex fraudulenta malicia, & etiā in deceptionem curiæ nr̄æ, eò quòd ipse in impetratione brevis nostri p̄dicti nomen abbatis, per quod de jure & secundum legem & consuetudinē dicti regni deberet nominari taliter, omisit, p̄cessisse, volentésq; hm̄di maliciæ obviare, & indemnitati ipsius abbatis quatenus poterimus prospicere in hac parte: tibi præcipimus quòd si tibi constiterit p̄dict' I. de B. de G. versus quem dictus T. sic prosequitur, esse abbatem dicti loci ut prædicitur, & idem abbas invenerit tibi sufficiētes manucaptores de respondend' præfato T. in præmissis, & ad standum inde recto secundum legem & consuetudinem supradictas, tunc captioni corporis ejusdem abbatis prætextu mandati nostri prædicti supersedeas. Et si dictus abbas per te ea occasione captus fuerit: tunc eum deliberari fac' per manucaptionem antedictam. Et habeas tunc coram nobis nomina manucaptorum illorum & hoc breve T.&c. Per consilium.

Breve inde G. Lescrop, Audita querela abbatis.

¶ Rex, dilectis & fidelibus suis G. Lescrop & sociis suis &c. tenend' assignatis salutem. Ex parte di.&c. ut suprà, usq; ibi, processisse, & tunc sic, nolentésq; hm̄di collusionem, deceptionem, & maliciā relinquere impunitas, vobis mandamus quòd audita querela ipsius abbatis vel attornati sui in hac parte, & vocato coram vobis p̄fato Thoma ad certū diem quem ad hoc duxeritis præfigend', auditisq; partiū prædictarū rationibus, ulteriùs ad collusionem, deceptionem & maliciam p̄dictas puniend' procedatis & fac', prout de jure & secundū legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fore videritis faciendum. T.&c.

¶ Rex,

¶ Rex, vic' salutem. Cùm T. implacitet N. corã nobis per breve nrm de quadam transgr &c. ut dicitur, ac nos pro eo quòd tu corã dilectis & fidelibus nris G. Lescrop & sociis suis &c. assignatis, retornasti quòd idem N. non fuit inventus, nec aliquid habuit in balliva tua per quod potuit attachiari, tibi ꝑ breve nostrum de judicio ꝑceperimus quòd caperes præfatum N. ita quòd eum haberes coram nobis à die sanctæ T. in xv. dies proximo futur, ad respond' præfato T. super transgr, virtute cujus ꝑfatus N. captus, & prisonæ nostræ de L. Episcopi mancipatus existit ut accepimus, idémq; N. nobis supplicaverit ut cũ ipse paratus sit super transgressione ꝑdicta ad sectam prædicti T. ac alterius cujuscunq; respondere, velimus ipsum ꝑ sufficientem manucapt' usq; ad diem ꝑdict' dimitti jubere: nos supplicationi ꝑdictæ quatenus justè poterimus annuere volentes in hac parte, tibi ꝑcipimus quòd si prædict' N. præmissa occasione & non alia in prisona prædicta detineatur, & invenerit tibi sufficientes manucaptores, qui eum manucapiant habere coram nobis ad diem prædictum, ad respondendum præfato T. de transgressione prædicta secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ tunc ipsum N. à prisona prædicta interim deliberari facias per manucaptionem supradictam. Et habeas &c. T. &c. Manucaptio pro eo qui est in le capias in brevi de transgressione.

Rex vic' Suff. salutem. Cùm W. vicarius ecclesiæ de B. & A. persona ecclesiæ de H. de quibusdã conteptu & transgressionibus nobis ut dicitur factis, coram dilectis & fidelibus nris I. & sociis suis justitiariis ad contemptũ & transgressiones ꝑdictas audiend' & terminand' assign indictati, pro eo quòd non venerunt corã præfatis justitiariis de hmdi contemptu & transgr responsuri, ꝑ processum corã eisdem justitiariis habitũ in exigendis positi existant in comitatu tuo ad utlagand' ut accepimus, ac ꝑfati W. & A. coram nobis in cancellaria nostra personaliter constituti, asserentes exigendas prædictas in ipsos, ipsis inde ac de indictamento prædicto penitus ignorantibus, ꝓcessisse, nobis supplicaverint ut, cùm ipsi parati sint super ꝑmissis in omnibus stare juri secundũ legem & consuetudinẽ regni nri Angliæ, velimus exigendis illis usq; ad diem, quo breve inde retornabile fuerit, ac captioni corporum ꝑdict' W. & A. interim facere supersederi: nos ꝑ eo quòd uterq; prædict' W. & A. invenit coram nobis in eadem cancellaria B. C. & D. manucaptores suos, qui manuceperunt habere ꝑfatos W. & A. coram præfatis justitiariis ad diem prædictum, ad respondendum nobis de contemptu & transgressionibus ꝑdictis secundum legem & consuetudinem prædictas, volentes cum eisdem W. & A. in hac parte agere gratiosè, tibi præcipimus quòd exigẽdis ꝑdictis usq; ad diem supradictã ac captioni corporũ ꝑdict' W. & A. occasione ꝑmissa interim supersedeas ꝑ manucaptionem supradictam. Et habeas &c. T. &c. an. 20. Manucaptio pro illo qui est in exigendis in brevi de audiendo & terminando.

¶ Rex, vic' London salutem. Ex parte R. nobis est ostensum, quòd cũ ipse nuper coram W. majore villæ nostræ North. & W. de S. clerico, ad recognitiones debitorum apud N. accipiend' deputatis, recognoverit se debere W. C. xl. li. certis terminis jam elapsis solvend', & licèt idem R. octo libras de dictis xl. li. ꝑfato W. jamdiu est solverit, idémq; W. Aliter de statuto mercatorio, pro eo quòd solvit partem debiti, & de parte habet scriptum relaxationis.

residuas.32.li.p̄fato R. remiserit, sicut ꝑ literas ipsius W. patentes sigillo suo ut dicitur signatas, & coram nobis in canc' nr̄a ostensas, quas præfatus R.penes se habet, pleniùs poterit apparere: dictus tamen W. quoddam breve nr̄um retornabile corā nobis tali die proximo futuro ubicunq; &c.vobis directū, de corpore ipsius R. si laicus sit capiend', & in prisona nr̄a salvò custodiri faciend', quousq; dicto W. de debito illo satisfecisset, juxta formam statuti dudum apud Acton Burnell de hm̄di recogn̄ pro mercatoribus editi tacita veritate impetravit, quo p̄textu corpus p̄dicti R.per vos captum & in prisona nr̄a de B. detentum existit ut dicitur, in ipsius R.damnum &c.per quod nobis est supplicatum ut eidem R.in hac parte subveniamus remedio oportuno, ne per diutinam incarceratione corporis sui detrimentum patiatur. Nos pro eo quòd K.L.& N. manuceperunt, videlicet quilibet eorum corpus pro corpore, habere prædictum R. coram nobis ad dictas octavas & ad dictas.xl.li.præfato W.tunc solvendas, nisi idem R rationabiliter dicere poterit tunc ibidem, ipsum per dictas literas acquietantiæ & remissionis vel alio modo legitimo de dicto debito debere exonerari, volentes eidem R.quatenus poterimus super deliberatione sua subvenire: vobis præcipimus quod ipsum R.à prisona prædicta, si occasione p̄missa & non alia detineatur in eadē, interim deliberari fac' per manucaptionem supradictam. Et habeas ibi hoc breve T.&c.

Aliter de trn̄s feloniam non tangente, per manucaptionē in cancellaria.

¶ Rex, dilecto &c. G. de T. salutem. Cùm I. de H. clericus coram vobis & sociis vestris justitiariis nostris ad diversas felonias &c. audiendas & terminandas assignatis, de quibusdam transgressionibus feloniam aliquam non tangentibus sit indictatus, & ea occasione captus, & in prisona nostra de H.detentus ut accepimus, ac I. B. & W. de comitatu tali, in cancellaria nostra personaliter cōstituti, manuceperunt prædictum I.de H.habere coram nobis vel alibi coram justitiariis nostris ad mandatum nostrum, ad standum recto de transgressionibus p̄dictis, si nos vel aliquis alius versus eum inde loqui voluerimus vel voluerit: nos ne idem I.de H.per diutinam corporis sui incarcerationem maceretur, volentes ei in hac parte subvenire, vobis mandamus quòd ipsum I.de H. à prisona prædicta, si occasione transgressionum prædictarū, & non pro feloniis detineatur in eadem, interim deliberari fac' per manucaptionem supradictam. Et habeas &c.

Supersedeas captioni corporis in placito debiti per statutum mercatorum.

¶ Rex, vic' L. salutē. Cùm nuper tibi p̄ceperimus, quod corpus R. de P. si laicus esset caperes, & in prisona nr̄a salvò custodiri faceres, quousq; R.de H de ducentis & viginti marcis, quas idē R coram R. de W. & præfato R. de H. ad recognitiones debitorū in civitate nostra L. capiend' assignatis, recognovit se debere p̄fato R. de H. plenè satisfecerit, & quòd qualiter dictum præceptum nostrū fueris executus, nobis scire faceres in octavis s. Hillarij ubicunq; tunc fuerimus in Anglia ꝑ literas tuas sigillatas, ac nos jam ad prosecutionē p̄fati R.nobis suggerentis, ipsum aliquā recognitionē præfato R.de H.aliquo tēpore nō fecisse, & ipsum R. de H. nuper dū fuit clericus noster ad hujusmodi recognitiones in eadem civitate capiendas deputatus, dictā recognitionem

tione CC.li.sub nomine ipsius R.pfato R. de H. factā, & in rotulis ipsius R.de H.& in rotulis pdicti R.de W.irrotulari, & quoddā scriptū obligatoī de prædictis CC.li. sub nomine pdicti Radulphi fieri, & sigillo p hmdi recognitionibus in civitate prædicta deputato consignari, ipso R.de W. præmissa penitus ignorante, falsò & maliciosè fecisse, ac quoddā breve nostrum coram nobis in octavis prædictis retornabile, de capiendo corpus pdicti R. ptextu recognitionis pdictæ psecutum fuisse, in ipsius R.dispendium non modicū & gravamen, & curiæ nostræ deceptionem manifestā, mandaverimus dilectis & fidelibus nostris G.Lescrop & sociis suis justitiariis nostris ad placita coram nobis tenenda assignatis, qd audita querela ipsius R. in hac parte, & vocato coram eis tam prædicto R.de H. quā præfato R. de W. unà cum rotulis & memorādis suis hmdi recogn tangētibus auditisq; hinc & inde eorum rationibus, eidē R.de falsitate, malicia, & deceptione pdictis, plenā & celerem justitiam fieri facerent, jamq; idem R. nobis supplicaverit, ut cū ipse dictas falsitatē, maliciā, & deceptionē cū effectu prosequi, & in omnib' stare juri sit paratus, velimus p sufficientē manucaptionē captioni corporis ipsius R.usq; ad octavas pdictas præcipere supersederi: nos eidem R. in hac parte volentes quatenus justè poterimus subvenire, tibi pcipimus quòd si prædictus R. invenerit tibi sufficientes manucaptores pro quibus respondere volueris, qui manucapiant de habendo præfatum R. coram nobis ad octavas prædictas, ad dictas falsitatem, maliciam, & deceptionem prosequendas, & ad respondendum præfato R.de W.de pdictis CC.li. & damnis suis, si ipsum R.de H.de falsitate, malicia, & deceptione prædictis cōvinci nō contigerit, & ad faciend' & recipiend' qd' curia nrā considerayerit in hac parte, tūc captioni corporis ipsius R.interim supsedeas per manucaptionem supradictam. Et habeas &c. nomina manuc' &c.

¶ Rex vic' E. salutē. Cū curiæ nrǽ in quibus negocia regni nri deducuntur, ubiq; adeo liberæ sint & exēptæ, & à tpe quo nō extat memoria liberæ & exemptæ fuerint, qd' nec aliqua forum ecclesiasticum cōcernentia in eisdem curiis fieri seu exequi, nec aliquis easdē curias ad aliqua forū pdict' cōcernentia faciend' vel exequend' ingredi debeant vel consueverint aliquib' temporib' retroactis, ac magister A.de B.Edmund' de L.& Johañ de W.nuper in curia nrā coram cancellario nro & aliis de consilio nostro apud Eborū, de eo quòd ipsi, videlicet pdictus A.quasdā literas bullatas in cancellaria nrā tunc apud Abbathiam beatæ Mariæ Eborum in ecclesia ibidem existente, magistro I. de T. clerico nostro notificasse, dictus Edmundus eundem I. de T. ad parend' literis prædictis, alioquin quòd esset in curia Romana ad certum diem jam futurum inde responsur, monuisse, & pdictus I.de W. p instrumtis super pmissis faciend' ibidem venisse debuerat, ad sectā nrām impeti, & per inquisitionem patriæ in quā se inde postmodum posuerunt cōmitti, ea de causa prisonæ nræ castri nostri Ebor per cōsiderationem curiæ nrę pdictæ adjudicati extitissent, in eadem ad volūtatem nrām moratur, in qua adhuc detinentur ut accepimus, jamq; diversi magnates

Pro illo qui est captus pro notificatiōe bullæ in cancellaria essendi corā cōsilio regis ad proximum parliamentum.

magnates de regno nr̃o & aliunde nos requisierint ut eisdē A. Edmūdo, & I. de W. super deliberatione sua à prisona prædicta velimus gratiosè subvenire: nos ad requisitionē prædictā volentes cum eisdē A. E. & I. de W. in hac parte facere gratiosè, tibi præcipimus quòd si iidē A. E. & I. de W. invenerint tibi sufficientes manucaptores ꝓ quibus respondere volueris qui eos manucapiant, videlicet quilibet eorum corpus pro corpore sub periculo quod incumbit, habere coram nobis & consilio nostro ad proximum parliam̄ nr̃m ubicunq; illud summoneri contigerit, ad faciend' & recipiend' super præmissis quod per nos & dictum consilium nostrum inde contigerit ordinari, tunc ipsos A. E. & I. de W. à prisona, qua præmissa occasione detinentur interim deliberari facias per manucaptionem prædictam. Et habeas ibi tunc nomina manucaptorum illorum & hoc breve. T. &c.

Supersedeas in brevi de ordinatione versus magistrum.

REx vic' L. salutem. Supplicarunt nobis R. & I. ut cū D. per breve nr̃m implacitet ipsos R. & I. in curia nostra coram justitiariis nostris de bāco de eo quòd ipsi W. nuper servientem prædicti D. in servitio suo apud P. nuper retentum, qui ab eodem servitio ante finem termini inter eosdem D. & W. cōcordati sine causa rationabili & licentia ipsius D. recessit, in servitium ipsorum R. & I. admiserunt & retinuerunt, contra formā ordinationis inde factæ, & licèt iidem R. & I. p̄fato D. in placito p̄dicto semper parati fuissent & adhuc existāt respōdere, & in omnibus stare juri: dicti tamē R. & I. ꝓ eo qđ retornasti corā p̄fatis justitiariis nr̃is quòd non fuerunt inventi in balliva tua, in exigendis positi sunt in com̄ tuo ad utlagand', velimus eis super hoc de remedio congruo facere ꝓvideri. Et quia A. & B. de com̄ tali coram nobis in cancellaria nostra personaliter constituti, manuceperunt, videlicet quilibet eorum corpus pro corpore, de habendo ipsos R. & I. coram dictis justitiariis nr̃is ad diem, quo breve nostrum de exigendis prædictis est retornabile, ad respondend' tam nobis quā præfato D. in placito prædicto juxta formam ordinationis prædictæ, sub pœna viginti librarum, quas concesserunt de terris & catallis suis ad opus nr̃m levari, si ipsos R. & I. coram dictis justitiariis nostris ad diē illum in forma prædicta non habuerint: tibi præcipimus qd' exigendis prædictis accaptioni corpor̄ eorundem R. & I. ex causa prædicta interim supersedeas per manucaptionem supradictam. Et habeas ibi tunc hoc breve. T.

Aliter pro serviente.

¶ Rex vic' N. salutem. Supplicavit nobis R. ut cum I. per breve nr̃m implacitet ipsum R. in curia nostra coram justitiariis nostris de banco, de eo quòd idem R. à servitio ipsius I. ante finem termini inter eos cōcordati contra formam ordinationis inde factæ recessit, & licèt &c. ut suprà.

Supsedeas captioni in brevi de serviente.

¶ Rex eidem salutem. Cùm nuper tibi præceperimus quòd attachiares I. ita quòd eum habeas coram justitiariis nostris apud Westm̄ in octavis sancti Hillarii, ad respondend' tam nobis quā P. quare à servitio ipsius P. ante finē termini inter eos cōcordati contra formam ordinationis in hac parte recessit, quo p̄textu idē I. captus, & in prisona nostra

noſtra de T.detentus exiſtit ut accepimus,ac jam ex parte ipſius I.nobis ſit ſupplicatum, ut cum ipſe paratus ſit in omnibus ſtare juri, & tã nobis quã præfato P.in hac parte reſpondere, velimus ipſum per ſufficientes manucaptores à priſona, qua, occaſione prædicta, detinetur, uſq; ad octavas prædictas deliberari jubere: nos pro eo quòd I.& I. &c.in cancellaria nr̃a perſonaliter conſtituti,manuceperunt ꝓ eodem I.habere ipſum coram præfatis juſtitiariis ad octavas prædictas,ad reſpondendum tam nobis quàm præfato P.in hac parte,ſub pœna quinquaginta li.quas conceſſerunt de terris, teñtis, bonis, & catallis ſuis ad opus noſtrum levari, ſi ipſum I.coram dictis juſtitiariis ad octavas ꝑdictas non habuerint,volentes ſupplicationi prædictæ annuere gratiosè,tibi præcipimus quòd ipſum I.à priſona prædicta, ſi ea &c.

¶ Rex vic' Londoñ ſalutem.Supplicarunt nobis D.D.& H. ut cùm G. implacitet coram juſtitiariis noſtris de banco per breve noſtrũ ipſos D.D.& H.de eo qđ quilibet eorũ reddat ꝑfato G.40.marcas, ac iidem D.D.& H.pro eo qđ non venerunt corã ꝑfatis juſtitiariis ad reſpondendum præfato G.de præmiſſis, per breve nr̃m de judicio poſiti ſunt in exigendis in huſtengo noſtro Londoñ ad utlagãđ,iidemq; D.D.& H.parati ſunt præfato G. in hac parte reſpondere & in omnibus ſtare juri:velimus exigendis ꝑdictis per ſufficientes manucaptores ſuperſederi jubere.Nos ꝓ eo quòd I.T.E.& W.de comitatu tali, manuceperunt coram nobis in cancellaria nr̃a, habere prædictos D.D.& H. coram præfatis juſtitiariis ad diem quo dictũ breve de judicio eſt retornabile,ad reſpondend' pręfato G.de ꝑmiſſis,videlicet ꝑdictus I. ſub pœna 10.li.ꝑdict' T.ſub pœna 20.li. ꝑfatus E. ſub pœna 10.li.& præfatus W.ſub pœna 10.marcaꝝ, quas conceſſerunt de terris & catallis ſuis ad opus nr̃m levari,ſi præfatos D.D.& H.ad diem prædictũ nõ habuerint in forma prædicta, tibi præcipimus qđ in exigendis &c. ut ſuprà.

De ſuperſedendo de exigendis &c.in placito debiti.

¶ Rex vic' Londoñ ſalutẽ.Supplicavit nobis W.ut cum H. implacitat corã juſtitiariis nr̃is de banco per breve nr̃m prædictum W.de quadam tranſgreſſione eidem H. ꝑ præfatum W. illata ut dicitur, vel ſic, de eo qđ idem W.reddat præfato H.rationabilem computũ ſuũ de tempore quo fuit ballivus ſuus & receptor denarioꝝ ipſius H. vel ſic, de debito decem li.quod idem H.à ꝑfato W.exigit,ac idem W. ꝓ eo qđ nõ venit corã ꝑfatis juſtitiariis ad reſpondẽđ' ꝑfato H. de tranſgreſſione ꝑdicta,vel ſic,de cõputo ꝑdicto, vel de ꝑmiſſis, vel de debito ꝑdicto per breve nr̃m de judicio in exigendis poſitus fuiſſet in huſtengo nr̃o Lõdoñ ad utlagandum,ac idem W.paratus ſit ad reſpondendum præfato H.de tranſgreſſione,de computo,de ꝑmiſſis, vel de debito ꝑdicto, & in omnibus ſtare juri: velimus exigendis illis uſq; ad diem,quo dictũ breve nr̃m de judicio coram ꝑfatis juſtitiariis nr̃is eſt retornabile,per ſufficientem manucaptionem &c.ut ſuprà uſq; ibi,ad diem, quo dictũ breve nr̃m eſt retornabile,vel ſic,ad diem prædictum ad reſpondendũ &c.videlicet uterq; eorundem W.& I.ſub pœna decem li.&c.ut ſuprà in forma prædicta, non habuerunt. Volentes ſupplicationi prædictæ annuere gratiosè,vobis ꝑcipimus &c. ut ſuprà.

Aliter de trñs de computo vel de debito.

¶ Rex

Supſedeas exigendis pro illo qui manucepit pro quodã arrainato coram rege, pro eo qđ ipſum non habuit coram rege ad ſatisfaciendum pro redemptione ſua.

¶ Rex, vic' ſalutem. Cũ ut accepimus I. de G. I. W. & W. pro eo quòd non venerunt coram nobis ad ſatisfaciendum nobis de redemptione ſua, de eo quòd non habuerunt in curia nr̃a coram nobis M. & M. uxorem ejus ad diem ſibi præfixum, ſicut eos manuceperunt, in exigendis in com̃ prædicto ad utlagand' poſiti exiſtant, ac jam præfatus I. de G. nobis ſupplicaverit, ut cùm ipſe paratus ſit nobis de redemptione ſua quæ ad nos pertinet in hac parte ſatisfacere, & in omnibus ſtare juri ſecund' legem & conſuetudinem regni nr̃i Angliæ, velimus exigendis in ipſum I. &c. ea occaſione promulgand', uſq; ad diem quo breve noſtrum de exigendis illis eſt retornabile, per ſufficientem manucaptionem ſuperſederi jubere, & quia I. & I. de com̃ Midd' coram nobis in cancellaria noſtra perſonaliter conſtituti, manuceperunt de habendo p̃dictum I. coram nobis ad diem quo dictũ breve nr̃m de exigendis eſt retornabile, ad ſatisfaciend' nobis de redẽptione ſua p̃dicta videlicet quilibet eorum ſub pœna decem marcar̃, quas de terris & catallis ſuis levari cõceſſerunt, ſi ipſum I. coram nobis ad dictum diem non habuerint: tibi p̃cipimus qđ exigendis p̃dictis in ipſum I. ea occaſione promulgand', ac captioni corporis ejuſdem I. interim ſuperſedeas per manucaptionẽ ſupradictã. Et habeas ibi tunc corã nobis hoc br̃e. T. &c.

Aliter ſuperſedeas exigendis &c. coram cuſtodibus pacis.

¶ Rex vic' ſalutem. Supplicavit nobis T. ut cùm ipſe coram dilectis & fidelibus noſtris L. & ſociis ſuis cuſtodibus pacis noſtræ in comitatu prædicto conſervand', ac juſtitiariis nr̃is ad diverſas felonias & tranſgreſſiones in eodem comitatu audiendas & terminandas aſſignatis, pro eo quòd non venit coram præfatis juſtitiariis ad reſpondend' nobis de quadam tranſgreſſione per ipſum P. vi & armis contra pacem noſtram facta ut dicitur, in exigendis poſitus exiſtat in comitatu prædicto ad utlagand', ipſo T. de ꝓceſſu prædicto penitus ignorante: velimus exigendis prædictis uſq; ad diem quo dictæ exigendæ coram eiſdem juſtitiariis ſunt retornabiles per ſufficientes manucaptores ſuperſederi jubere. Et quia &c. I. I. & W. &c. manuceperunt, videlicet quilibet eorum corpus pro corpore de habendo ipſum coram p̃fatis juſtitiariis ad diem prædict', ad reſpondendum tã nobis quã præfato P. de tranſgreſſione prædicta, ſub pœna centum ſolidorum quos conceſſerunt de terris & catallis ſuis ad opus noſtrum levari, ſi ipſum T. ad diem prædictum coram dictis juſtitiariis in forma prædicta non habuerint, tibi præcipimus &c. T. &c.

Aliter ſuperſedeas de duobus brevibus de diverſis placitis.

¶ Rex vic' &c. ſalutem. Cum ut accepimus N. implacitet in curia nr̃a coram juſtitiariis noſtris de banco ꝑ breve noſtrum I. de eo quòd idem I. reddat præfato N. rationabilem computum ſuum de tempore quo fuit ballivus ſuus in S. & receptor denariorum ipſius N. ac idem N. implacitet prædictum I. coram præfatis juſtitiariis per aliud breve noſtrum, de eo quòd idem I. reddat præfato N. catalla ad valenciã decem librarum, idémq; I. pro eo quòd non venit coram eiſdem juſtitiariis, præfato N. ſuper præmiſſis reſponſurus, poſitus ſit in exigendis in comitatu tuo ad utlagand', ipſo inde ut aſſerit penitus ignorante, unde nobis ſupplicavit ut, cùm ipſe paratus ſit præfato N. ſuper

p̄miſſis reſpondere & in omnib' ſtare juri, velimus exigendis illis uſq; ad dies, quibus dicta brevia nr̄a de exigēdis p̄dictis ſunt retornabilia, ſuperſederi jubere:& quia &c manuceperūt de habēdo p̄dict' I.coram p̄fatis juſtitiariis ad dies prædictos,ſub pœna x.li. quas conceſſerūt &c.

De capto per le capias p manucaptionem &c, deliberando.

¶ Rex vic' H.ſalutem.Supplicavit nobis A, ut cùm D. implacitet eum per breve noſtrum coram juſtitiariis nr̄is de banco, de quadam tranſgreſſione eidem D. per præfatum A. illata ut dicitur, & licèt idem A. terras, teñta, bona & catalla in balliva tua ſufficientia habeat per quæ diſtringi poſſit, & paratus ſit præfato D. in hac parte reſpondere & in omnibus ſtare juri, ipſe tamen pro eo qd' tu coram præfatis juſtitiariis noſtris retornaſti, quòd idem A. non fuit inventus nec aliquid habuit in balliva tua,per breve noſtrum de judicio captus, & priſonæ nr̄æ de S. mancipatus exiſtit: velimus ipſum a priſona prædicta per ſufficientem manucaptionem liberari jubere. Et quia I. & I. in cancellaria nr̄a coram nobis manuceperunt, de habendo corpus p̄dicti A. coram p̄fatis juſtitiariis noſtris ad diē quo dictū breve noſtrū de judicio eſt retornabile, ad reſpōdend' præfato D.de tranſgreſſione p̄dicta, ſub pœna 20 librarum quas conceſſerunt de terris &c.ſi ipſum A.corā p̄fatis juſtitiariis ad diem prædictum non habuerint: tibi præcipimus quòd prædictum A.à priſona prædicta, ſi occaſione præmiſſa & non alia detineatur in eadem, interim deliberari facias per manucaptionem ſupradictam.Et habeas ibi tunc hoc breve. T. &c.

Aliter ſuperſedeas captioni corporis.

¶ Rex vic' H.ſalutē.Supplicarūt nobis R. & I. ut cū A. implacitet eos &c.ut ſuprà,ut dicitur,& licèt iidē R.&I.parati ſint in hac parte p̄fato A.ſecund' legem & conſuetudinem regni nr̄i Angliæ reſpondere,& in omnibus ſtare juri, per breve tamen nr̄m de judicio p̄ceptum eſt tibi, qd' corpora p̄dictorum R.& I.capias, ita qd' eos habeas coram præfatis juſtitiariis ad certum diem in dicto brevi nr̄o de judicio cōtentum: velimus captioni corpor̄ ipſorum R. & I. per ſufficientes manucaptores &c.Et quia &c. de habendo corpora prædictor̄ R. & I.corā p̄fatis juſtitiariis nr̄is ad diē quo dictū breve nr̄m de judicio eſt retornabile, p̄fato A.de tranſgreſſionibus p̄dictis ſecund' legem & conſuetudinem p̄dictas reſponſur̄,& quas quidē 50.li.iidem B.C. & D. de terris & catallis ſuis ad opus nr̄m levari conceſſerunt,ſi ipſos R.& I.corā &c. tibi præcipimus qd' captioni corporum eorundem R. & I. interim ſuperſedeas per manucaptionem ſupradictam.Et habeas &c.T. &c.

Aliter.

¶ Rex vic' &c.ſalutē.Cū I.implacitet S.per breve nr̄m corā juſtitiariis nr̄is de banco &c.ut dicitur, ac in negocio prædicto corā p̄fatis juſtitiariis in tantum ſit p̄ceſſum,qd' per breve nr̄m de judicio tibi p̄ceperimus,qd' corpus p̄dicti S. ubicūq; in balliva tua inventus fuerit capias, ita qd' eū habeas corā p̄fatis juſtitiar̄ apud W.ad diē in dicto brevi nr̄o contentum,ad reſpondend' p̄fato I.de tranſgreſſione p̄dicta, p qd' ex parte ipſius S.nobis eſt ſupplicatum, ut cū ipſe paratus ſit &c. velimus captioni &c.Et quia &c.manuc' pro eodem S,de habend' ipſum corā p̄fatis juſtitiariis ad diem prædictum ad ſtand' juri in p̄miſſis, videlicet quilibet eorū &c. volentes ſupplicationi p̄dictæ &c. tibi p̄cipimus qd' execu-

executioni dicti brevis nostri de corpore ipsius S. capiendo sicut pdi-ctum est supersedeas ad diem pdictũ p manucaptionẽ supradictã &c.

Aliter sup captione corporis coram custodibus pacis.

¶ Rex vic' Canterbr̃ salutem. Cùm tibi ex parte nostra p Rogerũ de S. & socios suos custodes pacis nostræ in comitatu prædicto conservandæ, & ad diversas transgressiones & extorsiones in eodem comitatu audiendas & terminandas assigñ præceptum sit ut accepimus, quòd capias magistrum N. Smyth' de B. & H. Clerk, ita quod eos habeas coram præfatis Rogero & sociis suis ad proximã sessionem suam, ad respondendũ nobis de quibusdam extorsionibus certis personis de comitatu prædicto p præfatos N. & H. illatis, unde coram præfatis Rogero & sociis indictati sunt ut dicitur, quia tamen præfatis Rogero & sociis suis per breve nostrum mandavimus, quòd indictamenta prædicta cum omnibus ea tangentibus nobis mittant, ita quòd ea habeamus à die Paschæ in quindecim dies ubicunque tunc fuerimus in Anglia, ut ulteriùs fieri faciamus in præmissis, quod de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum: tibi præcipimus quòd captioni corporum ipsorum N. & H. occasione præmissa supersedeas ex causa supradicta. T. &c.

Supersedeas pro viro utlagato & uxore waivianda.

¶ Rex vic' Londoñ salutem. Supplicarunt nobis W. & B. uxor ejus, ut cum R. implacitet coram justitiariis nostris de banco per breve nostrum prædictos W. & B. de debito centum solidorum quod idem R. à præfatis W. & B. exigit, ac iidem W. & B. pro eo quòd non venerunt coram præfatis justitiariis ad respondendum præfato R. de debito pdicto, per breve nostrum de judicio in exigendis positi fuissent in hustengo nr̃o Londoñ, videlicet prædictus W. ad utlagand', & eadem B. ad waiviand', & iidem W. & B. parati sunt ad respondend' præfato R. de debito prædicto: velimus exigendis illis, usq; ad diem quo dictum breve nostrum de judicio coram præfatis justitiariis est retornabile, p sufficientem manucaptionem superſederi jubere.. Nos pro eo quòd A. & D. de comitatu Midd' manuceperunt coram nobis in cancellaria nostra, habere præfatos W. & B. coram præfatis justitiariis nostris ad diem prædictum, ad respondendum eidem R. de debito prædicto, videlicet uterque eorundem A. & D. sub pœna centum solidorum quos concesserunt coram nobis in cancellaria nostra de terris & catallis suis ad opus nostrum levari, si prædictos W. & B. ad diem supradictum coram præfatis justitiariis nostris non habeant ad respondendum eidem R. de debito prædicto, volentes supplicationi prædictæ annuere gratiosè: vobis præcipimus quòd exigendis ac captioni corporum ipsorum W. & B. occasione prædicta interim supersedeatis per manucaptionem supradictam. Et habeatis ibi &c. T. &c.

Supersedeas pro muliere waivianda.

¶ Rex vicecomiti salutem. Supplicavit nobis C. quòd cùm A. implacitet coram nobis per breve nostrum pfatam C. & alios, de quadam transgressione eidem A. per præfatam C. & alios prædictos illata ut dicitur, & licet eadem C. parata sit præfato A. de transgressione prædicta si quæ fuerit respondere, & inde stare juri secundum legem & cõsuetudinem regni nostri Angliæ: ipsa tamen C. pro eo quod

tu

tu coram nobis retornaſti, quòd eadem C. non fuit inventa in balliva tua, juxta proceſſum inde coram nobis habitum per te in exigẽdis poſita extitit, ad waiviand' in cõm tuo: velimus ejus indemnitati in hac parte providere. Nos pro eo quòd A. & C. de comitatu tuo manuceperunt corã nobis in cancellaria noſtra, habere præfatam C. corã nobis ad diem quo breve noſtrum de exigẽdo ipſam C. eſt retornabile, ad reſpondend' præfato A. de transgreſſione prædicta, volentes eidem C. &c. in exigendis prædictis occaſione prædicta & nõ alia poſita exiſtat ut eſt dictum: tunc exigendis illis ulterius faciẽdis interim ſuperſedeas per manucaptionem ſupradictam. Et habeas &c. T. &c.

¶ Rex, vic' &c. ſalutẽ. Supplicavit &c. uſq; ibi, ꝓvidere. Nos volentes eidem C ut ſupra, providere: tibi præcipimus quòd ſi eadem C. ſe reddiderit priſonæ noſtræ de N. in comitatu prædicto, & poſtmodum invenerit tibi ſufficiẽtes manucaptores qui eam manucapiant, videlicet quilibet eorum corpus pro corpore habere coram nobis ad diem quo breve nrm de exigendo ipſam C. eſt retornabile, ad reſpondẽd' præfato A. de transgreſſione prædicta, eidem C. in exigendis &c. ut ſuprà. Aliter de eodẽ manucaptio.

¶ Supplicavit nobis dilectus nobis in Chriſto prior ſancti I. Hieruſalem in Anglia, & frater M. confrater ipſius prioris, quòd cũ quidam T. monachus, ipſum M. indebitè machinãs ꝑgravare, quoddam breve nrm de transgr verſus eum & quoſdam alios ſub nomine & cognomine M. de B. ac ſi idem M. confrater ipſius prioris nõ fuiſſet cum fuerit & adhuc exiſtat, coram juſtitiar nris de banco in 15. ſancti &c. proximè ꝑterita retornabile impetravit, & ꝓ eo quòd tu ad diem illũ retornaſti, quòd idem M. non fuit inventus in balliva tua, tibi præceptum exiſtit de capiendo ipſum M. ita quòd eũ habeas coram ꝑfatis juſtitiariis ad certum diem jam futur: velimus executioni dicti mandati nri de capiendo ipſum M. occaſione ꝑdicta interim facere ſuperſederi, præſertim cum idem prior & M. parati ſint inde in omnibus ſtare juri. Et quia A. B. &. C. de comitatu B. corã nobis in canc' nra perſonaliter conſtituti, manuceperunt habere præfatum M. coram præfatis juſtitiariis nris ad dictum diem quo breve nrm de capiendo ipſum M. eſt retornabile, ad reſpondend' inde tunc ibidem eidem T. & ad faciendum & recipiẽd' quod curia noſtra conſideraverit in hac parte: tibi præcipimus quòd executioni mandati noſtri prædicti de capiendo ipſum M. occaſione prædicta interim ſuperſedeas per manucaptionem ſupradictã. T. me ipſo apud Weſtmonaſterium 12. die Junii, anno regni noſtri ſeptimo. Aliter de eodẽ manucaptio.

¶ Rex, vic' &c. Mõſtravit nobis &c. quòd cùm R. nuper implacitaſſet corã nobis ꝑ breve nrm præfatum I. & quoſdã alios, de quadam transgreſſione eidem R. ꝑ præfatum I. & alios ꝑdict' illata ut dicebatur, de qua quidem transgr idem I. ꝑ quandam inquiſitionem in quã ſe poſuit convictus fuit, & decem libræ eidem R. ꝓ damnis in hac parte fuiſſent adjudicatæ, per quod tibi per breve nrm de judicio ꝑcepimus quòd ꝑfatum I. caperes, ita quòd corpus ejus coram nobis haberes tali die ubicunq; &c. ad ſatisfaciend' nobis de eo quod ad nos pertinet in ꝑmiſſis, & ꝓ eo quòd ꝑfatus R. elegit ſibi liberari omnia catalla ipſius I. & aliorum prædict' ac medietatem terræ ſuæ, tenend' juxta formam Superſedeas ꝑ manucaptionẽ, ut poſſit proſequi actionem.

 ſtatuti

ſtatuti inde æditi & proviſi quouſq; præfato R. de dictis decem libris fuerit ſatisfactum, tibi ꝑ aliud breve noſtrum de judicio ꝓceptū fuit quòd omnia catalla ipſius I. & aliorum ꝑdict' præter boves & affros carucę ſuæ, & etiam medietatem terræ illorū ꝑ extentā in forma debita faciend', præfato R. liberari faceres tenend' ſicut prædict' eſt, ac etiā arrainaverit ꝑ breve nr̄m retornabile corā nobis tali die ubicunq; &c. quandā juratā viginti & quatuor militū, ad cōvincēdos juratores inquiſitionis illius, nobiſq; ſupplicaverit ut pendente ſic jurata ꝑdicta corā nobis, captioni corporis ꝑdicti I. velimus facere ſuperſederi, ut eam proſequi poſſit ſecundum legem & conſuetudinē &c. nos eidem I. volentes in hac parte quatenus &c. ſubvenire, tibi ꝓcipimus quòd ſi tibi conſtiterit ꝑfatum R. omnia catalla & medietatē terræ prædicti I. & aliorū prædictorum ut præmittitur elegiſſe, & idem I. invenerit tibi ſufficientes manucaptores qui eum manucapiant habere coram nobis ad dictam quindenam ad ſatisfaciendum nobis de eo quod ad nos pertinet in hac parte ut debebit, tunc captioni corporis prædicti I. prę-miſſa occaſione interim ſuperſedeas per manucaptionem ſupradictā, ut juratam prædictam proſequi poſſit prout decet. T. &c.

Manucaptio ad proſequendum.

¶ Rex vic' &c. Mōſtravit nobis W. quòd cum B. nuper implacitaſſet in curia nr̄a coram juſtitiariis nr̄is nuper itinerantibus in comitatu ꝑdicto, præfatum W. & quoſdam alios de quadam tranſgreſſione eidē B. per præfatum W. &c. illata ut dicebatur, de qua quidem tranſgreſſione idem W. per inquiſitionem in quam ſe poſuit coram præfatis juſtitiariis convictus fuit, ꝑ quod ꝑdict' W. carcerali cuſtodiæ extitit mancipatus, in eadem moratur quouſq; nobis de eo quod ad nos pertinet in hac parte, & præfato B. de damnis ſibi adjudicatis fuerit ſatisfactū, ac jam ꝑfatus W. arrainavit ꝑ breve nr̄m retornabile coram nobis &c. ubicunq; &c. quandam juratam viginti quatuor militum, ad convincendos juratores inquiſitionis ꝑdict', & nobis ſupplicaverit ut pendēte jurata prædicta ſic corā nobis, ipſum W. à priſona qua ſic detinetur deliberari faciamus, ita quòd eam proſequi poſſit ſecundum legē &c. Nos volentes ꝑfato W. in ꝑmiſſis &c. ſubvenire, & ꝑ eo quòd idē W. invenit coram nobis in cancellaria noſtra certos manucaptores, videlicet A. &c. de comitatu tuo, qui manuceperunt videlicet quilibet eorum de ſatisfaciendo tā nobis de eo quod ad nos pertinet in hac parte, quàm ꝑfato B. de damnis ut prædicitur adjudicatis, ſi jurata prædicta cōtra ipſum trāſierit, ſeu idē W. eam non fuerit ꝓſecutus: tibi ꝓcipimus quòd ipſum W. à priſona prædicta, ſi ea occaſione & no alia detineatur in eadem, ſine dilatione &c. per manucaptionē ſupradictā, ita quòd juratam prædictam proſequi poſſit prout decet. Et habeas coram præfatis juſtitiariis ad diem prædictum hoc breve. T. &c.

Supſedeas quia ſatisfecit parti.

¶ Rex, vic' &c. ſalutem. Cùm I. nuper implacitaſſet coram nobis per breve noſtrum D. de quadam tranſgreſſione eidem I. ꝑ præfatum D. illata ut dicitur, ac idem D. pro eo quòd non venit coram nobis in curia noſtra præfato I. ſecundum legem &c. reſponſur̄, poſitus ſit in exigendis in com̄ prædicto ad utlagand', ac jam eidem I. per præfatum D. pro tranſgreſſione prædicta fuerit ſatisfactum, ſicut nobis plenius

conſtat

constat: tibi præcipimus quod executioni ꝑdicti mandati nr̃i de capiẽdo ipm D. in com̃ ꝑdict' occasione ꝑdicta supsedeas omnino. T. &c.

¶ Rex, H. & sociis suis justitiar̃ ad placita &c. salutem. Monstravit &c. vobis mãdamus, quòd si ꝑfatus R. omnia catalla & medietatẽ terrę dicti I. & aliorum ꝑdict' elegerit ut dictũ est, & idẽ I. se reddiderit prisonæ marescalciæ nr̃æ, & invenerit corã vobis sufficientem securitatẽ de satisfaciendo nobis de eo quod ad nos ꝑtinet in hac parte, si jurata ꝑdicta contra eum transierit, seu ꝑfatus I. eam non fuerit prosecutus: tunc ipsum I. à prisona ꝑdicta interim deliberari faciatis ꝑ securitatẽ supradictam, si id secundũ discretionem vestram videritis faciend' ut juratam prædictam prosequi possit prout decet. Et habeas &c. T. &c. Alter justitiarius ad placita.

¶ Rex vic' &c. salutẽ. Licèt nuper vobis ꝑceperimus, quòd si R. fecerit vos securos de clamore suo ꝑsequendo, tunc attachiaretis S. ita quod eũ haberetis coram nobis tali die ubicunq; tunc essẽmus in Anglia, ad respondendum ꝑfato R. de raptu A. uxoris ejus, & abductione cum bonis & catallis ejusdem R. quia tamen A. & B. in cancellaria nr̃a personaliter cõstituti, manuceperunt pro eodem S. videlicet uterq; eorum corpus ꝑ corpore, de habendo ipsum S. coram nobis ad diem ꝑdictum, ad respondend' eidem R. super præmissis, & ad faciend' & recipiend' quod curia nostra consideraverit in hac parte: vobis præcipimus quòd ipm S. virtute brevis nostri prædicti captum, & in prisona nostra de N. ut dicitur detentũ à dicta prisona nostra interim deliberetis juxta formam manucaptionis supradictæ. Et habeatis &c. Manucaptio de raptu uxoris.

¶ Rex, eisdẽ salutem. Cùm nos nuper ad prosecutionem W. per breve nr̃m vobis ꝑceperimus, quòd attachiaretis A. ita quòd eum haberetis corã nobis tali die ubicũq; &c. ostens. quare vi & armis M. uxorem ipsius W. rapuit &c. usq; ibi, hm̃di casu provisi, ac ex parte ipsius A. nobis sit supplicatũ, ut cùm ipse ꝑtextu brevis nr̃i ꝑdicti ꝑ vos captus, & in prisona nr̃a de N. detentus existat, ipseq; paratus sit corã nobis super raptu ꝑdict' respõdere, & inde stare juri secundum legem &c. velimus ipsum à prisona, qua occasione ꝑmissa detinetur, per sufficientem manucaptionem usq; ad diem &c. dimitti jubere: nos pro eo quòd I. &c. manuceperũt pro ipso A. videlicet quilibet eorum corpus ꝑ corpore, de habendo ipsum A. coram nobis ad diem &c. ad respondend' ꝑfato W. de raptu ꝑdicto, supplicationi ꝑdictæ annuentes, vobis præcipimus quod ꝑfatũ A. à prisona prædicta, si ea occasione & nõ alia detineatur in eadẽ, interim deliberetis ꝑ manucaptionem supradictam. T. &c. Alter de raptu.

¶ Rex, vicec' &c. salutẽ. Cum nos nuper ad prosecutionem M. nobis suggerentis W. ei de corpore suo graviter cõminatũ fuisse, vobis ꝑceperimus qd' eidẽ M. de prædicto W. firmã pacem nr̃am secund' consuetudinem Angl' habere faceretis, ita quòd securi essetis, quòd eidem M. de corpore suo ꝑ ꝑfatũ W. vel procurationẽ suam damnũ vel periculũ nõ eveniret, quia tamen I. &c. in cancellaria nr̃a personaliter constituti manuceperunt ꝑ eodem W. quòd damnũ nec periculum ꝑdicto M. per ꝑdict' W. vel procurationem suam nõ eveniet: vobis præcipimus quòd ipsum W. pro prædictis minis captũ, & in prisona nostra per vos detentum, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, Manucaptio de minis.

interim deliberari faciatis per manucaptionem supradictam. T. &c.

Aliter de minis de nova forma, supersedeas

¶ Rex,&c.salutem.Licèt nuper ad supplicationē M. nobis suggerentis,I.eidem M.de vita sua ac mutilatione membrorum suorū graviter cōminatum fuisse, tibi per breve nrm præceperimus quòd ipm I.coram te corporaliter venire faceres,& ipm ad sufficiētes manucaptores inveniend', qui ipm I. sub certa pœna sibi per te rationabiliter imponend',pro qua respōdere volueris,quòd ipse damnum vel malum aliquod eidem M.nō inferret seu inferri procuraret,compelleres,& quòd si hoc coram te facere recusaret,tūc ipsum I.caperes & in prisona nra de N. salvò custodiri faceres, donec securitatem inveniret in forma prædicta,quia tamen R.&c.coram nobis in cācellaria nostra personaliter comparentes, manuceperunt pro prædicto I. quòd ipse damnum vel malum aliquod eidē M. de corpore suo nō inferret nec inferri ꝓcurabit,videlicet quilibet eorum sub pœna viginti librarum quas cōcesserunt de terris & catallis suis ad opus nrm levari,si idem I. damnū aliquod eidemM.de corpore suo intulerit aut inferri procuraverit:tibi præcipimus quòd executioni brevis nostri prædicti tibi in hac parte directi supersedeas per manucaptionem supradictam.T. &c.

Supersedeas de minis quando quis timet ipsū capi vel arrestari per custodes pacis.

¶ Rex, di. & fi. suis justitiariis suis ad pacem nram in comitatu Berk. conservand' assignatis salutē.Supplicavit nobis W.ut cum ipse metuat ipsum ad prosecutionē T. per vos capi & arrestari, ac graviter imprisonari,quousq; securitatē invenerit quòd idem W. damnum vel malū aliquod eidem T.de corpore suo non faciet nec fieri procurabit : velimus captioni & arrestationi ꝑdict' per sufficientem manucaptionē supersederi jubere.Nos pro eo quòd R.S.P. & E. de comitatu Wiltes. in cancel' nra personaliter constituti, manuceperunt pro ipso W. quòd ipse damnū vel malū aliquod eidem T.de corpore suo non faciet nec fieri ꝓcurabit, videlicet quilibet eorū sub pœna centū librarū, quas cōcesserunt de terris & catallis suis ad opus nrm levari,in casu quo dānū vel malum aliqđ eidem T. de corpore suo ꝑ præfatū W. vel procurationē suā eveniat, supplicationi ꝑdict' añuentes: vobis mādamus quòd captioni & arrestationi corporis ꝑdicti W. ea occasione faciend' supersedeatis omnino per manucaptionem supradictam. T. &c.

De minis pro uxore versus virum suum.

¶ Rex,vic' salutem.Supplicavit nobis R.uxor I. B. ut cum ipsa de vita sua &c.per ꝑfatum B. graviter & manifestè cominata existat, velimus pro securitate ipsius R.in hac parte providere, nos supplicationi ꝑdictæ annuētes,tibi ꝑcipimus firmiter injungentes, quòd ipm B. corā te corporaliter venire facias,& ipm &c.quòd ipse ꝑfatam R. bene & honeste tractabit & gubernabit, & quòd ipse damnū vel malum aliquod eidem R.de corpore suo aliter quàm ad virū suū ex causa regiminis & castigationis uxoris suæ licitè & rationabiliter pertinet,non faciet nec fieri procurabit quovis modo, compellas. Et si hoc coram te &c.

De attorn̄ vicecomitis pro proffro faciendo admittendo.

¶ Rex, thesaurario & baronibus suis de scaccario salutem. Quia di. nobis B.de B.vic' noster S. circa quædā ardua negocia nra de quibus ipm specialiter oneravimus intantum est intēdens quòd coram vobis ad scaccarium nrm ad instans crastinum s.Michaelis,vel ad instantes octavas Paschæ proximè futuras ad profrum suum tunc ibidem

prout

prout moris est faciend' personaliter interesse non potest: vobis mandamus quòd R.& I. clericum, quos idem vicecomes ad prosrum suum p̄dict' coram vobis ad dictum crastinum faciend', coram nobis in cancellaria nr̄a loco suo attornavit, vel alterum ipsorum si ambo interesse nō possunt, loco ipsius vicecomitis ad hoc recipiatis hac vice de gratia nr̄a speciali: ipsum vicecomitē propter absentiā suā ad diē illū vel ad octavas prædictas non molestantes in aliquo seu gravantes. T. &c.

¶ Consimile breve fit pro I.de W. escaetore in comitatu Oxoñ, Berk, Wiltes. & Suth', mutatis mutandis. Aliter.

¶ Rex, eisdē salutem. Quia dilectus nobis W. de H. vicecomes noster Wiltes. circa quædam &c. est intendens, quòd coram vobis ad scaccarium nr̄m ad instans crastini s. Michaelis proximè futuri, ad cōputum suum de exitibus comitatus prædicti reddend' venire nō potest: dedimus ei respectum de computo suo p̄d.cto reddendo, usq; ad octavas sancti Hillarij proximè futur̄. Et ideo vobis mandamus quòd ipsum vicecomitem respectum illum interim habere permittatis. T. &c. De respectu cōputi vicecomitis habendo.

REx, collectoribus custumarum suarum in portu Londoñ salutē. Supplicavit nobis A.de Flandria mercator, ut cum ipse sexaginta & quatuordecim saccos & octo petras lanæ de I. mercatore Londoñ, & sex saccos & dimidium & septem petras lanæ de W. mercatore, de lanis de crescentia Wal̄ emisset, & eas usq; ad stapulā nostram Westm̄ duci & cariari fecisset, à portu Londoñ ad partes exteras, ad cōmodum suum inde faciendum traducend', & licet dictæ lanæ apud stapulam de Kemerdyñ in Wal̄ ponderatę & cokettatæ, & custuma inde debita bene & fideliter persoluta fuissent, prout p̄ literas de coketto inde factas plenè liquet, vos tamen custumam & subsidium à præfato A. pro lanis prædictis, ac si priùs custumatæ & cokettatæ nō fuissent, exigitis, in ipsius A. damnum nō modicum & gravamen: velimus ei super hoc de remedio providere. Et quia in ordinationibus de stapulis lanarum infra regnum nr̄m Angliæ tenendis nuper factis, inter cætera contineatur, quòd bene liceat hominibus de Hiberñ & Wal̄, qui lanas, pelles lanutas, & coria sua in eisdem portubus, mercatoribus extraneis deliberare non poterunt, cum eisdem mercandisis suis, postquam in dictis partibus Hiberñ sive Wal̄ custumatæ & cokettatæ fuerint, ad aliquam stapularum nostrarum in Angliæ venire possint, & quòd ipsi cū ad aliquam dictarum stapularum venerint, & literas testimoniales de coketto tulerint, quòd dictæ mercandisę in eisdem partibus Hiberñ & Wal̄ custumatæ & cokettatæ fuerint, quòd nec ipsi nec mercatores qui mercandisas illas ab eis ement, custumas seu subsidia iteratò inde solvent: nos nolentes ipsum A. contra formam ordinationum prædictarum indebitè prægravari, vobis mandamus quòd visis dictis literis de coketto, si vobis cōstiterit dictas lanas apud dictam stapulam de Kermerdyñ ponderatas & cokettatas, & custumā inde debitam ibidem bene & fideliter solutam extitisse ut est dictum, tunc ipsum A. dictas lanas in dicto portu Londoñ carcare, & lanas illas absq; impedimento aliquo ducere permittatis.

De lanis de crescentia Walliæ traducendis absq; custuma iteratò solvenda, quia semel soluta erat.

mittatis. Proviso semper quod lanæ aliquæ de crescentia Angliæ, ad partes exteras inter dictas lanas de Walf colore præsentium nullatenus traducantur. T. &c.

De bilanciis deferendis.

¶ Rex, collectoribus custumarum suarũ in portu villæ magnæ Jernemuth' salutem. Supplicavit nobis T. mercator London̄, ut cùm ipse quasdam lanas in partibus N.S.E.C. & H. ad opus suum emere intendat: velimus ei concedere quòd ipse dictas lanas usque portum de Gippewico quæ est infra limites & districtus ballivæ vestræ ducere & cariare, & eas ibidem in navibus carcare, & lanas illas solutis custumis & subsidiis inde debitis, ad partes exteras ad cõmodum suum inde faciendum ducere possit. Nos supplicationi prædictæ annuentes: vobis mandamus quòd bilancias & pondera pro lana in dicto portu magnæ Jernemuth' ponderanda ordinata, usq; dictum portum de Gippewico deferri, & lanas ipsius Thomæ de tempore in tempus cùm ibidem venerit ponderari & cokettari, & ipsum Thomam per se & servientes suos lanas illas sic ponderatas & cokettatas, receptis ab eis custumis & subsidiis inde debitis, in navibus ibidem carcare; & quò voluerit ducere permittatis. Et hoc nullatenus omittatis. T. &c.

Aliter.

¶ Supplicavit nobis I. ut cùm ipse quasdam lanas in diversis partibus regni nr̄i emisset: velimus &c. vobis mandamus &c. usq; dictum portum de Gippewico ad custus ipsius Joh. duci & cariari, & lanas &c. in navibus pro obsequio nostro non arrestatis nec ordinatis &c.

De mensuris & ponderibus, ne quis bis puniatur pro uno delicto.

REx, dilectis & fidelibus suis Michaeli de P. & sociis justitiariis nostris ad pacem nostram, necnon ad ordinationes & statuta de operariis & servientibus, ac de mensuris & ponderibus in comitatu Essex conservanda assignatis, salutem. Ex parte civium civitatis nostræ Cicestr̄ nobis est ostensum, quòd cùm ipsi per cartas progenitorum nostrorum quondam regum Angliẹ, teneant civitatem prædictam ad feodi firmam, cùm libertatibus, liberis consuetudinibus, & omnibus aliis commoditatibus & proficuis quibuscunque, ad civitatem prædictam tam in terra quàm in aqua quoquo modo spectãt bus, ipsique & omnes prædecessores sui cives civitatis prædictæ, à tempore cujus contrarii memoria non existit, vel sic, à tempore confectionis cartarum prædictarum, emendas assisæ panis & cervisiæ in eadem civitate fractæ, necnon assaiam mensurarum & ponderum & omnia alia quẹ ad coronam pertinent in eadẽ civitate, excepto placito de felonia moto per appellationem, in auxilium firmæ suæ prædictæ habere consueverint, & licèt iidẽ cives, pistores, braciatores, vinetarios, regratatores, forstallatores, & omnes alios transgressores infra civitatem p̄dictã, pro assisa hujusmodi panis & cervisiæ fracta, & pro abusu mensurarum & ponderum, & aliis transgressionibus factis ibidem, feloniis duntaxat exceptis, per amerciamenta & alio modo per majorẽ & ballivos ejusdem civitatis, ad quos cognitio hujusmodi transgressionum infra eandem civitatem pertinet, punire, & amerciamenta illa ad opus suum in auxilium firmæ suæ prædictæ levari fecerint: vos tamen eosdem pistores, braciatores, vinetarios, regratatores, forstallatores, &

alios

alios trāſgreſſores dictę civitatis, ꝑ hm̄di aſſiſa panis & cerviſiæ fracta,& abuſu menſurarum, & ponderum, ac aliis tranſgreſſionibus infra eandem civitatem factis, ac ſi prius ea de cauſa puniti non fuiſſent,per amerciamenta gravia alias punire intenditis: quod ſi fieret, in ipſorum civium præjudicium, ac piſtorum, braciatorum &c. depreſſionem,necnon ſolutionis firmæ nr̄æ p̄dictæ retardationē cederet manifeſtè.Et quia non eſt juri conſonū,qđ quis ꝑ uno & eodē delicto bis puniatur,& in magno conſilio noſtro apud Weſtm̄ anno regni noſtri Angliæ xxvij tento extitit concordatū, quòd in inquiſitionibus & punitionibus pro hm̄di tranſgreſſionibus faciend', libertates dominoꝝ & alioꝝ ſemper ſalventur: nos nolentes præfatis civibus in hac parte injuriari,vobis mandamus qđ ſi vobis legitimè conſtare poterit, ipſos cives emendas aſſiſæ panis & cerviſiæ, necnon aſſaiam menſurarum & ponderꝝ ac omnia alia quæ ad coronā nr̄am pertinent in eadem civitate,excepto placito de felonia moto per appellationem,in auxilium firmæ ſuæ p̄dictæ habuiſſe, & de jure habere debere ut eſt dictū, tunc punitionibus hm̄di piſtoꝝ, brac' &c. & aliorū malefactoꝝ p̄dictoꝝ pro delictis ſuis, pro quibus ꝑ prædictos majorem & ballivos priùs puniti fuerūt,corā vobis iteratò faciend' ſuperſedeatis omnino,ipſos nō moleſtātes in aliquo.Proviſo qđ omnia &c.falſa menſuræ & pondera cōburantur & adnullētur, & qđ iidē piſtores &c. ꝑ delictis, pro quibus priùs puniti nō fuerunt, coram vobis puniantur prout decet. T.&c.

☞ Vel omittatur clauſula, Proviſo, &c.

¶ Rex dilecto & fideli ſuo W.de H. & ſociis ſuis juſtitiariis noſtris ad pacem,necnon ad ordinationes & ſtatuta de operariis & ſervie̅tibus, ac de menſuris & ponderibus in partibus Holand' in comitatu Lincolū conſervanđ ſalutem.Ex parte dilecti nobis in Chriſto prioris hoſpitalis ſancti Johannis Hieruſalem in Anglia nobis eſt oſtenſum quòd cum ipſe habeat,& habere debeat,ipſeq; & prædeceſſores ſui à tēpore quo non extat memoria habere conſueverint, emendas aſſiſæ panis & cerviſiæ fractæ, necnō aſſaiā menſuraꝝ & ponderum de omnib' tenētibus ſuis reſidentibus infra villas de B.& S.& licèt idem prior, piſtores,& braciatores & alios tranſgreſſores tenentes ſuos infra eaſdē villas reſidentes, ꝑ hm̄di aſſiſa panis & cerviſiæ fracta, ac abuſu menſurarum & ponderum, per amerciamenta & alios modos legitimos per miniſtros ſuos puniri, & amerciamenta illa ad opus ſuum levari fecerit: vos tamen eoſdem piſtores & braciatores ac alios tranſgreſſores p̄dictos, ꝑ fractione hujuſmodi aſſiſæ panis & cerviſiæ, ac abuſu mēſuraꝝ & pōderum,ac ſi priùs ea de cauſa puniti non fuiſſent, per amerciamenta graviora punire intenditis:quod ſi fieret, in ipſius prioris p̄judicium, & hominum & tenentium & reſidentium p̄dictoꝝ oppreſſiones cederet manifeſtè &c.ut in alio brevi mutatis mutādis uſq; ibi, necnon aſſaiam menſurarum & ponderum, & tunc ſic, de hominibus & tenentibus ſuis ibidē,ac reſidentib',in dicta villa habere & habuiſſe ut eſt dictum:tunc punitionibus hm̄di piſtoꝝ & braciatoꝝ & alioꝝ hominū tenentium ac reſidentiū p̄dictoꝝ pro hm̄di aſſiſa fracta & abuſu menſu-

Aliter de eodē pro tenentibus hoſpitalis ſancti Iohañ Hieruſalem in Anglia.

mensurar̄ & ponderū de quibus coram ministris dicti prioris in leta sua de Hadley puniti fuerunt, coram vobis iteratò faciend' supersedeatis omnino, ipsos pistores & braciatores, ac homines tenentes & residentes prædictos ex hac causa non molestantes in aliquo seu gravantes. Proviso ut in præcedenti brevi mutatis mutandis &c.

Protectio de minis.


REx omnibus ballivis & fidelib' suis ad quos &c. salutem. Supplicavit nobis A. ut cùm ipse diversa negocia sua in diversis curiis nr̄is & alibi infra regnum nostrum Angliæ prosequatur, ac idem A. occasione prosecutionis hm̄di, timeat tam sibi quā hominib' & servientibus suis in personis & rebus suis, per quosdam emulos suos & eorum ꝓcurationem, damnum, vel sic, damnum de corpore suo & jacturam de bonis suis de facili &c. & periculum de facili posse evenire: velimus securitati suæ in hac parte prospicere gratiosè. Nos pacem & trāquillitatē ubiq; in regno nostro consoveri volentes: suscepimus ipsum A. negocia sua prædicta in dictis curiis nostris & alibi infra regnum nostrum Angl̄ prosequendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, necnon homines & servientes suos, ac res & bona sua quæcunq; in ꝓtectionem & defensionem nostras speciales. Et ideo vobis mandamus quod ipsum A. dicta negocia sua in curiis nr̄is & alibi infra regnum nr̄m prædictum ut præmittitur prosequendo, ibidem morando seu exinde ad propria redeundo, necnon homines & servientes suos ac res & bona sua quæcunq; manuteneatis, protegatis, & defendatis: non inferentes eis, seu quantum in vobis est ab aliis inferri permittentes, injuriam, molestiam, damnum, violentiam, impedimentum aliquod seu gravamen. Et si quid eis forisfactum seu injuriatū fuerit: id eis sine dilatione faciatis emendari, dum tamen idem A. quicquā, quod in nostri seu populi nostri præjudicium, aut ordinationis per dominū E. nuper regem Angliæ avum nr̄m & consiliū suum nuper inde factæ enervationē cedere poterit, nō ꝓsequatur aut attentet, vel attentare seu prosequi p̄sumat ullo modo. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes per unum annum duraturas. T. &c.

Aliter.

¶ Rex universis & singulis admirallis, castellanis, præpositis, vicecom̄, majoribus, ballivis, ministris, & aliis fidelibus suis ad quos &c. salutem. Sciatis quòd cùm A. prosequatur diversa negocia in curiis nôstris & alibi infra regnum nostrum, ipséq; metuat sibi de corpore & rebus suis occasione prosecutionis suæ p̄dictæ per quosdam emulos suos vel per eorum procurationem damnū & periculum de facili posse evenire: nos volentes securitati ipsius A. in hac parte providere, suscepimus ipsum A. &c. ut supra.

Aliter protectio concessa p petitionē regi exhibitam.

¶ Rex omnibus ballivis &c. salutem. Ex parte dilecti nobis W. nobis est per petitionem suam nobis exhibitam graviter cōquerendo monstratū, qd' cū diversæ transgressiones & injuriæ sibi per A. & ministros & serviētes suos diversimodè inferantur, ipséq; W. metuat sibi occasione ꝓsecutionis suæ erga nos ꝓ remedio transgressionū & injuriarū prædictarum obtinendo, majora damna tam in corpore quàm in bonis

nis suis posse evenire: per quod nobis humiliter supplicavit ut ei tam de remedio super transgressionib' & injuriis prædictis, quam de securitate, ne sibi in persona aut bonis suis possit pendente prosecutione ꝑdicta, damnum vel gravamen per prædictum A. aut ministros vel servientes suos fieri, providere curaremus. Et quia volumus super contentis in petitione prædicta plenius avisari & interim ipsum W. à dãnis & gravaminibus præservari: suscepimus ipsum W. ac homines & bona quæcunq; in protectionem & defensionem nostras speciales. Et ideo vobis mandamus ut in forma communi &c.

¶ Rex archiepiscopis, episcopis, abbatib', prioribus, archidiaconis & eorum officialib', ac aliis personis ecclesiasticis, necnon omnib' ballivis & fidelibus suis tam infra libertates quã extra, ad quos &c. salutẽ. Sciatis quòd cùm magister & fratres hospitalis beatæ Mariæ de N. nõ habeant unde vivant, nisi sibi à Christi fidelibus charitativè subveniatur, ipsiq; & attornati & procuratores sui ad diversas partes regni nostri Angliæ pro eleemosynis pro sustentatione sua colligend' se divertant: nos volentes securitati & quieti ipsorum magistri & fratrũ ac attornatorũ & procuratorum suorum ꝑdictorum providere suscepimus ipsos & eorũ attornatos & procuratores, de quorũ mandato sigillis hospitalis prædicti ac loci ordinarii consignato, vobis legitimè constabit, in protectionem & defensionem nostras speciales. Et ideo vos ꝑlatos & alios personas ecclesiasticas rogamus, quatenus, cùm iidem magistri & fratres seu quivis attornatus vel procurator eorum ad loca vestra pro eleemosynis colligendis accesserint, de cujus mandato ut ꝑdicitur vobis constabit, ipsos benignè in ecclesiis vestris recipere & eleemosynas quærere permittatis. Vobisq; ballivis & fidelibus nostris ꝑcipimus & mandamus, quòd eisdem magistro & fratribus ac eorũ attornatis vel procuratorib' veris ut prædicitur & non aliis, transeundo per partes dicti regni nostri, eleemosynas colligendo & ad hospitale prædictum redeundo, in personis seu rebus suis quibuscunq;, non inferatis nec quantum in vobis est aliis inferri permittatis injuriã, molestiam, damnum, impedimentum aliquod seu gravamen. Et si quid eis forisfactum fuerit: id eis sine dilatione faciatis emendari. Proviso qđ si alii firmarii hmdi eleemosynã colligẽtes mandatum expressum ut præmittitur nõ habentes, nomine ipsorum magistri & fratrum veniant ad hmdi eleemosynam colligendam: nullo modo admittantur. In cujus rei &c. per biennium duraturꝰ. T. &c.

Protectio pro hospitali ad eleemosynas colligendas.

¶ Rex eisdem salutem. Sciatis quòd suscepimus in protectionem & defensionem nostras, dilectos nobis magistrum & fratres hospitalis de G. ac eorum attornatos, necnon homines, terras, res, reditus, & omnes possessiones hospitalis prædicti. Ideo vos prælatos ac alias personas ecclesiasticas rogamus, quatenus cũ iidẽ magistri vel fratres seu quivis attornatorũ suorũ ac loca vestra pro eleemosynis colligendis accesserint: ipsos benignè &c. usq; ibi, mãdamus, qđ ꝑdictos magistrũ & fr̃es ac eorũ attorñ, necnõ homines, terras, reditus, & oẽs possessiones suas manuteneatis, protegatis, & defendatis: non inferentes ei seu quãtũ

Aliter.

in

in vobis est ab aliis inferri permittentes, injuriam, molestiam, damnũ, violentiam, impedimentum aliquod seu gravamen. Et si quid eis forisfactum &c. faciatis emendari. In cujus rei testimonium &c. per unum annum duratur. T. &c.

Protectio pro clero.

Statutũ de prælatis, religiosis &c. editum A. 14. E.

¶ Rex omnibus ballivis &c. salutem. Sciatis quòd nos considerantes subsidia quã plurima, quæ prælati, religiosi & alij de clero regni nostri Angliæ nobis in necessitatibus nostris ante hæc tempora fecerunt, ac gratitudinem magnam quam in eisdem prælatis, religiosis, & aliis de clero prædicto semper in opportunitatibus nostris pronam & promptã invenimus, ac volentes proinde dilectum nobis G. de R. personam ecclesiæ de K. favore prosequi gratiosè: suscepimus ipsum G. homines, terras, res, reditus, & omnes possessiones suas, ac bona & res sua quæcunq; in protectionem & defensionẽ nostras speciales. Et ideo vobis mandamus, qd ipsum G. homines, terras, res, reditus, & omnes possessiones suas, ac bona & res sua quæcunq;, manuteneatis, protegatis & defendatis: non inferentes eis vel quantum in vobis est ab aliis inferri permittentes, injuriam, molestiam, damnum aut gravamen. Et si quid eis forisfactum fuerit: id eis sine dilatione faciatis emendari. Nolumus enim qd de bladis, fœnis, equis, carectis, cariagiis, bobus, vaccis, porcis, ovibus aut aliis bonis seu catallis prædicti G. ecclesiast', ubicũq; sub custodia sua aut ballivoꝝ seu hominum suoꝝ inventa fuerint, cõtra voluntatẽ suam seu hominũ aut servientium suoꝝ ad opus nr̃m aut alioꝝ quorumcunq;, per ballivos seu ministros nr̃os aut alterius cujuscunq; quicquã capiatur. In cujus rei &c. per unum annum duratur. T. &c.

Protectio pro mercatoribus Lumbardiæ.

¶ Rex omnibus ballivis & fidelibus suis ad quos &c. salutem. Sciatis quòd cùm dilecti nobis N. P. R. & socii sui mercatores de societate Bardorũ, teneantur nobis in quadam magna pecuniæ summa, nobis ad certum terminum futurum, vel certis terminis solvenda, ac jam intellexerimus quòd quãplurimi creditores, quibus prædicti mercatores in diversis debitis obligantur, versùs eosdem mercatores pro solutione debitoꝝ illoꝝ habenda, infra terminum prædict' vel &c. per processum in curiis nostris prosequi proponunt, qui quidem mercatores, si ad debita illa solvenda compellerentur, ad satisfaciendum nobis de debitis nostris ad terminum prædictum vel &c. cũ ad tanta debita nobis & aliis solvenda infra tã breve tẽpus forsitan non sufficerent, de facili impedirentur, quod si fieret, in nr̃i damnum cederet manifestè, & quia volumus solutionem debitoꝝ nostroꝝ cæteris omnibus, put ratione prærogativæ nr̃æ totis tẽporib' retroactis usitatæ fieri debet, anteferri, ac indemnitati nostræ prospicere in hac parte, suscepimus ipsos mercatores & eorum bona ac res quæcunq; in protectionem & defensionem nostrã specialem: nolentes quòd iidem mercatores occasione aliquorum debitorum seu computorum, quæ nobis non debentur, per processum in curiis nr̃is faciend', dictis debitis nr̃is nobis non solutis, capiantur, distringantur, aut arrestentur. Sed in casu quòd debita aliqua versus ipsos mercatores per judicia in curiis nr̃is recuperata fuerint: volumus quòd executiones judicioꝝ eorundem cessent, &

ponantur

ponantur in ſuſpenſo quouſq; nobis de debitis, quæ nobis per ipſos mercatores ſic debentur, ſatisfactum fuerit, vel aliud inde duxerimus demandandum. Et ideo vobis mandamus quòd ipſos mercatores aut eorum aliquem in corporibus aut in bonis ſuis contra tenorem p̄ſentium non moleſtetis in aliquo ſeu gravetis. In cujus rei &c. per unum annum vel biennium duraturas. T.&c.

¶ Rex univerſis & ſingulis vic', eſcaetoribus, majoribus, ballivis, miniſtris, ac ſubditis fidelibus & ligeis noſtris quibuſcunq; tā cōmunib' villæ de Suthwerke, quā aliis infra libertates vel extra, præſentes literas noſtras viſur̄ vel audituris ſalutē. Sciatis quòd ſuſcepimus in protectionem & defenſionem noſtras ſpeciales, Th' Wheche, ac homines & ſervientes ſuos, maneria, terras, & tenementa, bona & poſſeſſiones ſua in Londoñ, Southwerk, Hacheſham, & Aſpe, in comitatu Surr̄, ac in S.C.& D. in comitatu Kanc' exiſtentia, necnon literas, ſcripta, & minumenta ſua quæcunq;. Et ideo vobis mandamus quòd ipſum T. ac homines, ſervientes, maneria, terras, tenementa, bona, poſſeſſiones, literas, ſcripta, & minumenta pred cta, manuteneatis, protegatis, & defendatis: non inferentes eis aut eorum alicui inferri permittentes, injuriam, moleſtiam, damnum, violentiā, vaſtum, deſtructionem, ſeu domorum vel aliorum bonorum aut catallorum incendium, ſeu aliud impedimentum aliquod vel gravamen. Et hæc in fide, dilectione, & ligeancia, quibus nobis tenemini, & ſub gravi forisfactura nr̄a nullatenus omittatis, nec aliquis veſtrū omittat. In cujus rei teſtimonium &c. per unum annum duratur̄. T.&c. Per ipſum regem.

Protectio in nova forma.

Non conceditur niſi fuerit tēpore inſurrectionis vel cauſa veriſimili.

¶ Rex archiepiſcopis &c. ut in quarta protectione. Sciatis quòd cùm R. nuper per infortunium incendii domorū ac rerum bonorū ſuorum quorumcunq; oppreſſus, necnon ſenio, aliiſq; infirmitatib' multimodis undiq; ſit confractus, non habēs unde vivat, niſi ſibi à Chriſti fidelibus & Deo devotis charitativè ſubveniatur, idemq, R. ad diverſas partes regni noſtri Angliæ pro eleemoſinis pro reparatione domor̄ ſuar̄ prædictarum & ſuſtentatione ſua, tam in eccleſiis cathedralibus & parochialibus, quàm capellis & aliis locis. &c.

Protectio ad eleemoſynas colligendas pro aliquo deſtructo p incendium.

¶ Rex univerſis & ſinguli; vicecomitibus, majoribus, ballivis, miniſtris & aliis fidelibus ſuis, tam infra libertates quā extra, ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Supplicavit nobis H. ut cum ipſe metuat ſibi ac hominibus & ſervientib' ſuis damnū de corporibus ſuis, ac jacturam de bonis & rebus ſuis, per quoſdam emulos ſuos & eorum procurationem poſſe de facili evenire: velimus ſecuritati ſuæ in hac parte proſpicere gratioſè. Nos ut idem H. ac homines & ſervientes ſui p̄dicti, ad quaſcunq; partes regni nr̄i Angliæ ſecuriùs ſe divertere, & negocia ſua quietiùs ibidem proſequi valeant, quò noſtra fuerint protectione muniti, ſupplicationi prædictæ an̄uentes, ſuſcepimus ipsū H. ac homines & ſerviētes ſuos p̄dictos, ad quaſcūq; partes regni nr̄i Angl' ſe divertendo, negocia ſua p̄dicta ꝓſequendo, ibidē morādo & exinde ad ꝓpria redeundo, necnō terras, res, reditus, & omnes poſſeſſiones ſuas, ac bona ſua quæcunq; in protect' & defenſionem nr̄as

Protectio de minis de nova forma.

ſpeciales,

ſpeciales. Et ideo vobis mandamus, quòd ipſum H. ac homines & ſervietes ſuos, ad quaſcunq; partes regni noſtri Angliæ ut prædictum eſt ſe divertendo, negocia ſua prædicta proſequendo, ibidem morando & exinde ad propria redeundo, ac terras, res, reditus, & omnes poſſeſſiones ſuas ac bona ſua quæcunq; manuteneatis, protegatis, & defendatis: non inferentes eis ſeu quantum in vobis eſt ab aliis inferri permittentes, injuriam, moleſtiam, damnum, violentiam, impedimentum aliquod ſeu gravamen. Et ſi quid eis in perſonis aut bonis vel rebus ſuis forisfactum fuerit vel injuriatum, id eſt ſine dilatione debitè corrigi & reformari faciatis: dum tamen idem H. aut homines ſeu ſervientes ſui prædicti quicquam quod in noſtri ſeu coronæ uoſtræ præjudicium aut ordinationis per dominum E. nuper regem Angliæ avũ noſtrum inde factæ enervationem cedere valeat, non attentent ſeu attentari fac' quovis modo. In cujus &c. per unum annum vel biennium duraturas. T. &c.

Aliter. ¶ Rex univerſis & ſingulis vic', conſtabulariis, majoribus, ſeneſcallis, præpoſitis, miniſtris, ballivis, & aliis fidelibus ſuis, tam infra libertates quàm extra ad quos &c. ſalutem. Supplicarunt nobis dilecti nobis ballivi, burgenſes, ac communitas villæ de Tamworth', ut cùm ipſi ex quibuſdam cauſis probabilibus & veriſimilibus conjecturis, metuant ſibi & ſervientibus ſuis de corporibus ſuis damnum & periculum, ac jacturam de bonis & rebus ſuis, per maliciam & procuratione quorundam emulorum ſuorum de facili poſſe evenire, niſi eis per nos ſubveniatur: velimus ſecuritati & quieti ſuæ in hac parte gratioſè proſpicere. Nos qui ſingulos ligeos nr̃os ſub pacis vinculo conſervare ex debito aſtringimur, ſupplicationi prædictæ annuentes: ſuſcepimus ipſos ballivos, burgenſes, & cõmunitatem, ac res & bona ſua quæcunque, necnon ſervientes ſuos, in protectione & defenſionem noſtras ſpeciales. Et ideo vobis mandamus, qd' prædictos ballivos & burgenſes ac communitatem, ac rès & bona ſua quæcunq;, nec non ſervientes ſuos prædictos, manuteneatis, protegatis, & defendatis, non inferentes &c. Et ſi quid &c. In cujus rei teſtimonium &c. T. &c.

Protectio pro hoſpitali ſancti Iohañ Hieruſalem in Anglia. ¶ Rex archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, officialibus, decanis, & eorum commiſſariis, ac aliis perſonis eccleſiaſticis quibuſcunq;, necnon omnibus ballivis ſuis ad quos p̃ſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis qd' cùm dilecti nobis in Chriſto Prior & fratres hoſpitalis ſancti Johannis Hierl̃m in Anglia, qd' quidem hoſpitale in tuitionem & defenſionem univerſalis ſacroſanctæ eccleſiæ contra Chriſti & chriſtianor̃ inimicos inſtitutum eſt pariter & fundatum, diverſos procuratores, attornatos, collectores, ſive nuncios, ad diverſas partes regni noſtri Angliæ, pro collectis & confrariis fideliũ eidem hoſpitali in auxilium defenſionis hujuſmodi charitativè collatis & conferendis, ad uſum dicti hoſpitalis quærendis & colligendis dirigant atq; mittant: nos ſecuritati eorundem prioris & fratrum, necnon procuratorum, attornatorum, collectorum, ac nunciorum ſuorum p̃dictorum providere volentes in hac parte, ſuſcepimus ipſos priorẽ & fratres

fratres,necnon procuratores, attornatos, collectores, ac nuncios suos hujusmodi, & eorundē ꝑcuratorū, attornatorū, collectorū, & nunciorum substitutos,in ꝓtectionem & defensionē nr̃as speciales. Et ideo vos p̄latos & alias personas ecclesiasticas requirimus & rogamus, quatenus cū iidem ꝑcuratores,attornati,collectores,sive nuncii, aut eorū in hac parte substituti, ad ecclesias, capellas seu alia loca vestra tēpore consueto ex causa præmissa accesserint, ipsos in ecclesiis,capellis, & aliis locis vr̃is p̄dictis more solito benignè recipientes, hujusmodi collectas & confrarias eidē hospitali pia ut p̄mittitur intētione,ab aliquo collatas seu de novo conferendas colligere, & absq; impedimēto seu diminutione aliqua ꝑcipere & habere liberè ꝑmittatis. Vobísq; ballivis & fidelibus nr̃is p̄cipimus & mandamus , quod ipsos priorē & fratres,ac eorum ꝑcuratores,attornatos,collectores,sive nūcios p̄dictos, necnon eorundē ꝑcuratorū, attornatorum, collectorū, & nunciorum substitutos,manuteneatis, ꝓtegatis, & defendatis: non inferentes eis, vel quantum in vobis est,ab aliis quovismodo inferri ꝑmittentes,injuriam,molestiam,damnum,violentiam, impedimentū aliquod seu gravamen.Et si quid eis forisfactum aut injuriatum fuerit: id eis sine dilatione corrigi fac' & debitè reformari.In cujus &c. T.&c.

¶ Rex,universis & singulis vicecomitibus, majoribus, ballivis,cōstabulariis,ministris,ac aliis fidelibus & subditis suis tam infra libertates quàm extra ad quos &c.salutē.Sciatis quòd suscepimus in protectionē & defensionem nr̃as speciales,I.B.homines, terras,res,reditus, & omnes possessiones suas,necnon bona & catalla sua quæcūq;. Et ideo vobis mandamus qd' ipsum I.homines,terras, res, reditus & omnes possessiones suas,necnon bona & catalla sua præd', manuteneatis, protegatis,& defendatis: non inferentes eis seu quantum in vobis est ab aliis inferri permittentes,injuriam, molestiam, damnum, violentiam, impedimentum aliquod seu gravamen. Et si quid eis forisfactum vel injuriatum fuerit: id eis sine dilatione debitè corrigi & reformari faciatis.In cujus &c. ꝑ unum annum duratur̃.T.me ipso &c. *De protectione absque clausula Nolumus sive Volumus.*

¶ Rex,omnibus ballivis & fidelibus suis ad quos &c. salutem. Sciatis quòd cùm I.de M. ꝓsequatur diversa placita & negocia sua , in diversis curiis nr̃is & alibi infra regnum nr̃m Angliæ idémq; I. metuat tam sibi quàm hominibus & servientibus suis , ꝑ quosdam emulos suos & eorum procurationem , damnum de corporibus suis , ac jacturam de bonis , rebus , & catallis suis occasione ꝓsecutionis hujusmodi de facili posse evenire:nos securitati dicti Johannis in hac parte prospicere volentes gratiosè, suscepimus ipsum I. placita & negocia sua prædicta in curiis nostris prædictis & alibi infra regnum nostrum prædictum ut præmittitur ꝓsequendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, necnon homines, servientes, terras, res, reditus , & omnes possessiones suas , ac bona & catalla sua quæcunq; , in protectionem & defensionem nr̃as speciales. Et ideo vobis mandamus, quòd ipsum I. placita & negocia sua prædicta in dictis curiis nr̃is & alibi infra regnum nostrum prædictum prosequendo, ibidem morando & exinde *De protectione de minis.*

ad propria redeundo ut prædictum est, necnon homines, servientes, terras, res, reditus, & omnes possessiones suas, ac bona & catalla sua pdicta manuteneatis, ptegatis, & defendatis: non inferentes eis vel inferri permittentes &c. ut suprà usq; ibi, dilatione, & tunc sic, corrigi fac' & debitè reformari: dum tamē idem I. quicquam, quod in enervationem ordinationis per dñm E. nuper regem Angliæ progenitorem nrm factæ cedere valeat, non attentet vel attentare præsumat quovis modo. In cujus &c. p triennium duratur T. &c.

Aliter. ¶ Rex, universis & singulis vicecomitibus &c. ut suprà salutem. Supplicavit nobis A. de B. ut cùm ipse diversa placita & negocia sua in diversis curiis nris & alibi infra regnum nostrum Angliæ prosequatur, ac idē A. occasione psecutionis suæ hujusmodi, metuat tam sibi quā hominibus & servientibus suis, in personis suis damnum & periculum, ac de bonis & rebus suis jacturam & dispendium per quosdā emulos suos & eorum pcurationem de facili posse evenire: velimus securitati suæ in hac parte pspicere gratiosè. Nos pacem & tranquillitatem ubiq; in regno nostro confoveri volentes: suscepimus ipsum A. dicta placita & negocia sua in dictis curiis nostris & alibi infra idem regnū nostrum prosequendo, ibidem morando & exinde ad propria redeundo, necnon homines & servientes ac res & bona sua quæcunq; in ptectionem & defensionem nostras speciales. Et ideo vobis mandamus &c. ut suprà, mutatis mutandis. T. &c.

Certiorari. Ex, dilecto & fideli suo R. salutē. Quia quibusdā certis de causis certiorari volumus, super recordo & pcessu utlagariæ in I. in com L. pmulgatæ, & corā vobis & sociis vris justitiariis nris, ad diversas felonias in com pd' audienda & terminand' assigñ retornatæ: vobis mandamus quòd tenorē recordi & pcessus pdictorum, vel sic, tenorē rec' & proc' utlagariæ pdictæ cum omnibus ea tangentibus nobis in cancellar nra sub sigill vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc bre T. &c.

¶ Quia super psentatione facta corā vobis & sociis vestris justitiariis nris ultimò itinerantibus in com Linc' de morte A. unde B. captus & detentus in prisona nra de N. rettatus est, & etiam super inquisitione inde coram vobis ibidem facta, quibusdam certis de causis volumus certiorari: vobis mandamus quòd irrotulationem præsentationis & inquisitionis prædictarum nobis sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breve T. &c.

Leyc' ss. ¶ Rex vult certis de causis certiorari, super tenore recordi & pcessus utlagariæ in S. in com pdicto pmulgatæ, & coram ipso rege existentis ut dicitur & si idem S. se reddiderit in prisonæ marescalciæ ipsius regis corā ipso occasione pdicta necne. Et si sic: tunc ob quā causam & qualiter, & quo modo. Ideo tenor recordi & pcessus pdictorū, ac etiam certificatio redditionis prædictæ, sub sigillo I. C. capitalis justitiarii ipsius regis distinctè & apertè sine dilatione mittantur in cancellar ipsius regis cum hac billa. T. rege apud W. anno xx.

Leyc'

Leyc' ss. ¶ Rex,vult certis de causis certiorari super tenore rec' & ꝓc' cujusdam inquisitionis factæ corā rege de morte N. unde I. captus & detentus in gaola regis Cantuar̄ indictatus est ut dicitur. Vel sic, unde B.nuper captus & detentus in prisona marescalciæ ipsius regis coram eo rettatus extitit.Ideo tenor recordi & ꝓcessus inquisitionis p̄dictæ cum omnibus ea tangentibus &c. ut suprà.

¶ Leyc' ss. ¶ Rex vult certis de causis certiorari super tenore recordi & ꝓcessus cujusdā inquisitionis, vel sic, utlagariæ in R. in com̄ p̄dicto ꝓmulgatæ,coram I.& sociis suis justitiariis nr̄is ad quandā trāsgressionem A. comitissæ Leyc' ꝑ præfatum R. & alios in br̄i nr̄o originali contentos illatā audiend' & terminand' assignatis,retornatæ, quæ quidem rec' & ꝓcessus coram ipso rege ꝑ breve suū missa existunt ut dicitur.Et si idē R.se reddiderit prisonæ marescalciæ ipsius regis coram eo occasione p̄dicta necne. Ideo tenor recordi & processus utlagariꝭ prædictæ,ac etiā certificatio redditionis p̄dictæ sub sigillo &c.

¶ Rex,vic' Lincoln̄ & coronatoribus ejusdē comitatus salutē. Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus, super redordo & processu utlagariæ in A.in comitatu p̄dicto ut dicitur promulgatæ: vobis præcipimus quòd recordum & ꝓcessus utlagariæ prædictæ, nobis sub sigillis vestris distinctè & apertè sine dilatione mittatis &c.

¶ Rex, coronatoribus suis in com̄ Linc' salutē. Quia &c. usq; ibi,processu cujusdam appelli, quod W, nuper ꝓbator defunctus fecit versus S.de quadā roberia quā iidē W. & C. in com̄ &c. adinvicem fecisse dicebantur: vobis præcipimus quòd recordū & processum ejusdē appelli cum omnibus ea tangentibus nobis sub sigillis vestris &c.

¶ Rex,majori & vicecomitibus London̄ salutē. Quia quædā negocia per appellum,indictamenta,& attachiamenta, coram vobis in civitate p̄dicta London̄ nuper intrata nondum terminātur, & quædā inquisitiones in eadem civitate factæ fuerunt retornatæ, quorum quidē negociorū inquisitiones, recorda & processus penes vos resident ut dicitur, & quæ omnia per dilectos & fideles nostros B. &c. justitiarios nostros ad diversas transgressiones in civitate prædicta factas audiēd' & terminand' assign̄, expediri volumus & finaliter terminari: vobis mandamus quòd prædicta recordū & proc' cum omnibus ea tangentibus præfatis justitiariis sub sigillo.&c.

¶ Rex, dilecto & fideli suo W.&c.salutē. Quia quibusdam certis de causis &c. cujusdā inquisitionis captæ corā vobis & sociis vestris justitiariis nostris itinerantibus in comitatu W. pro morte I. unde A. captus & in prisona nostra &c. rettatus est ut dicitur: vobis mandamus quòd recordū & processum ejusdem inquisitionis cum omnibus ea.&c.ut in primo brevi.

¶ Rex,di.& fi.suo R.salutem.Quia volumus quòd justitiarii nostri itinerantes in comitatu Midd', super recordo & processu cujusdam inquisitionis captꝭ coram vobis & sociis vestris justitiariis nostris ad gaolā nostram de N.deliberand' assignatis, de I. capto & detento in gaola nostra prædicta pro morte R. unde rettatus est &c. quibusdam

certis de causis certioremur: vobis mandamus &c.usq; ibi, tāgentibus, sub sigillo vr̄o p̄fatis justitiariis itinerantibus sine dilatione mittatis & hoc breve. T. &c.

¶ Volentes quibusdā certis de causis super recordo & ꝓcessu cujusdā p̄sentationis corā vobis &c.justitiariis nr̄is ultimò itinerātibus in com̄ A.facto, de fuga quam W. clericus fecit ut dicitur pleniùs certiorari: vobis mādamus qd' recordū & ꝓcessum p̄sentationis p̄dictæ, nobis in cancellariā nostram sub sigillo vr̄o distinctè &c. ut in primo brevi.

¶ Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus, super recordo & ꝓcessu cujusdam inquisitionis factæ coram vobis & sociis vestris justitiariis nostris ad gaolam nr̄am de N.assignatis deliberand' ꝓ morte B.unde I.captus & detentus in gaola nr̄a prædicta rettatus est ut dicitur : vobis mandamus quòd recordum & processum inquisitionis prædictæ cum omnibus ea tangentibus &c.

¶ Quia quibusdā certis de causis certiorari volumus, super recordo & processu cujusdā inquisitionis captæ corā dilectis & fidelibus nostris W.&c. justitiariis nr̄is ad gaolam nostram de N. assignatis pro morte E.unde C.pro morte prædicta rettatus fuit ut dicitur, quæ quidem recordum & processum corā vobis certis de causis venire fecimus quæ penes vos resident ut dicitur : vobis mandamus quòd recordū & ꝓc' prædicta cum omnibus ea &c.nobis sub sigill' &c.

¶ Rex, vic' Linc' & coronatoribus ejusdē com̄ salutem. Quia super recordo & processu utlagariæ, ac etiam super modo & causa ejusdem si qua in I. occasione cujusdam transgressionis sibi impositę ꝓmulgata fuerit in com̄ prædicto, quibusdam certis de causis certiorari volumus : vobis præcipimus quòd scrutatis rotulis vestris, recordum & proc' utlagariæ prædictæ distinctè & apertè nobis &c.

¶ Rex, vic' L.& coronatoribus com̄ p̄dicti salutē. Quia super modo & causa mortis A.apud N. interfecti ut dicitur, quibusdā certis de causis certiorari volumus: vobis p̄cipimus, quòd ꝑ sacramentū ꝓborum & leg' hominum de com̄ præd', ꝑ quos &c.diligenter inquiras, utrū idem A.seipsum interfecit furore ductus vel per infortunium, vel alius ipsum interfecit, & tunc quis, & qualiter, & quo modo, & ex qua causa, & de quo terrā suā tenuit, & ꝑ qd' servitiū. Et inquisitionē inde distinctè & apertè factā sub sig' vr̄o & sig' corū ꝑ quos facta fuerit sine dilac' &c.

¶ Rex, di.& fi.suo R. salutē. Cùm nuper in cur' nr̄a corā vobis & soc' vr̄is justitiariis nr̄is ad gaolā nr̄am Warr' deliberand' assign̄ de morte I. unde S.indictatus fuit ꝑ inquisitionē patriæ, in quā de banco & malo se posuit secundum legē & cōsuetudinē &c. acquietatus fuisset, jamq; idē S.de morte præd' coram custodibus pacis nr̄æ in com̄ Warr' impetitus existat ut accepimus: nos volētes ex causa præd' super recordo & ꝓcessu inquisitionis prædictæ certiorari, vobis mandamus qd' si præfatus S.de morte prædicta corā vobis & sociis vestris prædictis acquietatus fuisset ut est dictū, tunc recordum & proc' prædicta &c.

¶ Rex, di.& fi.suo R.capitali justitiario suo salutē. Cùm F. de quadam transgressione E.vi & armis facta, corā nobis cōvictus, & ꝓ eo qd' nō venir

venit coram nobis ad satisfaciendũ nobis de redemptione sua quæ ad nos ꝑtinet in hac parte,& præfato E.de damnis sibi in hac parte adjudicatis,in exigendis positus fuisset ad utlagandũ, & ea occasione postmodũ utlagatus: quæ quidẽ utlagaria corã nobis jam est retornata ut accepimus, ac idẽ F. nobis supplicaverit ut cùm ipse p̄fato E. de damnis suis prædictis jam satisfecerit, velimus ei utlagariã prædictam gratiosè ꝑdonare:nos ea de causa volentes certiorari super recordo & ꝓcessu utlagariæ prædictæ, & si idem F. præfato E. de damnis prædictis satisfecerit ut est dictum necne, vobis mandamus quòd nos super præmissis sub sigillo vestro distinctè & apertè &c. reddatis certiores &c.

¶ Rex, dilecto & fideli suo &c.salutẽ. Cùm G. nuper de morte W. indictatus, & inde corã dilectis & fidelibus nr̃is I. & B. tunc justitiariis dñi E. nuper regis Angliç avi nr̃i ad gaolã de F. deliberandam assign̄, ꝑ quandam inquisitionẽ patriæ in quam se posuit acquietatus fuisset idemq; G. metuens se coram justitiariis nr̃is itineratur̄ in com̄ Linc' de morte illa occasionari, sicut ex querela ipsius G.accepimus: nos ea de causa suꝑ recordo & ꝓcessu inquisitionis p̄dictæ volẽtes certiorari, vobis mandamus quòd si p̄dictus G. de morte p̄dicta sit acquietatus ut p̄dictum est,tunc recordum & processum inquisitionis p̄dictæ cum omnibus ea tangentibus &c. nobis in cancellaria nostra &c.

¶ Cùm T.nuꝑ implacitasset corã vobis & sociis vr̃is justitiariis nr̃is ad diversas felonias & transgressiones in com̄ L.factas audiend' & terminand' assignatis, W. sine brevi nr̃o, de quadã transgressione eidem T. ꝑ præfatum W. illata ut dicebatur, & licèt idẽ W. per inquisitionem patriæ in quam se posuit de transgressione p̄dicta convictus fuisset, & centũ solidi eidẽ T.ꝓ damnis suis in hac parte extitissent adjudicati: idẽ tn̄ T. executionẽ judicij p̄dicti quoad damna p̄dicta nondum est assecutus,sicut ex parte ipsius T.nobis datur intelligi. Nos judicium p̄d' debitæ executioni demandari, & super recordo & ꝓcessu loquelæ p̄dictæ volentes certiorari: vobis mandamus quòd si judiciũ inde redditũ sit,tũc recordũ &c.loquelæ p̄dictæ cũ omnibus ea tãgẽtibus &c.

¶ Ex parte R.nobis ostensum, quòd cùm ipse corã vobis &c. ut in ultimo usq; ibi, assignatis, implacitasset I. de quadam trãsgressione eidẽ R.ꝑ præfatum I. illata ut dicitur, ideq; I.de transgressione p̄dicta cõvictus,& prisonæ nr̃æ de F.adjudicatus fuisset in eadẽ detinend', quousq; nobis de eo qd' ad nos pertinet, & p̄fato R. de damnis suis in hac parte sibi adjudicatis satisfecerit,& idẽ I.jam diem clauserit extremũ, per qd' executio judicij p̄d' quoad damna levand' retardatur, ad grave damnũ ipsius R.sicut ex querela sua accepimus:nos ex causa prædicta volentes suꝑ recordo & ꝓcessu loquelæ p̄dictæ certiorari, & ulteriùs fieri qd' est justũ vobis mandamus quòd si judicium inde redditũ sit, tunc rec'& ꝓc' loquelæ præd' cum omnibus ea tangentibus nobis sub sigillo vr̃o distinctè & apertè mittatis & hoc breve, ita quòd ea habeamus tali die ubicunq; tunc fuerimus in Anglia: ut inspectis recordis & ꝓcessibus p̄dictis, ulteriùs inde fieri fac' quod de jure & secundum

legem & consuetudinem regni nr̃i Angliæ fuerit faciendum. T. &c.

¶ Rex, di. & fi. suo I. salutẽ. Quia ut accepimus R. de morte I. indictatus est, & inde coram vobis & sociis vestris justitiariis nr̃is ad gaolam nr̃am de A. deliberand' assigñ, allocutus fuisset, & ꝑ inquisitionem patriæ in quam se posuit de bono & malo compertum extitisset, qd' idẽ R. interfecit præfatum I. se defendendo, ita quòd mortẽ ꝓpriam aliter evadere non potuit, & non ꝑ feloniã aut maliciam præcogitatã ꝓpter qd' idẽ R. remissus est gaolæ nr̃æ p̃dictæ, aut gratiã nr̃am super hoc expectand': nos ea de causa super rec' & ꝓcessu inquisitionis prædictæ volentes certiorari, vobis mandamus quòd recordum & ꝓcessum inquisitionis prædictæ cũ omnibus ea tangentibus nobis in cancellariam nostram sub sigillo vestro distinctè & apertè &c.

¶ Rex, di. & fi. suo N. & sociis suis justitiariis nr̃is ad diversas felonias, transgressiones, oppressiones, & extortiones, damna, gravamina, & excessus populo regni nostri facta audiend' & terminand' assignatis in com̃ L. salutem. Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus, super recordo & processu cujusdam inquisitionis coram vobis factæ apud L. sine brevi nostro inter W. & S. de quadam transgressione eidem W. per præfatum S. illata ut dicitur: vobis mandamus quòd si judicium inde redditum sit, tunc rec' & proc' inquisitionis præd' cum omnibus ea tangentibus nobis in cancellaria nr̃a sub sigillo vestro &c.

¶ Rex, di. & fi. suo I. capitali justitiario suo salutẽ. Monstravit nobis I. quòd cũ ipse nuꝑ implacitasset W. ꝑ breve nr̃m coram nobis, de quadã tr̃s eidẽ I. ꝑ p̃fatum W. illata ut dicitur, & licèt idẽ W. ꝑ inquisitionem patriæ in quam se posuit, de transgressione p̃dicta convictus fuisset, & quatuor marcæ eidem W. ꝓ damnis suis in hac parte adjudicatæ fuissent, & ꝓ p̃dictis quatuor marcis elegerit sibi liberari omnia catalla & medietatem terrarum ipsius W. tenend' juxta formam statuti ꝑ extentam & appreciationem ꝑ vic' nr̃m Lincolñ inde faciẽdas, quę quidem extenta & appreciatio coram vobis retornatæ sunt ut dicitur, ac p̃dictus I. ꝓ eo quòd prædictus W. præfatum I. de eodem tenemento disseisivit, quandam assisam novæ disseisinæ corã R. & sociis &c. ad assisas in com̃ prædicto capiendas assignatis, versus eundem W. de tenementis prædictis jam arrainavit ut accepimus, ꝑ quod expediens est & necesse qd' iidem justitiarii super tenore recordi & ꝓcessus prædictorum certiorentur: vobis mandamus &c. dictum negocium tangentibus, nobis in cancellaria nostra sub sigillo &c.

De certificatione q̃ est coram rege mittẽda in cancellariam, utrũ damna adjudicata sint satisfacta necne.

Lincolñ ss. ¶ Rex, vult certis de causis certiorari, si I. de damnis sibi adjudicatis in loquela quæ fuit sine brevi suo coram W. &c. nuper justitiariis, ad inquirendum de diversis feloniis & transgressionibus in com̃ L. factis assignatis, inter I. & E. de quadam transgressione eidem I. per præfatum E. illata, cujus quidem loquelæ rec' & ꝓc' corã ipso rege existunt ut dicitur, satisfactum sit necne. Ideo certificatio inde mittatur in cancellar̃ regis, sub sigillo G. capitalis &c.

¶ Rex, dilecto & fideli suo &c. Cùm A. arrainavit corã vobis quandã juratam viginti & quatuor militum, ad convincendũ juratores cujusdam

dam inquisitionis factæ corã vobis & dilectis & fidelibus nr̃is &c. ad diversas felonias & transgressiones in com̃ Linc' factas audiend' & terminand' assignatis, apud C. ꝑ breve nr̃m inter W.& prædictum A. de quadã trñs eidẽ W.ꝑ p̃fatũ A.illata ut dicitur, ac expediens sit & necesse quòd nos super record' & proc' inquisitionis prædictæ certioremur:vobis mãdamus quòd si judiciũ inde redditũ sit,tũc &c. ut suprà.

¶ Rex di.& fi.suo A.salutẽ.Cùm nos nuper ad ꝓsecutionẽ A.accipientes,quòd in recordo & ꝓcessu, ac etiam in redditione judicii loquelæ quæ fuit corã vobis &c. justitiariis nr̃is ad quandã transgressionem C. ꝑ p̃fatũ A.& quosdã alios malefactores ut dicebatur illata audiend' & terminand' assigñ,ꝑ breve nr̃m inter p̃dictos C. & A. de trñs prædicta error intervenit manifestus,in ipsius A.damnum non modicũ & gravamen sicut ex querela sua accepimus, vobis pluries præceperimus ac mandaverimus,quòd si judicium inde redditum esset, tunc recordũ & ꝓcessum loquelæ p̃d' cum omnibus ea tãgentibus mitteretis, & breve quod vobis inde venerit,vel causam nobis &c.ac vos spretis &c.

¶ Rex,senescallo & marescallis hospitii sui salutẽ.Cùm A.de B. arrainaverit corã vobis ꝑ br̃e nr̃m quandã juratã viginti & quatuor militũ, ad convincendos juratores ꝑ quos quędã inquisitio nuper capta fuit corã vobis apud villã de sancto Albano sine brevi nr̃o, inter I.de T.& prædictũ A.de quadam transgressione eidẽ I. ꝑ p̃fatum A. infra virgã nr̃am illata ut dicitur,ac expediens sit & necesse quòd nos super recordo & ꝓcessu inquisitionis p̃dictæ certioremur : vobis mãdamus qd' si judicium inde redditum sit, tunc recordum & processum inquisitionis prædictæ cum omnibus ea tangẽtibus nobis in cancellaria nostra sub sigillo vestro,vos præfate senescalle, distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breve T. anno quarto regis Richardi secundi.

¶ Rex,thesaur̃ & baronibus suis de scaccario salutem.Volentes certiorari in quibus & quot debitis I.nobis tenetur ad scaccariũ, tam de debitis suis ꝓpriis quàm de debitis antecessorum suorum, & ex qua causa & quæ inde sunt clara : vobis mandamus quòd scrutatis rotulis & memorandis scaccarij p̃dicti p̃missa tangentibus, nos de eo, quod inde inveneritis, sub sigillo ejusdẽ scaccarii distinctè & apertè sine dilatione reddatis certiores, remittentes nobis hoc breve. T.&c. *De certiorando de debito regis*

¶ Rex,di. & fi. suo W.salutẽ Cùm I. F.de morte I. R. unde indictatus fuit corã vobis & sociis vr̃is justitiariis nr̃is ad gaolã nr̃am castri Wyntoñ deliberand' assignatis allocutus, ꝑ inquisitionẽ patriæ in quã inde se posuit, secundũ legẽ & consuetudinẽ regni nr̃i acquietatus fuisset, ꝓut per recordum & processum inquisitionis prædictæ pleniùs poterit apparere, ac ex parte ipsius I. nobis sit supplicatum, ut cùm ipse de morte p̃d' iterũ jam de novo corã nobis sit occasionatus, velimus pro indemnitate sua in hac parte agere gratiosè : nos supplicationi p̃dictæ annuentes, volentesq; ea de causa super recordo & processu inquisitionis prædictę certiorari,vobis mandamus quòd si idem I. coram vobis de morte prædicta in forma p̃d' acquietatus fuerit, tunc record' & proc' inquisitionis p̃d' cum omnibus ea tãgentibus nobis in cancellar̃ *De recordo & processu inquisitionis patriæ in quam quis indictatus se posuerit, & ꝑ quam acquietatus fuerit corã justitiariis ad gaolã deliberãdã mittendis in cancellariam.*

nostram sub sigillo vr̄o sine dilatione mittatis & hoc breve T.

Custodibus pacis ac justitiariis ad diversa felonias trn̄s & malefacta audiéda & terminanda, de tenore utlagariæ mittendo in cancellaria.

¶ Rex, dilecto & fideli suo P. de C. salutem. Volentes certis de causis certiorari, super tenoribus recordorū & ꝓcessuū utlagariū in Johānē Ward, R. D. & I. G. in com̄ Somers. ꝓmulgatarum, & coram vobis & sociis vestris custodibus pacis nr̄æ, ac justitiariis nr̄is ad diversa felonias, transgressiones, & malefacta in com̄ prædicto audienda & terminanda assignatis retornatarum ut dicitur, ac si iidem Johannes Rogerus, & Johannes se reddiderint prisonæ nr̄æ in com̄ prædicto coram vobis occasionibus prædictis necne: vobis mandamus quòd tenores recordorum & processuum prędictorum ac certificationem redditionum illarum nobis in cancellariam nostram sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breve. T. &c.

De præsentatione mittenda coram rege.

¶ Rex, senescallo & marescallo hospitii sui salutem. Quia quandā p̄sentationem coram vobis apud Suthwerk nuper factam, de quibusdā transgressionibus unde A. de B. quocunq; nomine censeatur coram vobis indictatus est ut dicitur, coram nobis & non alibi volumus terminari: vobis mandamus quòd pręsentationem illam cum omnibus eam tangentibus, nobis sub sigillo vestro, vos præfate senescalle, distinctè & apertè mittatis & hoc breve, ita quòd ea habeamus tali die ubicunq; fuerimus in Anglia, ut his inspectis ulteriùs inde fieri faciamus quod de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri fuerit faciendum. T. &c.

Certiorari ubi aliquis interfecit alium se defendendo.

¶ Rex, dilecto & fideli suo A. salutem Cùm ut accepimus R. de C. de morte W. nuper indictatus, inde coram vobis & sociis vestris justitiariis nr̄is ad gaolam Linc' deliberand' assign̄ extitisset allocutus, & per inquisitionem patriæ in quam inde se posuit ibidem compertum fuisset, quòd p̄dictus R. interfecit prædictū W. se defendendo & nō per feloniam aut maliciam excogitatam, per qd' idē R. remissus est gaolæ prædictæ ad gratiam super hoc expectandam: nos ea de causa super recordo & processu inquisitionis prædictæ volentes certiorari, vobis mandamus quòd si ita est, tunc recordum & processum inquisitionis p̄dictæ cū omnibus ea tangentibus nobis in cancellariam nr̄am sub sigillo vr̄o distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breve. T.

¶ Rex, majori & vicecomitibus civitatis Eborum salutem. Volentes certis de causis certiorari super tenore recordi & ꝓcessus assisæ friscæ forciæ, quam I. nuper arrainavit coram C. nuper majore & T. & K. nuper vicecomitibus civitatis prædictæ sine brevi nostro, secundum consuetudinem ejusdem civitatis, versus H. de quadraginta solidatis reditus cum pertin̄ in Eborū: vobis præcipimus quòd tenorem recordi & ꝓcessus assisæ prædictæ nobis in cancellariam nostram &c. ut suprà mutatis mutandis. T. ut supra.

¶ Rex, venerabili in Christo patri I. eadem gratia episcopo Oxon̄ salutem. Volentes certis de causis certiorari, quæ & quot personæ ad ecclesiam de K. vestræ dioc' ab anno regni domini E. tertii nuper regis Angliæ progenitoris nostri tricesimo admissæ fuerunt, ac institutæ & inductæ in eadem, & ad quorum vel cujus præsentationem, quo titulo

titulo, qualiter, & quo modo: vobis mandamus quòd ſcrutatis regiſtris veſtris & prædeceſſorum veſtrorum à tempore ꝑdicto, de eo, quod inde inveneritis, nos in cancellaria noſtra ſub ſigillo veſtro diſtinctè & apertè ſine dilatione reddatis certiores, hoc breve nobis remittentes. T. &c.

Eborū ſſ. ¶ Rex, vult certis de cauſis certiorari, ſuper tenore recordi & ꝓceſſus loquelæ coram dño H. nuper rege Anglię ann̄ dñi regis nunc in cancellaria ipſius nuper regis ꝑ breve ſuum nuper habitorum inter R. & I. de certis terris & tenementis cum pertin̄ in P. quæ quidem loquela poſtmodum coram ipſo nuper rege certis de cauſis miſſa fuit diſcutiend'. Ideo tenor recordi & proceſſus loquelæ ꝑdictæ cum omnibus ea tangentibus in cancellaria ipſius nunc regis, ſub ſigillo Wilhelmi Cheyne capitalis juſtitiarii ſui diſtinctè & apertè ſinè dilatione mittatur cum hac billa T. ipſo rege apud Weſtmonaſterium xj. die Aprilis anno regni ſui decimoſeptimo.

¶ Rex, dilecto ſibi Roberto Darcy cuſtodi breviū ſuorum de communi banco ſalutē. Cùm nos nuper certis de cauſis certiorari volentes ſuper tenore recordi & ꝓceſſus loquelæ, quæ fuit coram dilectis & fidelibus nr̄is W. & ſociis ſuis juſtitiariis nr̄is de banco, ꝑ breve noſtrū inter I. & A. de quadā tranſgreſſione eidem I. per præfatum A. illata ut dicitur, per breve nr̄m mandaverimus præfato W. quòd tenorem recordi & ꝓceſſus ꝑdictorum, ac warrantorum attornatorū in loquela prædicta recordatorū, unà cum nominibus eorundē attornatorū nobis in cancellariā nr̄am ſub ſigillo ſuo diſtinctè & apertè ſine dilatione mitteret, unà cū dicto brevi noſtro qd' ſibi inde venit, jamq; volentes certis de cauſis ſuper tenoribus breviū originaliū & judicialiū necnon aliorum præmiſſa tangentiū certiorari: vobis mandamus quòd tenores brevium & aliorū prædictorum in cuſtodia veſtra exiſtentiū ut dicitur, nobis in cancellariam noſtram ſub ſigillo veſtro diſtinctè & apertè ſine dilatione mittatis & hoc breve T. &c.

¶ Rex, theſaurario & camerariis ſuis ſalutē. Volentes certis de cauſis certiorari ſuper recordo & ꝓceſſu loquelæ, quæ fuit coram I. & ſociis ſuis nuper juſtitiariis dñi E. filii regis H. quondam regis Angliæ progenitoris noſtri itinerantibus in com̄ Herff. in craſtino animarū, anno regni ſui ſexto, per breve ipſius progenitoris noſtri, de Quo warranto, inter ipſum progenitorem noſtrum & tunc abbatem Weſtm̄, ſuper clameo quarundam libertatum eidem abbati per prædeceſſores ipſius progenitoris noſtri conceſſarum: vobis mandamus quòd ſcrutatis rotulis ipſius progenitoris noſtri de itinere ꝑdicto, qui in theſauraria noſtra ſub cuſtodia veſtra exiſtunt ut dicitur, recordum & proceſſum loquelæ prædictæ cum omnibus ea tangentibus nobis in cancellariam noſtram ſub ſigillo ſcaccarii noſtri diſtincte & aperte ſine dilatione mittatis & hoc breve. T. &c.

Certiorari de quo warranto.

¶ Rex, di. & fi. ſuis I. B. C. & D. juſtitiariis noſtris ad wallias, foſſata, gutteras, ſeweras, pontes, calceta, & gurgites per coſteram maris & mariſci in partib' de Merſhlond, inter aquas de Oweſe, Doon̄, Ayer, & Went,

Certiorari ſup præſentationibus corā juſtitiariis ſewerarū

Went, & comitatu Linc' in com̄ Eborum supervidend' assignatis, & eorum cuilibet salutē. Volentes certis de causis certiorari super omnibus & singulis p̄sentationibus corā vobis, versus Johannem abbatem monasterij sancti G. de S. quocunq; nomine censeatur factis sive præsentatis ut dicitur: vobis mandamus quòd tenores presentationum p̄dictarum, nobis in cancellariam nr̄am à die sancti Michaelis proximè futuro in unum mensem, ubicunq; tunc fuerit, sub sigillis vestris vel unius vestrum distinctè & apertè mittatis & hoc breve. T. &c.

De baron̄ regni recordari.

¶ Rex justitiariis suis de banco salutē. Mandamus vobis, quòd si Georgius L. miles, coram vobis ad sectam alicujus p actionem p̄sonalem implacitatus existat: talem p̄cessum & nō alium versus ipsum in actione p̄dicta fieri faciatis, qualem versus dn̄os magnates comites sive barones regni nr̄i Angliæ, qui ad parliamenta nr̄a de summonitione nr̄a venire debent, aut eorum aliquem secundum legem & consuetudinem regni nr̄i Angliæ fuerit faciend': quia prædictū Georgiū unū baronum regni nostri prædicti ad parliamenta nostra, de summonitione regia venientium recordamur. Et hoc vobis mandamus & aliis quorum interest innotescimus. T. &c.

Certiorari de recordo utlagariæ mittendo.

¶ Rex, dilecto & fideli suo Johanni Prysot salutem. Volētes certis de causis certiorari super tenore recordi & p̄cessus utlagariæ in A. in com̄ Midd', vel in hustengo nostro London̄ p̄mulgatæ, & coram vobis & sociis vestris justitiariis nr̄is de banco retornatæ ut dicitur, & si idem A. se reddiderit prisonæ nostræ de Flete coram vobis in banco p̄dicto occasione prædicta necne: vobis mandamus qd' tenorem recordi & p̄cessus utlagariæ prædictæ, necnon certificationem redditionis illius nobis in cancellariam nostram sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breve. T. &c.

De recordo mittendo per justitiarios ad gaolam deliberand' &c. quia se defendēdo.

¶ Rex, dilecto & fideli suo I. de P. salutem. Cùm ut accepimus R. de morte T. indictatus, inde coram vobis & sociis vestris justitiariis nostris ad gaolam nostram Bed' deliberand' assignatis extitisset allocutus, & per inquisitionem in quam inde se posuit ibidem compertum fuerit, quòd dictus R. interfecit præfatum T. se defendendo, & non per feloniam aut per maliciam excogitatam, per quod idem R. remittitur gaolæ prædictæ ad gratiam nostram super hoc expectandam: nos ea de causa super recordo & processu inquisitionis prædictæ volentes certiorari, vobis mandamus quòd si ita est, tunc recordum & processum ejusdem inquisitionis cum omnibus ea tangentibus nobis in cancellaria nr̄a sub sigillo vestro distinctè & apertè mittatis & hoc breve. T. &c.

Carta perdonationis se defendendo.

REx, omnibus ballivis & fidelibus suis ad quos &c. salutē. Quia accepimus p recordum & p̄cessum dilectorum & fidelium nostrorū I. & sociorum suorum, justitiariorum nostrorum ad gaolam nostram W. deliberand' assign̄, quòd W. captus in gaola prædicta pro morte R. unde rettatus est, interfecit ipsum R se defendendo, ita quòd mortē p̄priam aliter evadere non potuit, & non per feloniam aut maliciā excogitatā: nos pietate moti, p̄donavimus eidem W. sectā pacis nr̄æ

quæ

quæ ad nos pertinet pro morte prædicta,&c. firmam pacem nostram ei inde concedimus,ita tamen quòd stet recto in curia nostra si quis inde versus eum loqui voluerit.In cujus rei &c. T. &c.

* In casu prædicto non debet habere breve de pace proclamanda. Nota.

¶ Rex,omnibus ballivis & fidelibus suis ad quos &c.salutem. Sciatis quòd cùm I.pro eo quòd non venit corā dilectis & fidelibus nostris R. de M & I.de F. justitiariis nostris ad assisas in com̄ Norff.capiendas assignatis,ad satisfaciend' nobis de redemptione sua, pro quadam disseisina R.T.& S.de tenementis in N. p ipsum I. & L. vi & armis facta u de convicti sunt, in exigendis positus fuisset in com̄ prædicto ad utlagand',&c.ea occasione postmodum utlagatus,prout p tenorem recordi & processus utlagariæ prædictæ, quem coram nobis in cancellaria nostra venire fecimus,nobis cōstat,jamq; idem I.prisonæ nostræ castri nostri Norwici coram pfatis justitiariis se reddiderit occasione pdicta,& pfatis R. T.& S. de damnis suis sibi in hac parte adjudicatis satisfecerit, sicut prædictus R. de M. nobis in dicta cancellaria nostra sub sigillo suo de mandato nostro certificavit: nos pietate moti,perdonavimus eidem I. utlagariam prædictam, & firmam pacem nostram ei concedimus, ita tamen quòd satisfaciat nobis de redemptione sua supradicta.In cujus &c.T. &c. Carta perdonationis utlagariæ.

¶ Rex,eisdem salutem.Sciatis quòd cùm abbas beatæ Mariæ Eborum nuper in curia nr̄a coram justitiariis nostris de banco, recuperaverit versus R.quatuordecim libras, quas idē abbas à præfato R. exigebat, & viginti solidi eidē abbati p considerationē curiæ nr̄æ p damnis suis in hac parte adjudicati fuissent,ideq; R.pro eo quòd non venit coram pfatis justitiariis ad satisfaciend' pfato abbati in hac parte,in exigēdis positus fuisset in com̄ Eborum ad utlagand', & ea occasione postmodum utlagatus,jamq; idem R.se reddiderit prisonę nr̄æ de Flete, & in eadem occasione prædicta moretur, & p processum coram præfatis justitiariis habitum consideratum existat,quòd idem R.versus pdictū abbatē de pmissis eat quietus, sicut per tenorē recordi & processus utlagar̄ prædictæ,ac certificationē dilecti & fidelis nostri I. P. capitalis justitiarii nostri de banco pdicto nobis in cancellaria nostra ad mandatum nr̄m missum plenè liquet: nos pietate moti &c. utlagariā pdictam &c.concedimus &c. In cujus &c. Aliter.

¶ Rex, eisdem salutem. Sciatis quòd cum A.nuper in curia nr̄a coram justitiariis nostris de bāco, p breve nr̄m implacitasset I. de debito decem librarum quod idem A.à pfato I.exigit, ac B. nuper in eadem curia nostra coram præfatis justitiariis nostris per aliud breve nostrū implacitasset pfatum I. p nomen &c de debito &c. quod idem B.à præfato I.similiter exigit,ac C. nuper in dicta curia nostra coram justitiariis nostris pdictis, per aliud breve nostrum implacitasset præfatum I.per nomen &c.de debito &c.quòd idem C.à pfato I. similiter exigit ut dicitur,idemq; I.pro eo quòd non venit coram præfatis justitiariis pfatis A. B.& C. de debitis prædictis secundū legē & consuetudinem regni nostri Angliæ separatim responsur̄, in exigendis positus fuisset Aliter de debito.

in

in comitatu N. ad utlagand', & his occasionibus postmodum ter utlagatus, sicut p tenores recordorũ & pcessuũ utlagar̃ pdictarũ, quos coram nobis in cancellariã nr̃am venire fecimus, plenè liquet, jamq; p̃fatus I. se reddiderit prisonæ nr̃e de Flete, coram p̃fatis justitiariis occasionibus p̃missis, & in eadem moratur, sicut dilectus & fidelis noster I. de P. capitalis justitiarius noster de banco, nos in dicta cancellaria nostra ad mandatum nostrum certificavit: nos pietate moti, perdonavimus eidem I utlagar̃ prædictas, & firmã pacem nostram ei inde concedimus, ita tñ quòd stet recto in curia nostra si prædicti A. B. & C. versus eum separatim loqui voluerint de debitis supradictis. In cujus &c. T. &c.

Aliter de tr̃ns. ¶ Cùm A. &c. implacitasset B. de quadam transgressione eidẽ A. p præfatum B. illata ut dicitur, ac idem B pro eo quòd non venit &c. præfato A. de transgressione prædicta, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ responsur̃, in exigend' &c. ita tamen quòd &c. de transgressione supradicta. In cujus &c. T. &c.

Certiorari utlagariæ in banco regis. Essex ss. ¶ Rex vult certis de causis certiorari, super tenore recordi & pcessus utlagar̃ in W. de B. in cõm Midd' husbandman, in eodem comitatu vel in hustengo nr̃o London promulgatæ, & coram justitiariis ipsius regis de banco retornatæ, quæ quidem recordum & processum idem rex coram eo certis de causis venire fecit ut dicitur, ac, si idẽ W. se reddiderit prisonæ marescalciæ ipsius regis corã eo occasione prædicta, nécne. Ideo tenor recordi & processus utlagar̃ prædictæ, necnon certificatio redditionis illius, eidem regi in cancellariam suam sub sigillo Johannis Fortescu capitalis justitiarii sui ad placita coram ipso rege tenenda distinctè & apertè sine dilatione mittãtur cũ hac billa. T. ipso rege apud Westm̃ xij. die Feb. añ regi sui tricesimo nono.

Certiorari sup recordo & processu pro damnis levandis in assisa. ¶ Rex dilecto & fideli suo Richardo Bynghm̃ salutem. Monstraverũt nobis I. & Isabella uxor ejus, quòd licèt ipsi nuper in curia nr̃a corã vobis, & Wilhelmo Brayne, vobis ac dilecto & fideli nr̃o Wilhelmo Yelvertoñ justitiariis nr̃is ad assisas in cõm Berk. capiendas assignatis illa vice associato, p̃sentia ipsius Wilhelmi Yelvertoñ non expectata virtute br̃is nr̃i de Si non non omnes recuperaverint seisinã suã versus Jacobum Feteplace de tenementis in E. p recognitionẽ assisę novæ disseisinæ inde inter eos apud G. juxta Oxoñ nuper captæ, & decem marcæ eisdẽ I. & Isabellæ pro damnis suis in hac parte adjudicatæ fuerint: iidem tamen Johannes & Isabella executionem dictarum decem marcarũ nondũ sunt assecuti, in ipsorum Johannis & Isabellæ damnũ non modicum & gravamen: Et quia ex causa prædicta super recordo & processu assisæ prædictæ certiorari, & præfatis Johanni & Isabellæ celeris justitiæ complementum fieri volumus in hac parte: vobis mandamus quòd recordum & pcessum assisæ prædictæ cum omnibus ea tangentibus, quæ penes vos resident ut dicitur, nobis in cancellariam nostram sub sigillo vestro distinctè & apertè sine dilatione mittatis & hoc breve. T. &c. xvj. die Junii. añ H. vj. xxxiiij.

Mittimus inde justitiariis de banco. ¶ Rex, justitiariis suis de banco salutẽ. Cùm nuper mõstrantibus nobis

Jo Gyston & Is.uxore ejus,quòd licèt ipsi nuper in curia nostra coram dilecto & fideli nro R.Byngham & W.Brayne, eidem R. ac dilecto & fi.nro W. Yelverton justitiariis nris ad assisas in com Berk.capiendas assign,illa vice associato, præsentia ipsius W. Yelverton non expectata,virtute brevis nri Si non omnes recuperaverint seisinã suam versus Jacobum &c.ut suprà usq; ibi,non modicum & gravamen: nos volentes ex causa pdicta super recordo & processu assisæ pdictæ certiorari, & præfatis Jo. & Is.celeris justitiæ complementum fieri in hac parte, recordum & processum assisæ prædictæ cũ omnibus ea tangentibus,quæ coram nobis in cancellaria nra ex causa prædicta venire fecimus,vobis mittimus sub pede sigilli nri : mandãtes quòd inspectis recordo & processu pdictis, ulteriùs pro levatione damnorum prædictorum ad prosecutionem pdictorum Jo. & Is. fieri faciatis, quod de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum.T.rege apud Westm.28.die Junii anno. 34. Henrici sexti.

REx,vicecomiti salutẽ.Si A.fecerit &c.pone B. &c. ad respondend' tam nobis quàm præfato A,quare cum in statuto in parliamento nro apud Westm anno regni nri octavo tento ædito, inter cætera cõtineatur,quod si aliqua persona de aliquibus terris vel tenementis manu forti expulsa sit & disseisita,vel pacificè expellatur & postea manu forti extrà teneatur,vel aliquod feoffamentum vel discõtinuatio inde post talem ingressum pro jure possessoris defraudando & tollendo aliquo modo fiat,habeat pars in hac parte gravata versus talem disseisitorem assisam novæ disseisinæ vel breve de transgressione & si pars gravata per assisam vel per actionem transgressionis recuperet, & per veredictũ vel alio modo per debitam legis formã inveniatur, quod pars defendẽs in terras & tenta vi ingressa fuerit,vel ea post ingressum suũ per vim tenuerit,recuperet querẽs damna sua ad triplũ versus defendentem,& ulteriùs finem & redemptionem nobis fac':prædicti B.&c. pfatum A.de libero tenemento suo in C.manu forti expulerunt & disseisiverunt, & cum sic expulsum & disseisitum extrà tenent de eodẽ, in nostri contemptum & ipsius A.damnum non modicum & gravamen,ac contra formam statuti prædicti & contra pacem nostram. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve.T. &c.

Breve de trñs fundatum super statuto edito anno 8 H.6.

¶ Rex,dilecto & fideli suo N.B.majori stapulę Westm ad recognitiones debitorum in eadem stapula capiend' deputato salutem.Cùm W. B.de T. in comitatu B. decimo die Junii anno regni dñi E. nup regis Angliæ avi nri quadragesimo septimo,coram W.de S.tunc majore stapulæ pdictæ ad recognitiones debitorum in eadẽ stapula capiend' deputato,recognoverit se debere R.S.civi & mercero London,sexdecim libras juxta formam statuti stapulæ prædictæ,eidem R. certo termino solvend',& quia terminus solutionis pdictæ à diu est elapsus, vobis p breve nrm mandaverimus quod scrutatis rotulis de hujusmodi recognitionibus coram præfato W.de S.anno prædicto factis,si inveneritis recognitionem pdict' in forma pdicta factam fuisse, nos in cancellaria nra super recognitione pdicta distinctè & apertè juxta formã statuti

Certiorari de tenore recogñ stapulæ.

pdicti sub sigillo p recognitione stapulæ pdictæ deputato certificaretis indilatè, ut ulteriùs super hæc fieri faceremus, quod secundū formam statuti pdicti foret faciend', ac vos ptextu brevis nri pdicti nobis certificaveritis, quòd invenistis recognitionē prædict' in forma pdict' factā fuisse, & super eandē recognitionē scriptū & intitulatum, qd tertio die Octob' anno regni ejusdem avi nri. 48. pdictus W. tunc major stapulæ prædictæ, ad requisitionem pdicti R. certificavit in cancellaria ipsius avi nostri recognitionem prædictam, secundum modum & formam hmdi certificationis factæ, & quia nulla certificatio super recognitione pdicta in cancellaria nostra reperitur: vobis mandamus quod nos in cancellaria nostra super eadem recognitione distinctè & apertè juxta formam statuti pdicti sub sigillo pro recognitione stapulæ prædictæ deputato certificetis indilatè, ut ulteriùs super hoc fieri faciamus, quod secundū formā statuti pdicti fuerit faciend', dicta certificatione per præfatum W. de S. priùs facta non obstante. T. &c.

Protectio pro clero fundata super statutum E.

REx universis & singulis justitiariis, vicecomitibus, majoribus, ballivis, cōstabulariis, ministris & aliis fidelibus suis, tam infra libertates quam extra, ad quos psentes literę pervenerint salutē. Sciatis quòd cum dominus E. nuper rex Angl progenitor noster, in parliamēto suo apud Westm anno regni sui quartodecimo tento, de assensu & cōcordia parium regni sui, & omnium aliorum ad parliamentum prædictū summonitorum, & in eodem existentium, ad specialem requisitionem prælatorum & cleri regni pdicti cōcesserit p se & heredibus & successoribus suis eisdem prȩlatis & clero, quòd nullus ex parte progenitoris nostri nec alterius, per cōmissionē sub magno vel parvo sigillo, nec absq; commissione extunc imperpetuum, quicquam de bladis, fœnis, bestiis, cariagiis, nec aliis bonis archiepiscoporū, episcoporū, abbatum, priorum, abbatissarum, priorissarum, rectorum, vicariorum, seu aliorū virorum ecclesiasticorum infra mansiones, maneria, grangeas, seu alia loca sua infra feodū, sanctæ ecclesiæ nec extra, contra voluntatē ipsorum, quorū bona illa fuerint, caperet quovismodo, idémq; progenitor noster prælatos & clerum pdict', ac eorum possessiones bona & catalla in protectionē & defensionem suas, & hæredum suorum susceperit speciales, ac jam ex gravi querimonia dilecti nobis A. B psonæ ecclesiæ de B. London dioc' acceperimus, quòd licèt in quibuscunq; cōmissionibus nris de victualibus & aliis rebus, pro expensis hospitij nri emendis, capiendis, & providēdis, ac cariagiis pro eisdem capiendis, p expressa verba cōtineatur, quòd provisores nri sive emptores aut captores hmdi victualiū & aliarū rerū, p expēsis dicti hospitii nri, aut captores cariagii pro eisdem in cōmissionibus pdictis assign. feodum sanctæ ecclesiæ ingredi, seu quicquam ibidem cōtra franchesias & libertates hujusmodi capere non debeant: quidam tamē eorundem provisorum emptorum, & captorum, præmissa minimè considerantes, sed potius pfatum A. ac firmarios, ballivos, & tenentes suos maliciosè ibidem prægravantes, feodum ecclesiæ pdictæ ac terrarum, teñ, & possessionum eidem pertinentiū ibidem ingredi proponunt, ac diversa blada,

da, fœnum, bestias & cariagia, & alia bona prædicti A, ac firmariorum, ballivorum, & tenentium suorũ ibidem contra voluntatem suam pro expensis dicti hospitii nñi & aliorum capere & providere intendunt, aliaq; gravamina & enormia eis cõtra franchesias & libertates p̃dict' inferre & cõmittere dãnabiliter proponunt, quod si fieret, in ipsius A. ac firmariorum, ballivorum, & tenentium suorum p̃dictorum damnũ non modicum & gravamen, ac contra formã concessionis, protectionis, & defensionis p̃dictarum, necnon contra formam commissionum eisdem emptoribus, provisoribus, & captoribus in hac parte factarum tenderet manifestè. Nos volentes concessionẽ, libertates, & franchesias prædictas illæsas teneri & inviolabiliter observari in omnibus, & eas impugnantes juxta eorum demerita castigari: assignavimus vos conjunctim & divisim, ad omnes & singulos provisores, emptores, & captores hm̃di victualium, feodum ecclesiæ aut terrarũ, tenemẽtorũ, vel possessionum p̃dictorum ingredientes, & blada, fœnum, bestias, cariagia, seu alia bona ejusdem Alexandri, aut firmariorum, ballivorũ, seu tenentium suorum prædictorum ibidem contra voluntatem suam pro expensis hospitii nñi prædicti aut alterius cujuscunq; capientes & providentes, & hujusmodi libertates & franchesias quomodo libet infringentes, de tempore in tempus sine dilatione arrestand', & capiẽd', & coram nobis & consilio nostro statim cùm capti fuerint ducend', super præmissis responsur̃, factur̃, & receptur̃, quod per nos & dictum consilium nostrum consideratum fuerit in hac parte. Et ideo vobis & cuilibet vestrum mandamus, quòd circa præmissa diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini in forma prædicta. Damus autem universis & singulis subditis nostris tam infra libertates quàm extra tenore præsentium firmiter in mandatis, quòd vobis & cuilibet vestrum in executione præmissorum intendentes sint consulentes & auxiliantes prout decet, quoties & quando per vos seu aliquem vestrum ex parte nostra fuerint præmoniti. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. T. &c.

REx, vicecomiti salutem. Si A. C. fecerit &c. tunc pone &c. T. de D. &c. ostensur̃ quare cùm idem T. machinans ipsum A. subdolè defraudare, & diversas pecuniarum summas de eodem Alexandro extorquere, eundem A. ad ludendum ad talos cum ipso T. ad quendam jocum vocatum le Duceñ, pro diversis pecuniarum summis apud B. super Trent excitasset & procurasset, ac idem A. cum ipso T. ad talos ad jocum prædictum ibidem lusisset: prædictus T. quosdam talos veraciter titulatos eidem A. tradidit ad jactãdum. Et cum tali prædicti ad manus ipsius T. devenire contigissent, idem T. quosdam alios talos falsos & subdolè titulatos, quos numerum duodenarium & non alium quolibet jactu attingere scivisset, falsò & fraudulenter projecit, per quod idem A. magnas pecuniæ summas eidem T. ad jocum illum amisit, ac idem T. summas illas sub colore lucri falsò & deceptivè cepit & asportavit, ad damnum ipsius A. centum solidorum ut dicit. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve. T. &c. anno. v. E. iiij.

De proxima vacatione sive patronatu concessa.

De exemplificatione.

REx, omnibus ad quos &c. salutem. Inspeximus quandam petitionē nobis in p̄senti parliamento nr̄o, per cōmunitatē regni nr̄i Angliæ in eodem parliamento existentem, pro dilectis nobis ballivis & aliis ministris nr̄is villæ Salop̄ & communitate ejusdē villæ, unà cum quadam scedula eidem petitioni consuta exhibitam in hæc verba: Please &c. usq; in finem & tunc sic: inspeximus etiam indorsamentum ejusdē petitionis in parliamento prædicto similiter factam in hæc verba: Fiat prout petitur. Proviso semper quòd si &c. Nos autem tenores petitionis scedulæ & indorsamenti prædictorum, ad requisitionem ballivorū & communitatis villæ prędictæ tenore p̄sentium duximus exemplificand'. In cujus &c. T. R. apud W, 15. die Decembris anno. 12.

Concessio p̄sentationis.

¶ Noverint universi per p̄sentes nos T. N. & W, dedisse, concessisse, & hac p̄senti carta nr̄a confirmasse P, primam præsentationem sive advocationem ecclesiæ parochialis de B. in com̄ R. Lincolñ dioc', ita quòd bene liceat eidem P. ad ecclesiam p̄dict' cum primò vacaverit quovismodo, quemcunq; clericum habilē & idoneū una vice tantū p̄sentare. In cujus rei testimonium p̄sentibus sigilla nr̄a apposuimus. Datis 1. die Octobr̄, anno regni regis H. 6. post conquestū vicesimo nono.

De proxima vacatione sive patronatu concessa.

¶ Richardus p̄missione divina abbas abbatiæ sive ecclesiæ beati Petri Westm̄ & ejusdem loci conventus, omnibus has literas indentatas inspecturis, visuris, sive audituris salutem in dn̄o. Sciatis nos unanimi assensu, dedisse & hoc scripto nr̄o concessisse R. dn̄o C, advocationem ecclesię parochialis sanctæ B. in F, quæ ad nos p̄tinet & de nr̄o patronatu existit ut de jure p̄dictæ abbatiæ sive ecclesiæ sancti Petri, & quòd bene licebit p̄dicto R. una & prima vice tantum cum ecclesiam p̄dict' sanctæ B. post datā p̄sentium vacare contigerit, aliquam idoneam personam ad eandem ecclesiam p̄sentare sive præsentari facere episcopo sive ordinario loci illius, ita quòd ille sic per p̄fatum R. præsentatus, virtute illius præsentationis sit ad ecclesiam p̄dict' sanctæ B. canonicè admissus, institutus, & inductus in eadem. Et cùm ille sic p̄sentatus sit ad p̄dict' ecclesiam sanctæ B, canonicè admissus, institutus & inductus in eadem: quòd tūc p̄dicta advocatio ad nos & successores nr̄os abbates abbatiæ sive ecclesiæ p̄dictæ sancti P. revertatur & p̄tineat imperpetuum, hac concessione nō obstante. Habend' & tenend' advocationem p̄dictā præfato R. & assignatis suis in forma p̄dicta tantùm: salva semper camerario abbatiæ p̄dictæ pensione sua de prædicta ecclesia sanctæ B. ab antiqua debita & de jure cōsueta. In cujus rei testimoniū uni parti istarū indenturarum penes præfatum R, remanenti: nos præfati abbas & conventus sigillum nr̄m commune apposuimus. Alteri vero parti earundem indenturarum penes nos remanenti, p̄fatus R. sigillum suum apposuit. Datum in domo nostra capitulari, decimo die Febr. an̄ regni regis H. 6. post conquestum Angliæ decimo octavo.

¶ Rex, omnibus ad quos &c. salutē. Sciatis quòd de gratia nr̄a speciali concessimus ex mero motu & certa scientia nr̄is, venerabili in Christo patri W. episcopo Norwicen̄, advocationē, patronatū, seu collationem magistratus sive custodiæ domus s. A. London̄, cum omnibus

juribus

juribus & pertinentiis ſuis quando proximè vacaverit, p mortem, ceſſionem, reſignationem, vel qualitercunq; aliter legitimè vacare contigerit, habend' advocationem, patronatum, ſive collationem prædict', præfato venerabili patri Waltero, ita quòd ipſe antedictus venerabilis pater W. dictum magiſtratum ſive cuſtodiam domus ſancti A. cum proximè vacaverit vel vacare contigerit ut præfertur, conferat & det ea vice tantum cuicunq; perſonæ idoneæ. Habeat inſuper venerabilis pater W. omne jus & poteſtatem p ipſa vice tantū mādand' per literas ſuas majori Londoñ aut cuicunq; vel quibuſcunq; in ea parte intereſſe habentibus, ut ponat ſive ponant talem perſonam idoneam in corporalem & realem poſſeſſionē dicti magiſtratus ſive cuſtodiæ modo conſueto, ita quòd talis perſona idonea ad eundem magiſtratū ſive cuſtodiā ſic ꝑlata, eundem magiſtratum teneat & gaudeat durante vita ſua, abſq; impetitione, reclamatione, interruptione, vel impedimento noſtri, hæredum vel ſucceſſorum noſtrorum: nō obſtante quòd de vero valore annuo inde, aut de jure & titulo ſeu intereſſe noſtris, in, ſeu de ꝑmiſſis in præſentibus literis nr̄is expreſſa mentio facta non ſit, & non obſtante etiam aliquo ſtatuto, ordinatione, proviſione, reſtrictione, ſeu actu in contrarium factis vel habitis. In cujus &c. T. &c. 26. die Junii anno 34. Henrici ſexti. Per breve &c.

¶ Rex, omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quòd de gratia ſpeciali & ex certa ſcientia noſtris dedimus & conceſſimus dilectis nobis R. Andrew clerico, W. Darlet clerico, & H. Holtorꝑ armigero, advocationem & patronatum decanatus liberæ capellæ nr̄i ſ. Martini magni Londoñ, donationem, collationem, ꝑſentationem, & liberam diſpoſitionem ejuſdem decanatus, pro una & proxima vice duntaxat qua ꝑdictum decanatum poſt datam præſentium vacare contigerit, ita videlicet quòd bene licebit eiſdem R. W. & H, cum dictus decanatus proximè vel per mortem, vel per ceſſionem, aut reſignationem ſimplicem, ſeu ex cauſa permutationis ſive aliàs qualitercunq; vacaverit, præſentare ad eundem quamcunq; perſonam idoneam, ſeu ipſum decanatum perſonæ hujuſmodi donare, conferre, & concedere, prout eis melius videbitur expedire. In cujus &c. T. anno. 38. H. 6. Aliter.

¶ Rex, dilectis ſibi in Chriſto decano liberæ capellæ nr̄æ de Haſtynges, vel ejus locum tenenti ibidem, ac capitulo ejuſdem ſalutem. Cùm venerabilis pater Robertus epiſcopus Londoñ, dilectū clericum noſtrum R. de Medeford' ad præbendam de Weſtthurrok in capella ꝑdicta vacantem, per mortem Johannis Stanſtede ultimi præbendarii præbendæ illius, ad præſentationē Wilhelmi de Wawetoñ militis admiſerit, & ipſum inſtituerit in eadem, prout per literas ipſius epiſcopi inde factas & in cancellaria noſtra oſtenſas plenè liquet: vobis mandamus quòd ipſum Richardum vel procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem ejuſdem præbendę inducatis, & ei ſtallum in choro & locum in capitulo ratione præbendæ illius prout moris eſt aſſignetis. T. rege apud Weſtm̄. 29. Octobris anno regni Richardi ſecundi ſeptimo, in prima parte patentium &c.

Manucaptio.

¶ Memorand' quòd primo die Junij anno regni regis Edwardi quarti post conquestum septimo, Henr B.de S.in comitatu D.armiger, Johannes A.de B.in comitatu C. armiger, Johannes C.de M.in comitatu S. armiger, & Richardus B.de E.in comitatu K. armiger, coram eodem domino rege in cancellaria sua personaliter constituti, manuceperunt videlicet quilibet eorum sub pœna centum librarum, pro Laurentio Reynford' armigero, ac idem Laurentius assumpsit pro seipso sub pœna mille librarum, quòd ipse personaliter comparebit corā dicto domino rege in cancellaria sua prædicta, in quindena sancti Johañis Baptistæ proximè futura ubicunq; tunc fuerit, ad respondendum super his quæ sibi objicientur tunc ibidem, & quòd ipse damnum vel malum aliquod alicui de populo ipsius domini regis de corpore suo interim non faciet nec fieri procurabit quovis modo, & quòd idem L. interim non ingredietur in aliquam partem comitatus Essex, nec interim transibit nec recedet à civitate Londoñ in aliquam comitatum regni nostri Angliæ, comitatu Surr tantum excepto, nisi duntaxat per miliare ab eadem civitate, & quòd interim non transibit nec recedet ab eadem civitate in dictum comitatum Surr ultra decem miliaria ab eadē civitate. Quam quidem summam centum librarum quilibet manucaptorum prædictorum per se, ac idem Laurentius dictam summā mille librarum, concesserunt de terris & catallis suis ad opus præfati domini regis levari, si prædictus Laurentius coram dicto domino rege in cancellaria sua prædicta ad quindenam prædictam in forma prædicta non comparuerit, aut si damnum vel malum aliquod alicui de populo prædicti domini regis de corpore suo per præfatum Laurentium vel procurationem suam interim eveniat ullo modo, aut si prædictus L. cætera præmissa seu aliquod eorundem in aliquo contravenerit.

Diem clausit extremum.



Ex, escaetori suo in coñ Eborum salutem. Quia I.qui de nobis tenuit in capite diem clausit extremum ut accepimus: tibi præcipimus quòd omnia terras & tenementa, de quibus idem I.fuit seisitus in dominico suo ut de feodo, in balliva tua die quo obiit, sine dilatione capias in manum nostram, & ea salvò custodiri facias donec aliud inde præceperimus. Et per sacramentum proborum & legalium hominum de eadem balliva tua, per quos rei veritas meliùs sciri poterit, diligenter inquiras, quantum terrarum & tenementorum prædictus I.tenuit de nobis in capite, tam in dominico quàm in servitio in dicta balliva tua dicto die quo obiit, & quantum de aliis, & per quod servitium, & quantum terræ & tenementa illa valeant per annum in omnibus exitibus, & quo die idem I. obiit, & quis propinquior hæres ejus sit, & cujus ætatis. Et inquisitionem inde distinctè & apertè factam nobis in cancellariam nostram sub sigillo tuo & sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilatione mittas & hoc breve. T.&c.

¶ Quia A.qui de hærede I.defuncti qui de nobis tenuit in capite, infra ætatem, & in custodia nostra existente, tenuit per servitium militare,

diem

diem clausit extremum &c.ut supra usq; ibi,terras & tenementa ipsius A.de quibus &c. & quantum terrarum & teñ idem A. tenuit de p̄dicto hærede in dicta balliva tua &c.

¶ Quia A. qui quasdam terras & quædã teñ de hæred' B. filii & hæredis E.defuncti,qui de dño R.&c. tenuit in capite, infra ætatem & in custodia nostra existentis,tenuit ad terminum vitæ suæ, diē clausit extremum &c. tibi præcipimus quòd omnia terras & teñta, quæ prefatus A.sic tenuit ad terminum vitæ suæ de hæreditate prædicta &c. Et per sacramentum &c. quantũ terrar̃ & teñ p̄fatus A. tenuit de hærede p̄dicto,tam in dicto dñico &c. die quo obiit, & quantũ de aliis, & per quod servitium, & quantum terræ &c. valeant per annum in omnibus exitibus,& quo die idem A.obiit &c. Et inquisitionem &c. Aliter

¶ Quia A. fil' & hæres I. militis defuncti, qui de nobis tenuit in capite nuper dum infra ætatem & in custodia nostra fuit, diem clausit extremum &c. tibi præcipimus quòd per sacramentum proborum & legalium &c.inquiras,quæ terræ & quæ teñ per mortem p̄dicti I. & ratione minoris ætatis hæredis p̄dicti I.ad manus nr̃as devenerunt, & sic in manu nostra existunt,& quantũ inde de nobis tenetur in capite, & quantũ de aliis, & per quod servitium, & quantum terrę & teñta illa valeant per annũ &c.& quo die &c.Et inquisitionem &c.

¶ Quia A.quæ fuit uxor B. defuncti, quæ quasdam terras & quædam teñ,quæ de nobis tenentur in capite, tenuit in dotem de hæreditate I. fratris & hæred' p̄dicti B, diem clausit &c. tibi præcipimus quòd omnia terras & tenementa, quæ eadem A. sic tenuit de hæreditate p̄dicta in balliva tua &c. Et per sacramentũ &c. inquiras, quas terras & quæ teñ eadem A. sic tenuit in dotem de hæreditate prędicta in p̄dicta balliva tua dicto die quo obiit, & quantum de nobis tenetur in capite, & quantum de aliis, & quod per servitium, & quantũ terræ & teñta illa valeant per annum in omnibus exitibus, & quo die eadem A. obiit & ad quos vel ad quem terræ & teñ prædicta descendere, remanere, vel reverti debeant. Et inquisitionem &c.

¶ Quia I. quæ fuit uxor B. defuncti, quæ quasdam terras &c. tenuit in dotem de hæred' prædicti B.nuper viri sui, diem clausit extremũ &c.

¶ Quia R.nuper fatuus & idiota, cujus terræ & teñ ratione fatuitatis ejusdem in manu nostra existũt, diē clausit extremũ &c. tibi præcipimus qd' per sacramentũ &c.inquiras,quæ terræ & quæ tñta ratione fatuitatis p̄dicti R.in manũ nostram capta fuerũt, & adhuc in manu nr̃a existũt,& de quo vel de qnib' teneantur,& per qd' servitiũ, & quantũ terræ illæ valeant &c.& quis &c.Et inquisitionem &c.

¶ Cùm, dato nobis intelligi,quòd I.qui de nobis tenuit in capite, diem clausit extremũ, præceperimus A. nuper escaetori nostro comitatus p̄dicti,quòd omnia terras & teñta &c. caperet &c.ac idem A. ab officio prædicto jam sit amotus,per quod executio brevis prędicti fieri non potest: nos super præmissis volentes certiorari, tibi præcipimus quòd per sacramentũ &c.diligentem super articulis p̄dictis facias inquisitionem.Et eandem distinctè & apertè factam &c.

Aliter. ¶ Quia A.qui quasdā terras & quædā teñta de nobis tenuit per legem Angliæ, de hæreditate M.uxoris suæ defunctæ, diem clausit extremum &c. tibi præcipimus qđ omnia terras &c. quæ sic tenuit &c.

¶ Quia A. quæ fuit uxor B. quæ quasdam &c. tenuit ad terminum vitæ suæ, & quæ post mortem ipsius A. nobis & hęredibus nostris remanere debent, diem clausit extremum &c. tibi præcipimus &c. quæ eadem sic tenuit &c. & quę post mortem &c. remanere debent &c.

¶ Quia R. qui quasdam terras &c. de hæreditate E. consanguinei & hæredis H. defuncti, qui de nobis tenuit in capite infra ætatem, & in custodia nostra existentis tenuit ad terminum vitę suæ, diem clausit extremum &c.

¶ Quia A. filius & hæres B. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, nuper infra ætatem & in custodia nostra existentis, diem clausit extremū &c. inquiras quæ terræ & quæ teñta ratione minoris ætatis ipsius A. in manu nostra existunt, & quantum inde de nobis tenetur in capite, & quantum de aliis &c.

¶ Quia A. qui de archiepiscopatu Cantuar̄ vacante & in manu nostra existente tenuit per servitium militare, diem clausit &c. tibi p̄cipimus quod omnia &c. ut de feodo &c. quæ tenuit de archiepiscopatu prædicto sine dilatione &c.

¶ Quia A. quæ fuit uxor B, quæ quasdam &c. quæ de nobis tenentur in capite, tenuit ad terminum vitæ suæ de hæreditate W. diem &c. tibi præcipimus &c. sic tenuit de hæreditate prædicta &c.

¶ Quia A. qui quasdam terras & quædam teñta tenuit ad terminum vitæ suæ de hæreditate hæredis B. infra ætatem & in custodia nostra existentis, & quæ post mortem prædicti. A. ad præfatum hæredem reverti debent, diem &c.

¶ Quia A. quæ fuit uxor T, quæ quasdam terras & quædam teñta tenuit in dotem, vel aliàs ad terminum vitæ suæ, de hærede L. defuncti qui de nobis tenuit in capite, infra ętatem & in custodia nostra existētis, diem clausit extremum: tibi præcipimus quod omnia &c. sic tenuit in dotem vel aliàs ad terminū vitæ suæ, de hærede p̄dicto in balliva tua &c. prædicta. A. sic tenuit de hærede p̄dicto tam in dominico &c.

¶ Quia A. cujus terræ & tenementa quæ ipse tenuit de jure & hæreditate N. nuper uxoris suæ adhuc superstit s, ad manus domini R. &c. post conquestum occasione cujusdam utlagariæ in ipsum A. pro quadam felonia unde indictatus fuit ut dicitur promulgatæ devenerunt, & in manu domini H. &c. patris nostri extiterunt, & sic in manu nostra existunt, diem clausit extremum &c. tibi præcipimus quòd per sacramentum &c. inquiras, quæ terræ & quæ tenemēta ratione feloniæ p̄dictæ ad manus ipsorum nuper regum devenerunt, & adhuc in manu nostra sic existunt, & de quo vel de quibus teneantur, & per quod servitium, & qualiter, & quo modo, & quantum terræ & tenementa illa valeant per annum in omnibus exitibus juxta verū valorem eorundem, & quis vel qui terras & tenementa illa à tempore perpetrationis feloniæ p̄dictæ occupavit vel occuparunt, & exitus & proficua inde

inde percepit vel perceperunt,quo titulo,qualiter,& quo modo.Et inquisitionem &c. T. &c.

¶ Rex escaetori &c.volentes certis de causis certiorari,super vero valore feodorum militũ & advocationum ecclesiarum quæ fuerunt A. defuncti,qui de nobis tenuit in capite in balliva tua die quo obiit, & quę occasione mortis ejusdem A. capta sunt in manum nostram: tibi præcipimus quòd feoda illa & advocationes ꝑdictas, ꝑ sacramentum proborum & legalium hominum de balliva tua, per quos rei veritas meliùs sciri poterit,diligenter extendi fac', quantum videlicet valeant ꝑ annũ in omnib' exitibus juxta verum valorẽ eorundẽ. Et extentam illam distinctè & apertè factam nobis in cancellar̃ &c. T. &c. Certiorari de feodo.

¶ Rex escaetori suo in com̃ Eborum salutem. Præcipimus tibi quòd ꝑ sacramentum &c.diligenter inquiras, quantum terrarum & tenementorum A.defunctus tenuit de nobis in capite, tam in dominico quàm in servitio in eadem balliva tua die quo obiit, & quantum de aliis, & per quod servitium, & quantum terræ & tenementa illa valeant per annum in omnibus exitibus, & quo die idem A.obiit, & quis propinquior hæres ejus sit,& cujus ætatis,& quis vel qui terras & tenementa illa à tempore mortis prædicti A. occupavit vel occuparunt, & exitus & proficua inde percepit vel perceperunt, quo titulo, qualiter & quo modo.Et inquisitionem inde factam &c.T.&c. Mandamus.

¶ Rex escaetori suo &c.salutem. Quia datum est nobis intelligi quòd A.defunctus,qui de nobis tenuit in capite, tenuit die quo obiit plura terras & tenementa in comitatu prædicto, quàm in inquisitione inde post mortem prædicti A.de mãdato nostro capta & in cancellaria nostra retornata specificatur:tibi præcipimus quòd per sacramẽtum proborum &c.inquiras, quæ plura terras & tenementa idem A. tenuit in comitatu prædicto die quo obiit, & de quo vel de quibus illa plura terræ & tenemẽta teneãtur, & ꝑ quod servitium, & quantum valeant per añum in omnibus exitibus.Et inquisitionem &c. Quæ plura.

¶ Rex escaetori suo &c. salutem. Cùm per quandam inquisitionẽ coram A.escaetore nostro in com̃ ꝑdicto de mãdato nr̃o captã, & in cancellaria nostra retornatam sit compertum, quòd N. defunctus tenuit diversa terras & tenementa cum pertinentiis in com̃ prædicto,& quis propinquior hæres ejusdem N.sit ex parte patris sui,juratores inquisitionis ꝑdictæ ignorant:tamen ex parte K.matris ꝑdicti N. filiæ W, B. est ejus hæres ꝓpinquior,& ætatis 21.annor̃ & ampliùs. Et quia inquisitione prædicta quis propinquior hæres ipsius N.existat minimè specificatur: tibi ꝑcipimus quòd per sacramentum &c. inquiras quis propinquior hæres prædicti N.existat,qualiter & quo modo. Et inquisitionem &c.T.&c. Melius inquirendo.

¶ Rex escaetori suo &c. Cùm inquisitionem coram te de mandato nostro &c.compertum sit,quod A.tenuit die quo obiit unum messuagium in N.in comitatu prædicto de B.per servitium militare, quódq; idem A. tenuit die quo obiit unum tostum cum pertinentiis in N. in comitatu prædicto,de hærede F. de la Lynde per servitium militare, & quia

& quia in inquisitione prædicta qualem statum & quale jus idem A. habuit in mesuagio & tofto prædictis, seu de quo vel de quibus eadem mesuagium & toftum teneantur minimè specificatur: nos volentes inde per te pleniùs certiorari, tibi pcipimus &c. inquiras, qualem statū & quale jus idem A. habuit in mesuagio & tofto pdictis die quo obiit, & de quo vel de quibus mesuagium & toftum prædicta teneantur, & per quod servitium, qualiter, & quo modo. Et inquisitionē &c. T. &c.

Aliter. ¶ Rex escaetori suo in comitatu E. salutem. Quia datū est nobis intelligi, quòd diversa terras & tenementa quæ fuerunt A, qui de nobis tenuit in capite in balliva tua die quo obiit, majoris valoris per annum existunt quàm in inquisitione inde post mortem prędicti A. nuper capta, & in cancellaria nostra retornata specificatur: nos volentes pro indemnitate nr̄a per te super pmissis pleniùs certiorari, tibi pcipimus &c. inquiras, cujus & quanti valoris annui terræ & tenementa, de quibus idem A. fuit seisitus in dominico suo ut de feodo in balliva tua die quo obiit, & quæ per mortem pdicti A. & ratione minoris ætatis hæredis ejusdem A. capta fuerunt in manum nostram, existunt. Et inquisitionem &c. T. &c.

Certiorari sup modo & causa captionis. ¶ Rex escaetori suo &c. Quibusdam certis de causis certiorari volumus, super modo & causa captionis terrarum & tenementorum quæ fuerunt I. defuncti in B, in balliva tua p te in manum nostram ut dicitur: tibi præcipimus quòd nos in cancellaria nr̄a super modo & causa pdictis sub sigillo tuo distinctè & apertè sine dilatione reddas certiores, hoc breve nobis remittentes. T. &c.

Aliter si superstes fuerit. ¶ Et si superstes fuerit tunc sic, unius acræ terrę B. de C. in com̄ D. per te vel per I. nuper escaetorem nostrum vel domini H. &c. in manum nostram vel suam ut dicitur &c.

De terris liberandis. ¶ Rex escaetori suo &c. Scias quòd cepimus homagium I. filii & hæredis A. defuncti, pro omnibus terris & tenementis quæ prædictus A. pater suus tenuit de nobis in capite, die quo obiit, & ei terras & tenementa illa reddidimus. Et ideo tibi præcipimus, quòd accepta securitate de præfato I, de rationabili relevio suo solvendo ad scaccarium nostrum, eidem I de omnibus terris & tenementis prædictis cum pertinentiis de quibus prædictus A. pater suus fuit seisitus, in dominico suo &c. in balliva tua die quo obiit, & quæ occasione mortis ejusdem A. capta sunt in manum nostram, plenam sesinam sine dilatione habere facias: salvo jure nostro & alterius cujuscunq;.

Aliter. ¶ Rex escaetori &c. Quia C. de K. fecit nobis homagium & fidelitatē suam pro terris & tenemētis suis quæ de nobis tenet: tibi præcipimus quòd ipsum C. pro homagio & fidelitate prædictis nullatenus distringas. Et districtionem &c. sine dilatione relaxes eidem. T. &c.

De terra extēdenda. ¶ Rex escaetori &c. Volentes certis de causis certiorari, super vero valore terrarum & tenementoꝝ W. in comitatu Cornub' quæ fuerunt B. de C. nuper inimici & rebellis nostri, & quæ per forisfacturā ejusdē B. tanquā escaeta nr̄a ad manus nostras devenerunt, quantum videlicet valeant per annum ut in dominicis, homagiis, villenagiis, servitiis, reditibus,

reditibus,& aliis exitibus terrarum juxta verum valorem eorũdem: tibi præcipimus quòd terras & tenẽta illa per sacramentum &c. diligenter extendi facias in forma prædicta, & extentã inde distinctè & apertè factam &c. T. &c.

¶ Rex escaetori suo &c. Quia I. filius & hæres H. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, dicit se plenæ ætatis esse, & petit à nobis terras & tenementa, quæ sunt de hæreditate sua & in custodia nostra usque ad legitimam ætatem hæredis prædicti, vel in custodia A. ex commissione nostra usque ad legitimam ætatem hæredis prædicti sibi reddi, vel sic in custodia A. ex dimissione talis, cui custodiam illam commisimus & esse debent usque ad legitimam ætatem ipsius talis, sibi reddi, per quod volumus quòd idem Johannes, vel sic, dedimus diem eidem Johanni qui apud N. in comitatu prædicto natus, & in ecclesia de S. ejusdem villæ baptizatus fuit ut dicitur, ad ætatem suam probandam, vel ætatem suam probet coram te. Et ideo tibi præcipimus quòd ad certos diem & locum, quos ad hoc provideris, probationem prædictam per sacramentum tam militum quàm aliorum proborum & legalium hominum de comitatu prædicto, per quos probatio illa capi, & veritas ætatis prædictæ meliùs sciri poterit & inquiri, capias. Et scire facias præfato Andreæ, quòd tunc sit ibi ad ostendend' si quid ꝑ se habeat vel dicere sciat, quare præfato Johanni, ut illi qui plenæ ætatis est, si plenæ ætatis sit, terras & tenemẽta prædicta reddere non debeamus. Et probationem illam sic captam, nobis in cancellariam nostram sub sigillo tuo & sigillis eorum per quos capta fuerit sine dilatione mittas & hoc breve. T. &c. De ætate probanda.

☞ Et si custodia sit in manu regis: tunc omittatur ista clausula : Et scire facias præfato &c. Regula.

¶ Quia A, qui M. filiam & hæredem I. & B, nuper uxoris suæ filiæ G. unius, & consanguineam & hæredem D. & E. filiarum & hæredum S. filii & hæredis C. alterius sororum T. de C. consanguineorum & hæredum F. de C. filii & hæredis prædicti T. defunctorum, qui de nobis tenuerunt in capite, duxit in uxorem, dicit præfatam M. plenæ ætatis esse &c. Aliter.

¶ Quia Wilhelmus filius & hæres E. quæ fuit uxor Johannis defuncti, qui quædam terras & tenementa, quæ de nobis tenentur in capite, tenuit per legẽ Angliæ, post mortem ejusdem Elizabethæ, de hæreditate ipsius Wilhelmi, dicit se plenæ ætatis esse &c. Aliter.

¶ Rex vicecomiti &c. salutem. Summoneas per bonos summonitores 12. tam milites quàm alios probos & legales homines de visinetu de N. quòd sint coram dilectis & fidelibus nostris A. & B. & his quos sibi associaverimus, ad certos diem & locum quos iidem A. & B. tibi scire faciant, parati sacramẽto recognoscere, si C. filius & hæres D. apud N. natus, & in ecclesia ejusdem villæ baptizatus fuit, & qui ratione minoris ætatis suæ in custodia nostra extitit, plenæ ætatis sit ut dicit necne. Et interim ad prædictas ecclesiam & villam accedant, & veritatem ætatis prædictæ diligenter inquirãt & nomina eorũ imbreviari faciant. Aliter.

faciant. Et scire facias E. & C. custodibus terræ prędicti hæredis, quòd tunc sint ibi ad audiendum illam recognitionem, & ad ostendendum si quid obstare debeat quare prædictus C. terras & tenementa sua habere non debeat, & habeas ibi nomina illorum 12. & hoc breve. T. &c.

Patens inde. ¶ Rex dilectis &c. salutem. Sciatis quòd assignavimus vos ad inquirendum per sacramentum tam militum quàm aliorum proborum & legalium hominum de visinetu de N. in comitatu Lincolñ, si I. filius & hæres B apud N. natus, & in ecclesia ejusdem villæ baptizatus &c. ut suprà usq; ibi, necne. Et ideo vobis mandamus, quòd ad certos diem & locum quos ad hoc provideritis, inquisitionem illam faciatis, & illã distinctè & apertè factam nobis in cancellaria &c. sine dilatione mittatis & hoc breve. Mandavimus enim vicecomiti nostro Lincolñ. In cujus rei &c. T. &c.

Aliter. ¶ Rex, vicecomiti &c. salutem. Quia A. filius & hæres C. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, & in custodia nostra existẽs, dicit se plenæ ætatis esse, & paratus est ætatem suam probare: tibi præcipimus quòd tot & tales tam milites quàm alios probos & legales homines de balliva tua, coram te ad diem prædictum venire facias, per quos ætas prædicti A probari, & veritas in hac parte sciri poterit & inquiri. T. &c.

De licentia eligendi. REx dilectis sibi in Christo priori & conventui monasterij de Burgo sancti Petri salutem. Ex parte vestra nobis est humiliter supplicatum, ut cùm ecclesia vestra prædicta per mortem bonæ memoriæ W. ultimi abbatis loci illius pastoris sit solatio destituta, alium vobis eligendi in abbatem & pastorem ejusdem domus licentiam vobis concedere dignaremur: nos precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati, licentiam illam vobis tenore præsentium duximus concedendam: mandantes quòd talẽ vobis eligatis in abbatem & pastorem, qui deo devotus, ecclesiæ vestræ prædictæ necessarius, nobisq; & regno nostro utilis & fidelis existat. In cujus &c. T. &c.

De regio assensu. ¶ Rex venerabili in Christo patri P. eadem gratia episcopo Lincolñ salutem Sciatis quòd electioni nuper factæ in ecclesia cõventuali monasterii de B. vestræ dioc' vacante per mortem bonæ memoriæ W. ultimi abbatis loci illius, de M. suppriore ejusdem domus, vel de fratre B. monacho ejusdem domus in abbatem loci illius, regium assensum adhibuimus & favorem. Et hoc vobis tenore præsentiũ significamus, ut quòd vestrum est in hac parte exequamini.

De restitutiõe temporalium. ¶ Rex escaetori suo in comitatu Kanc' salutem. Cùm venerabilis pater P. episcopus Lincolñ, electionem nuper factam in ecclesia conventuali monasterii de B, vel sic, in monasterio de B. Lincolñ dioc', de dilecto nobis in Christo Simone S. suppriore ejusdem domus, in abbatem loci illius, cui priùs regium assensum adhibuimus & favorẽ, confirmaverit, sicut per literas patentes ipsius episcopi nobis inde directas nobis constat: nos confirmationem illam acceptantes, cepimus fidelitatem

fidelitatem ipsius electi, & temporalia abbatiæ illius prout moris est restituimus eidem. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem electo temporalia prædicta cum pertinentiis in balliva tua liberes in forma prædicta: salvo jure cujuslibet T.&c.

¶ Rex, militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis tenentibus de abbatia de Burgo sancti Petri salutem. Cùm venerabilis pater &c. usque ibi, restituimus eidem. Et ideo vobis mandamus quòd eidem S. tanquam abbati & domino vestro in omnibus quæ ad abbatiam prædictam pertinent, intendentes sitis & respondentes sicut prædictũ est. In cujus &c. T. &c. — De intẽdendo.

¶ Rex, universis & singulis &c. ad quos &c. salutem. Sciatis quòd nos de fidelitate probata & circumspectione provida dilecti & fidelis nostri A. Lucy plenariè confidentes: dedimus eidem Anthonio plenam tenore præsentium potestatem nomine nr̃o, recipiendi ad fidem & pacem nostram homines de partibus de Galeway in Scotia, ad fidem & pacem nostram nõ existẽ, & alios qui eisdẽ Scotis contra nos adhærent seu adhæserunt, & cum eis contra nos de inimicitia nr̃a fuerunt, & qui ad fidem & pacem nostram venire voluerint, & quos ad fidem & pacẽ hujusmodi fore viderit admittend', & literas de perdonatione dictarum adhæsionis & inimicitiæ, necnon de hujusmodi admissione ad pacem nostram, eisdem hominibus pro securitate suà in hac parte nomine nostro faciend': ratum & gratũ habitur̃ quicquid idem Anthonius fecerit nomine nostro in præmissis. In cujus &c. T. &c. — De potestate commissa recipiendi fidem & pacem.

¶ Rex, omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quòd commisimus dilecto nobis R. comitatum nostrum Suth', ac castrum nostrum Wyntoñ cum pertinentiis, custodiend' quamdiu nobis placuerit, ita quòd firmas debitas nobis reddat annuatim, & de debitis nostris & omnibus aliis ad officium vicecomitis comitatus prædicti ac custodiam castri illius spectantibus, nobis respondeat ad scaccarium nostrum. In cujus rei &c. T. &c. — De comitatu cum castro commissis.

¶ Et mandatũ est N. nuper vic'. Suth̃, ac custodi castri prædicti, quòd eidem R. coñ prædictum cum pertinentiis unà cum rotulis, brevibus, memorand', & omnibus aliis ad officium illud spectantibus, necnon castrum prædictum cum pertinentiis unà cum armatur̃, victualibus, & omnibus aliis rebus nostris in eodem castro existentibus, quæ in custodia sua existunt, per indenturas inde modo debito conficiend' liberet custodiend' in forma prædicta. T. &c. — De brevibus & rotulis liberandis.

¶ Et mandatum est archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, ducibus, comitibus, baronibus, militibus, & omnibus aliis de comitatu prædicto, quòd eidem R. tanquam vic' comitatus p̃dicti, & custodi castri illius, in omnibus quæ ad officiũ vic' comitatus illius & custodiã castri p̃dicti pertinent, intendentes sint & respondentes. In cujus &c. — De intendendo.

¶ Rex, omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quòd commisimus dilecto & fideli nostro S, coñ nostros Notyngh' & Derb' cum pertinentiis, custodiend' quamdiu nobis placuerit, ita quòd firmas debitas nobis reddat annuatim ad scaccarium nostrum, & de debitis nostris & — De comitatibus commissis.

omnibus aliis ad officium vic' com prædictorum nobis spectantibus respondeat ad scaccarium nostrum. In cujus &c. Et mandatum est archiepiscopis &c.

De rotulis, brevib', & memorãdis, liberãdis.

¶ Et mandatum est nuper vic' comitatuũ prædictorum quòd eidem S. comitatus prędictos cum pertinentiis, unà cum rotulis, brevibus, memorand' & omnibus aliis officium illud tangentibus, quæ in custodia sua existunt, per indenturas inde inter eos modo debito conficiend', liberet custodiend' in forma prędicta. T. &c.

De officio escaetriæ cõmisso.

¶ Rex, omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quòd cõmisimus dilecto nobis I. de B. officium escaetriæ nostræ in comitatu Warr & Leyc' habend' quamdiu nobis placuerit, ita quod de exitibus inde provenientibus nobis respondeat ad scaccarium nostrum. In cujus &c. T. &c.

De intendendo

¶ Et mandatũ est archiepiscopis &c. quòd eidem I, tanquam escaetori nostro comitatum prædictorum in omnibus quæ ad officium prædictum pertinent, intendentes sint & respondentes. In cujus. &c. T. &c.

De brevibus & rotulis &c. liberandis.

¶ Et mandatum est nuper escaetori R. in comitatibus prædictis, quod eidem I. rotulos, brevia, memorand', & omnia alia officium illud tangentia, quæ in custodia sua existunt, per indenturas inde inter eos debitè conficiend', liberet. T. &c.

Si amotus fuit.

¶ Rex, escaetori suo in comitatu N. salutem. Cùm nos nuper intelligentes I. de N. militem, diem suum clausisse extremum, ꝑ breve nostrũ præceperimus nuper escaetori nostro in comitatu prædict', quòd omnia terras & tenementa &c. in manũ nostram donec aliud inde præcepissemus, & per sacramentum &c. inquireret, quantum &c. ut in Diem clausit extremum usq; ibi, cujus ætatis, & tunc sic, & quia prædictus nuper escaetor antequam executionem brevis nostri prædicti fecerat, ab officio suo prædicto amotus fuit: tibi præcipimus quod per sacramentum proborum & legalium hominum, ut in Diem clausit extremum usq; in finem T. &c.

Mãdamus quæ plura de teñ viduæ maritatæ sine licentia regis in manum regis capiendis.

¶ Rex, escaetori in comitatu L. salutem. Cùm A. quæ fuit uxor I. de C. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, quæ nuper sacramentum ꝑstitit corporale quòd se non maritaret sine licentia nostra, jam se W. de P. maritaverit, licentia nostra super hoc non obtenta ut accepimus: nos contemptũ hujusmodi nolentes transire impunitũ, necnon indemnitati nostræ volentes prospicere in hac parte, tibi præcipimus quod si ita est tunc omnia terras & tenementa quę prædicti W. & A. tenent in dotem ipsius A, de hæreditate prædicti Johannis in balliva tua, sine dilatione capias in manũ nostram, ita quòd de exitibus inde proveniẽtibus nobis respondeas ad scaccarium nostrum, quousq; nobis de forisfactura ad nos inde pertinente satisfactũ fuerit, vel aliud inde duxerimus demandand'. T. &c.

De ætate probanda.

¶ Quia H. de I, qui M. sororem & unam hæredum R. defuncti, qui de domino H. nuper rege Angliæ patre nostro tenuit in capite, duxit in uxorẽ, dicit præfatam M. plenæ ætatis esse, & petit à nobis terras & tenemẽta quæ sunt de hæreditate ipsius M, & quorum una pars in manu nostra, & alia pars in custodia I. de H. ex commissione dicti patris nostri,

noſtri,& uſq; ad legitimam ætatem hæredis ejuſdem, ſibi reddi, per quod volumus quòd eadem M. quæ apud G, in comitatu N. nata, & in eccleſia ejuſdem villæ baptizata fuit ut dicitur, ætatem ſuam probet coram te: tibi præcipimus quod ad certos diem & locum quos ad hoc provideris, probationem illam per ſacramentum tam militum quàm proborum & legalium hominum de comitatu pdicto, per quos probatio illa capi, & veritas ætatis prędictæ meliùs ſciri poterit & inquiri, capias. Et ſcire facias pfato I, quod tunc ſit ibi, ad oſtendend' ſi quid pro ſe habeat vel dicere ſciat quare prædicto H. & prædictæ M. ut illi qui plenę ætatis eſt, ſi plenæ ætatis ſit, terras & tenemēta prædicta reddere non debeamus. Et probationem illam ſic captam, nobis in cancellariam noſtram ſub ſigillo ſuo & ſigillis eorum per quos facta fuerit, ſine dilatione mittas & hoc breve. T, &c.

¶ Rex, eidem ſalutem. Quia M. de F. filia & hæres R. de F. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, dicit ſe plenæ ætatis eſſe, & petit à nobis terras & tenementa quæ ſunt de hæreditate ſua, & in cuſtodia noſtra uſque ad legitimam ætatem hæredis prædicti ſibi reddi, per quod volumus &c. ut ſuprà. Aliter.

¶ Rex eidem ſalutem. Quia A filia & hæres W. de F. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, dicit ſe plenæ ætatis eſſe, & petit à nobis terras & tenementa quæ ſunt de hæreditate ſua & in cuſtodia S, cui B. illa dimiſit, qui cuſtodiam illam habuit ex commiſſione Annæ nuper reginæ Angliæ conſortis noſtræ chariſſimæ, cui cuſtodiam commiſimus uſq; ad legitimam ætatem ejuſdem hæredis, ſibi reddi &c. Et ſcire facias &c.

¶ Rex eidem ſalutem. Quia R. filius & hæres Johañis de H. defuncti, qui de archiepiſcopatu Cantuar̄ nuper vacante & in manu noſtra exiſteñ, tenuit per ſervitium militare, dicit ſe plenæ ætatis eſſe &c. Et ſcire facias prefato R. quod tunc ſit ibi &c, ut ſuprà.

☞ Nota que femme ferra homage, fealte, & paiera relief, quant el avera liuere en ſervice de chivaler, ſicome ferra home. Mes ſi el ſoit joint ſeffee à terme de vie: el fra ſoulment fealte. Et femme fra nul ſervice ſi el ſoit covert de baron: mes le baron ferra tout les ſervices qu'appent, dont ſi ils eient iſſue & teignent per ſervice de chivaler le baron fra homage & fealte: & ſi ils neient nul iſſue, il fra tant ſolement fealte. Regula.

☞ Faut à remembre quæ joint purchaſe ſerra de liuere oue les iſſues, & cheſcun purchas meſque ſoit tenus de roy ou d'autre. Mes ſi de roy, il faut eſtre oue licence que ſerra monſtre en la chauncerie, & commencera ſon briefe de liure: Quia accepimus per inquiſitionem. Item quant heyr generall avera liuere, ſi ſoit de plein age & tient une manor en chiefe du roy per ſervice de chiualer, & tient auters terres en diuerſes countees des auters: le briefe ſerra directe al eſchetour en cel counte ou il tient en chiefe, & commencera: Scias quòd cepimus homagium &c. & les briefs as auters countees: Cùm ceperimus &c. Tenant en ſocage avera liure cū exitibus, & cōmencera brefe: Quia accepimus per inquiſitionem &c. Regula.

REx, eſcaetori ſuo in comitatu Eborum ſalutem. Quia N. de E. filius & hæres R. de E. defuncti, qui de domino H. nuper rege Angliæ patre noſtro tenuit in capite, ætatem ſuam coram te ſufficienter probavit, De terris liberandis probata ætate.

probavit, ficut per probationem illam de mandato noſtro captam, & in cancellariam noſtram retornatam, eſt compertum: cepimus homagium illius N. de omnibus terris & tenemẽtis quæ idem R. pater ſuus tenuit de dicto patre noſtro in capite die quo obiit, & ei terras & tenemẽta illa reddidimus. Et ideo tibi præcipimus quòd eidẽ N. de omnibus terris & tenementis prædictis, & de quibus præfatus R. pater ſuus fuit ſeiſitus in dominico ſuo ut de feodo, in balliva tua die quo obiit, & quæ per mortem ejuſdem R. in manu dicti avi noſtri capta fuerunt, & in manu noſtra ſic exiſtunt: plenam ſeiſinam habere facias: ſalvo jure cujuſlibet. T. &c.

¶ Rex, eidem ſalutem. Sciatis quod cepimus homagiũ & fidelitatem I. de H. filii & hæredis W. de H. defuncti, de omnibus terris & tenemẽtis quæ idem W. pater ſuus tenuit de nobis in capite die quo obiit, & ei terras & tenementa illa cum pertinentiis reddidimus. Et ideo tibi p̃cipimus, quòd accepta ſecuritate à præfato I, de rationabili relevio ſuo nobis ſolvendo ad ſcaccariũ noſtrũ, eidem I. de omnibus terris & tenementis prædictis & de quibus præfatus W. pater ſuus fuit ſeiſitus in dominico ut de feodo in balliva tua die quo obiit, & quæ occaſione mortis ejuſdem W. capta fuerunt in manum noſtram, plenam ſeiſinam habere fac': ſalvo jure cujuſlibet, & ſalva Matildæ quæ fuit uxor prædicti W. rationabili dote ſua, ipſam de terris & tenementis prædictis ſecundum legem & conſuetudinem regni noſtri Angliæ contingente ei per nos aſſignand'. T. &c.

De terris liberandis poſt captioné homagii & fidelitatis.

¶ Rex, eidem ſalutem. Quia I. frater & hæres R. Sayer, filii & hæredis I. Sayer defuncti, qui de nobis ut de honore de H. in manu noſtra exiſtente, tenuit per ſervitium reddẽdi ad Wardam caſtri Dovorr̃ decem ſolidos per annum, ætatem ſuam coram R. de W. nuper eſcaetore noſtro in comitatu prædicto ſufficienter probavit, ſicut per probationem illam de mandato noſtro captam, & in cancellariam noſtram retornatam, eſt compertum: cepimus homagium & fidelitatem ipſius R. fratris Richardi, de omnibus terris & tenemẽtis quæ prædictus Johannes Sayer pater tenuit de nobis ut de honore prędicto die quo obiit, & quæ poſt mortem prędicti I. Sayer patris I. ratione minoris ætatis ipſius Richardi, qui quidem Richardus dum infra ætatem & in cuſtodia noſtra fuit, diem clauſit extremum, ad manus noſtras devenerunt debita, & eidem I. fratri R. omnia terras & tenementa illa cum pertinentiis reddidimus. Et ideo tibi præcipimus, quòd eidem I. fratri R. de omnibus terris & tenementis prædictis cum pertinentiis, & de quibus prædictus I. Sayer pater fuit ſeiſitus in dominico ſuo ut de feodo, in balliva tua die quo obiit, & quæ per mortẽ ipſius I. Sayer patris, & ratione minoris ætatis prædicti R. ad manus noſtras devenerunt, & ſic in manu noſtra ratione minoris ætatis ipſius ejuſdem I. fratris R. adhuc exiſtunt, plenam ſeiſinam habere fac': ſalvo jure cujuſlibet. T. &c.

Certiorari de feodis militum & advocationib' eccleſiarũ.

¶ Rex, eidem ſalutem. Volentes certis de cauſis certiorari, ſuper vero valore feodorum militum & advocationum eccleſiarum quę fuerunt I·

runt I. defuncti qui de nobis tenuit in capite in balliva tua die quo obiit,& quæ occasione mortis ejusdem I. capta sunt in manum nostram: tibi præcipimus quòd feoda illa & advocationes prædictas, per sacramentum &c.diligenter extendi fac',quantum videlicet valeant per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem eorundem. Et extentã illam distinctè & apertè factam, nobis sub sigillo tuo & sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilatione mittatis & hoc breve.T. &c.

Rex eidem salutem. Quia E. quæ fuit uxor B. defuncti, qui de nobis tenuit in capite,sacramentum pstitit coram nobis corporale quod se non maritabit sine licentia nostra: tibi præcipimus quod eidem E. ut infrà. De dote assignanda.

¶ Rex eidem salutem. Præcipimus tibi quod capto sacramento M. quæ fuit uxor W. defuncti, qui de nobis tenuit in capite,quod se non maritabit sine licentia nostra, eidem M. rationabilem dotem suam, ipsam de omnibus terris & tenemẽtis, quæ prædict' W. quondam vir suus tenuit in dominico suo ut de feodo, in balliva tua die quo obiit,& quæ per mortem prędicti W. capta fuerunt in manum nostram,& in manu nostra sic existunt, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ contingentem, per extentam inde factam, vel aliam si necesse fuerit iterato faciendam,in præsentia B. per te inde præmonend' si interesse voluerit,assignari fac'. Et cùm assignationem illam sic feceris,eam sub sigillo tuo distinctè & apertè mittatis,ut eam in rotulis cancellariæ nr̄æ prout moris est irrotulari faciamus. T. &c. Aliter.

¶ Rex, eidem salutem. Præcipimus tibi quod A. quæ fuit uxor B. defuncti,qui de abbatia de burgo sancti Petri nuper vacante, & in manu nostra existente,tenuit per servitium militare: rationabilẽ dotem suã, ipsam de omnibus terris & tenementis &c. quæ prædictus B. vir suus tenuit in abbatia pdicta, in balliva tua die quo obiit, & quæ per mortem ipsius B.in manu nostra existunt &c.ut suprà. Aliter.

¶ Rex eidem salutem.Præcipimus tibi quòd M.quæ fuit uxor C. defuncti,qui de hærede R. de mortuo mari defuncti, qui de nobis tenuit in capite infra ætatem,& in custodia nostra existẽ, tenuit per servitium militare: rationabilem dotem suam, ipsam de omnibus terris & tenementis, quæ prædictus W. quondam vir suus tenuit de hærede prædicto in balliva tua die quo obiit, & quæ per mortem prædicti W, & ratione minoris ætatis ejusdem hæredis &c. Aliter.

¶ Rex vicecomiti Eborum salutem. Cùm nos nuper ad prosecutionem G.filii & hæredis R, nuper comitis de Aneges defuncti qui de nobis tenuit in capite, cujus homagium cepimus de terris & tenementis, quæ idem comes pater suus tenuit de nobis in capite die quo obiit,accipientes quòd tam in assignatione dotis A, quæ fuit uxor prædicti comitis,facta, quàm in extenta eorundem terrarum & tenementornm post mortem præfati comitis, ad prosecutionem ejusdem A.facta, & in cancellaria nostra retornata, diversi errores intervenerunt,videlicet quòd terræ & tenementa prædicta prefatæ A. sic in dotem Scire facias ut dos assignata revocetur.

tem assignata, non ad verum valorem eorundem, ac alia terræ & tenementa in manu nostra pro hærede prædicto retenta, ultra verum valorem eorundem extenta fuerunt, & quæ adhuc multipliciter vastata existunt & destructa, mandaverimus dilecto nobis I. de R. escaetori nostro in comitatu E, quod per sacramentum &c. per quos &c. possēt, in præsentia dilecti & fidelis nostri Rogeri Mandit, qui præfatam A. duxit in uxorem, & ejusdem A. tam terras & tenementa eidem A. sic in dotem assignata, quàm terras & tenementa in manu nostra pro hærede prædicto retenta, iteratò extendi faceret, ac per extentam illam in præsentia prædicti R. de mandato nostro sic captam, & in cancellariam nostram retornatam pleniùs apparet, quòd plura terræ, tenementa, & reditus de hæreditate p̄dicta, præfatæ A. in dotē assignantur, quàm ipsam inde contingunt secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ: nos tam nostræ quàm prædicti hæredis indemnitati volētes prospicere in hac parte, tibi præcipimus quòd scire facias p̄fatis R. & A., quòd sint coram nobis in cancellaria nostra in crastino sancti Martini proximo futuro ubicunq; &c. ad ostendendum si quid pro se habeant vel dicere sciant, quare terræ & tenementa, quæ iidem R. & A. sic tenent in dotem ipsius A, de hæreditate p̄dicta, in manum nostram resumi, & eis rationabilis dos ipsam de terris & tenementis prædictis juxta extentas p̄dictas, secundum legem & consuetudinem p̄dictas contingens, de novo assignari non debeat, & ad faciendum ulteriùs & recipiendum quod curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeas nomina illorum per quos &c. T. &c.

De dote assignanda cū clausula reddendi quod excedit.

¶ Rex escaetori suo salutem. Scias quòd de terris & tenementis quæ fuerunt E. de B. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, & quæ occasione mortis ejusdem E. capta sunt in manum nostram: assignavimus M. quę fuit uxor prædicti E. maneria subscripta, videlicet maneria de B. & de C. cum pertinentiis in comitatu L. quæ ad centum li. extenduntur per annum, habenda in dotem ipsam de terris & tenementis prædictis, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angl' contingentem, reddendo inde nobis per annum ad scaccarium nostrū tantum quod excedit dotem supradictam. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem M. dicta maneria cum pertinentiis liberes: habenda in dotem suam in forma prædicta. T. &c.

De dote assignanda aliter.

¶ Rex escaetori suo in comitatu Bed' & Buk. salutem. Sciatis quòd de terris & tenementis quæ fuerunt H. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, & quæ occasione mortis ejusdem H. capta sunt in manum nostram: assignavimus I. quæ fuit uxor prædicti H. tertiam partem maneriorum de T. & C. in comitatu S, de C. in comitatu T. cum pertinentiis, necnon tertiam partem propartis quæ fuit ipsius H, curiæ libertatis honoris Wyntoñ, & visus francipleg' in dicto comitatu Leyc' habendam in dotem ipsam de maneriis & proparte prædictis, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ contingentem, necnon de assensu E. principis Wall' filii nostri charissimi, cui custodiā manerii de R. in comitatu Buk. quæ ad l. li. & manerii de N.

cum

cum pertinentiis in dicto comitatu Bed', quæ ad x.li.extenduntur per annum, sicut per extentas inde de mandato nostro factas, & in cancellaria nostra retornatas, est compertum: assignavimus præfatæ Johannæ dictum manerium de N. cum pertinentiis, pro dote sua dictorum maneriorum de R. & N, habend' in forma prædicta. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem I. dictum manerium de N. cum pertinentiis liberes: habend' in dotem suam sicut prædictum est. T. & c.

¶ Rex escaetori in comitatu Warr̄ & Leic' salutem. Cùm inter cætera terras & teñta I. quæ fuit uxor H. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, per nos de terris & tenemẽtis, quæ fuerunt p̄dicti H, in dotem assignatis, assignaverimus eidem I. partem manerii de Gronby cum pertinentiis in comitatu prędicto, necnō tertiā partē propartis quæ fuit ipsius H, curiæ libertatis honoris W, & visus francipleg' in eodem comitatu, habend' in dotem in forma p̄dicta: tibi p̄cipimus quòd eidem I, cujus sacramentum quòd se non maritabit sine licentia nostra recepimus, dictas tertias partes in balliva tua, in p̄sentia custodis eorū manerii & tertiæ partis per vos inde p̄monend' si interesse voluerit, vel attornati sui in hac parte, assignari & liberari facias: habend' in dotem sicut p̄dictum est. Et cùm assignationem illam &c. T. &c. Aliter.

¶ Rex, dilecto & fideli suo A. salutem. Cōpatientes statui dilectæ nobis A. quæ fuit uxor B, qui de nobis tenuit in capite, quæ ut accepimus adeo corporis sui debilitate deprimitur his diebus, quod non potest sine periculo laborare: dedimus vobis potestatem recipiendi hac vice nomine nostro sacramentum ejusdem A, quòd se non maritabit sine licentia nostra, necnon attornatos quos coram nobis loco suo attornare voluerit, ad petendam & recipiendam in cancellaria nostra dotem ipsius A, ipsam de terris & teñtis quæ fuerunt p̄dicti B. quondam viri sui die quo obiit, & quæ occasione mortis ejusdem B. capta sunt in manum nostram, secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ contingentem. Et ideo vobis mandamus quòd capto sacramento illo, & receptis attornatis p̄dictis: nobis de sacramento illo & de nominibus eorundem attornatorū sub sigillo vestro distinctè & apertè constare facias: remittentes &c. T. &c. De sacramento recipiendo q̄d vidua regis se non maritabit sine licentia regis.

¶ Rex escaetori &c. salutem. Compatientes A. quæ fuit uxor B. defuncti, qui de nobis tenuit in capite &c. ut suprà usq; ibi, ipsam de maneriis A. B. & C, & de decem marcatis reditus cum pertinẽtiis in A. & C, de quibus præfatus B. quondam vir suus postquam ipsam A. desponsaverat, H. le Despenser nuper comitem Wyntoñ feoffavit, & quæ per forisfacturam ipsius H. in manu nostra existunt secundum legem & consuetudinem &c. ut suprà. Aliter.

¶ Rex escaetori &c. salutem. Cum dñs E. nuper rex Angliæ pater noster, 20. die Januarii proximè præterito, ceperit homagium T. de B. filꝫ & hæredis T. de B. defuncti, de omnibus terris & tenementis quæ idem T. pater suus tenuit de dicto patre nostro die quo obiit, & ei terras & teñta illa reddiderit, eaq; sibi mandaverit liberari, salvo jure cujuslibet, & salva M. quæ fuit uxor prædicti T. rationabili dote sua, Scire fac' hæredi ad interessendum assigñ dotis.

 ipsam

ipsam de terris & tenementis prædictis secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ contingente, ei prout moris est assignand', sicut per inspectionem rotulorum cancellariæ dicti patris nostri nobis constat, ac præfata M. nobis supplicaverit ut ei dotẽ suam, ipsam de terris & tenẽtis ꝑdictis contingentẽ, secundũ legem & consuetudinem regni nostri Angliæ assignari faciamus, per qd' diem dedimus ꝑfatæ M, quòd sit in cancellaria nostra in crastino animarũ &c. ubicunq; &c. ad recipiendam dotem suam prædictam: tibi ꝑcipimus qd' scire facias ꝑfato T, quod ad diẽ ꝑdictum intersit assignationi dotis prædictæ si sibi viderit expedire. Et habeas ibi nomina &c. & hoc breve. T. &c.

Aliter. ¶ Quia M. quæ fuit uxor G. defuncti, qui de nobis tenuit in capite, petit à nobis rationabilem dotem suã de terris & tenẽtis quæ fuerunt ejusdem G. in comitatu prædicto, vel in balliva tua die quo obiit, & quæ occasione mortis ejusdem G. capta sunt in manum nostram, secundum legem & consuetudinem regni nr̃i Angliæ cõtingentem sibi assignari, per quod diem dedimus præfatæ M. in cancellaria nostra, videlicet tali die proximè futuro ubicunq; tunc fuerit, ad recipiend' ibidem dotem suam prædictam: tibi præcipimus &c.

Scire facias sup levari facias. REx vicecomiti Sumers. salutem. Quia R. de S. miles solvisse debuit A. de C. centum libras, videlicet in vigilia Nativitatis dñi, anno regni domini Edwardi nuper regis Anglię avi nostri decimo. lx. li. &c sicut constat nobis per inspectionem rotulorum cancellariæ dicti avi nostri, & eas ei nondum solvit ut dicitur: tibi præcipimus qđ scire facias præfato R, quòd sit in cancellaria nostra in crastino &c. ubicunque &c. ad ostendendum si quid pro se habeat vel dicere sciat quare prædicta pecunia de terris & catallis ipsius R. levari, & præfato A. liberari non debeat, juxta vim & effectum recognitionis prædictæ. Et habeas ibi nomina illorum per quos ei scire feceris & hoc breve. T. &c.

Levari facias. REx eidem salutem. Quia I. fil' C. solvisse debuit M. de B. 29. li, videlicet in festo sancti Michaelis anno regni domini Edwardi nuper regis Anglię avi nostri decimo C. s. & in festo Paschæ tunc proximè sequenti octo libras, sicut constat nobis &c. & eas ei nondum solvit ut dicitur: tibi præcipimus quòd ꝑdictam pecuniam de terris & catallis ipsius I. in balliva tua sine dilatione levari facias, ita quod eam habeas in cancellaria nostra in crastino Nativitatis sancti Johannis Baptistæ proximè futuro ubicunq; &c. ꝑfato M. ibidem liberand', & hoc nullatenus omittas. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Scire facias. ¶ Rex eidem salutem. Cùm I. filius C. primo die Julii anno regni domini E. nuper regis avi nostri decimo, in cancellaria sua recognoverit se debere B. & I. 20. li, unde eis solvisse debuit in festo Natalis domini tunc proximè futuro C. s. & in festo tali C. s. & in festo tali tunc proximè sequenti decem libras, sicut constat nobis &c. dicti avi nostri, & eas ei nondum solvit ut dicitur, ac iidem B. & I. juxta statutum inde æditum elegerint sibi liberari pro ꝑdictis viginti libris, omnia catalla & me-

& medietatem terræ ipsius I.fil' C, tenend' juxta formam statuti prædicti: tibi præcipimus quòd scire facias pfato I.filio C, quòd sit in cancellaria nostra tali die &c. ubicunq; &c. ad ostendendum si quid ,p se habeat vel dicere sciat quare omnia catalla sua & medietas terræ suæ, pfatis B.& I.vel eorū alteri ,p prædictis 20.li.liberari non debeant, juxta formā statuti pdicti. Et habeas ibi nomina illorum &c. T.&c.

Rex vic' salutem. Quia R. undecimo die Februarii ultimo præterito, in cancellaria nostra recognovit se debere H.viginti libras, quas ei solvisse debuit in festo tali tunc proximè sequenti sicut constat &c. cancellariæ nostræ,& eas ei nondum solvit ut dicit, ac idem H. juxta statutum inde æditum elegerit, sibi liberari pro prædictis viginti libris omnia catalla & medietatem terræ ipsius R, tenend' juxta formā statuti prædicti: tibi præcipimus quòd catalla ipsius R, ad valenciam prædictarum viginti librar per rationabilem appreciationem eorundem, exceptis bobus & affris carucæ in præsentia prædicti R. per te inde pmonend', si interesse voluerit, faciend', præfato H. vel suo certo attornato facias liberari. Et si catalla illa ad valenciam prædictarum viginti librarum non sufficiant, tunc catalla illa sic minùs valentia per rationabilem appreciationem, ac etiam medietatem terræ ipsius R. in balliva tua per extentam similiter in præsentia tua in forma prædicta faciend', præfato H. vel suo dicto attornato facias liberari, tenend' ut liberum teñtum suum quousq; dictum debitum inde fuerit levatum. Et de eo quod inde feceris, nobis in dicta cancellaria nostra tali die ubicunque tunc fuerit, sub sigillo tuo distinctè & apertè constare facias. Et habeas ibi hoc breve. T. &c. Elegit.

¶ Rex vic' Midd' salutem. Cùm S de R. nono die Martii anno &c. in cancellaria nostra, recognoverit se debere M. ducentas libras, quas ei solvisse debuit in festo tali tunc proximè futuro, sicut constat &c. ac idem I.&c. ut supra, tenend', juxta formam statuti prædicti per quod tibi præceperimus quòd scire faceres præfato T. &c. ad certum diem jam præteritum ubicunq; &c. ad ostendend' &c. juxta formam statuti prædicti, per quod tibi præceperimus quòd scire faceres præfato T. &c. ad certum diem jam præteritum ubicunq; &c. ad ostendend' &c. juxta formam statuti prædicti, ac tu nobis retornaveris quòd ante adventum brevis nostri prædicti, nos maneria de E. & C. quæ fuerunt ipsius T. in balliva tua seisiri fecimus in manum nostram, & idem T. de omnibus aliis terris & tenementis quæ habuit in balliva tua dimisit ante adventum dicti brevis nostri, per qd tibi præceperimus qd' scire faceres tenentibus terrarū & teñtorum quæ fuerunt ipsius T. in balliva tua die recognitionis prædictarum ducentarū librarum, qd' essent &c. ad eundē diē &c. in forma pdicta, ad quē diē pdictus A. non venit, & præfatus Adam in cancellaria nostra personaliter cōstitutus, asseruit quòd plures tenentes terrarum & tenementorum pdictorum, videlicet A. B. C. & D, qui unà cum dictis A.& A. sint corā nobis in cancellaria nr̃a in &c. ubicunq; &c. quē diem pfatis A. & A. super hoc dedimus inde ad ostēdēd' &c. ubicunq; &c. quare medietas terrarū & teñ quæ ipsi Scire facias quando plures sunt tenentes.

ipsi tenent de terris & teñtis quæ fuerunt prædicti T, die ꝑdicto, unà cum medietate terrarũ & teñtorum quæ ꝑdicti A. & A. tenent, de dictis aliis terris & tñtis ꝑfato I. pro prædictis CC. libris liberari non debeant juxta &c. T. &c.

Alter. ¶ Rex, vic' Kanc' salutem. Licèt nuper prætextu cujusdam recognitionis C. li. T. per S. de B. in cancellaria nostra tertio die Decembris proximè præterito factæ, quas idem S. præfato T. solvisse debuit in festo nativitatis sancti Johannis Baptistæ tunc proximè sequenti, sicut per inspectionem &c. & pro eo quòd idem S. prædictas C. li. præfato T. non solvit ut asseruit, tibi præceperimus qd' omnia catalla ipsius S. ad valenciam prædictarum centum librarũ ꝑ rationabilem appreciationem eorundem &c. si interesse vellet &c. ut in brevi de Elegit, tenend' ut liberum teñtum &c. esset levatum, quia tamen præfatus S. in cancellaria nostra personaliter constitutus, asseruit quòd recognitio prædicta facta fuit pro securitate de quibusdam conventionibus de quodam scripto indentato inter ipsum T. & præfatum S. inde confecto, quod idem S. in cancellaria nostra exhibuit, contentis perficiend' & observand', quódq; idẽ Simon paratus fuit & adhuc est, ad perficiendas & observand' conventiones supradictas juxta formam statuti prædicti, supplicando nobis ut ei super hoc faciamus de remedio congruo provideri: nos præfato S. in hac parte volentes fieri quod est justum, tibi præcipimus quod scire facias præfato T, quòd sit coram nobis in cancellaria nostra &c. quem diem &c. ad respondendum super præmissis, & ad faciendum ulteriùs & recipiend' quòd curia nostra consideraverit in hac parte. Et interim executioni dicti brevis nostri de omnib' catallis ipsius S. & medietate terræ suæ eidem Thomæ sic liberand' faciend' supersedeas. Et habeas &c. T. &c.

Aliter non omittas propter libertatem. ¶ Rex vic' salutem. Cùm E. de H. tali die anno regni domini E. &c. proavi nostri nono, in cancellaria sua recognoverit se debere I. de C. viginti libras quas ei solvisse debuit tali die tunc proximè futuro, sicut constat &c. cancellar' dicti proavi nostri, & eas ei &c. ac idem Johannes juxta statutum inde æditũ elegerit sibi &c. tenenda juxta &c. prædicti, per quòd tibi præceperimus quòd scire faceres præfato E. quòd esset in cancellaria nostra &c. ad ostendendum si quid &c. liberari non debeant juxta &c. ac tu nobis retornasti quòd breve nr̃m prædict' habere fecisti T. B. ballivo libertatis H. comitis Lanc' de honore de Leic', qui nullum tibi inde dedit responsum: tibi præcipimus qd' non omittas propter libertatem prædictam, quin illam ingrediaris, & scire facias præfato E, qd' sit in cancellaria tali die ubicunq; &c. ad respondendum si quid habeat vel dicere sciat quare omnia catalla sua ac medietas terræ suæ præfato I. pro prædictis viginti libris liberari non debeant &c. ut suprà.

Levari facias residuũ debiti. REx vicecom̃ salutem. Quia Thomas abbas de B. solvisse debuit R. C. li. &c. in festo &c. anno &c. sicut constat &c. & eas &c. per quod tibi præceperimus quòd prædictam pecuniam de terris & catallis ipsius abbatis, in balliva tua sine dilatione levari faceres, ita qd' eam

eam haberes in cancellaria &c. ubicunq; &c. præfato R. ibidem liberand', ac tu nobis retornasti quod cepisti in manũ nostram per diversas vices de bonis & catallis ipsius abbatis ad valenciã tanti, quòd inde levasti, & p̃fato R. habere fecisti : tibi præcipimus quòd residuum debiti prædicti de terris et catallis ipsius abbatis in balliva tua sine dilatione levari facias, ita quòd illud habeas coram nobis à die &c. ubicunque &c. præfato R. ibidem liberand'. Et hoc nullatenus omittas. T. &c.

¶ Rex venerabili in Christo patri R. &c. salutem. Quia I. persona ecclesiæ de S. de com̃ H. vestræ dioc', et T. de L. persona ecclesiæ de M. com̃ talis, talis dioc', solvisse debuerunt magistro F. CC. li, videlicet in festo Omnium sanctor̃ anno &c centum libras, et in festo &c. centum libras, sicut constat &c. ut dicit : vobis mandamus quòd centũ et viginti marcas de summa p̃dicta de bonis et catallis ipsius I. in dicta dioc' vestra sine dilatione levari facias, ita quod easdem centum et viginti marcas habeamus in cancellaria nr̃a &c. ubicunq; &c. p̃fato F. ibidem liberand'. Et hoc nullatenus omittatis. Et habeatis ibi hoc breve. Mandavimus enim W. Lincolñ episcopo, quòd ipse centum et viginti marcas residuas de bonis ecclesiasticis ipsius Thomæ in dicta dioc' sua levari faceret in forma prædicta. T. &c. Levari facias episcopo.

REx dilecto & fideli suo R. de M. salutem. Sciatis quòd dedimus potestatem recipiendi recognitionem, quam I. de P. coram vobis facere voluerit G. de L. & A. de L. canonicis ecclesiæ beatæ Mariæ Lincolñ, de quacunq; pecuniæ summa. Et ideo vobis mandamus qđ cùm recognitionem illam ceperitis, nos inde ac de die sive diebus solutionis, necnon de die captionis ejusdem in cancellaria nostra sub sigillo vestro distinctè & apertè reddatis certiores: hoc breve nobis remittentes. T. &c. Dedimus potestatẽ recipiẽdi recognitionem

¶ Rex &c. salutem. Sciatis quòd dedimus vobis potestatem recipiendi hac vice nomine nostro recognitionem, quam I. de T. de quocunq; debito facere voluerit corã vobis. Et ideo vobis mandamus, qđ cũ recognitionem illam ceperitis, nos inde sub sigillo vestro distincte &c. Aliter.

*Quando vicecomes retornat quòd cepit in manum regis bona & catalla debitoris ad quæ nondum invenit emptores, isto modo fiat breve. Nota.

¶ Rex vic' Eborum. Quia &c. ut suprà, ut dicit, tunc sic, tibi præcipimus quod p̃dictam pecuniã &c. ut suprà usq; ibi, liberand', ac tu nobis retornasti quod cepisti in manũ nr̃am de bonis & catallis ipsius R. ad valenciam quinq; librarum, ad quæ nondũ invenisti emptores : tibi p̃cipimus quod easdem quinq; libras de bonis sic in manum nostrã captis, necnon residuum dictarum decem li. de bonis ipsius R. in balliva tua sine dilatione levari facias. Qñ vicecomes retornat quod non habuit emptores.

¶ Rex venerabili in Christo p̃ri &c. salutem. Quia I. de B. archidiaconus Wyntoñ, solvisse debuit Thomæ de M. quadraginta libras in festo tali anno tali &c. sicut &c. & eas &c. per quod præceperimus vicecomiti nostro Bed', quod scire faceret p̃fato archiadiacono, quod esset coram nobis in cancellaria &c. si quid pro se habere &c. Aliter de eodẽ.

ac idem vicecomes noster nobis retornavit quòd pdictus archidiaconus non habuit laicum feodum in balliva sua ubi præmoneri potest, sed quod est beneficiatus in dioc' vestra, per qd' vobis mandaverimus quod ducentas libras de summa prædicta de bonis ecclesiasticis ipsius archidiaconi in dicta dioc' vestra sine dilatione levari faceretis, ita quod easdem ducentas libras haberetis coram nobis in cancellaria nra in crastino Nativitatis beatæ Mariæ virginis proximè præterito, ubicunq; tunc esset, præfatis T.& R. ibidem liberand', ac vos nobis significastis quod de bonis ecclesiasticis ipsius archidiaconi ad valenciam quadraginta librarum sequestrari fecistis, ad quæ nondum invenistis emptores: vobis mandamus quod dictas quadraginta libras de dictis bonis sic per vos sequestratis, necnon centum & sexaginta libras residuas de CC. li prædictis de bonis ecclesiasticis ipsius archidiaconi in dicta dioc' vestra sine dilatione &c. ita &c. mandamus enim &c. custodi spiritualitatis episcopatus Wyntoñ &c. quod ipse CC. li residuas de bonis ecclesiasticis ipsius archidiaconi in dicta dioc' Wyntoñ, levari faceret in forma prædicta. T. &c.

Scire facias pro religiosis.

¶ Rex vicecom salutem. Cùm I.& W. tali die tali anno in cancellaria nra &c. recognoverit, videlicet quilibet eorum in solid', se debere abbatissæ de K. lx. li, unde ei solvisse debuerunt unam videlicet medietatem tali festo tunc proximè futuro, & aliam medietatẽ tali festo tunc proximè sequenti sicut constat &c. & eas nondum solverunt &c. tibi præcipimus quod scire facias præfatis I.& W, quod sint &c. ubicunq; &c. ad ostendendum si quid pro se habeant vel dicere sciant, quare pecunia prædicta de terris & catallis suis levari, & præfatæ abbatissæ liberari non debeant, juxta vim & effectum recognitionis prædictæ. Et habeas ibi nomina illorum &c. T. &c.

Levari facias quando aliqui terminorũ sunt elapsi.

¶ Rex vic' salutem. Quia I. de H, & W. de S. tali die anno tali in cancellaria &c. recogñ, videlicet uterq; eorum in solidum, se debere W. comiti Sarum duo millia li, & unde ei solvisse debuerunt in festo tali tunc proximè futuro x. li, & in festo tali tunc proximè sequenti x. li, et sic per alios duos terminos, & easdem viginti libras ei nondum solverunt ut dicit: tibi præcipimus quod prædictas xl. li. de terris & catallis &c. ut in primo brevi.

Scire facias pro executoribus episcopi qñ debita sunt in diversis comitatibus.

¶ Rex vicecomiti salutem. Cùm N. de F. persona ecclesiæ de C. in comitatu K. & I. de H. persona ecclesiæ de L. in comitatu Bed', tali die anno tali in cancellaria nostra, recognoverint videlicet quilibet eorum in solidum se debere T. de B nuper episcopo Lincolñ CC. li, unde ei solvisse debuerunt in festo tali tunc proximè futuro centum marcas, & in festo tali tunc proximè sequenti centum marcas, & in festo tali centum marcas, sicut constat &c. & eas ei nondum solverunt ut dicitur: tibi præcipimus quod scire facias præfato N. quod sit &c. tali die &c. ubicunq; &c. ad ostendendum si quid &c. quare prædicta pecunia de terris & catallis ipsius N, ac prædicti I. levari, & W. & H. executoribus prrædicti episcopi jam defuncti ut dicitur liberari non debeat, juxta vim & effectum recognitionis prędictæ. Et habeas

ibi nomina illorum &c. Mandavimus enim vicecomiti nostro E. quòd scire faceret præfato I., quòd sit in cancellaria nostra prædicta ad diem pdictum, ad ostendendum unà cum præfato N. quare prædicta pecunia de terris & catallis ipsius I. ac ipsius N. levari, & pfatis executoribus liberari no debeat in forma prædicta. T. &c.

¶ Rex vicecomiti Oxoñ salutẽ. Cùm Johannes Dymmok tali die anno tali, in cancellaria nostra recognoverit se debere W. B. C. marcas, quas ei solvisse debuit in festo sancti Michaelis proximè futuro, sicut constat &c. & eas ei nondum solvit ut dicitur, ac idem W. juxta statutum inde æditum elegerit sibi liberari pro prædictis centũ marcis omnia catalla & medietatem terræ ipsius Johannis, tenend' juxta formam statuti, per quod tibi præceperimus quòd scire faceres pfato I. quòd esset in cancellaria nr̃a ad certum diem jam præteritum ubicunq; tunc foret ad ostendendum si quid pro se haberet vel dicere sciret, quare omnia catalla sua & medietas terræ suæ pfato W. pro prefatis centum marcis liberari non deberent, juxta fomam statuti prædicti, & quia tu ad diem illum nobis retornasti, quod scire fecisti pfato Johanni quod esset in cancellaria ad diem prædictum, ad faciendum quod dictum breve nostrum requirebat, prędictus Johannes in dicta cancellaria nostra ad eundem diem solemniter vocatus non venit: tibi præcipimus quod omnia catalla ipsius Johannis ad valenciam quinquaginta marcarum de dictis centum marcis per rationabilem appreciationem eorundem, exceptis bobus & affris carucæ suæ in præsentia prædicti Johannis per te inde præmonendi si interesse voluerit faciend', præfato Wilhelmo vel suo certo attornato facias liberari. Et si catalla ad valenciam prædictarum quinquaginta marcarum non sufficiant: tunc catalla illa sic minus valentia per rationabilem appreciationem, ac etiam medietatem terræ ipsius Johannis in balliva tua per extentam inde similiter in præsentia sua in forma prædicta faciend', pfato Wilhelmo vel suo dicto attornato facias liberari: tenend' ut liberum tenementum suum quousq; dictæ quinquaginta marcæ inde fuerint levatæ. Et de eo, quòd feceris, nobis in cancellaria nostra in octavis sanctæ Trinitatis proximè futuris ubicunque tunc fuerit, sub sigillo tuo distinctè & apertè constare facias. Et habeas ibi hoc breve. Mandavimus enim vicecomiti nr̃o Lincolñ, quòd omnia catalla & medietatem terræ prædicti Johannis in balliva sua pfato Wilhelmo pro residuis quinquaginta marcis liberari faciat in forma prædicta. T. &c.

Elegit super le scire facias

¶ Rex vicecomiti salutem. Cùm I. de W. tali die anno tali, in cancellaria nostra recognoverit se debere H. nuper duci Lanc' centum libras, quas ei solvisse debuit in festo tali tunc proximè futuro sicut constat &c. & eas ei nondum solverit ut dicitur, ac W. B. C. & D. executores prædicti nuper ducis defuncti, juxta statutum inde æditum elegerint sibi liberari pro prædictis centum libris omnia catalla & medietatem terræ ipsius Johannis de W, tenend' juxta formam statuti *prædicti*, per quod tibi præceperimus quòd scire faceres præfato Johanni de

Aliter pro executoribus contra hæredes & tenentes.

W.quòd esset in cancellaria nostra tali die proximè futuro ubicunq; &c.ad ostendendum si quid pro se haberet vel dicere sciret quare omnia catalla sua & medietas terræ suæ præfatis executoribus pro prædictis centum libris liberari non deberent, juxta formam statuti prædicti, ac tu nobis retornaveris quòd prædictus Johannes de W. mortuus est: tibi præcipimus quòd scire facias hæred' ipsius Johannis de W.necnon tenentibus terræ quæ fuit ejusdem Johannis de W. die recognitionis prædictæ, quòd sint in cancellaria nostra tali die proximè futuro ubicunq; &c. ad ostendendum si quid pro se habeant vel dicere sciant,quare medietas terræ quam ipsi tenent de terra prædicta, præfatis executoribus pro prædictis centum libris liberari non debeat,juxta formam statuti prædicti.Et habeas ibi nomina illorum per quos &c.T.&c.

Sacramentum vicecomitis.

VOus iurres que bien & loialment servires au roy, en loffice de viscount de L,& le prou roy ferres en touts choses que à vous appendent affaire,solonq; vostre sceu & vre poiar, & ses droitures en quanque à la corone appent loyalment garderes, nassenteres à detrees ne à concelemēt des droits & franchises le roy, & per lou vous saueres les droits le roy ou de la corone soit in terres ou en rents, ou en franchises,ou en suits, conceles ou sustretes, vostre loyal poiar mettres de ceo repeller. Et si vous ne le poyes faire : vous les dirres au roy ou à ceux de son councell, des queux vous soies certeine quils dirront au roy. Et les dettes le roy pur done ne pur fauour ne respecteres, per lou vous purres sans tresgraunt greuaunces des dettours leuere,& que loialmēt & à droiture treteres le people de vostre baille, & à chescun ferres droit auxibien as pouers come as ryches, en ceo que à vous appent affaire.Et pur don, ne promise, ne pur favour, ne pur haiour, tort ne ferres à nully, ne autre droiture ne distourberes, & que loialment accounteres al eschequer les gents des queux vous aues riens receu des dettes le roy, & que rien ne prenderes, per quoy le roy perde, ou per quoy droiture soit disturbe ou le dette le roy delaye.Et que loyalment ferres returner & loyalment servires le brief le roy à vostre sceu & vostre poiar. Et que ne prenderes nul bailife en vostre seruice,pur quoy vous ne voilles respondre. Et vous ferres vos bailife faire autyel serement come à eux appent.Et que nul briefe resceueres per vous ne per les vous soubs seel les justices, forsque en eire ou auters iustices assignes en mesme le counte, ou iustices de Newgate.Et que vous mettres vous bailifes de pluis loialx de pays, ci dieu vous eyde & ses seints.

Sacramentum escaetoris.

¶ Vous iurres que bien &c.en loffice de eschetour, en les countes de N.& R, & le prou &c. usque ibi, quils le dirront au roy, & tunc sic: Et que loyalment & à droiture treteres le people de vostre baille. Et pur done, ne pur promysse, ne pur haiour, tort ne ferres à nulluy ne auter droit ne disturberes. Et que rien ne prendres per quoy le roy perdra,ou per quoy la droiture soit distourbe. Et que loyalment

ferres

ferres returner & loialment servir les briefes le roy. Et que in propre person les estents de terres solonq; verray valeu, & enquestes ferres & retourneres à vostre sceu & à vostre poiar. Et que vous ne prenderes nul baillifes en vostre service, pur quoy ne voilles respondre. Et que vos ferres vos bailifes faire autiel serement come à eux appent, & que accompt rendres al eschequer le roy des issues de vostre dit bailly, ci dieu vous aide & ses seints.

¶ Vous jurres que vous serres foial & loial, & foy & loialte porteres, à nostre seignior le roy H. & à ses heires roys Dangleterre, de vie & de membre & de terrene honour, & à viver & à morer countre toute gents, & loyalment ferres, & loialment conustres le services dues de terres les queux vous cleymes tenir de luy & les queux il vou rende, ci dieu vous aide & ses seints. Sacramentũ fidelitatis.

REx, dilecto sibi in Christo abbati de Bello salutem. Ad vicariam ecclesiæ de A. vacantem, & ad nostram nominationem ratione temporalium episcopatus Norwicen̄, certis de causis in manu nostra nuper existentium, spectantem, dilectum nobis T. capellanũ vobis nominamus: rogantes quatenus eundem T. venerabili patri W. Norwicen̄ episcopo per literas vestras patentes, ad vicariam prædictam prout moris est præsentetis &c. T. &c. De nominatione facta p regẽ.

¶ Rex, omnibus ad quos &c. salutem. Licèt nuper ad vicariam ecclesiæ de A. vacantem, & ad nr̄am nominationem, ratione temporalium episcopatus Norwicen̄ certis de causis in manu nostra nuper existentium, spectantem, dilectum clericum nr̄m T, dilecto nobis in Christo abbati de B. per ipsum loci dioc' præsentand' nominaverimus: quibusdam tamen certis de causis nominationem nostram prædictam de p̄dicto T. ad dictam vicariam sic factam, tenore præsentium duximus revocand'. Et hoc omnibus quorum interest innotescimus. In cujus rei testimonium &c. T &c. De nominatione facta p regẽ revocanda.

¶ Rex, venerabili in Christo patri Waltero, eadem gratia episcopo Norwicen̄ salutẽ. Cùm nos ad vicariam ecclesiæ de A. vestræ dioc' vacantem, & ad nr̄am donationem ratione temporalium episcopatus p̄dicti nuper in manu nr̄a certis de causis existentium, spectantem, dilectum nobis Thomam dilecto nobis in Christo abbati de B. per ipsum vobis præsentandum nominaverimus, & nominationem nostram de dilecto clerico nostro Thoma de B. ad vicariam prædictam, dicto abbati p vos priùs factam certis de causis p literas nr̄as patentes revocaverimus, prout in eisdẽ literis nostris plenius continetur: vobis mandamus quòd prædictum Thomam ad vicariam prædictam per prædictum abbatem vobis ad nominationem nostram sic factam præsentandum, dum tamen aliud canonicum non obsistat admittatis, & ipsum vicarium instituatis in eadem, aliqua prohibitione nostra vobis ad sectam nostram seu alicujus alterius ex parte dicti T. de B. vobis directa non obstante &c. T. &c. De admittenda p̄sentatione per abbatẽ ad nominationẽ regis nõ obstante prohibitione.

¶ Rex, dilecto sibi abbati de C. vel ejus certo attornato in Angl' salutẽ. Ad ecclesiam de C. vacantẽ, ad quam vobis nominare p̄sonam p vos Aliter de nominatione p regẽ

præſentand' ad nos pertinet regio jure noſtro, dilectum clericum noſtrum S. nominamus, mandantes quòd eundem S. venerabili in Chriſto patri Wilhelmo archiepiſcopo Eborum ad eccleſiam prædictam p literas veſtras patentes præſentetis. In cujus &c. T. &c.

De permutatione p nominationem.

¶ Rex, dilectis ſibi in Chriſto abbati & conventui de loco regali ſalutem. Cùm Henricus vicarius eccleſiæ de S. Norwicen̄ dioc', & Wilhelmus perſona eccleſiæ de O. ejuſdem dioc', beneficia ſua prædicta intendant ut aſſerunt invicem canonicè pmutare: nos ad dictam vicariam de S. ad quam ad nos nominare vobis idoneam perſonam ratione epiſcopatus Norwicen̄ vacantem, & in manu noſtra exiſtentem ptinet: præfatum Wilhelmum ex cauſa hujuſmodi pmutationis faciendæ vobis nominamus intuitu charitatis, mandãtes quatenus ipſum Wilhelmum ad dictam vicariam cuſtodi ſpiritualitatis epiſcopatus prædicti ſede vacante, per literas veſtras patentes ex cauſa prædicta p̄ſentetis. In cujus &c. T. &c.

Præſentatio p regem.

¶ Rex, venerabili in Chriſto patri P. eadē gratia epiſcopo Lincoln̄ ſalutem. Ad eccleſiam de W. veſtræ dioc' vacantem, & ad noſtram donationem ſpectantem, dilectum clericum noſtrum C. vobis præſentamus intuitu charitatis: rogantes quatenus ipſum C. ad eccleſiam prædictam admittatis, & perſonam inſtituatis in eadem. In cujus &c. T. &c.

Aliter ratione cuſtodiæ.

¶ Ad noſtram donationem ſpectantem, ratione cuſtodiæ terræ & hæredis W. defuncti, qui de nobis tenuit in capite in manu noſtra exiſtentis, dilectum &c. vel ſic, ratione minoris ætatis hæredis G. defuncti, qui de hærede P. defuncti, qui de nobis tenuit in capite infra ætatem & in cuſtodia noſtra exiſtentis, tenuit per ſervitium militare, dilectum &c. ad eccleſiam &c. vacantem p reſignationem S. de C. nuper perſonæ eccleſiæ prædictæ, & ad noſtram donationem ratione minoris ætatis hæredis I. de B. defuncti, qui de hærede L. de H. nuper comitis Pembroch' defuncti, qui de nobis tenuit in capite, infra ætatem & in cuſtodia noſtra exiſtente, tenuit per ſervitium militare, ſpectantem, dilectum nobis Laurentium de S. capellanum vobis præſentamus intuitu charitatis &c.

Præſentatio cauſa permutationis.

¶ Rex, tali epiſcopo ſalutem. Cùm A. pſona eccleſię de B. veſtræ dioc' & C. perſona eccleſiæ de D. Sarum dioc', beneficia ſua prædicta intendant ut aſſerunt ad invicem canonicè permutare: nos ad dictam eccleſiam de B. ad noſtram donationem ſpectantem, p̄fatum C. ex cauſa hujuſmodi permutationis faciendæ vobis p̄ſentamus intuitu charitatis, rogantes, quatenus ipſum C. ad eccleſiam de B. ex cauſa p̄dicta admittatis &c.

Aliter ad præbendam.

¶ Rex, omnibus ad quos &c. Sciatis quòd dedimus & conceſſimus dilecto clerico noſtro T. præbendam de B, in eccleſia ſancti E. Hereford' vacantem, & ad noſtram donationem ſpectantem, ratione epiſcopatus Hereford' nuper vacantis, & in manu noſtra exiſtentis: habend' cum ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunque. In cujus &c. T. &c.

¶ Rex venerabili in Christo patri T. eadem gratia episcopo Hereford' salutem. Cùm per literas nostras patẽtes dederimus & concesserimus dilecto clerico nostro &c. usq; ibi, quibuscunq;, prout in literis nostris prædictis pleniùs continetur: vobis mandamus quòd ipsum T. ad præbendam prædictam admittatis, & ei stallum in choro, & locum in capitulo ratione præbendæ illius prout moris est assignari faciatis. T. &c. ut suprà. De assign' stallum in choro.

¶ Et mandatum est decano & capitulo ecclesiæ prædictę, quòd eidem Thomę stallum in choro & locum in capitulo ratione præbendæ illius prout moris est assignent. T. ut suprà. Aliter decano & capitulo.

¶ Rex, custodi spiritualitatis episcopatus Sarum sede vacante salutem. Cùm per literas nostras patentes &c. usq; ibi continetur: vobis mandamus quòd eidem Thomæ stallum in choro & locum in capitulo &c. ut suprà. Aliter sede vacante.

☞ Eodem modo scribatur decano & capitulo sic: Dilectus sibi in Christo decano & capitulo ecclesiæ &c. Regula.

¶ Rex omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quòd dedimus & concessimus dilecto nobis A. capellano, custodiam heremitagii de Crepilgate Londoñ vacantem, per resignationem Bernardi ultimi custodis ejusdem, & ad nostram donationem spectantem: habendum cum omnibus ad custodiam illam spectantibus ad totam vitam ipsius A. In cujus &c. T. &c. De collatione heremitagii.

¶ Rex, vicecomitibus Londoñ salutem. Cùm per literas nostras patentes dederimus &c. ad totam vitam ipsius A, prout in literis nostris p̃dictis pleniùs continetur: vobis præcipimus quòd ipsum A. in corporalem possessionem heremitagii prædicti prout moris est inducatis, seu induci faciatis. T. &c. De inducendo in corporalem possessionem.

¶ Rex, venerabili &c. salutem. Ad cantariam ad altare beati Petri in ecclesia beatæ Mariæ Linc' vestræ dioc' vacantem, & ad nostram donationem spectantem, ratione episcopatus Lincolñ nuper vacantis & in manu nostra existentis, dilectum clericũ nostrum A. capellanum vobis præsentamus &c. rogantes quatenus ipsum A. ad cantariam prædictam admittatis, & ulteriùs faciatis quod vestro incumbit officio in hac parte. In cujus &c. T. &c. Aliter ad cantariam.

¶ Rex, omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quòd commisimus vel dedimus & concessimus dilecto clerico nr̃o A. cantariã ad altare &c. usq; ibi, in manu nostra existentis: habend' cum suis juribus & pertinentiis quibuscunq;. In cujus &c. T. &c. Ista litera patens facta fuit de eadẽ cãtaria.

¶ Rex, omnibus &c. salutem. Sciatis quòd commisimus vel dedimus & concessimus dilecto clerico nr̃o I. præposituram in ecclesia cathedrali Welleñ vel thesaurariam &c. vacantem, & ad nostram donationẽ spectantem, ratione episcopatus Bathoñ & Welleñ nuper vacantis, & in manu nostra existentis: habend' cum suis juribus & pertinentiis quibuscunq;. In cujus &c. T. &c. Aliter ad p̃posituram in ecclesia cathedrali.

¶ Rex, dilecto sibi N. de H. præposito ecclesiæ sancti Johannis Beverlaci salutẽ. Ad ecclesiã de S. vestræ jurisdictionis, & Eborum dioc' vacantem, Aliter præposito Beverlaci.

 cantem,

cantem, & ad noſtram donationem ſpectantem, ratione terræ & hæredis H.&c.vobis præſentamus &c.admittatis, & perſonam inſtituatis in eadem.In cujus &c.

Præſentatio p abbatiſſam.

¶ Venerabili in Chriſto patri T.dei gratia Lincolñ epiſcopo, I. eadem gratia abbatiſſa de S, & ejuſdem loci conventus ſalutem. Cum omni reverentia & honore ad p̄bendam de I. cum ſuis juribus & pertiñ eidem annexis,per reſignationem R.illuſtriſſ.regis Angliæ clerici nuper p̄bendarii ejuſdem vacantem,& ad nr̃am donationem ſpectantem: dilectum nobis in Chriſto dominum A.clericum veſtræ paternitati reverendæ præſentamus, intuitu charitatis humiliter ſupplicantes & devotè,quatenus ipſum A.ad eandem charitatis intuitu admittere, & præbendarium inſtituere velitis in eadem, valeat veſtra reverenda paternitas per tempora diuturna. Datum in capitulo noſtro apud Clerkynwell.vij kalend' Maij anno domini &c.

Aliter per laicũ patronũm.

¶ Rex,venerabili in Chriſto patri W.dei gratia E. archiepiſcopo Angliæ primati ſuus humilis & devotus S. ſalutem. Cum omnibus reverentiis & honoribus debitis tanto patri,ad eccleſiam de I. veſtra dioc' vacantem & ad meam præſentationem ſpectantem, dilectum mihi R. clericum vel capellanum veſtræ reverendę paternitati p̄ſento per p̄ſentes,intuitu charitatis vos rogans humiliter & devotè, quatenus ipſum R.ad dictam eccleſiam admittere & rectorem inſtituere velitis in eadem,omni juri in hoc caſu variandi, & alium ad dictam eccleſiam p̄ſentandi mihi competenti & competituro quandocunque ſcienter & expreſsè ac purè & ſimpliciter renuntians per præſentes. In cujus præſentationis teſtimonium has literas meas veſtræ piæ paternitati dirigo patentes. Datas apud Weſtmonaſterium vij. kalend' Maij anñ domini &c.

Collatio hoſpitalis p regem.

¶ Rex, omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quòd dedimus & conceſſimus dilecto clerico nr̃o W, cuſtodiam hoſpitalis noſtri qd' vocatur la Maladry extra Lincolñ:habend' ad totam vitam ſuam cum ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunq;.In cujus &c.T. &c.

De inducendo in corporalem poſſeſſionem.

¶ Cùm quidam finis levasset in curia dn̄i E. quondam regis Angliæ avi nostri à die sanctæ Trinitatis in xv. dies anno &c. coram I. de B. & sociis suis tunc justitiariis ipsius avi nostri itinerantibus apud Eborū, inter Alanum quer̄ & Adam def, de decem libratis terræ cum pertinētiis in A. in manerio de L. in comitatu de N. unde placitum conventionis summonitum fuisset inter eos in eadē curia, scilicet quòd prædictus Adam recogn̄ prædicta tenementa cum pertinentiis, ut in dominicis, reditibus, &c. & omnibus aliis rebus ad prædicta tenementa pertinentibus, esse jus ipsius Alani, præterea idem Adam dedit & cōcessit prædicto Alano v. marcas reditus cum pertinentiis in A. comitatu Kanc', & totum manerium de B. cum pertinentiis in comitatu tuo, ut in dominicis &c. habend' & tenend' eidem Alano & E. uxori ejus & hæredibus de corporibus ipsor̄ Alani & E. procreatis de capitalibus dominis feodor̄ illor̄ imperpetuum, fac' inde omnia servitia quæ ad prædicta ten̄ta pertinent, & prædictus Adam & hæredes sui war̄ eisdem Alano & E. & hæredibus suis prædictis, omnia prædicta tenementa cum pertinentiis per prędicta servitia contra omnes gentes imperpetuum, & si contigerit quòd prædictus Alanus & E. obirent sine hærede de corporibus ipsorum Alani & E. procreato, tunc post decessum ipsorum Alani & E. p̄dicta ten̄ta cū pertinentiis ad p̄fatum Adā & hęredes suos integrè reverterētur quieta de aliis hæredibus ipsor̄ Alani & E. imperpetuum, ac jam ex insinuatione Antonii de L. & I. consanguineorum & hæred' p̄dicti Adæ accepimus, quòd prædictus Alanus & E. jam obierunt, & quòd Johannes filius & hęres eorundē Alani & E. obiit sine hærede de corpore suo procreato, & etiam Wilhelmus filius prædicti Alani & E. & frater & hæres prædicti Johannis jam obiit sine hęrede de corpore suo procreato, & quòd quædā Johanna quæ fuit uxor Johannis de W. p̄dict' manerium de B. cum pertinentiis ingressa est, & illud tenet contra formā finis p̄dicti, & ideo tibi p̄cepimus quòd per bonos & legales homines de comitatu tuo scire faceres p̄dictæ Johānæ, quòd esset coram justitiariis nostris apud Westm̄ à die sancti Michaelis in xv. dies ꝓximè præterito, ostensura si quid pro se haberet vel dicere sciret, quare p̄dict' maneriū de B. cum pertinentiis, prædicto Antonio & I. consanguineis & hæredibus prædicti Adæ reverti non deberēt si sibi vidisset expedire, ac ꝓ eo quòd idem I. postea in eadem curia nostra dixit quòd prædictus

Antonius

Antonius sequeretur executionē finis pdicti de medietate pdicti manerii de B. cum pertinentiis, versus pdictā Johañ, eadem Johanna venit in eadem curia nostra, & dixit, quòd ipsa tenet pdictum maneriū de B. cum pertinentiis per nomen manerii de R. ex dimissione N. de C. & quòd reversio inde post mortem ejusdem Johañ ad pdictum N. spectat, sine quo non potest pdicto Antonio de pdicta medietate manerii pdicti respōdere, & petiit auxilium de ipso Nicholao. Et ideo tibi pcipimus qd' p bonos &c. scire facias prædicto N. qd' sit &c. apud Westm̄ à die &c. ad respondend' prædicto A. simul cum pdicta Johāna de pdicto placito si voluerit. Et habeas ibi nomina &c. T. &c.

¶ Cùm I. de M. in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm̄, peteret versus Nicholaū de I. & Johañ uxorem ejus, unū toftū & decem acras terræ cum pertinentiis in S. ut jus suum, iidem Nicolaus & I. venerunt in eadem curia nostra & vocarūt inde ad warrantum Thomā de P. sum̄ in eodem com̄ tuo, qui postea prædictis Nicholao & I. prædicta tñta warrantizavit, ita qd' consideratum fuit in eadem curia nr̄a, qd' prædictus Johañ recuperaret inde seisinam suam versus prædictos Nicolaū & I. & iidem Nicolaus & I. haberent de terra prædicti Thomæ ad valenciam prædictor̄ teñtorum cum pertinentiis, per quod tibi præceperimus quòd eidem Johañ seisinam suā de prædictis tñtis versus prædictos N. & I. petitis, & eisdem N. & Johañæ de terra prædicti T. ad valenciam prædictorum teñtorum sine dilatione habere faceres: tu postmodum prædicto I. seisinam suam de prædictis tenementis versus prædictos N. & I. petitis per præceptum nostrum prædictum liberasti, & pdictis N. & I. viginti acras terræ & unam acram prati & dimidium, de terra prædicti Thomæ ultra valorē prædictor̄ teñtorum versus prædictos Nicolaum & I. petitorum liberari fecisti, contra legem & consuetudinem regni nostri, prout ex gravi querela ipsius Thomæ accepimus. Et quia eidem T. injuriari nolumus in hac parte: tibi præcipimus quòd in præsentia partium prædictar̄, si interesse voluerint, per sacram̄tum proborum & legalium hominū de com̄ tuo extēdi & appreciari facias prædicta terras & teñta versus pdictos N. & I. petitas, ac etiam terras & teñta quæ prædictis N. & I. de terra prædicti T. pro valore terrarum & teñtorum versus eosdem Nicolaū & Johañ petitorum liberata fuerunt. Et si quæ terras aut teñta prædictorum Nicolai & I. ultra valorem prædictorum teñtorum, versus eosdem N. & I. petitorum de terra prædicti T. liberari fecisti: ea prædicto T. sine dilatione rehabere facias. Et qualiter hoc præceptum nr̄m fueris executus, scire facias justitiariis nostris apud Westm̄ à die &c. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Qñ vicecomes liberavit seisinā de majore parte terræ quā deberet.

¶ Cùm S. de B. in curia nostra &c. recuperasset seisinam suā versus A. de L. & M. uxorem ejus, de uno mesuagio cum pertinentiis in B. per quandam juratam coram dilectis & fidelibus nostris I. de G. & I. de T. apud Somertoñ inde inter eos captam, iidem A. & M. post juratam prædictam coram præfatis I. & I. inde inter eos captam, antequam judicium fuerit inde redditum, & prædictus S. seisinam suam

Breve de extirpatione post judicium.

de

de prædicto mesuagio consequi potuit, unam aulam precii 20. librarū, quatuor cameras precii cujuslibet x. li, unam coquinā precii centum solid', in pdicto mesuagio situatas extirpaverūt, in nostri & curiæ nostræ contemptum manifestum, & ipsius S. dispendium non modicum & gravamē, put ex gravi querela ipsius Simonis accepimus. Et ideo tibi pcipimus quòd si pdictus Simon fecerit te securum de clamore suo prosequendo: tunc venire facias coram justitiariis nostris apud Westm̄ in octavis sancti Hillarii prædictos A. & M. ad respondendū tam nobis quàm prædicto Simoni de transgressione & computo prædictis, & ulteriùs factur̄ & receptur̄ quod curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeas ibi &c. T. &c.

Iustitiariis ad assisas ad inquirendum qn̄ bre liberatum fuit regi.

¶ Rex justitiariis suis ad assisas in com̄ Somers. capiend' assignatis salutē. Cùm nuper Johan̄ W. vic' nostro comitatus Dors. præceperimus, qd̄ caperet in manum nostrā per visum legaliū hominū de com̄ suo, unum mesuag' cum pertinentiis in S. in com̄. suo, quod A. fil P. de L. in curia nostra &c. clamat ut jus suum versus H. de S. & A. uxorem ejus, pro defectu ipsor̄ H. & A. & diem &c. & quòd sum̄ pdictos H. & A. quòd essent coram justitiariis nr̄is apud Westm̄ à die sancti Michaelis in tres septimanas proximè pteritas, inde responsuri & ostensuri quare non fuerint coram justitiariis nostris apud Westm̄ in crastino sancti Michaelis, anno regni nostri sexto sicut sum̄ fuerunt: idem vic' præfatis justitiariis nostris apud W. ad diem illum mād' quòd cepit in manum nostrā prædictum mesuagium die Jovis proximo ante festū sancti Calixti proximè præteritum, p visum R. Sward', H. C. N. B. & Johan̄ P. legalium hominū de pdicto comitatu D. Et quia per inspectionem cujusdā bellecti sigillo officii prædicti vic' consignati in curia nostra corā præfatis justitiariis nostris apud Westmon̄ ostensum evidenter apparet, quòd prædictum breve die Veneris proximo ante festum sancti Laurentii proximè præteritum apud Somerton̄ in prædicto com̄ Som̄, prædicto vic' ex parte prædicti A. liberatum fuit, per qd̄ idem vic' breve pdictum secund' formā ejusdem sufficiēter exequi potuisset: vobis mandamus qd̄ per sacramentū illor̄ qui tempore liberationis ejusdē brevis psentes fuerāt, & alior̄ probor̄ & legalium hominum de pdicto com̄ Som̄, in psentia ipsius vic' si interesse voluerit, diligenter inquiratis quando pdictum breve pdicto vic' liberatū fuit. Et quid inde inquisieritis: constare faciatis justitiariis nostris apud W. in crastino sancti Johan̄ Baptistæ per literas vestras sigillatas. Et habeatis ibi &c. T. &c.

Bre qn̄ loquela remāet sine die p literas dn̄i regis patentes.

¶ Rex vic' salutem. Cùm W. in curia nostra &c. apud W. sum̄ esset ad respondendum I. de E. de placito quòd reddat ei centum libras quas ei debet & injustè detinet &c. ut dicitur, & continuato inde processu p juratores positos inde inter eos in respectum ibidem usq; in crastinū sancti Martini proximè præteritū, postquā inde implacitaverunt, unde prædictus Johannes per Johannem de A. attornatum suum, & pro prædicto W. venit quidā W. de C. & protulit quasdam literas patentes sigillo domini regis apposito, in quibus conceditur quòd dn̄s rex suscepit

suscepit in protectionē & defensionem suā dilectum & fidelem suum W.G. qui secum in obsequiū suum ꝓfecturus esset ad partes Hyberniæ, omnes terras, res, reditus, & omnes possessiones suas. Et ideo mādamus omnibus balliuis & fidelibus suis ad quos literæ illæ pervenissent, quòd ipsum W, omnes terras, res, reditus, & omnes possessiones suas manuteneret, protegerent, & defenderent, nō inferētes eis vel inferri permittentes iniuriā, molestiam, damnū, aut grauamen, & si quid eis forisfactum fuisset, id eis sine dilatione facerent emēdari. In cuius rei testimonium illas literas suas fieri fecit patentes, vsq; festum s. Michaelis proxime futurum duraturas. Inserebatur etiam quòd dn̄s rex voluit quòd idē W. interim esset quietus de omnibus placitis & querelis, exceptis placitis de dote unde nihil habet, & Quare impedit, assisis novæ disseisinæ & vltimæ presentationis, & exceptis loquelis quas coram iustitiarijs nostris itinerantibus in itineribus summoneri contigerit, literis illis minime valituris, si contigerit ipsum W. iter illud non arripere vel citra terminum illum in Angliam redijsse à prædictis partibus, quarum datum est sub testimonio ipsius domini regis apud Westm̄ octavo die Octobris anno &c. T. &c.

¶ Cùm H. filius H. de Weston̄ in curia nr̄a &c. peteret versus I. de A. & I. vxorem eius, manerium de I. cum pertinentijs vt ius suū ijdem I. & I. venerunt in eadem curia nostra, & dixerunt quòd ipsi tenent maneriū illud ad terminū vitæ ipsius Io. & quod ius & feodū eiusdem manerij est in ꝑsona cuiusdam H. qui est infra ætatem, & petierūt quòd loquela illa remaneret vsq; ad ætatē p̄dicti H. fil' Hugonis, ad quod idē Herm. fil' H. in eadem curia nr̄a replicādo dixit, quòd Henr̄ fil' Hug' est plenæ ætatis. Et ideo tibi p̄cipimus quòd venire fac' corā iustitiarijs nr̄is apud Westm̄ à die Paschæ in vnū mensem H. filium H, vt per aspectū corporis sui constare possit p̄fatis iustitiarijs nr̄is, si p̄dictus H. filius H. sit plenæ ætatis nécne. Et habeas ibi hoc breve &c. T. &c. Venire facias vocatū ad warrantum, vt per aspectum corporis etc.

¶ Rex, thesaurario & camerarijs suis de scaccario suo salutem. Cum I. quæ fuit vxor W. de S. in curia nr̄a corā iustitiarijs nr̄is itinerantibus apud Noth', peteret versus H. de S. vnum messuagium & centum acras terræ cū pertinentiis in parua M. vt ius & maritagium suū: idem Henricus venit in eadem curia nr̄a & vocat inde ad warrantum R. fratrem & hæredem H. de S, qui postea in eadem curia nostra tanquam hæres prædicti H. fratris sui sang' nihil habens per descensum hæred' de eodem H. ei warr̄, & dixit quòd p̄dicta Iohanna nihil iuris clamare potuit in prædictis tenementis, dixit enim quòd aliàs in curia dn̄i E. nuper regis Angliæ patris nostri, à die s. Michaelis in 15. dies anno regni sui 13. coram W. de C. & sociis suis tunc, quidam finis leuasset inter p̄dictum H. de S. querentem, & prædictum W. de S. & ipsam I. tunc vxorem eius deforciantes, de prædictis tenementis cum pertinentijs, vnde placitum conuentionis sum̄ fuit inter eos in eadem curia nostra, scilicet quòd prædictus W. & I. recognouerunt prædicta ten̄ta cum pertin̄ esse ius ipsius H. & illa ei reddiderunt in eadē curia nostra, habend' & tenend' eidem H. & hæredibus suis imperpetuum. Et de hoc Breue thesaurario et camerarijs de scaccario ad scrutandum pedem finis.

posuit se sup record' pedis finis pdicti, ad quòd ipsa I. dixit quòd nunquã leuauit aliquẽ finẽ in curia patris nri pdicti, inter pdict' H. & ipsos de pdict' tenemẽtis. Et ideo vobis mandamus, quòd scrutatis pedibus finiũ pdict' de tempore pdicto: transcriptũ pedis finis pdicti qui est in thesauraria nra & sub custodia vestra vt dicit, pfatis iustitiarijs itinerantibus apud Notynh' die Lunæ proximo post mensem Paschæ sub pede sigilli scaccarij nostri prædicti mittatis & hoc breue. T. &c.

Aliter. ¶ Cum I. quæ fuit vxor R. de M. in cur nra &c. peteret versus R. de P. quatuor acras terræ cum pertinentijs in N. vt ius & maritagiũ suum: idem R. venit in eadem curia nostra, & dixit quòd pdicta I. nihil iuris clamare potest in prædictis tenẽtis, dixit enĩ quòd aliàs in curia dñi E. nuper regis Angl patris nostri in crastino Animarum anno regni sui 20. coram H. de S. & socijs suis tunc iustitiarijs eiusdem patris nostri apud W, leuauit quidã finis inter prædictum R. de P. querentem, & prædictum R. de M. tunc virum prædictæ I. & eandem I. deforciantes, de vno mesuagio cum pertinentijs in N, vnde prædicta tñta tunc petita sunt parcella, unde placitum conuentionis sum fuit inter eos in eadẽ curia nostra, scilicet quòd pdictus R. de M. & I, recognouerunt pdicta teñta cum ptinentijs esse ius ipsius R. de P, vt illa quæ idem R. habuit de dono prædicti R. de M. & I. habend' & tenend' eidem R. de P. & heredibus suis de capitalibus dominis feodi illius per seruitia quæ ad prædicta teñta ptinent imperpetuum. Et præterea idem R. de M. & I. concesserunt p se & hæredibus ipsius I, quòd ipsi war prædictis R. de P. & hæredibus suis, pdicta tenementa cum pertinentijs contra omnes homines imperpetuum. Ad quod eadem Iohanna in eadem curia nostra dixit, quòd nullus talis finis unquam leuauit in curia nostra prædicta patris nostri inter pdictos Robertum de P, & ipsam I. & prædictum R. de M. virum suum de prædictis tenementis. Ideo vobis mandamus quòd scrutatis pedibus finium de tẽpore prædicto qui sunt in thesauraria nostra sub custodia vestra vt dicit: transcriptum pedis finis prædicti iustitiar &c T. &c.

Seisina vbi tenens vocavit ad warrantum. ¶ Rex, vic' salutem. Cùm M. q fuit vxor D. de F. in curia &c. peteret versus A. de M. & T. filiũ eius, sex acras terræ cum pertinentijs in M. vt ius suum: ijdem A. & T. venerunt in eadẽ curia nostra, & vocauerunt inde ad warrantum Lambertum filium F, qui postea venit in eadem curia nostra & eis war, ita quòd consideratũ fuit in eadem curia nostra, quòd pdicta Matild' recuperaret inde seisinam suã versus prædictos A. & Thomam, & ijdem A. & Thomas haberent de terris prædicti Lamberti ad valenciam eiusdem terræ cum pertinentijs, & prædictam terram per quandam iuratam in quam se posuit amisit. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem M. de prædicta terra cum ptinentijs, sine dilatione plenariam seisinam habere, & eisdẽ A. & T. de terra prædicti L. ad valenciam eiusdem terrę cum pertinentijs in loco competenti habere & assignari facias. T. &c.

Aliter. ¶ Scias quòd conuictũ fuit in curia nra corã dilectis & fidelibus nris R. de A. &c. socijs suis iustitiarijs nostris, ad assisas in comitatu tuo

capiendas

capiendas assign apud A, p quandam assisam ibi inter R. de S. & I. fil W. G. & I. vxorem eius: quòd ijdem I. & Iohanna diuerterunt cursum cuiusdam aquæ in G, ad nocumentum liberi tenementi pdicti R, de S. Et ideò tibi pcipimus quòd distringas prædictos I. & I, ad reducendum aquam prædictam in cursum suum rectum, ad castag' eorundem I. & Iohannæ, p visum recognitorum assisæ prædictæ. T. &c.

¶ Cùm Rogerus de L. & I. vxor eius, in curia nra corā iustitiarijs nostris apud westm, peterēt versus A de K. & G. vxorē eius, tertiā partē duorum mesuagiorum & vnius bouatæ terræ cum ptinentijs in L, vt dotem ipsius I, ijdem A. & G. venerunt postea in eadem curia nra, & vocauerunt inde ad warrantum R. P, qui postea pdict' tertiam partē in curia nra &c. apud westm p defaltam amisit ita quòd consideratū fuit in eadem curia nra, quòd pdicti A. & G. tenerent in pace, & prædicti R. & I. haberent de terra prædicti R. fil R. ad valenciā prædictæ tertiæ partis cum pertinentijs. Et ideo tibi præcipimus &c. Scisina vbi tenēs vocatus ad warrantum amisit p defaltam in dote.

¶ Cùm I. de L. in curia nostra &c. peteret versus Iohannem de W. vnum mesuagium & viginti acras terræ cum pertiñ in B, idē I. de W. postea venit in eadem curia nostra, & vocauit inde ad warrantū H, q pdicta teñta in curia nra coram iustitiarijs nostris apud W. per defaltam amisit, ita quòd consideratum fuit in eadem curia nostra quòd pdictus I. de L. recuperaret inde seisinam versus prædict' I. de W. & quòd pdictus I. de W. haberet de terra pdicti H. ad valenciā prædictorū teñtorum cum pertiñ. Et ideo tibi pcipimus, quòd eidē I. de L. de pdictis teñtis cum pertiñ, sine dilatione plenariā seisinā habere, & pdicto I. de W. de terra pdicti H. ad valenciā eorundem teñtorum cum pertinentijs in loco cōpetenti habere & assignari facias. T. &c. Aliter.

¶ Scias quòd cum C. quæ fuit vxor R. de A, in curia nra &c. peteret versus G. de S. tertiam partē nouem acrarū terræ cum pertiñ in S. vt dotem suam: idem G. venit in eadem curia nostra, & vocauit inde ad warrantum G. fil H. de A q postea in eadem curia nra fecit defaltam, p quòd consideratum fuit in eadem curia nostra, quòd pdicta Cristina recuperaret inde seisinam suam versus prædictū G, & quòd idem G. haberet de prædicto G. ad valenciā pdictæ tertiæ partis cū pertinentijs. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem C. de pdicta tertia parte cum ptinentijs sicut prædict' est sine dilatione plenariam seisinam habere, & pdicto G, de terra pdicti G. ad valenciā eiusdē tertiæ partis cum pertiñ in loco competenti habere & assignari fac' T. &c. Aliter.

¶ Scias quod cum M. quæ fuit vxor I. de L, in curia nostra &c. peteret versus M. quæ fuit vxor D. medietatē trium acrarū terræ cum pertinentijs in L. vt dotem suā, & eadem M. venisset in eadem curia nra, & reddidisset prædictæ M. pdict' medietatem cum pertinentijs, p quod tibi præceperimus quod eidē M. de pdicta medietate cum ptinentijs sine dilatione plenariam seisinā habere faceres, tu nihil inde fecisti, put ex graui querela ipsius M. accepimus. Et ideo sicut aliàs &c. quòd eidem M. &c. vel causam ob q id non feceris scire facias iustitiarijs nris apud Westmonasterium a die &c. Et habeas &c. T. &c. Scisina in dote vbi tenens reddidit.

Seisina vbi vocatus tanquam hæres nihil habens reddit dotem.

¶ Scias quòd cùm M.quæ fuit vxor G.de F, in curia nostra &c. peteret versus R.de M.& F. vxorem eius, tertiam partem 20.acrarũ terræ & decẽ acrarum pasturæ cum ꝑtinentijs in M.vt dotem suam : ijdem R.& F.venerunt in eadem curia nr̃a, & vocauerunt inde ad warrantũ L.fil & hæred' ꝑdicti G.de F, q. postea venit in eadem curia nostra,& tanquam hæres prædicti G.sanguine nihil habens per descensum hæreditarium de eodem G. eis warrantizauit, & reddidit ꝑdictæ M. ꝑdictam dotem suam, ꝑ quod consideratum fuit in eadẽ curia nostra, quòd si ꝑdictus Laurentius satis haberet de libero tenemento quod fuit ꝑdicti G. quondam viri prædictæ M. vnde facere possit prædict' Matil' ad valenciam prædictæ dotis suæ: tunc prædicti R. & F. tenerent in pace, & prædicta Matil' haberet de terra prædicti Laurentij ad valenciã ꝑdictæ tertiæ partis cum pertinentijs. Et si quid ei inde defuisset: id haberet de prædicta tertia parte cum pertinentijs versus prædictos Richardum & F.petita.Et ideo tibi ꝑcipimus quod si prædictus L. satis habeat de libero tenemento quod fuit ꝑdicti Guilhelmi quondã viri eiusdem M, vnde facere possit ꝑdictæ Matil' ad valenciam prædictæ tertiæ partis cum pertinentijs, tunc eidem Matil' de terra prædicti Laurentij ad valẽciam prædictæ tertiæ partis cum pertinentijs habere, & si quid ei inde defuerit, id eidem Matil' de ꝑdicta tertia parte versus prædictos R.& F.petita, sine dilatione habere & assignari facias. T. &c.

Seisina vbi secundus vocatus ad warrantum reddit dotem quando mulier dotata fuit ad ostiũ ecclesiæ.

¶ Scias quòd cum I.de V.& M.vxor eius in curia nostra &c. peterent versus H.fil Paigñ quem I. de B. q H. fil P. & Helenam vxorem eius vocauit ad warrantum,& qui ei warrantizauit maneria de B.& S. cũ pertinentijs vt dotẽ ipsius Matild', ex dotatione H. fil & hæred' H. fil Paigñ quondam viri ipsius M,qui de assensu & voluntate prædicti patris sui ad ostium ecclesiæ eam inde dotauit quando eam desponsauerat:idem H.fil Paigñ venit in eadem curia nostra, & reddidit prædictis Iohanni & M. prædicta maneria cum ꝑtinentijs, exceptis duobus mesuagijs &c.in prædicto manerio de B.sine dilatione plenariam seisinam habere facias. T. &c. anno &c.

Seisina versus hæredem in custodia existentem.

¶ Scias quòd cum I.de L.& A.vxor eius in curia nr̃a &c. peterẽt versus I.filiũ G.de B.tertiam partem 16. acrarum terræ cũ ꝑtinentijs in G,vt dotem ipsius A.idẽ I. in eadem curia nr̃a venit & vocauit inde ad warrantum H.filiũ & hæredem I.de G.infra ætatem & in custodia R.D.existentẽ,qui quidem Rogerus venit in eadem curia nr̃a, & nomine prædicti hæredis ei warrantizauit,per quod postea consideratũ fuit in eadem curia nostra,quòd prædictus I.filius G.teneret in pace, & quòd prædicti I. de L. & A.haberent de terra ꝑdicti hæred' in custodia prædicti R.existentis, ad valenciam prædictæ tertiæ partis cũ pertinentijs &c. sine dilatione habere & assignari facias. T. &c.

Seisina quando hæres qui est secundus vocatus ad warrantum reddit dotem.

¶ Scias quòd cùm T. de S.& A. vxor eius in curia nr̃a coram iustitiarijs nostris itinerantibus apud N,peterent versus I. de N. quẽ I. fil E.vocauit ad warrantum,& q ei warr, tertiam partem duarum partium duarum bouatarum terræ cum pertinentijs in A. vt dotẽ ipsius

A.idem

A.idem I.de N.venit in eadem curia nr̃a & vocauit inde ad warrantũ Rogerum filium & hæredem Rob.Coly infra ætatẽ,& in custodia T. de S.& A.vxoris ejus existentis, qui quidem Thomas & Alicia venerunt in eadem curia nr̃a & nomine p̃dicti hæredis war̃ & reddidere p̃dicto T.& Aliciæ p̃dict' dotem ipsius A.cum pertinentiis, per quod consideratũ fuit in eadẽ curia nr̃a,quòd si p̃dicti custodes haberẽt de terra p̃dicti hæredis in custodia sua vnde facere possent p̃dict' petẽtibus ad valenciam p̃dictæ tertiæ partis cum pertiñ, tunc p̃dicti Iohãnes & I. tenerent in pace, & p̃dicti petentes haberent de terra p̃dicti hæredis ad valenciã p̃dictæ tertiæ partis cum ptiñ, & si quid eis inde defuerit, id haberent de p̃dicta tertia parte cũ ptiñ versus p̃dict' I.fil' E. petita, & idẽ I.fil' E,haberet de terra p̃dicti I.de N,& idẽ I.de N. de terra p̃dicti hær̃ cum acciderit ad valenciã prædictæ tertiæ partis cum pertinentiis.Et ideo tibi præcipimus quòd si cõstare possit quòd prædicti custodes habeãt de terra p̃dicti hæredis in custodia sua vnde facere possunt prædictis petẽtibus ad valenciã prædictæ tertiæ partis cũ pertinentiis:tunc p̃dicti I.& I.teneant in pace,& prædictis petẽtibus de terra prædicti hæredis in custodia sua ad valentiam prædictæ tertiæ partis habere & assignari fac'.Et si quid eis inde defuerit:id eisdem de prædicta tertia parte versus prædictũ I.filiũ E.petita habere, & eidẽ I.fil' E.de terra p̃dicti I.de N,& eidẽ I.de N.de terra prædicti hæredis cũ acciderit, ad valenciam ejusdem tertiæ partis cum pertiñ in loco competenti sine dilatione habere & assignari fac'.T. &c.

❡ Scias quòd cùm I.quæ fuit vxor I.de S,in curia nr̃a,&c.peteret versus P.G.& C. vxorem ejus, tertiã partem vnius mesuagij, & centum acras terræ cũ pertinentiis in G.vt dotem suã : iidem P.& C. venerũt in eadem curia nostra & vocaverunt inde ad warrantum Iohannem filium & hæredẽ Ioh. S.infra ætatem & in custodia prioris de G. existentem, qui quidem prior venit in eadẽ curia nostra & nomine prædicti hær̃ nihil habens in custodia sua de hæreditate ejusdẽ hæredis, de libero tenemẽto quod fuit prædicti Iohannis S. patris sui in feodo simplici,quod eidem heredi descenderat per descẽsum hæreditar̃ de eodem I.patre suo ei warrantizauit,& reddidit prædictæ I.prædictã dotem suam cum pertinentiis, per quod consideratũ fuit in eadem curia nostra, quòd si prędictus prior haberet terras & tenementa in custodia sua de libero tenemento quod fuit prædicti I. patris p̃dicti hær̃,quòd eidẽ hær̃ descend' per descẽsum hær̃ de p̃dicto I.patre suo ad valenciã p̃dictæ tertiæ partis cum pertiñ,tunc p̃fati P.& C.tenerẽt in pace,& p̃dicta I.haberet de terra p̃dicti hær̃ in custodia dicti prioris,quæ ei desc' in forma p̃dicta ad valẽciam p̃dictæ tertiæ partis cũ pertiñ,& quid ei inde defuisset,id haberet de p̃dicta tertia parte versus prædictos P.& C.petita,& iidẽ P.& C.haberent de terra prędicti hær̃ quæ ei descend' per descensum hæred' de prædicto I. patre suo vt de feodo simplici cum acciderit,ad valenciã ejusdem tertiæ partis cum pertiñ.Et ideo tibi præcipimus quòd si tibi constare possit,quòd prędictus prior habeat terras & teñta in custodia sua de libero teñto

Habere facias seisinam si constare poterit.

 quod

quod fuit prædicti Iohannis patris prædicti hæredis, quòd ei descend in forma prædicta ad valēciam prædictæ tertiæ partis cum pertinentiis: tunc eidem I. de terra prædicti hæredis quæ ei descend' in forma prædicta ad valenciam ejusdem tertiæ partis cum pertinentiis in loco competenti habere, & si quid ei inde defuerit, id eidem Iohanni de prædicta tertia parte versus prædictos P. & C. petentes habere, & eisdem P. & C. de prædicta terra prædicti hæredis quæ ei descend' in forma prædicta cum acciderit, ad valenciam ejusdem tertiæ partis cum pertinentiis sine dilatione habere &c. T. &c.

Seisina vbi vocatus ad warrantum reddidit dotem.

¶ Scias quòd cùm M. quæ fuit vxor T.C. in curia &c. peteret versus Henr̄ de Percy tertiā partem 10. mesuagiorū & 10. bovatas terræ cum pertinentiis in Cattoñ, & versus R. de H. tertiā partem duorū mesuagiorū cum pertinentiis in eadem villa vt dotem suam: iidem H. & R. venerunt in eadem curia nostra, & vocauerunt ad warrantum I. fil' & hæred' T.C, qui postea venit in eadem curia nostra & tanquam hæres ipsius T. C. sanguine nihil habens per descensum hæreditarium de eodem T, eis warrātizavit, & reddidit prædictæ M. prædictā dotem suam cum pertinentiis, per quod consideratū fuit in eadem curia nr̄a, quòd si prædictus I. à die Paschæ in tres septimanas proximè preterito, quando iidem Henr̄ & R. vocarent ipsum inde ad warrantum versus eam vel vnquā postea, haberet terras & tenementa quæ ei descenderunt per descensum hæreditar̄ de prædicto T. patre suo, de libero tenemento suo quod fuit ipsius T. quondam viri ipsius M, vnde ei facere possit ad valenciam prædictarum tertiarum partium cum pertinentiis, tunc prædicti H. & R. tenerent in pace, & prædicta M. haberet de terra prædicti I. quæ ei descendebat in forma prædicta ad valenciā earundem tertiarum partium cum pertinētiis, & si quid ei inde defuisset, id haberet de prædictis tertiis partibus versus prædictos H. & R. petentes. Et ideo tibi præcipimus quòd si cōstare possit quòd prædictus I. ad præfatas tres septimanas Paschæ vel vnquam postea, habuit terras & tenementa quæ ei descenderunt in forma prædicta, de libero tenemento quod fuit p̄dicti T. quondam viri ipsius M, vnde ei facere possit ad valēciam prædictarum tertiarum partium: tunc eidem M. de terra prædicti Iohannis quæ ei descend' in forma p̄dicta ad valenciam prædictarum tertiarum partium cum pertinentiis in loco competenti habere & assignari, & si quid ei inde defuerit, id eidem M. de prædictis tertiis partibus versus prædictos H. & R. petentes sine dilatione habere & assigñ fac' &c. T. &c.

Quale jus.

¶ Scias quòd Abbas de M. in curia nr̄a &c. recuperauit seisinā suam versus I. E. de vno mesuagio cum pertinentiis in M, vt jus Ecclesiæ suæ sancti Laur̄ de M, per defaltam ipsius I. per breue nostrum quare cessauit per bienniū. Et quia dubitatur de fraude inde inter eos prælocuta contra statutum nostrum, quo cauetur ne terræ seu tenementa ad manū mortuam deuenirent quoquomodo: tibi p̄cipimus quòd venire facias corā justiciariis nr̄is apud Westm̄ in oct. S. Hillarij 12. tam milites quam alios liberos & legales homines de visinetu prædicto, quorum

quorum quilibet per quos &c. & qui prædictū abbatem nulla affinitate atting',ad recogn̄ super sacramentū suū quale jus idem abbas habet in pręd' mesuagio, & quis ꝑdecessor̄ suorum fuit inde seisitus, vt de iure ecclesiæ suæ ꝑdictæ, & quantum illud mesuag' valet per annū secund' verū valorem ejusd'. Et interim mesuag' illud in manū nr̄am capias ita quòd neuter eorum ad illud manū apponat, donec aliud à nobis inde habueris ꝑceptum,& qđ de exitibus ejusd' ad scaccarium nostrum nobis respondeas. Et scire facias capitalibus dominis feodi illius mediatis & immediatis, quòd tunc sint ibi auditur̄ juratam illam si voluerint. Et habeas ibi jur̄ & hoc breve. T.&c.

¶ Scias qđ cum quidam abbas de E. ꝑdecessōr I. abbatis qui nūc est, in curia nr̄a coram justitiariis nostris apud westm̄ recuperasset seisinā suam versus G. de P. de quarta parte vnius mesuagij cum pertinentiis in R. per defaltam ipsius G, vt de jure Ecclesiæ suæ S. Aug. de R, per breve nostrum quare cessauit per biennium. Et quia dubitatur &c. deuenissent quoquomodo. Et ideo tibi ꝑcipimus qđ venire fac' corā justitiariis nr̄is &c. in octavis S. Michael. 12. &c. de visinetu prædicto, quorū quilibet &c. ꝑ quos &c. Et qui præd' I. abbatē qui nunc est nulla affinitate attingant, ad recogn̄ suꝑ sacram̄tum suū, quale jus prædictus abbas habet in prædicta quarta parte cum ꝑtin̄,& quis ꝑdecessor̄ suor̄ fuit inde seisitus vt de jure ecclesiæ suę ꝑdictę. Et interim quartā partem illam in manū nostram capias, ita quòd nullus eorum ad eam manum apponat, donec aliud à nobis inde habueris præceptū, & qđ de exitibus ejusdē ad scaccariū nr̄m nobis respond'. Et scire fac' capitalib. dn̄is feodi illius mediatis & immediatis, qđ tunc &c. Et hab. &c. Aliter.

¶ Præcipimus tibi sicut pluries &c. qđ habeas coram justitiariis nr̄is apud W. in octauis S. Michael. corpora I. de T. & R. de B, quos per præceptū nr̄m cepisti & in prisona nr̄a detines, prout justitiariis nostris apud westm̄ plur̄ mandasti, ad respond' H. de K. de placito qđ ipsi simul cum N. de P. & H. de G. reddant ei rationabilem cōputum suum de tempore quo fuerunt receptores denar̄ ipsius H. Et tu ipse &c. de hoc quòd præceptum nostrum. Et habeas ibi &c. T. &c. Habeas corpora.

¶ Cùm W. de L. implacitauerit I. de C. in curia nostra corā &c. de eo quòd idem I. redderet ei rationabilem cōputum suū, &c. ac prædict' I. pro eo quòd non venit coram eisdem justitiariis nostris ad respond̄ ꝑdicto W. de computo prędicto, in exigend' positus est ad vtlagand̄, & ea occasione postmodum vtlagatus, sicut per tenorē recordi & ꝑcessus vtlagariæ ꝑdictæ quem coram nobis in cancellaria nostra venire fecimus, est compertum, ac jam ex parte Iohan. de C. fil' Iohann̄ de C. acceperimus, quòd cum Iohan. de C. versus quem præfatus W. sic prosequebatur, sit pater ejus I. de C. fil', ipséq; I. fil' prætextu idemptitatis nominis & cognominis per vos virtute cujusdam brevis nostri de judicio eis de capiendo Iohannem de C. occasione præmissa directi captus est, & in prisona nostra de Newgate detentus, per quod in cancellaria nostra nobis supplicauit, vt ipsum Iohannem de C. filium à prisona prædicta deliberari faceremus: per quod justitiariis nostris De idemptitate nominis.

apud Westm̃ mandauerimus, quòd si eis legitimo modo cõstare poterit, processum pręd' versus præd' Ioh' de C. patrẽ, & non versus Ioh' de C. fil' factũ fuisse, tunc ipsum Iohañ de C. fil' à prisona prædicta, si ea occasione & non alia detineatur in eadem, deliberari facerent. Et ideo vobis præcipimus quòd venire faciatis coram justitiariis nostris &c. apud Westm̃ in octauis S. Hillar. pręfato Wilhelmo super præmissis responsur̄, & vlteriùs factur̄ & receptur̄ quod curia nostra considerauerit in hac parte. Præcipimus etiam tibi quòd si corpus prædicti I. fil' occasione vtlagariæ illius ceperitis, &c.

Breve episcopo quod admittat non obstante reclamatione.

¶ Rex venerabili in Christo patri S. eadem gratia Episcopo Cicestr̄ salutem. Sciatis quòd B. in curia nostra &c. recuperauit pręsentationẽ suam versus A. ad Ecclesiam de M. quæ vacat ut dicitur per defaltam ipsius A. Et ideo vobis mandamus quòd non obstante reclamatione prædicti A, ad præsentationem prædicti B. ad Ecclesiam prædictam idoneam personam admittatis &c. T. &c.

Aliter p considerationem curiæ.

¶ Rex venerabili &c. Sciatis qd' B. in curia &c. per considerationem ejusdem curiæ nostræ recuperavit præsentationem suam versus H, ad Ecclesiam de N. quæ vacat ut dicitur. Et ideo vobis mandamus quòd non obstante &c. vt supra.

Aliter si impediter cõcedat.

¶ Rex venerabili &c. Sciatis quòd cùm A. in curia nostra summonitus esset ad respondend' B. de placito quòd permittat ipsum præsentare idoneam personã ad Ecclesiam de N. quæ vacat vt dicitur, idem A. in eadem curia nostra venit & concessit prædicto B. præsentationem suam ad Ecclesiam prædictã hac vice. Et ideo vobis mandamus &c.

Aliter per juratam.

¶ Rex venerabili &c. Sciatis quòd B. in curia &c. recuperauit præsentationem suam versus A, ad Ecclesiam de N. quæ vacat vt dicitur, per quandam juratam ibi inde inter eos captam &c. T. &c.

Aliter per assisam vltimæ præsentationis.

¶ Sciatis quòd B. in curia nostra &c. recuperavit seisinã suam versus A, ad Ecclesiam de B. quæ vacat vt dicitur, per quandã assisam vltimæ præsentationis ibi inter eos captam. Et ideo &c. T. &c.

De seisina habenda per finẽ.

¶ Rex vicecom̃ salutem. Præcipimus tibi quòd sine dilatione habere fac' B. de K. seisinam suam de vno mesuagio cum pertinentiis in N, qđ A. de T. in curia nostra, &c. reddidit prædicto B. per finem inter eos factum. T. &c.

Ad inquirendũ si mulier sit legitimo matrimonio copulata.

¶ Sciatis quòd cùm B. quæ fuit vxor C, in curia &c. peteret versus A. tertiam partem vnius mesuagij cum pertinentiis in N. vt dotem suã: idẽ A. venit in curia nostra & dixit quòd eadẽ B. non debet inde dotem habere, eò quòd nunquã fuit prædicto C. legitimo matrimonio copulata. Et quia &c. Et quid inde inquisieritis, constare &c. T. &c.

Breue de vasto.

¶ Rex vicecomiti salutem. Cùm B. quæ fuit vxor W. in curia nostra &c. implacitet &c. C. & S. vxorem ejus de vno mesuagio cum pertinentiis in N, quæ eadem B. in curia nostra clamat vt jus suum versus eos: iidem C. & S. pendente in præfata curia nostra placito prædicto, fecerũt vastũ &c. in prædictis tenementis, domos extirpand', & arbores in eisdem tenementis crescentes succidendo, vendendo, & asportando, contra formam statuti nostri inde provisi, prout ex graui

querela

querela ipsius B. accepimus. Et ideo tibi præcipimus quod p̃dictos C. & S. pendente in præfata curia nostra placito p̃dicto, aliquod vastum seu destructionem in prædictis tenementis &c. percipere vel facere non permittas &c. T. &c.

¶ Rex vic' salutē. Ex parte W. de H. nobis est ostēsum, quod cū H. de F. & P. uxor eius in curia &c. falsò & in deceptionem eiusdem curiæ nostræ recuperauerunt seisinā suā versus eū de tertia parte trium mesuagiorū, centum acrar̃ terræ cū pertinentijs in war̃, vt de dote ipsius P. per defaltam ipsius W, cum idē W. nunquam sum̃ fuit secundum legem terræ essendi coram iustitiarijs nostris apud Westm̃ ad aliquē terminū, ad respōdend' p̃dictis H. & P. de p̃dicto placito, nec p̃dicta tertia pars vnquā capta fuit in manum nostram ob aliquam defaltam ipsius W, nec idem W. iteratò sum̃ fuit essendi coram iustitiarijs nr̃is apud Westm̃, ad respondend' p̃dictis H. & P. tam de principali iudicio q̃ de prædicta defalta ꝑut moris est in regno nostro. Et ideo tibi præcipimus &c. quod distringas T. P. & A. Asser primos sum̃, per quos G. de B. vic' noster comitatus p̃dicti mand' iustitiarijs nostris apud Westm̃, quòd sum̃ prædictum W. essendi coram iustitiarijs nostris apud westm̃ à die Paschæ in xv. dies anno &c. ad respondend' p̃dictis H. & P. de p̃dicto placito, & etiam G. de L. vnum per cuius visum, & quorundam A. Asye, G. de C, & S. Del Hall' mandasti iustitiarijs nr̃is apud westm̃, quòd p̃dicta tertia pars capta fuit in manum nostram, & etiam G. Gascoñ vnum de secundis sum̃, ꝑ quem & Alexandrum Affoñ mandasti iustitiarijs nr̃is apud westm̃, quod prædictus W. de H. sum̃ fuit essendi coram iustitiarijs nr̃is apud Westm̃ à die &c. in xv. dies, anno &c. ad respōdend' p̃dictis H. & P. tā de principali placito q̃ de prædicta defalta, ꝑ oēs terr̃ &c. in octauis Pur̃ beatæ Mariæ, ad certificand' p̃fatis iustitiarijs nostris simul cū p̃dicto Alexandro A. G. de C. S. de Hall' & A. Affoñ, de sum̃ & captione p̃d', ad audiend' iudicium de plur̃ defaltis. Præcipimus etiam sicut &c. qd' distringas p̃dictū G. de B. nuper vic', per oēs terras &c. quòd sit &c. ad p̃fatum terminū, ad certificand' p̃fatis iustitiarijs nostris simul cum prædictis primis sum̃ de eadem prima sum̃, & ad audiendum iudiciū &c. Et tu ipse tunc sis ibi in propria ꝑsona tua, ad certificand' iustitiarijs nostris simul cum p̃dictis secundis sum̃ & captionis visoribus de sum̃ & captione præd'. Et habeas &c.

Breue de deceptione

¶ Rex vic' salutē. Scias qd' C. &c. in curia nr̃a &c. coram &c. recuperauerit seisinā suā versus I. &c. de tertia parte vnius mesuag' & vij. shoparum pertineñ in M. ꝑ defaltam ipsius I. &c. Et ideo tibi p̃cipimus sicut plur̃ tibi p̃cepimus, qd' idem C. de p̃dicta tertia parte cū ꝑtiñ vt p̃dict' est, ꝑmetas & bundas tenend' de separalitate per se sine dilatione plenar̃ seisinam liberari facias. Et scias quòd amerciatus es ad vnam marcā, ꝑ eo qd' p̃ceptum nostrum plur̃ inde tibi directum non es executus. Et graviùs amerciaberis, nisi hoc p̃ceptum nostrum pleniùs exequaris, vel causam ob quam id non feceris scire fac' iustitiarijs nostris apud Westm̃ in octauis sancti Hilarij. T. &c.

Seisina de dote

Capias in assisa pro rege. ¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quòd non omittas ꝓpter aliquã libertatẽ cōm tui, quin capias &c. si &c. Et saluo &c. ita quòd habeas corpus eius corã iustitiarijs nostris ad assisas in cōm tuo capiendas assignatis apud Bedf. tali die, ad satisfaciendum nobis de redemptione sua, ꝑ quadam disseisina T. de C. de t'ris in Estoñ vi & armis facta vnde conuictus est. Et habeas ibi hoc breue &c. T. &c.

Fieri facias in assisa. ¶ Rex vic' salutẽ. Præcipimus tibi q̃d de terris & catallis A. de B. in balliua tua, fieri fac' 20. s, & illos habeas coram iustitiarijs nostris ad assisas in cōm tuo capiendas assignatis apud A. tali die ad reddendum T. de E. pro damnis suis quæ habuit occasione cuiusdã disseisinæ eidem T. de teñto in S. factæ, ꝓut per recogñ cuiusdã assisæ nouæ disseisinæ inde inter eos sum̃ & captæ conuictũ fuit. Et habeas ibi hoc breue. T. &c.

Seisina in assisa ¶ Rex vic' salutẽ. Scias quòd C. in curia nostra coram iustitiarijs nostris ad assisas in comitatu tuo capiendas assignatis apud A, recuperauit seisinam suam versus A. de G. de medietate vnius mesuagij cũ pertinentijs in E, ꝓut ꝑ quandam recognitionem assisæ nouæ disseisinæ ibi inde inter eos summonitæ & captæ conuictũ fuit. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem C. de prædicta medietate cum pertinentijs, per visum recognitorum assisæ prædictæ, sine dilatione plenariã seisinam habere facias. T. &c.

Fieri facias. ¶ Rex vic' salutẽ. Præcipimus tibi quod de terris & catallis T. de S. in balliua tua, fieri facias x. li. & illas habeas corã iustitiarijs nostris apud W. in octauis sancti Hilarij, ad reddend' T. de B, quæ ei in eadem curia nr̃a adiudicatæ fuerunt pro damnis ipsius quæ habuit occasione cuiusdam transgressionis eidem T. de B. vi & armis, & contra pacem nostram factæ, prout ꝑ quandam iuratam corã iustitiarijs nostris ad assisas in cōm tuo capiendas assignatis, inde inter eos sum̃ & captam conuictum fuit. Et habeas ibi &c. T. &c.

Venire facias. ¶ Et qui nec R, nec N, nec E. Brasier aliqua &c. si idem E. fregit conuentionem inter ipsum & prædictum R. factam, de omnibus oneribus ordinarijs & x̃ordinarijs dictæ ecclesiæ de B, A. de W. capellano, & Thomæ Tapener capellano, per præfatum R. ad terminum trium annorum nuper dimissæ incumbent̃, durante termino prædicto supportand', & de cancella eiusdem ecclesiæ, ac de muris, sepibus, & ædificijs rectoriæ dictæ ecclesiæ per idem tempus sumptibus suis sustentand' & de eis in adeo bono statu quo ea receperũt vel meliori, necnon de quatuor acris terræ frũ & xix. acris terræ vostis seminatis, ac duab' acris terræ compostatis ad dictam ecclesiam pertinentibus, in fine termini prædicti eidem R. dimittend', sicut idem R. dicit &c. T. &c.

Aliter. ¶ Et qui nec R. Carbonell nec I. de G. aliqua &c. si quis locus in prædicta villa de G. voc' M. in quo idẽ R. I. cepit vnum iumentum prædicti R. sit infra feodum suum, per quod ipse captionem illam super quosdam Iohannem de C. & A. vxorem eius ꝑ quibusdã seruitijs ei à retro existentibus iustam advocar̃ possit, sicut idẽ Iohañ dicit vel non,

non, immò prædictus locus sit extra feodum suum sicut idem R. dicit. Quia tam &c.

¶ Rex vicecomiti salutem. Cùm H. filius H. in curia nostra &c. recuperasset versus H. atte S. capellanum, quindecim libr̄ pro triplo damnorum suorum quæ habuit occasione cuiusdam vasti de tenementis in S, per ipsum H. atte S. ad exhæredationem ipsius H. fil' H. facti, prout per quandam inquisitionem quam nuper per te fieri fecimus conuictum fuit: idem H. filius H. postea venit in eadem curia nr̄a, & per statutum in huiusmodi casu prouisum, elegit sibi liberari omnia bona & catalla p̄dicti H. atte S. præter boues & affros de carucis suis, & similiter medietatem terrarum seu tenementorum suorum in balliua tua, tenenda vt liberum tenementum sibi & assignatis suis iuxta formam statuti prædicti, quousque quatuordecim li. de damnis prædictis inde leuauerit. Et ideo &c. Et qualiter &c. T. &c. Elegit.

¶ Scias quòd Iohannes vicarius ecclesiæ de M. in curia &c. versus Wilhelmum Clauill' de vno mesuagio & nouē acris terræ cum pertinentijs in M. vt de iure ecclesiæ suæ prædictæ, prout per quandā iuratam coram iustitiarijs nostris ad assisas in comitatu tuo capiendas assignatis, inde inter eos summonitam & captam conuictum fuit. Et ideo tibi præcipimus quod eidem Iohanni de predictis tenementis cum pertinentijs per visum iuratorum iuratæ prædictæ, sine dilatione plenar̄ &c. T. &c. Seisin.

¶ Et qui nec Iohannem filium R, nec Iohannem filium T, aliqua &c. si quidam E. de C. vnq̄ aliquid habuit in dominico suo aut seruitio in vno mesuagio & duabus acris terræ cum pertinentijs in D, q̄ idem I filius R. in curia nostra clamat vt ius suum versus eum, post seisinam Roberti Clyuer vsq; diem impetrationis breuis ipsius I, fil' R, scilicet xvj. die Februarij anno &c. ita quòd pædictum Iohann̄ filium Thomæ vel aliquem antecessorum suorum inde feoffasse potuit, sicut idē I. filius R. dicit, vel non sicut prædictus Iohannes filius T. dicit: quia tam &c. Et habeas ibi nomina eorum &c. T. &c. Iu.

¶ Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi qd' non omittas &c. quin capias I. de M. si &c. & saluò &c. ita quod habeas &c. ad satisfaciendum nobis de redemptione sua pro quadā transgressione C. de S. vi & armis & contra pacem nostram facta, vnde conuictus est. Et habeas &c. T. &c. Capias pro regē.

¶ Rex vicecomiti Norf. salutē. Præcipimus tibi quod resum̄ N. B. C. M. &c. recognitores cuiusdam assisæ nouæ disseisinæ q̄ R. de G. in curia nostra coram iustitiarijs nr̄is ad assisas in com̄ tuo capiendas assignatis arrainauit versus W. de K. & A. in breui nostro originali contētos de tenem̄tis in Dilham, quòd sint coram præfatis iustitiarijs nostris ad assisas apud T. die Mercur̄ p̄ximo post festum sancti Michaelis, ad faciendum recognitionem assisæ prædictæ. Præcipimus etiam tibi quòd venire facias coram iustitiarijs nostris ad assisas ad prædictum diem Mercur̄, W. de M. &c. iuratores cuiusdam assisæ nouæ disseisinæ Resomons in asisa.

disseisine, quæ nuper in curia nostra coram R. Baynard'& I. de S. tūc iustitiarijs nostris ad asisas in comitatu tuo capiendas assignatis, videlicet die Lune proximo post festum Epiphaniæ domini anno regni nostri secundo apud Norwic', inter Richardum de K, & A. quæ fuit vxor C. B. querentes, & W. de G. & alios in asisa illa nominatos, de tenementis in Riscon juxta B, summonita fuit & capta, ad faciendum simul cum recognitoribus supradictis recognitionē asisæ prædictæ. Et habeas ibi resum̄ & hoc breue. T. &c.

Venire facias 12. ¶ Et qui nec I. P. & nec D. G. & M. vxorē eius, & P. sororem eiusdem M. fil' & hæred' H. P. iunioris, quos I. quæ fuit vxor H. P. in curia nostra &c. vocauit ad warrantum & qui ei warrantizauit, D. G. & M. vxorem eius & P. sororem eiusdem M, consanguineas & hæredes H. P. señ, quos I. P. in eadem curia nostra &c. vocauit ad warrantum & qui ei warrantizavit, aliqua &c. si quidem D. M. de D. dedit I. de P. in liberum maritagium cum M. filia eiusdem D. sex acras terræ cum pertinentijs in C, & etiam octo acras terræ & dimidiam cum pertinentijs in eadem villa, quas idem I. P. in curia nostra &c. coram &c. clamat vt ius suum separatim versus eos sicut idem I. dicit, vel non sicut prædicti D. M. P. filij & hæredes H. P. iunioris, D. M. & Ph' consanguineæ & hæredes H. P. señ dicunt, quia tam prædicti D. M. & P. filij & hæredes, D. M. & P. consanguineæ & hæredes, quàm prædictus I. inter quos &c.

Aliter ¶ Et qui nec L. G, nec I. F. & S. vxorem eius, A. L. & I. G. aliqua &c. si quidam I. L. dedit S. P. & D. vxori eius & hæredibus de corporibus ipsorum S. & D. exeuntibus, vnum mesuagium & vnum ferlingum terræ cum pertinentijs, in quæ idem I. in curia coram &c. clamat vt ius suum versus eos sicut idem L. dicit, vel non sicut prædicti I. & S. dicunt &c.

Aliter. ¶ Et qui nec R. nec S. chiualer & D. vxorem eius, nec M. vxorem T. de H, quæ per defaltam ipsius T. admissa ad defensionem iuris, aliqua &c. si quidam W. filius & hæres R. defensionem iuris aliqua &c. si quidam W. filius & hæres R. de L. vel aliquis antecessorum suoꝝ vnquam aliquid habuerint in duobus mesuagijs & vna virgata terræ cum pertinentijs in L. post seisinam cuiusdam R. de W, per quod eadem Margareta ad quoddam vocaꝝ ad warrantum prædictum Walterum admitti debeat, sicut eadem M. dicit. T. &c.

Aliter. ¶ Et qui nec Laurentium de B. nec Henricum de S. aliqua &c. si prædictus Henricus simul cum Guilhelmo de I. Petro de S. de tali anno, tali die, vi & armis quandam seweram vocatam K. in S. obstruxit, per quod aqua quæ per seweram illam incurrere debuisset, per obstructionem illam in tanto ibidem abundat, quòd magnam partem terraꝝ & pratorum ipsius L. adiacentium superinundat, sicut idem L. dicit, vel non sicut prædictus &c.

Aliter. ¶ Et qui nec W. atte S. & I. vxorē eius, nec S. aliqua &c. si p̄dictus R. habuit in custod' teñta cū pertinentijs in L. quæ tenentur in socagio, de hæred' p̄dictæ I. dum eadem I. infra ætatem fuit, per quod ijdem W. & I. occa-

I. occasione computi in socagio versus eum habere debeant, sicut ijdem W. & I. dicunt, &c.

¶ Cùm P. de M. & N. vxor ejus, in curia &c. peterent versus R. de D. & P. vxorem ejus vnum tenementum cum pertinentiis in S: iidem R. & D. venerunt in eadem curia nostra, & dixerunt quòd ipsi tenent terram p̄dictam cum ꝑtinentiis ad terminum vitę ipsius D. tantùm, reversione inde post mortem ejusdem D. ad quosdam H. & I. & T. fratres ejusdem H. fil̄ & hæredis T. de G. & hęredes suos spectante, sine quibus non possunt p̄dictis P. & M. inde respondere, & petierunt auxilium de ipsis H. & I. & T. Et ideo tibi p̄cipimus sicut aliàs tibi p̄cepimus, quòd summoneas per bonos summonitores prædictos H. & I. & T. quòd sint &c. ad respondendum prædictis P. & M. simul cum prędictis R. & D. de prædicto placito. Et habeas &c. T. &c. Petendū auxilium de hærede.

¶ Cum C. quæ fuit vxor L. de L. in curia nostra peteret versus R. de B. & A. vxorē ejus, medietatem vnius mesuagij cū ꝑtiñ in L. vt dotem suam: ijdem R. & A. venerunt in eadem curia nostra, & vocauerunt inde ad warrantum I. filium & hæredem L. de L, qui postea venit in p̄fata curia nostra, & tanquam hæres ipsius L. sanguine nihil habens ꝑ descensum hæreditar̄ de eodem Laurentio patre suo in feodo simplici, warrantizavit R. & A. p̄dictam medietatem cum ꝑtiñ, & reddidit p̄fatæ C. dotem suam prædictam, per quod consideratum fuit in eadem curia nostra quòd si p̄dictus I. satis haberet de libero tenemento quod fuit prædicti L. patris sui, quod ei descend' de eodem patre suo in feodo simplici, vnde p̄fatæ C. facere possit ad valenciam p̄dictæ medietatis cum pertinentiis, tunc prædicti R. & A. tenerent in pace, & præfata C. haberet de terra p̄dicti hęredis quæ ei sic descend' ad valenciam ejusdem medietatis cum pertinentijs, & si quid ei inde defuisset, id haberet de p̄dicta medietate versus R. & A. petita, & iidem R. & A. haberent de terra ejusdem hæredis ad valenciam illius quod sic defuisset cum accidisset. Et ideo tibi pręcipimus, quòd si tibi constare possit quòd prędictus hęres satis habeat de libero tenemento quod fuit prædicti Laurentij patris sui, quòd ei descend' de eodem patre suo in feodo simplici, vnde prædictæ C. facere possit ad valenciam prędictæ medietatis cum pertinentiis: tunc prędicti R. & A. teneant in pace, & eidem C. de terra ejusdem hęredis quæ ei descendit in forma prædicta, sine dilatione plenariam seisinam habere facias. Et quid eidem C. inde defuerit: id de prędicta medietate versus prædictos R. & A. petita, eidem C. in loco competenti habere fac', & eisdem R. & A. de terra hęredis prædicti quę descendit in forma prędicta, ad valenciam illius quod sic defuerit cum acciderit, in loco competenti sine dilatione habere & assignari fac'. T. &c. Seisina.

¶ Rex, vicecomiti Glouc' salutem. Scias quòd consideratnm fuit in curia nostra coram justitiarijs nostris apud Westmonasterium, quòd abbas de Winchecombe habeat executionem versus Richardum regis capellanum, de vno mesuagio cum pertinentiis in Winchecomb, Seisina per considerationem curiæ.

vnde idem Abbas aliàs in eadem curia nostra recuperavit versus eum vt de jure Ecclesiæ suæ beatæ Mariæ VV. per defaltam ipsius R. per breve nostrum quare cessavit per biennium, nulla fraude seu collusione inde inter eos prælocuta, prout per quandam juratam coram justiciariis nostris ad assisas in comitatu tuo capiendas apud Glouc' inde summonitam & captam convictum fuit. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem abbati, de prædicto mesuagio cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam & executionem habere facias. Teste, &c.

XII. ¶ Et qui nec Petrum de L. nec Richardum de N. & E. vxorem ejus, aliqua &c. si die impetrationis brevis prædicti, videlicet 24. die Iulij anno &c. prędicta Elizabetha sola fuit, per quod idem Petrus quoddam breve suum de scire facias versus eandem Elizabetham & prædictum Richardum impetratum, manutenere debet, sicut Petrus dicit vel non, immò eodem die impetrationis brevis prædicti, prædicta E. fuit cooperta de quodam Richardo de H. viro ipsius E. sicut prædicti Richar. & E. dicunt: quia tam &c. Teste &c.

Seisina ad valenciam. ¶ Rex, vicecomiti Kanc' salutem. Cùm T. de C. in curia nostra, &c. peteret versus Iohannem vxorem Thomæ A, quæ pro defectu ipsius Thomæ admissa est ad defensionem juris sui, vnum mesuagium, &c. eadem Iohanna venit in eadem curia nostra, & vocavit inde ad warrantum Iohannem P, qui quidem I. postea in eadem curia nostra fecit defaltam, per quod consideratum fuit ibidem quòd idem T. recuperaret seisinam suam versus prædictos Thomam A. & Iohannam, de tenementis prædictis cum pertinentiis, & quod iidem Thomas A. & Iohanna haberent de terra prædicti Iohannis ad valenciam prædictorum tenementorũ cum pertinentiis. Et ideo tibi præcipimus qd' eidem Thomæ de C. de prædictis tenementis cum pertinentiis, versus prædictos T. A. & I. petitis, sine dilatione plenariam seisinam habere facias, & eisdem T. A. & I. de terra prædicti I. ad valenciam tenementorum prædictorum cum pertinentiis in loco competenti, sine dilatione habere & assignari facias: T. &c.

Cape parvum. ¶ Rex, vicecomiti salutem. Cape in manum nostram de terra T, pro defectu ipsius T, ad valenciam &c. quam E. in curia nostra &c. versus I, & vnde &c. Et sum̄ per bonos summonitores. T. &c.

Seisina nulla fraude. ¶ Rex, vicecomiti salutem. Scias quòd consideratum est in curia nostra &c. quòd F. P. de monte forti, habeat executionem versus W. de C. de vna acra prati cum pertinentiis &c. vnde idem P. aliàs in eadem curia nostra recuperavit seisinam suam versus eum, vt de jure Ecclesiæ suæ sanctorum Petri & Pauli per defaltam ipsius Wilhelmi, nulla fraude seu collusione inde inter eos prælocuta, prout per quandam juratam coram justitiariis nostris ad assisas in comitatu tuo capiendas assignatis inde &c. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem priori de prædicto prato cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam & executionem habere facias. Teste &c.

¶ Rex,

¶ Rex, vic' salutē. Distringas R. atte Lese nuper vic' comitatus p̄dicti prędecessorem tuum, p omnes terras &c. nobis ad respond', ad liberandum tibi corpus R. P. quem aliàs p præceptum nr̄m cepit, prout ipse justitiariis nostris apud W. ad certum diem jam præteritum mādavit, ita quòd corpus ejusdem R. habere possis coram justitiariis nr̄is tali die, ad respondendum de placito tali, & ad &c. Et unde &c. quod predictus R. tempore presati R. prędecessoris tui captus extitit, qui quidem R. corpus prędicti Roberti tibi nondum liberavit. Et habeas ibi &c. T. &c. Distringas d. eccomitem.

¶ Rex, vic' salutē. Cùm nuper tibi p̄ceperimus quòd exigi faceres I. fil' Johannis de magna Waltham, de com̄ in comitatū quousq; secundū legem & consuetudinem regni nr̄i Angliæ utlagaretur si non comparuisset, & si comparuisset tunc eum caperes & salvò custodiri faceres, ita quòd haberes corpus ejus coram dilectis & fidelibus nostris T. de L. & R. Belknap justitiariis nr̄is ad assisas in com̄ tuo capiend' assignatis, apud Brendewode die veneris p̄ximo ante festum Pentecostes, ad satisfaciendum nobis de redemptione sua occasione cujusdam disseisinę Edwardo Warner de tenemento in magna Walthon̄ vi & armis factæ, p̄ut p quandam assisam novæ disseisinæ inde inter eos coram p̄fatis justitiariis apud S. Langthorn̄ nuper sum̄ & captam cōvictum fuit: idem Johannes venit postea coram eisdem justitiariis, & fecit nobis finem p̄ disseisina p̄dicta. Et ideo tibi præcipimus quòd de p̄dicto I. ulteriùs exigendo, utlagando, capiendo, molestando, seu in aliquo gravando, occasione prædicta omnino supersedeas. Et qualiter hoc pręceptum nostrum fueris executus: scire facias justitiariis nostris ad p̄fatum terminum. Et habeas ibi hoc breve. T. &c. Supersedeas in assisa de exigi facias.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm quidā abbas de S. in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westmonasteriū, videlicet termino Michaelis anno &c. p considerationem ejusdem curiæ nostræ recuperasset versus R. de N. personā ecclesiæ de H. & Henr̄. H. chivaler tunc ecclesiæ illius patronum, qui se junxit eidem R. in respondendo, quendam annuū reditum. lxxv. s. singulis annis ad festa P. & sancti Michaelis p æquales portiones, p manus personæ ecclesiæ p̄dictæ qui pro tempore foret annuatim percipiend', & quidā tamen Arnoldus de P. nunc persona ecclesiæ pręd' xxij. li. x. s. de arr̄ annui reditus p̄dicti, post p̄dictum judicium redditum abbati de S. qui nunc est successor prædicti nuper abbatis nondum reddidit, p̄ut ex insinuatione ipsius tunc abbatis acceperimus, ac tibi p̄ceperimus quòd p p̄bos & legales homines de com̄ tuo scire faceres p̄dicto Arnoldo nūc personę ecclesię p̄dictæ, quòd esset coram &c. ad certum diem jam præteritum, ostensurus si quid pro se haberet vel dicere sciret quare prædictæ xxij. li. & x. s. de terris & catallis suis in balliva tua fieri, & prædicto nunc abbati reddi non deberent si sibi vidisset expedire: idē Arnoldus venit in eadem curia nostra p præmonitionem ei per te prout moris est factam, & dixit quod ipse invenit ecclesiam suam prædictā de annuo reditu prædicto exoneratam, & quod ipse non potuit ecclesiam illam Scire facias d. reditu recuperato.

 sine

fine W. episcopo C. loci illius ordinario & Henrico H. chivaler & A. uxore ejus ecclesiæ illius patronis, ut de jure ipsius A, & petiit auxiliū de ipso episcopo & patronis. Et ideo tibi præcipimus quod ꝑ bonos & legales homines de comitatu tuo, scire facias ꝑdictis episcopo Hērico & A patronis ecclesiæ ꝑdictæ, quòd sint coram &c. in octavis Hillarii, ad respondendum præfato nunc abbati simul cum prædicto Arnoldo de prædicto placito si sibi viderint expedire. Et habeas ibi nomina eorum per quos eis scire feceris. Et hoc breve. T. &c.

Exigi facias allocat' com'

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd alloc' quatuor vel tribus comitatibus ad quos B. exactus fuit & non comparuit, prout tu ipse justitiariis nostris apud Westm̄ tali die ꝓximè ꝑterito mandasti; ipsum B. ad comitatum tuū extunc ꝓximè tenend' ulteriùs exigi fac', & sic de comitatu in comitatum quousq; &c. & unde tu ipse aliàs mandasti justitiariis nostris apud W, quòd ꝑdictus B. nō est inventus, nec aliquid habet &c.

venire facias

¶ Rex, vic' salutē. Præcipimus tibi quòd venire facias coram justitiariis nostris apud Westm̄ tali die M. Hormer, qui alias corā te prisonæ nostræ castri Norwic' se reddidit, & in eadem commoratur ut dicitur, ad respondendū P. reginæ Angliæ de placito quare cùm eadē regina in feodo suo apud S. ꝓ consuetudinibus & servitiis sibi debitis per T. &c. servientem suum averia ipsius M. & quorundam T. & C. capi fecisset, ꝑdictus M. simul cum prædictis T. & C. averia illa vi &c. rescussit, & alia &c. Et unde tu ipse mandasti justitiariis nostris apud Westmonasterium tali die, quòd prædictus M. postquam se prisonæ nostræ prædictæ reddiderit, obiit in eadem, & testatum est in eadem curia nostra, quòd prædictus M. adhuc superstes est &c.

Prohibitio de vasto directa parti.

¶ Rex, Guilhelmo de H. salutem. Cùm in statuto apud Glouc' nuper ædito inter alia contineatur quòd cùm placitum motū fuerit in curia nostra, tenens non faciat vastum nec estrepamentū de tenementis q̄ sunt in demand' pendente placito inde in eadē curia nr̄a indiscusso, ac jam placitū in curia nostra coram &c. inter Richardum atte M. petentem & Thomam tenentem, de uno mesuagio cum pertinentiis in D. motum sit & pendens existit in eadem curia nr̄a in præsenti : tibi prohibemus firmiter injungendo, quòd non facias aliquod vastum vel estrepamentum in mesuagio ꝑdicto, nec quicquam contra formam statuti prædicti quod in nostri ꝑjudicium aut præfati Richardi damnum in hac parte cedere valeat, attentes sive attentari præsumas quovismodo, pendente placito prædicto in eadem curia nostra indiscusso. T. &c.

Prohibitio de vasto directa vicecomiti.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm in statuto apud Gloucestr̄ nuper æditum inter alia contineatur, quòd cum placitum motum fuerit in curia nostra, tenens non faciet vastum nec estrepamentum de tenementis quæ sunt in demand' pendente placito inde in eadē curia nostra indiscusso, ac jam placitum in curia nostra coram &c. inter I. petentem & Edmundum tenentem, de uno mesuagio cum pertiñ in D. motum

motum sit & pendens existit in eadē curia nostra in præsenti:tibi præcipimus quòd non permittas pdictum Edmundū aliquod vastum vel estrepamentum in mesuagio prædicto facere, nec quicquam contra formam statuti quod in nostri pjudicium aut pdicti Johannis damnum in hac parte cedere valeat quovismodo attētare, pendente prædicto placito in eadem curia nostra indiscusso.

¶ Rex, vic' salutem. Pone p vadium & salvos plegios Johannem episcopum Bathoñ & Welleñ, ita quòd habeas coram justitiariis nostris apud Westm̄ in octavis sancti Hillarij Johannem personam ecclesiæ de C, ad respondendum priori de B. de placito quòd reddat ei sexdecim libras quæ ei à retro sunt de annuo reditu octo solid' quem ei debet, & ad ostendendum quare non habuit coram justitiariis nr̄is apud Westm̄ in octavis sancti Michaelis prædictum clericum suum, sicut pluriès sibi mandatum fuit. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve. T. rege. Bealknap &c. Breve de attachiando episcopum ad habendum clericum.

¶ Rex, vicecomiti salutē. Præcipimus tibi quòd distringas Johannem Cat & Henricum P. &c. jur̄ suū in curia nr̄a coram justitiariis nostris apud Westm̄ inter I & B. petentes & G. de K. tenentem de placito terræ, p omnes terras &c. ita quòd &c. Et quòd &c. coram justitiariis nr̄is apud Westm̄ in crastino sancti Martini vel coram dilecto & fideli nostro G. de B. uno justitiariorum nostrorum ad placita coronæ nostræ tenend' assignato, si prius die Jovis proximo post festum sanctæ Luciæ virginis apud Nothing' venerit ad faciend' juratam illam, & ad audiendum judicium suum de pluribus defaltis. Præcipimus etiā tibi quòd sex tales tàm milites quàm alios liberos & legales homines de visinetu prædicto in juratam illam ponas, & illos habeas coram pfatis justitiariis nostris apud Westmonasterium apud præfatum terminum, vel coram prædicto Guilhelmo prædictis die & loco, ad faciendam juratam illam, ita quòd jurata ad diem illum non remaneat capienda pro defectu juratorum. Et habeas ibi nomina eorum quos de novo apposueris, & hoc breve. T. &c. Distringas juratores.

¶ Rex, venerabili in Christo patri I. eadem gratia episcopo Lincolñ salutem. Mandamus vobis quòd de bonis ecclesiasticis Guilhelmi de B. clerici vestri in dioc' vestra, fieri fac' xxx. li. & illas habeatis coram justitiariis nostris apud Westmonasterium in octavis sancti Hillarij, ad respondendum Johanni de K. de quadraginta libris quæ ei in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westmonasterium adjudicatæ fuerunt, pro damnis suis quæ habuit occasione cujusdam transgressionis eidem Johanni per prædictum Guilhelmum vi & armis & contra pacem nostram factæ, prout per quandam juratam coram dilecto & fideli nostro H. de K. apud D. inter eos summonitam & captam convictum fuit, & unde vicecomes noster Essex aliàs mandavit justitiariis nostris apud Westm̄, quòd prædictus Guilhelmus clericus est, & non habet laicum feodū in balliva sua unde aliqui denarij fieri possunt. Et habeas ibi hoc breve. T. &c. Breve episcopo de fieri facias.

¶ Cùm Guilhelmus de B. in curia nostra coram justitiariis nostris itinerantibus

Scire facias in assisa novæ disseisinæ per breve de certificatione.

nerantibus apud Derb', recuperasset seisinam suā versus Guilhelmum atte Barre, de tertia parte unius mesuagij cū pertiñ in D, ꝑ quandā assisam novæ disseisinæ q̄ ibi inter eos sumonita fuit & capta ꝑ defaltam ipsius Guilhelmi atte Barre, ac idē Guilhelmus atte Barre postea in ꝑfata curia nr̄a apud D. dixerit se fuisse tenētē de ꝑdicta tertia parte cum ꝑtiñ, tempore quo prædicta assisa inter eos inde transivit, & ꝓtulit quoddam scriptū quietæ clamantiæ sub nomine cujusdam Johannis de B. fratris ꝑdicti C. de B. cujus hæres ipse est ut dicitur, eidem G. atte Barre factum, de ꝑdicta tertia parte cū ꝑtiñ, in quo continetur quòd idem I. obligavit se & hæredes suos ad warrantizand' ꝑdicto Guilhelmo atte Barre ꝑdictam tertiam partem cū ꝑtiñ, & ꝑ statutū petierit inde sibi de remedio ꝓvideri: nos volentes eidē Guilhelmo atte Barre justitiam fieri in hac parte, tibi præcipimus quòd ꝑ bonos & legales homines de coīn tuo, scire facias ꝑdicto G. de B, qd' sit coram justitiariis nr̄is itinerantibus apud Derb' die &c. ostensurus si quid ꝓ se habeat quare juratores illius assisæ super confectione ꝑdicti scripti & aliis articulis scriptū illud tangentibus, examinari non debeant, si sibi viderit expedire. Præcipimus etiam tibi quòd venire facias coram præfatis justitiariis nostris apud D, ad præfatum diem, juratam assisæ prædictæ, ad recognoscendum super sacramentum suū si prædictum scriptum sit factum prędicti I. & de aliis articulis scriptum illud tangentibus &c. Et habeas ibi nomina eorū ꝑ quos ei scire feceris jur̄ & hoc breve. T. rege. Bealknap &c.

Supersedeas in brevi de statuto.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi qd' venire facias corā justitiariis nr̄is apud Westm̄ tali die, xij. tam milites quàm alios liberos & legales homines de visinetu de B, quorum quilibet habeat centum solidatas terræ, tenementorum, vel reditus ꝑ annum ad minus, ꝑ quos &c. & qui nec P. de H, nec R. de S, aliqua affinitate attingunt, ad recognoscendum &c. si quoddam scriptū quietæ clamantiæ quod idem R. in curia nostra apud Westm̄ protulit sub nomine prædicti P. præfato R. factum, de omnibus actionibus, quærelis, & demand', sit factum prædicti P, per quod idem P. ab executione trecentarum librarum coram Rogero Treule nuper majore villæ Bristoll, & Johanne tunc clerico ad recognitiones debiti apud B. accipiēdas deputatis, recogñ se debere præfato P. per prædictum R. recogñ, certis terminis in recognitione illa solvend', pręcludi debet, sicut prædictus R. dicit, vel non sicut prædictus P. dicit, quia tam &c. inter quos &c. Præcipimus etiam tibi quod de executione super recognitione prædicta, ꝑ quodcunque breve nostrum prius inde tibi directum, donec aliud à nobis inde habueris in mandato, præfato Rogero inde faciend' supersedeas omnino. Et habeas ibi nomina juratorum & hoc breve. T. &c.

Nisi prius super Quale jus.

¶ Rex, vic' salutem. Scias quòd I. de P. capellanus Cantar̄ capellæ sanctæ Trinitatis de Hull', in curia &c. apud Westm̄ ꝑ considerationem ejusdem curiæ nr̄æ recuperavit seisinam suam versus W. priorē de L, de uno mesuagio cū pertiñ in Hull', ut jus cantariæ capellę suæ præd'.

Sed

Sed quia dubitatur de fraude inter eos prælocuta, contra statutũ nostrum quo continetur ne terra seu teñta ad manũ mortuam deveniant quoquo modo: tibi præcipimus quòd venire facias coram justitiariis nostris apud Westm̃, à die Paschæ in quindecim dies, vel coram justitiariis nr̃is ad assisas in com̃ tuo capiendas assignatis, si prius die Martis proximo post festum sancti &c. apud Eborum venerint duodecim &c. de visinetu prædicto, quorum &c. per quos &c. & qui prædictum Johannẽ nulla affinitate attingunt, ad recognoscend' quale jus idem Johannes habet in prædictis tenementis cum pertiñ. Et quis &c. ut de jure cantariæ prædictæ, & quantum prædicta tenementa valent per annũ secundum verũ valorem eorundẽ. Et interim &c. quòd &c. Et scire facias capitalibus dominis feodi illius mediatis &c. quòd sint coram justitiariis nostris apud Westm̃ ad præfatum terminum, vel coram præfatis justitiariis nostris ad assisas &c. auditur̃ juratam illam si voluerint. Et habeas &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd distringas I. de K. & M. uxorem ejus, per omnes terras &c. ita quòd &c. Et habeas corpora eorum coram justitiariis nostris apud Westmonasterium in quindena Paschę, ad respondendum H. de C. & K. uxori ejus, de placito quare cùm de communi consilio regni nostri Angliæ provisum sit, quòd non liceat alicui vastum, venditionem, seu destructionem facere de terris, domibus, boscis, seu gardinis sibi dimissis ad terminum vitæ vel annorum: iidem Johannes & M. de terris, domibus, boscis, seu gardinis in H, quæ M, N. & H. præfatæ M. & G. quondam viro suo ad vitam ipsorum Guilhelmi & Margaretę dimiserunt, & quæ post mortem eorundem Guilhelmi & Margar̃ præfatis H. & K. uxori ejus & hęredibus ipsius H. remanerent, fecerunt vastum, venditionem, & destructionem, ad exhæredationem ipsius Katherinæ & contra formam provisionis prędictæ. Et ideo &c. ad audiendum judicium suum de plur̃ &c. Teste &c. De vasto. Gloucester ca. v.

¶ Cùm H. filius I. in curia nostra &c. recuperasset versus L. de N. viginti sex libras & decem solidos, ꝑ triplo damnorũ suorum quæ habuit occasione quòd prædictus L. fecit vastum, venditionem, & destructionem de tenementis in B, quæ tenuit ad vitam suam de hæreditate ꝑdicti H: idem H. postea venit in eadẽ curia nr̃a & elegit sibi liberari omnia bona & catalla ꝑdicti L. præter boves & affros de caruca sua, & similiter medietatem terrarum & tenementorũ suorum tenend' ut liberum tenementũ suum juxta formam statuti nr̃i inde provisi, quousq; xxvi. li. & x. s. de prædictis damnis inde levasset. Et ideo &c. Et qualiter &c. Et habeas ibi &c. T. &c. Elegit.

¶ Cùm Hugo de S. in cur̃ nr̃a &c. ꝑ consideratione &c. recuperasset versus I. de T. novẽ libras & xiij. solidos ꝑ triplo damnorum suorũ quæ habuit occasione quòd prędictus Johannes fecit vastum, venditionẽ, & destructionẽ, de terris, domibus, boscis, & gardinis, quæ idẽ I. tenet per legem Anglię de hæreditate ꝑdicti H, ad exhæredationem ipsius H, ꝓut ꝑ quandam inquisitionẽ quã nuper te fieri fecimus Aliter.

convictum fuit: idem H. venit in eadem curia nra, & p statutum nrm in hujusmodi casu pvisum elegit sibi liberari omnia bona & catalla pdicti Johannis præter boves & affros de caruca sua, & similiter medietatem terrarū & tenementorum suorum, tenend' ut liberū tenitum quousq; prædictas ix. li. xiij. s. inde levaverit. Et ideo tibi præcipimus quòd omnia bona & catalla prædicti Johannis pter boves & affros de caruca sua, & medietatem terrarum & tenementorum suorum in balliva tua, eidem H. sine dilatione liberari facias per rationabile preciū & extentam, tenend' ut liberum tenementū suum juxta formā statuti nostri prædicti, quousq; pdictas ix. li. xiij. s. inde levaverit. Et qualiter &c. scire facias &c. Et habeas &c. T. &c.

Ad inquirendum de vasto.

¶ Præcipimus tibi sicut alias tibi pceperimus, quod in propria persona tua accedas ad terras, domos, boscos, & gardina in C, quæ G. de K, dimisit Petro de T. ad terminum annorum. Et ibidem coram te venire facias xij. tam milites quā alios liberos & legales homines de visinetu prædicto, per quos rei veritas meliùs sciri poterit, & qui nec pdictum G. nec prædictum Petrum aliqua affinitate attingunt. Et per eorum sacramentum diligenter inquiras, quod vastū & quam venditionem & destructionem prædictus Petrus fecerit in pdictis tenemētis, videlicet fodendo duas acras terræ & puteos inde faciēdo, & marliam & argillum inde vendendo ad valenciā viginti solid', psternendo quandam aulam & maeremiū inde vendendo ad valenciā viginti solid'; quandam cameram precij viginti solid', & succidendo & vendendo centū quercus precij cujuslibet decem solid', xl. pomeria precij cujuslibet ij. s. ad exhæredationem ipsius G. Et inquisitionē quam inde feceris, scire facias justitiariis nostris apud Westm̄ a die sancti Hillarij in xv. dies, sub sigillo tuo & sigillo eorum per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris. Et tu ipse &c. nec breve &c. Et habeas ibi nomina eorum per quorum sacramentum inquisitionem illam feceris & hoc breve. T. &c.

Fieri facias

Gloucester cap. viij.

¶ Præcipimus tibi quòd de terris & catallis I. de B. in balliva tua fieri facias centum solidos, & illos habeas &c. à die &c. ad reddend' R. de K. qui ei in curia nostra &c. adjudicati fuerunt, pro damnis suis quæ habuit occasione quòd prædictus Johannes in octavis sancti Johannis B. pximè preteritis fecit se essoniari de servitiis nostris versus pd' R, de placito debiti vel de placito conventionis, & non habuit inde warr̄ suam in octavis sancti Michaelis tunc proximè sequentibus. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Aliter.

¶ Præcipimus tibi quòd de terris & catallis H. de C. in balliva tua fieri facias quinq; marcas, & illas habeas corā justitiariis &c. ad reddendū H. de C. decē libras, quæ ei in curia nra &c. apud Westm̄ p consideratione ejusdē &c. adjudicatæ fuerunt, p damnis suis quę habuit occasione cujusdam disseisinæ eidem H. p prædictum R. factæ, prout per quandam assisam mortis antecessoris ibi inter eos sum̄ & captam convictum fuit. Et habeas, &c. T. &c.

Habeas corpora iiij. militum

¶ Pręcipimus tibi quòd habeas corā justitiariis nostris apud westm̄ in octavis

octavis sanctæ Trinitatis, corpora R. Paynell, Henr de Haltoñ, Thomæ de B, & Simonis de D. militum, quatuor militũ sum in curia nostra coram justitiariis nr̃is apud Westm̃, ad faciend' electionẽ magne assisæ nostræ inter I. de C. petentem & abbatem de R. tenentem, de uno mesuagio & duabus bovatis terræ cũ pertiñ in N, ad faciend' electionem illam. Et habeas &c. T. &c.

¶ Præcipimus tibi quòd nõ omittas ꝓpter aliquã libertatẽ comitatus tui, quin ꝑ sacramentum ꝓborum & legaliũ hominum diligenter inquiras, quæ bona & catalla, terras & teñta. R. de T, & T. de K, habuerunt in balliva tua die Lunæ ꝓximo post festum sanctæ Luciæ virginis, anno &c. vel unquã postea, quo die iidẽ R. & T. utlagati fuerunt ad sectã H. de T. ꝓ computo eidẽ H. nõ reddito, de tẽpore quo fuerit receptor denariorũ ipsius H, ꝓut vicecomes noster Lõdoñ justitiariis nr̃is apud Westm̃ in octavis &c. tunc proximè sequentibus mandavit, & illa ꝑ eorundẽ sacramentũ extendi & appreciari facias, juxta verũ valorẽ eorundẽ. Et ea, quæ ꝑ inquisitionẽ illam inveneris, in manũ nr̃i capias & salvò custodiri facias. Et extentã & appreciationẽ, quas inde feceris, scire facias justitiariis nr̃is apud Westm̃ à die &c. distinctè & apertè sub sigillo tuo & sigillis eorũ ꝑ quorũ sacramentum extentã & appreciationẽ illas feceris. Ac ꝓ eo quòd iidẽ R. & T. vagantur, latitant, & discurrunt in balliva tua, & in nostri & coronæ nr̃æ p̃judicium ut accepimus: tibi p̃cipimus quòd prædictos R. & T. ubicunq; in balliva tua tam infra libertatẽ quam extra inveniri cõtigerint, capias eos & salvò custodias, ita quòd eos habeas coram justitiariis nr̃is apud Westm̃ ad p̃fatum terminũ, ad faciend' & recipiendum quod curia nr̃a consideraverit de eis in hac parte. Et habeas ibi nomina eorũ ꝑ quorũ sacramentum extentam & appreciationem illam feceris & hoc breve. T. &c. *Capias utlagatum.*

¶ Cùm nuper tibi p̃ceperimus, quòd omnia terras & tenementa H. de G. defuncti, q̃ habuit in balliva tua quinto die Maii, anno regni domini E. nuper regis Angl patris nr̃i sexto vel unquã postea, ad quorũcũq; manus devenissent, nisi &c. T. le Fourbour sine &c. tenend' &c. juxta formã &c. donec xl. li. quas p̃dictus H. p̃dictis die & anno vel postea, quæ virtute scripti nr̃i p̃dicti extendi potuerũt, & eadẽ terras & tenementa quæ ad xlviij. s. ꝑ annũ extendebantur, p̃fato Thomæ ꝑ extentã illam in forma p̃dicta liberasti, & quia ex parte Johannis de B. cui p̃dictus H. post diem recognitionis p̃dictæ omnia prædicta terras & tenementa sua alienavit ut dicitur, nobis est ostensum, qd' licèt p̃dicta terræ & tenementa præfato T, ut prædictum est, liberata, ad xlviij. s. tantũ extendebantur: idem tamen T. de G. & Æva uxor ejus, quibus idem T. le Fourbour statũ suum de p̃dictis tenementis post liberationem prædictam ꝑ te inde ei factam ulteriùs dimisit ut accepimus, de exitibus p̃dictorum terrarum & teñtorum, eò quòd verus valor eorundẽ ꝑ annũ ad maximam summam ultra extentã p̃dictã se extendit, decẽ libras ultra debitum p̃dictum jam levaverunt, super quo nobis est supplicatũ p̃fato Johañi in hac parte de remedio congruo *Venire facias ad computandum.*

congruo ꝓvidere. Nos volentes eidē Johanni in præmissis fieri quod est justum, tibi ꝑcipimus quòd venire facias corā justitiariis nr̄is &c. ꝑdictos T. & G. & Ævam, ad cōputandum cū ꝑdicto Johanne de exitibus prædictorum tenementorum juxta verum valorem eorundem, à tempore liberationis ꝑdictæ prædicto T. le Fourbour inde factæ perceptis, ulterius factur̄ & receptur̄ quod curia nr̄a consideraverit in præmissis. Et habeas &c. T. &c.

Seisina per examinationem. ¶ Scias quòd compertum est in curia nr̄a corā justitiariis nr̄is &c. ꝑ examinationē in eadē curia nr̄a factam, quòd H. fil̄ T. de L, falsò & in deceptionē ejusdē curiæ nr̄æ recuperavit seisinam suam versus R. de K. & A. uxorem ejus, de duabus acris terræ cū pertiñ suis inde ꝑ defaltam ipsorum R. & A, per quod consideratum fuit in eadem curia nr̄a quòd ꝑdicti R. & A. haberent seisinam suam de ꝑdicta terra cum pertinentiis suis. Et ideo tibi ꝑcipimus quòd eisdem R. & A. de ꝑdicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam rehabere facias. T. &c.

Habeas corpora ad assisas. ¶ Rex, vic' salutē. Præcipimus tibi quòd habeas corā justitiariis ad assisas in com̄ tuo capiendas assignatis, die Lunæ in festo sanctæ Margaretæ virginis, corpora I. de W, & N. de A &c. recogñ assisæ novæ disseisinæ inter H. de D. querentem & I. de C. tenentem, de duabus acris terræ cum pertinentiis in D, ad faciendam recognitionem assisæ ꝑdictæ. Præcipimus etiam tibi quòd reattachias prædictum I, quòd sit coram justitiariis nostris apud Eborum ad præfatū terminū, auditurus recognitionem asisæ prædictæ. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve. T, &c.

Seisina in assisa. ¶ Rex, vicecomiti salutem. Scias quòd R. de B. in curia nostra coram justitiariis nr̄is ad asisas in comitatu tuo arraiñ capiend' asignatis, recuperavit seisinam suam versus I. de K. de uno mesuagio cum pertinentiis in K, per quandam assisam novæ disseisinæ apud Novum castrum super Tynam inter eos sum̄ & captam. Et ideo tibi ꝑcipimus quòd eidem R, de prædicto mesuagio cum pertinentiis per visum recognitorum asisæ prædictæ, sine dilatione plenariam seisinam habere facias. T. &c.

Fieri facias de assisa. ¶ Præcipimus tibi quòd de terris & catallis A. de C. in balliva tua fieri fac' xl. li, & illas sine dilatione liberari facias H. de B, de xl. li. quæ ei in curia nr̄a corā justitiariis nr̄is ad asisas in com̄ tuo capiendas assignatis apud Eborum adjudicatæ fuerunt, ꝓ damnis suis quæ habuit occasione cujusdam disseisinæ eidem H. ꝑ præfatum E. factæ de tenementis in D, ꝓut ꝑ quandam asisam novæ disseisinæ ibi inter eos sum̄ & captam convictum fuit, T. &c.

Seisina nulla fraude. ¶ Scias quòd abbas de K. in K. &c. recuperavit seisinam suā versus H. de L. de uno mesuagio cū pertiñ in K. ꝑ defaltam ipsius H. nulla collusione inter eos prælocuta, ꝓut ꝑ quandā juratam nuper in eadem curia nostra captam convictum fuit. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem abbati de prædicto mesuagio cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam habere facias. T. &c.

¶ Cùm

¶ Cùm I. de B. in curia dñi Edwardi nup Regis Angliæ patris nostri apud W, die Veneris proximo post festum Paschæ, anno &c. cognovit se debere G. de S. centũ solidos, vnde ei reddidisse debuit ad festũ Natalis Dñi tunc proximè futurum xxv. solidos, & ad festum Paschę tunc &c. xxv. solidos, & ad festum &c. xxv. solidos, & ad festum &c. xxv. solidos: prædictus Iohannes prefato Guilhelmo in vita sua prædictos denarios non reddidit, prout ex insinuatione N. fil' G. & Sãpsonis le Pynder executorum testamenti ejusdem G. accepimus. Et quia volumus ea quæ in curia prædicti patris nostri rite acta sunt, debitæ executioni demandari: tibi præcipimus quòd per probos & legales homines de comitatu tuo, scire facias prædicto I, quòd sit coram justitiariis, &c. ostensurus si quid pro se habeat vel dicere sciat quare prædicti denarij de terris & catallis suis in balliva tua fieri, & prædictis executoribus reddi non debeant, si sibi viderit expedire. Et habeas ibi nomina eorum per quos, &c. Et habeas ibi hoc breve. T. &c. Scire facias sur per cognitione.

¶ Summoneas per bonos summonitores I. de W, quòd sit coram justitiariis nrĩs ad assisas in com̃ tuo capiẽdas assignatis, apud E. tali die, ad warrantizandũ G. de P. vnum mesuagium cum pertiñ in D, vnde Alicia de L. in curia nostra coram justitiariis nostris ad assisas in comitatu tuo capiendas assignatis, arrainavit quandam assisam mortis antecessoris versus eum, vnde idem G. in eadem curia vocavit prædictum Iohannem ad warrantum versus eam. Et habeas ibi sum̃. Et hoc breve. T. &c. Summons in assisa ad warrantum.

¶ Cùm nuper tibi præceperimus quòd caperes Henricum de Linc' si inventus fuerit in balliva tua, & eum salvò custodiri faceres, ita qđ eum haberes coram justitiariis ad assisas in comitatu tuo capiendas assignatis apud H. tali die, ad satisfaciendum nobis de eo quare vi & armis disseisivit Iohannem de R. de tenemento in G, prout per quandam assisam novę disseisinæ ibi inter eos summonitam & captam convictum fuit: idem Henricus postea venit coram justitiariis nostris, & fecit finem nobiscum de transgressione prædicta. Et ideo tibi præcipimus quòd de eodem Henrico vlteriùs capiendo, occasione prædicta supersedeas omnino. Et qualiter hoc præceptũ nostrum fueris executus, scire facias prefatis justitiariis nostris apud Wesm̃ in octavis S. Hillarij. Et habeas ibi hoc breve. T. &c. Supersedeas in assisa.

¶ Cùm nuper tibi pceperimus, quòd corpus I. de K. si laicus esset caperes, & in prisona nrã salvò custodiri faceres, donec D. de D. de quadraginta libris plenè satisfecisset, quas idẽ I. tali die & anno tali corã G. B. &c. & Iohanne de C. tunc clerico ad recognitiones debitorum apud E. accipiend' deputatis, recognovit se debere præfato G. & quas ei &c. & illas nondũ &c. vt dicitur, & qualiter hoc pceptũ nrm̃ fueris executus, scire facias justitiariis nostris apud Westm̃ in quindena S. Hillarij proximè præterita: idem Iohannes ad diem illum venit in eadem curia nostra, & placitauit inde cum prædicto Guilhelmo, & posuit se inde in juratam patriæ, & habet diem coram justitiariis nostris Supersedeas de statuto.

noſtris apud Weſtmonaſterium à die Paſchæ in quindecim dies. Et ideo tibi præcipimus quòd de executione ſuper cognitione prædicta præfato Wilhelmo vlteriùs facienda, donec aliud à nobis habueris in mandato, ſuperſedeas omnino. Et qualiter &c. ad præfatam quindenam Paſchæ. Et habeas &c. T. &c.

Elegit. ¶ Cùm nuper tibi præceperimus, quòd omnia bona & catalla G. de K. pter boves & affros de caruca ſua, & ſimiliter medietatem terrarũ & tenementorum ſuorum in balliva tua, Thomæ de P. ſine dilatione liberari faceres p rationabile precium & extentam, tenend' vt liberũ tenementũ juxta formam ſtatuti noſtri inde puiſi, quouſq; vndecim marcas & tres ſolidos, quos idem Thomas in eadem curia nr̃a coram juſtitiariis noſtris apud Weſtm̃ p conſiderationem, &c. recuperavit verſus eũ, & etiam quadraginta ſolidos qui eidem Thomæ in eadem curia nr̃a adjudicati fuerunt p damnis ſuis quæ habuit occaſione detentionis debiti prædicti, inde levaſſet, & qualiter illud præceptum nr̃m fuiſſes executus, ſcire faceres juſtitiariis nr̃is tali die pximo: tu pfatis juſtitiariis noſtris apud Weſtm̃ ad diem illum mandaſti, quòd pdictus Guilhelm̃ non habet bona ſeu terras nec teñta in balliva tua, ſed quicquid habuit alienavit. Et quia teſtatum eſt in eadem curia nr̃a, quod pdictus Guilhelm̃ die Mercurij pximo poſt feſtum, &c. anno, &c. quando jurata inter eos corã dilecto & fideli noſtro Henr̃ de A. apud E. capta fuit, habuit terras & tenementa in balliva tua quæ pdicto Thomę juxta formam ſtatuti noſtri prædicti liberari poſſunt: tibi præcipimus quòd medietatem terrarũ & teñtorum q̃ idem Guilhelmus habuit in balliva tua pdictis die & anno, ad quorumcũq; manus devenerunt, eidem Thomæ ſine dilatione liberari facias p rationabile præcium & extentam, tenend' vt liberũ tenementum ſuum in forma prædicta, quouſque prædictas xj. marcas & tres ſolidos & etiam damna ſua prædicta inde levaverit. Et qualiter &c. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Aliàs de vaſto. ¶ Præcipimus tibi ſicut aliàs tibi pcepimus, quòd in ppria pſona tua accedas ad teñta vaſtata in B, quæ Iohannes de K. dimiſit Henrico de G. ad vitam ipſius Henrici. Et ibidem corã te &c. duodecim, &c. de viſinetu prædicto, p quos rei veritas meliùs ſciri poterit, & qui nec prædictũ Iohannem nec prædictum Henricum aliqua affinitate attingunt. Et per eorum ſacramentũ diligenter inquiras, quod vaſtũ, quam venditionem, deſtructionem, & exilium prædictus Henricus fecerit in prædictis tenementis, videlicet fodendo in vna acra terræ, & puteos inde faciendo, & marliam & argillum inde vendendo ptij centum ſolid', & exulando quoſdam Henr̃ & Hermannũ &c. nativos ipſius Iohannis, quorum quilibet tenet vnũ meſuagium & vnam virgatam terræ in villenagio in prædicta villa de T. per graves & intolerabiles diſtrictiones, ad exhæredationem ipſius Iohannis. Et inquiſitionem, quam inde feceris, ſcire facias juſtitiariis noſtris &c. à die &c. Et tu ipſe &c. nec breve, &c. Teſte, &c.

¶ Rex

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm H.de F. & M. uxor ejus in curia nr̃a coram H.de B.& sociis suis &c.apud N,per quandam assisam no. dis. recuperasset versus Rob.de H.& Johannam uxorem ejus seisinam suã de octo solidis reditus cum pertinentiis in N,ac tibi p̃cepimus quòd eisdem Henrico de F. & M. de prædicto reditu cũ pertinentiis per visum recognitorum sine dilatione plenariam seisinam habere faceres: tu inde nihil fecisti, prout ex gravi quærela ipsorum Henrici & Margaretæ accepimus. Et ideo tibi præcipimus sicut aliàs tibi præcepерimus, quòd eisdem Henrico de F.& M.de prædicto reditu cum pertinentiis, per visum recognitorum assisæ prædictæ sine dilatione plenariam seisinam habere facias, vel causam ob q̃ id non feceris scire facias p̃fatis justitiariis &c. tali die &c. Et habeas ibi hoc breve. T. &c. — Aliàs seisina.

¶ Rex, justitiariis suis ad assisas in comitatu tali capiendas assignatis salutem. Cùm nuper N.de B.vicecomiti nr̃o comitatus prædicti p̃cepimus, quòd distringeret Johannem de W.per omnes terras &c.& quòd haberet corpus coram justitiariis &c.tali die, ad respondend' A. de C.de placito debiti: idem vicecomes ad diem illũ de sex solidis & octo denariis, de exitibus terrarum & catallorum prædicti Johannis nobis respondit, quòd cùm testatũ est in eadem curia nostra quòd idẽ vicecomes de centum solidis de exitibus terrarum & catallorũ prædicti Johannis ad diem illum nobis respondisse potuit. Et ideo vobis mandamus quòd per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu prædicto, in præsentia ipsius vicecomitis si interesse voluerit, diligenter inquiratur de quibus & quantis exitibus terrarum & catallorum p̃dicti Johannis, idem vicecomes à tempore quo breve nostrum de prædicta districtione sibi inde venit, usque ad quindenam Paschæ nobis respondisse potuit. Et inquisitionem, quam inde feceritis, constare faciatis justitiariis &c. tali die ꝑ literas vestras patentes. Et habeatis &c. T. &c. — Justitiariis ad assisas de inquirendo de exitibus.

¶ Rex, venerabili in Christo patri H.eadem gratia Lincolñ episcopo salutem. Sciatis quòd cùm Johannes de Noting' clericus, in curia nostra, &c. arrainasset quandam assisam mortis antecessoris versus H. de Dittoñ, de uno mesuagio in D.de morte Guilhelmi patris p̃dicti Johannis cujus hęres idem Johannes se esse asserebat, idem Henricus venit in eadem curia nostra &c. & dixit quòd prædictus I. nullus hæres esse potest, pro eo quòd bastardus est, & quia hujusmodi causæ cognitio ad forum spectat ecclesiasticum, vobis mandaverimus quòd convocatis corã vobis convocandis, rei veritatem super hoc diligenter inquireretis, & quid inde inquisissetis constare faceretis justitiariis nostris &c. per literas vestras patentes: vos nihil inde fecistis. Et ideo vobis mandamus sicut aliàs &c. convocatis coram vobis cõvocandis: rei veritatem super hujusmodi diligenter inquiratis. Et quid inde inquisieritis, constare faciatis justitiariis nostris &c. ꝑ literas vestras patentes. Et habeatis ibi hoc breve. Teste. &c. — Breve episcopo ad inquirendum de bastardia.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Facias habere visum abbati de M. de uno molendino prioris de Wattoñ & quadraginta acris terræ ejusdẽ ab- — Facias visum.

batis in eadem villa, unde idem prior in curia &c. apud Westm̄ exigit sectam ad molendinum suum prædictum, de omnibus bladis crescentibus in eadem terra. Facias etiam habere Johanni de K. visum de prædicto molendino & decem bovatis terræ ejusdem Johannis in eadē villa, unde idem prior in eadem curia nostra exigit sectam ad molendinum suum prædictum & de omnibus bladis crescentibus in eadem terra, & sic de singulis. Et dic &c. Et habeas &c.

Fieri facias.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd de terris & catallis Galfridi de Lucy tenentis terrarū & tenementorum quæ fuerūt Arnolphi de Lucy à die Paschæ in quindecim dies anno regni dñi Edwardi nuper regis Angliæ decimoquarto in balliva tua, fieri facias sex libras, & illas habeas coram justitiariis nostris apud Westm̄ in octavis sancti Hillarij, ad reddendum priori sanctæ Trinitatis London̄ de arreragiis cujusdam annui reditus decem solidorum, quem idem prior in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm̄ ꝑ considerationem ejusdem curiæ nr̄æ recuperavit versus eum, singulis annis in festo sancti Michaelis solvend'. Et unde ei reddidisse debuit termino sancti Michaelis anno regni nostri Angliæ quinto decem solidos, & termino sancti Michaelis anno regni &c. sexto decem solidos, & termino sancti Michaelis anno regni &c. septimo decem solidos, & illos nondum reddidit. Et habeas ibi hoc breve. Teste. &c.

Distringas episcopum.

¶ Rex, vicecomiti salutē. Præcipimus tibi sicut pluriès &c. quòd distringas custodem spiritualitatis archiepiscopatus Eborum sede vacāte, ꝑ omnes terras &c. & quòd de exitibus &c. ita quòd habeas coram justitiariis nostris apud Westmonasterium in octavis sancti Hillarij Guilhelmum de Derb' clericum suum, ad respondendum Johanni de K. de placito quòd reddat ei triginta libras, quas ei injustè detinet ut dicit, & ad audiendum judicium suum de pluribus defaltis. Et habeas ibi hoc breve. Teste. &c.

Feri facias ad episcopum.

¶ Rex, venerabili in Christo patri Arnulpho eadem gratia episcopo Wynton̄ salutem. Mandamus vobis quòd de bonis ecclesiasticis L. de K. nuper personæ ecclesiæ de Derb' clerici vestri, in dioc' vestra fieri faciatis viginti quatuor libras, & illas habeatis coram justitiariis nr̄is apud Westmonasterium à die sancti Michaelis in quindecim dies, ad reddendum Bernardo De M. quas idem Bernardus in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm̄ ꝑ considerationem ejusdem curiæ nostræ recuperavit versus eum. Mandamus etiam vobis quòd de bonis ecclesiasticis prædicti Laurentij in dioc' vestra fieri faciatis decem solidos, & illos habeatis coram præfatis justitiariis nostris apud Westm̄ ad ꝓfatum terminum, ad reddend' prædicto B. de 12. marcis quę ei in eadem curia nostra adjudicatę fuerunt, ꝑ damnis suis quæ habuit occasione detentionis debiti prædicti. Et habeas &c. T. &c.

Scisina de vasto in dote.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Sciatis quòd compertū est in curia nostra coram justitiariis nr̄is apud Westm̄, ꝑ quandam inquisitionem quam nuper per te fieri fecimus, quòd C. quæ fuit uxor Johannis de B. fecit vastum, venditionem, & destructionē, de domibus, boscis, & gardinis

cum

cum pertinentiis in F, quæ tenet ad vitam suam de hæreditate Johannis de D, videlicet prosternendo unam aulam, & succidendo & vendẽdo 20. pomeria &c. ad exhæredationem ipsius Johannis. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem Johanni de prædictis tenementis vastatis ꝑ visum juratorum inquisitionis ꝑdictæ sine dilatione plenariam seisinam habere facias. T. &c.

Ad acquietandũ de servitiis.

¶ Præcipimus tibi sicut pluriès &c. quòd distringas M. quæ fuit uxor Guilhelmi de Dacre ꝑ omnes terras, ita quòd &c. & quòd de exitibus &c. & quòd habeas &c. apud Westm̃ in octavis s. Hillarij, ad respondend' I. de M. de placito quòd acquietet ipsum de servitio quod Hugo H. de C. ab eo exigit de libero tenemẽto quod de ꝑfata M. in A. tenet, unde eadem A. quæ media est inter eos eum acquietare debet ut dicit. Præcipimus etiam tibi quod in duobus plenis comitatibus tuis publicè proclamari facias, quòd prædicta Margareta veniat corã præfatis justitiariis nostris apud Westm̃ ad præfatum terminum, præfato I. inde responsur̃ si voluerit. Et habeas &c. T. &c.

Ad inquirendũ de brevi de vasto per defaltã defendentis.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cũ nuper tibi ꝑceperimus, quod distringeres Henr̃ de F. ꝑ omnes terras &c. & quòd de exitibus &c. Et quòd haberes corpus ejus &c. tali die proximè ꝑterito, ad respondendum Henrico de C. de placito quare cùm de cõmuni consilio regni nr̃i Angliæ provisum sit quòd non liceat alicui vastum, venditionem, seu destructionẽ facere de terris, domibus, boscis, seu gardinis sibi dimissis ad terminum vitæ vel annorum: idem Henricus de F. de domibus & gardinis in C. quæ prædictus Henricus de C. ei dimisit ad vitam &c. fecit vastum &c. ad exhæredationem &c. contra formam provisionis prædictæ ut dicitur. Ad quem diem ꝑdictus Henricus de F. fecit defaltam, ꝑ quod consideratum fuit in eadem curia nostra quòd in propria persona tua accederes ad prædicta tenementa vastata, & ibidem inquireres de vasto facto in eisdem. Et ideo tibi præcipimus quòd in propria persona tua accedas ad ꝑdicta tenementa vastata, & ibidem coram te venire facias duodecim liberos & legales homines de visinetu ꝑdicto, per quos &c. & qui prædictum H. de C. nulla affinitate attingunt. Et per eorum sacramenta diligenter inquiras, quod vastum, quam venditionem & destructionem prædictus Henricus de F. fecit in tenementis prædictis, videlicet prosternendo unam aulam & maeremium inde capiendo & vendendo precij centum solid', unam pistrinã precij centum solid', unũ stabulum precij quadraginta solid', in gardinis, videlicet succidendo & vendendo duodecim fraxinos ꝑcij cujuslibet, 12. d. 12. pomeria precij &c. ad exhæredationẽ & contra formam statuti ꝑdicti. Et inquisitionem, quam inde feceris &c. scire facias &c. in crastino Animarum sub sigillo tuo & sigillis eorum ꝑ quorum sacramentum inquisitionem illam feceris, & hoc breve. Teste &c.

Retornum irreplegiabile.

¶ Scias quòd compertum fuit in curia nostra coram justitiariis nr̃is apud Westm̃, quòd Thomas de B. injustè cepit averia, videlicet duos porcos R. de G. in separali solo Johannis de Coupelond' damnũ facientes, prout ipse ut ballivus ipsius Johannis de Coupelond' cogno-

uit, prout per quandam juratam in curia nostra coram justitiariis nr̃is in comitatu ad assisas capiẽdas assignatis apud A. nuper inde inter eos summonitam & captam, per quòd consideratum fuit in eadem curia nostra, quòd idem R. nihil caperet per breve suum, sed esset in misericordia pro falso clamore suo, & quòd prædictus T. iret inde sine die, & haberet retornũ p̃dictorum porcorum irreplegiabile. Et ideo tibi pręcipimus quòd eidem T. retornum porcorũ prædictorum irreplegiabile sine dilatione habere facias in forma prædicta T. &c.

Statutum de laboribus.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod capias Joh. de W. & Nicolaum de S. Si inventi fuerint in balliva tua, & eos salvò custodias, ita quòd habeas corpora eorum coram justitiariis nostris apud Westm̃ in octavis sanctæ Trinitatis, ad respondendũ tam nobis quàm Thomæ de G, de placito quare cùm per nos & consilium nostrum ꝓ communi utilitate regni nostri ordinatum sit, quòd quilibet homo & fæmina regni nostri cujuscunq; conditionis fuerint, liberæ vel servil, potens in corpore & infra ætatem quadraginta annorum, non vivens de mercatura, nec certum exercens artificiũ, non habens de suo proprio unde vivat, vel terrã propriã circa hujus culturã se occupare poterit, & alteri non serviens, si de serviendo in servitio ꝓ statu suo congruo fuerit requisitus vel requisita, servire teneatur illi qui sic eum vel eam duxerit requirend', & percipiat dũtaxat vadia, liberationes, mercedes, seu salaria quæ in locis ubi servire debeat anno &c. vicesimo vel annis communibus quinq; vel sex ꝓximè p̃cedentibus solita sunt præstari, & si talis vir vel mulier de sic serviendo requisitus vel requisita hoc facere noluerit, statim capiatur & mittatur ꝓximæ gaolæ, & ibidem sub arcta moretur custodia, quousq; securitatẽ invenerit de serviendo in forma p̃dicta: iidem Johannes & Nicolaus potentes in corpore & infra ætatem sexaginta annorum, non viventes de mercatura, nec certum exercentes artificium, non habentes de suo proprio unde viverent vel terram propriam circa cujus culturam se potuerint occupare, & alteri non servientes, de serviendo in servitio congruo cõsiderato statu suo à p̃dicto Thoma requisiti, percipiẽdo vadia juxta formam ordinationis prædictæ se recusaverunt, in nostri contemptum & ipsius Thomæ grave damnum, & contra formam ordinationis prædictæ, & unde tu ipse mandasti justitiariis nostris apud Westmonasterium à die Paschæ in quindecim dies, quòd p̃dicti Johannes & Nicolaus non sunt inventi in balliva tua. Et habeas &c. T. &c.

Contra magistrum & servientem.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd distringas I. de A. ꝑ omnes terras &c. & quòd de exitibus &c. & quòd habeas corpus eius corã justitiariis nr̃is apud Westm̃ in octavis sanctæ Trinitatis, ad respondend' tam nobis ꝗ W. de G, de placito quare cum ꝑ nos & consilium nostrũ pro communi utilitate regni nostri ordinatũ sit, quod si aliquis serviens cujuscunq; status seu conditionis fuerit in servitio alicujus retentus, ante finem termini cõcordati à dicto servitio sine causa rationabili vel licẽtia recesserit, pœnã imprisonamẽti subeat, & nullus sub eadem pœna talẽ in servitio suo recipere vel retinere præsumat: prædictus

prædictus I.de A. I.de L. nuper servientem prædicti W, in servitio suo apud A retentum, qui ab eodem servitio ante finem termini inter eos concordati sine causa rationabili & licentia ipsius W. recessit, in servitium ipsius I.de A. quanquam ipse de præfato I.de L. eidem W. restituendo requisitus fuerit, admisit & retinuit, in nostri contemptum, & ipsius W. grave damnum, & contra formam ordinationis prædictæ. Præcipimus etiam tibi quod capias prædictum I. de L. si &c. & salvò &c. ita quòd habeas corpus ejus coram justitiariis nostris ad præfatum terminum, ad respondendũ tam nobis quàm præfato W. de G. quare a servitio ejusdem W. de G. absque causa rationabili & licentia sua ut prædictum est recessit, in nostri contemptum & ipsius W. de G. grave damnum, & contra ordinationem prædictam, & unde &c. quòd prędictus I. de L. non est inventus in balliva tua. Et habeas &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd capias D. de D. si &c. & eum &c. ita quòd habeas corpus ejus coram justitiariis nostris apud W. in octavis sanctæ Trinitatis, ad respondendum tam nobis quam H. de H, de placito quare cùm per nos & consilium nostrum pro communi utilitate regni nostri ordinatum sit, quod si aliquis serviens cujuscunque status seu conditionis fuerit, in servitio alicujus retentus, ante finem termini concordati a dicto servitio sine causa rationabili vel licentia recesserit, pœnam imprisonamenti subeat: prædictus R. nuper serviens ipsius H. in servitio suo apud C. retentus, ab eodem servitio ante finem termini inter eos concordati sine causa rationabili & licentia ipsius G. recessit, in nostri contemptum & ipsius D. grave damnum, & contra formam ordinationis prædictæ, & unde tu ipse mandasti justitiariis nostris apud W. in octavis sancti Michaelis, quòd prædictus D. non est inventus in balliva tua. Et habeas &c. T. &c. Contra servientem.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd venire facias coram justitiariis nostris apud Westm̃ in octavis s. Michaelis, vel coram justitiariis nostris ad assisas in comitatu tuo ꝑ formã statuti nr̃i inde provisi capiend' assignatis, si prius die Lunæ proximo ante festum sancti Laurentij apud Appulby venerint, 12. tam milites quàm alios liberos & legales homines de visinetu de Overtoñ, quorũ quilibet habeat centum solidatas terræ, tenementorũ vel reditus per annum ad minus, per quos rei veritas melius sciri poterit, & qui nec Guilhelmũ de M. nec A. de Warenñ de Wakefeld' aliqua affinitate attingũt, ad recognoscendum super sacramentum suum si prædictus Adam die Lunæ proximo ante festum sancti Martini anno regni nostri 35. vi & armis scilicet gladiis, baculis, arcubus & sagittis, bona & catalla sua videlicet 4. saccos lanæ ad valenciam 20. marcarum apud Overtoñ inventos cepit & asportavit sicut prædictus Guilhelmus dicit, vel non sicut prædictus Adam dicit, quia tam prædictus Adam quam prædictus Guilhelmus, inter quos contentio inde est, posuerunt se in juratam illam. Et habeas ibi nomina jur̃ & hoc breve. T. &c. Nisi prius.

Post exigēdas. ¶ Rex, vicecomiti salutem. Cum I. &c. in curia &c. implacitasset W. de S. de eo quòd redderet &c. idem W, pro eo quòd non venit in curia &c. præfato I. inde responsurus, secundum legem & consuetudinem regni nostri positus fuisset in exigendis ad utlagandum, & ea occasione postmodum utlagatus, & occasione utlagariæ illius se prisonæ nostræ de Flete reddiderit: nos utlagariam illam ei perdonavimus, ita tamen quòd stet recto in eadem curia nostra secundum formam statuti inde provisi, si prædictus I. versus eum loqui voluerit &c.

Habere faciās visum. ¶ Rex, vicecomiti salutē. Præcipimus tibi quòd sine dilatione facias C. &c. visum &c. facias etiam habere A. &c. visum &c. quæ Johanna quæ &c. in curia nostra &c. clamat ut jus suum separatim versus eos. Et dicas &c. Et habeas ibi &c. Teste &c.

Seisina. ¶ Rex, vicecomiti Berk. salutem. Scias quòd Johanna quæ fuit uxor. T. de A. in curia nostra &c. recuperavit seisinam suam versus C. & L, de una acra terræ cum pertinentiis in C. per defaltam ipsorum C. & L. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem Johannæ de prædicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam habere facias. T. &c.

De hærede rapto. ¶ Rex, vicecomiti Sussex salutem. Præcipimus tibi quòd distringas S. de L. ꝑ omnes terras &c. ita quòd nec &c. & quòd habeas &c. corpus ejus &c. apud W. &c. ad respōdend' Johanni duci Lancastr̄ de placito quare vi & armis I. filium & hæredem Johannis S. infra ætatem existentem, cujus maritagium ad ipsum ducem pertinet, apud Westm̄ inventum rapuit & abduxit, contra voluntatem ipsius ducis & contra pacem nostrā, & ad &c. Et interim diligēter inquiras ubi hæres ille sit in balliva tua, & ubicūq; inventus fuerit capias & salvò & securè custodias, ita quòd habeas corpus ejus coram justitiariis nostris apud Westm̄ ad præfatum terminum, ad reddendum cui ꝑdictorum ducis & Simonis reddi debeat. Et habeas ibi &c. Teste. &c.

Supersedeas de exigendis. ¶ Rex, vicecomitibus London̄ salutē. Cùm nuper vobis ꝑcepérimus quòd exigi faceretis Johannē de C. de Husting' in Husting', quousque secundum legem & consuetudinē regni nostri Angliæ utlagaretur si non comparuisset, & si comparuisset tunc eum caperetis & salvò custodiri faceretis, ita quòd haberetis corpus ejus coram justitiariis nr̄is apud Westm̄ in octavis s. Hillarij proximè futuris, ad respondend' Rogero S. de A. de placito quòd reddat ei viginti libras quas ei debet & injustè detinet ut dicit: idem I. postea venit in eadem curia nostra, & invenit nobis sufficientem manucaptionem essend' coram præfatis justitiariis nostris apud Westm̄ ad ꝑfatum terminum, ad respondendū præfato Rogero de prædicto placito. Et ideo vobis præcipimus quòd de prædicto Johanne ulteriùs exigend', utlagand', capiend', seu in aliquo molestand', occasione ꝑmissa supersed' omnino. Et interim eidē Johanni firmam pacem nostram habere permittatis. Et qualiter hoc præceptum nostrum fueritis executi, scire fac' justitiariis nostris apud Westmonasterium &c. Et habeatis &c. T. &c.

¶ Rex,

¶ Rex vic' salutem. Capias &c. unum mesuag' &c. quod B. simul cum E. sorore ipsius in curia &c. clamat ut jus ipsorum B. & C. versus A. & D, pro de defectu ipsius D. Et diem &c. Et sum̃ prædictum C. quòd sit coram iustitiariis nostris ad præfatum terminum, ad sequendum jus suum simul cum prædicta B. versus prædictos A. & D, de placito prædicto si voluerit. Et habeas &c. T. &c. Cape qn̄ unius petentiũ venit & alius non.

¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quòd venire fac' &c. A. B. C. D. &c. milites electos in curia &c. ad faciendũ recogñ magnæ assisæ nostræ inter A. petentem & B. tenentem, de uno mesuagio &c. & ad faciend' assisam illam. Et habeas &c. Ad facie̊d' venire 12 electos magnæ assisæ.

☞ Eodem modo summoneas iiij. homines ad eligendum xij. &c. ad faciend' juratam loco magnæ assisæ. Regula.

☞ Et in forma præd fiat breve de faciẽdo venire xij. &c. mutatis mutãdis &c. Regula.

¶ Rex vic' Eborum salutem, Præcipimus tibi qd' habeas &c. in octavis sancti Michaelis illos 60. s. de 20. li, quos de terris & catallis I. de G. in balliva tua fieri fecisti & penes te detines, ꝑut tu ipse justitiariis nostris apud Westm̃ mandasti, ad respondendũ P. de C. qui ei adjudicati fuerunt pro damnis suis quæ habuit, occasione quòd prædict' I. eum injustè impedivit ad presentandum idoneam personam ad ecclesiam de D. unde convictus est. Præcipimus tibi quòd de terris prædicti I. in balliva tua fieri fac' residuum prædictor̃ denar̃, & illos habeas coram &c. ad præfatum terminum, ad reddend' prædicto P. pro damnis suis prædictis. Et habeas &c. Ad habe̊d' denarios levatos.

¶ Rex vic' salutem. Præcipe T. quòd juste &c. reddat I. &c. unum mesuag' &c. in quod idem T. non habet ingressum nisi tanquam dñus feodi illius ratione utlagariæ quondam ꝓmulgatæ in præd' I. in com̃ Kanc' unde rectatus fuit, quæ quidem utlagaria postmodum in curia nostra per ejusdem curiæ considerationem revocata fuit & adnihillata ut dicitur. Et nisi &c. Et prædictus &c. Bre de ingressu ubi dñs seisivit ratione utlagariæ jam revocatæ & adnullatæ.

¶ Rex vic' salutẽ. Præcipimus tibi &c. quòd habeas &c. corpora G. C. & D. &c. jur̃ sum̃ in curia &c. inter P. & D. querentes & G. de L, de placito trñs, ad faciendum juratam illam. Et habeas &c. T. &c. Habeas corpora juratorum.

¶ Rex vic' salutem. Distringas D. C. & B. &c. jur̃ summonitos in curia nostra &c. inter Richardum de M. quærentem & M. de G, de placito transgressionis, per omnes terras &c. in octavis Hillarij, ad faciendum juratam illam, & ad audiendum judicium suum de pluribus defaltis. Et habeas &c. T. &c. Distringas juratores.

¶ Rex vic' salutẽ. Monstravit nobis R. de C, quòd cùm I. de B. averia ꝑdicti R. cepisset & injustè detinuisset, & tu ad quærimoniam ipsius R prout moris est averia illa ei replegiasses, & ei dedisses diẽ ad ꝓximũ com̃ tuum, & prædictum I. attachiasses, ad respondendum super hoc prefato R, & postmodum tibi præceperimus quòd haberes recordum loquelæ prædictę coram justitiariis nostris apud Westmonasteriũ in 15. sancti Johannis Baptistę anno regni nr̃i 38. tunc proximè sequenti: idem Johannes pendente placito coram justitiariis nostris ꝑdictis, averia prædicti R. interim cepit ea occasione qua prius ea ceperat, & Withernamiũ.

 sicut

sicut priùs detinet, & in contemptum præceptorũ nostrorũ & justitiarii non permittit. Et quia hoc injustum est & manifestè contra pacem nrãm: tibi pcipimus qd' capta securitate à præfato R. de clamore suo prosequendo, poneres per vadium & salvos plegios præfatum I. quòd esset coram justitiariis nostris apud Westm̃ in crastino Animarũ proximè præterito, ad respondend' nobis de contemptu pdicto & pfato R. de transgressione pdicta, & qd' interim averia illa eidẽ R. replegiari faceres: tu pfatis justitiariis nostris apud Westm̃ ad diem illũ mandasti, quòd averia pdicti R. quæ prædictus I. cepit fuerunt elongata ad loca ignota, ita quòd visum de eisdem averiis seu deliberationẽ inde habere non posses. Et ideo tibi pcipimus qd' averia prædicti I. in balliva tua in Withernamiũ capias, & ea salvò & securè custodiri fac', donec averia prædicti R. repleg' possis, juxta tenorem brevis nr̃i priùs inde tibi directi. Et qualiter &c. scire &c. Et habeas ibi hoc bře. T. &c.

De exitibus rehabendis.

W. 1. cap. 44

¶ Rex vic' salutem. Scias quòd A. quæ fuit &c. quæ districta fuit ad respondendum B. de placito computi p magnam distr̃ quàm ei per præceptum nr̃um priùs inde tibi directũ fecisti in curia nostra comparuit. Et ideo &c. quòd distr̃ illam omnino relaxes, & omnimodos exitus de terris & catallis prædictæ A. in balliva tua quos ea occasione fieri fecisti, eidem A. sine dilatione rehabere facias. T. &c.

Ad acquietandum medium.

¶ Rex vic' salutem. Scias qd' cùm A. in curia &c. sum̃ esset ad respondendum B. de placito quòd acquietet eum de homagio suo & servitio trium solidorum per annum, quod C. ab eo exigit de uno mesuagio cum pertinentiis in M, quod idem B. tenet de pfato A. in M. p servitium unius denarij per annum, p omni servitio: Idem A. venit in eadem curia nostra, & cogñ quòd prædictum B. per prædict' servitium versus quoscunq; acquietare debet. Et ideo tibi pcipimus quòd distringas prædictum A. ad prædictum B. versus prædictum C. per prædict' servitium acquietand'. T. &c.

Breve episcopo ad inquirendũ si mulier sit legitimo matrimon' copulata.

¶ Rex venerabili in Christo patri R. eadem gratia Lincolñ episcopo salutem. Sciatis quòd cùm B. quæ fuit uxor C. in curia &c. peteret versus A. tertiam partem unius mesuagij cum pertinentiis in M. ut dotem suam: idem A. venit in eadem curia nostra & dixit quòd eadem B. nõ debet inde dotem habere, eo quòd nunquam fuit prædicto C. legitimo matrimonio copulata. Et quia hujusmodi causæ cognitio ad forũ ecclesiasticum spectat: vobis mandamus quòd convocatis coram vobis &c. rei veritatem super hoc diligenter inquiratis, & quid inde inquisieritis &c. T. &c.

Sũmoneas ad sequend' simul.

¶ Rex vicecom̃ salutem. Pręcipimus tibi quòd capias A. &c. ita quod &c. ad respondendum T. de K. executori testamenti R. de S, & T. de S. & M. uxori executor̃ prædicti T. de K. testamenti prædicti, de placito quòd reddat eis & quibusdam I. de C. & W. de B. coexecutoribus prædictorum T. de K, & M. testamenti prædicti, sex libras quas &c. Et unde &c. Præcipimus etiam tibi quòd summoneas per bonos summonitores prædictos I. & W, quod sint coram præfatis justitiariis nostris &c. ad pręfatum terminum, ad sequendum simul cum prædictis T. de

T. de K. T. de S. & M. versus prædict' A. placitum suum prædict' si voluerint. Et habeas ibi &c. T. &c.

¶ Johannes de Cavendishe & Johannes Holte justitiarij dñi regis ad assisas in comitatu Buk. capiẽdas assignati, vic' ejusdem com̃ salutem. Ex parte domini regis tibi præcipimus, quòd venire facias coram nobis apud E. die tali, omnia brevia assisarum, juratarum, & certificatio-nũ, de prædicto comitatu Buk. unà cum panellis, reattachiamentis, attach', sum̃, & resum̃, & omnibus aliis adminiculis assisas, juratas, & certificationes prædictas qualitercunq; tangentibus. Prouiso semper quòd attachiamenta, reattach', sum̃ & resum̃, inde fiant per xv. dies ante p̃dictum diem. Et habeas ibi omnia hm̃di brevia assisarum, juratarum, & certificationum, secundũ formam & naturam eorandẽ modo debito arraiatarum, b̃re dñi regis clausum de intendẽdo quod tibi inde venit & hoc mandatum. Datum apud Westm̃ &c. Præceptũ justitiarior' ad assisas.

¶ Johañ de C. & I. de H. justitiarij dñi regis ad gaolas ipsius dñi regis de sancto Edwardo in comitatu Suff. & castri Norwic' deliberand' assigñ, vic' eorundem com̃ salutem. Ex parte dñi regis tibi præcipimus, quòd venire facias coram nobis apud H. die tali, omnes prisones in p̃dicta gaola de sancto E. existentes, & apud T. H. in prædicto comitatu N. die tali omnes prisones in prædicto castro Norwic' existeñ, cũ eorum attachiamentis & omnibus aliis adminiculis prisones illos qualitercunq; tangentibus. Et de visinetu cujuslibet villæ & loci in quibus feloñ unde prisones prædicti fuerunt arrettati factæ fuerunt, 24. tam milites & unà cum 4. hominibus & præposito, ad faciend' tunc ibidẽ ea quæ eis ex parte domini regis injungentur. Publicè etiam proclamar̃ facias per totam ballivam tuam, quod omnes illi qui sequi voluerint versus prisones prædictos, tunc sint ibidem versus eos prout justum fuerit prosecuturi. Scire etiam facias omnibus coronatoribus, justitiariis de pace, & ballivis libertatum com̃ tuor̃, quòd tunc sint ibidem cum rotulis & aliis memorandis suis, ad faciendũ ea quæ ad officium suum pertinent. Et habeas tunc nomina jurator̃, coronatorum, justitiarior̃ de pace & ballivorum, & eorum per quos eis scire feceris, & hoc mandatum. Datum apud Westm̃ &c. Præcept' justitiarior' directũ vic' ad gaolam deliberandam.

¶ Rex vic' salutem. Cùm nuper tibi præceperimus quòd si Thomas de G clericus, fecisset te securum de clamore suo prosequendo, & etiã de averiis retornandis vel de precio eorundem, quæ A. S. & I. in curia nostra &c. adjudicata fuerunt ob defaltam ipsius T. si retornum inde adjudicaretur, tunc averia illa eidem T. sine dilationi liberari faceres, & quòd poneres per vadium &c. prædictos A. S. & I. quòd essent coram justitiariis nostris &c. in octavis sancti Hillarij proximè præteritis, ad respondendum eidem Thomæ de captione eorundem averiorum: tu præfatis justitiariis nostris apud W. ad diem illum mandasti, quòd averia illa, quæ præfatis A. S. & I. in eadem curia nostra adjudicata fuerunt ob defaltam ipsius T, diu ante adventum brevis nostri priùs inde tibi directi extra ballivã tuam per ipsos A. S. & I. elongata fuerunt, ita quod averia illa eidem Thomæ deliberare non potuisti. Withernam.

Et ideo tibi præcipimus quòd de averiis prædictorum A. & I. in balliva tua in Witherñ capias, & salvo & securè custodiri facias, donec averia prædicti T. ipsis A.S. & I. ob defaltam ipsius T. prius in eadem curia nostra adjudicata, eidem T. deliberare possis. Et qualiter &c.xv. Trinitatis. Præcipimus etiam tibi quòd distringas prædictos A. & I. &c. ad respondendum eidem T. de captione averiorum prædictorum &c.

Habeas corpora super Quale jus.

¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quòd habeas coram justitiariis nostris &c.tali die, corpora R.S.T.& W.&c. jur summ in curia nostra &c.coram &c. ad recogñ super sacramentum suum quale jus priorissa beatæ Mariæ de C. habet in uno mesuagio cum pertinentiis in parochia sancti Sepulchri extra barram de West Smithfield London, unde eadem priorissa in eadem curia nostra recuperavit seisinam suã versus Johannem Thame ut de jure ecclesiæ suæ prædictæ, per defaltam ipsius Johannis p breve nostrum quare cessauit per biennium, & quæ prædecessar suar fuit in seisina de servitio inde exeunte ut de jure ecclesiæ suæ prędictæ, & habeas ibi hoc breve. T.&c.

Decem tales.

¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quòd habeas corã justitiariis nostris tali die corpora A.B. C.D.&c. jur summ in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm, inter R.querentẽ & T.& W.executores testamenti F.de placito debiti, ad faciẽdum juratam illam. Præcipimus etiam tibi quòd decem tales milites quam alios liberos & legales homines de visinetu prædicto in juratam illam ponas, & illos habeas coram præfatis justitiariis nostris apud Westm ad præfatum terminum ad faciendum juratam illam, ita quòd jurata illa ad diem illũ non remaneat capiend' pro defectu jur. Et habeas ibi nomina eorum quos de novo apposuer. Et habeas ibi &c. T. &c.

Capias ad cõputandum.

¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quòd capias B. si &c. & eum salvò &c.ita quod habeas &c. tali die ad computandum cum M.de tempore quo fuit receptor denariorum ipsius M, prout per quandam juratã coram justitiariis nostris ad assisas in comitatu tuo capiendas assignatis apud H, inde inter eos summonitã & captam, cõvictum fuit. Et habeas ibi hoc breve. T.rege. Bealknappe &c.

Venire facias.

¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quòd venire facias coram justitiariis &c.12.&c. p quos &c. Et qui nec R. nec I. executorem testamenti W.aliqua &c.ad recognoscendum &c. si prędictus I. administravit diversa bona & catalla quæ fuere prædicti W.tempore mortis suæ, ut executor testamenti ipsius W. post mortem ejusdem W. apud K.& W, per quod idem I.de 20.li.virtute cujusdã scripti obligatorij quòd prædictus R.in curia &c. protulit, versus eum sub nomine prædicti W.onerari debeat sicut idem R.dicit, vel non sicut prædictus I.dicit: quia tam prædictus I.quam prædictus R.inter quos &c. Et habeas ibi nomina jur. T. &c.

venire fac' super statut' de labor' contra magistrum & servientem.

¶ Et qui nec I. nec R. & H. aliqua &c. ad recognoscendum &c. si prædictus I.requisivit prædictum R. apud F.in festo tali de prædicto H.serviente ipsius I.restituendo, p qd' idem I.actionem versus ipsum R, de

R, de eo quare ipsum H. servientem ipsius I. in servitium suum admisit & retinuit contra ordinationem inde æditam, habere debet, sicut idem I. dicit, vel non sicut prædictus R. dicit, & etiam si prædictus H. injuria sua propria à servitio prædicti I. ante finem termini inter eos concordati, sine causa rationabili & licentia recessit, contra formam ordinationis prædictæ sicut idem I. dicit, vel non sicut prædictus H. dicit: quia tam prædicti R. & H. quam prædictus I. inter quos &c. Et habeas &c. T. &c.

¶ Rex venerabili in Christo patri T. eadem grā episcopo Elieñ salutem. Cùm Guilhelmus C. & Elizabetha uxor ejus, in curia &c. peterēt versus Johannem de Hilton clericum tertiam partem unius mesuagij cū pertinentiis in Waddon, ut dotem ipsius Elizabethæ ex donatione Johannis de Elesworth quondam viri sui: idem Johannes de Hilton venit in eadem curia nostra, & dixit quòd pdicti G. & Elizabetha dotē ipsius E. ex donatione pdicti Johannis de Elesworth habere nō debent, dixit enim quòd ipsa Elizabetha nunquam fuit præfato Johanni legitimo matrimonio copulata, & hoc verificare prætendebat. Ad quod iidem Guilhelmus & Elizabetha in eadem curia nostra replicādo dixerunt, quod ipsa Elizabetha fuit præfato Johanni legitimo matrimonio copulata, videlicet ad ostiū ecclesiæ de Conyngtoñ in comitatu Canteř & in dioc' vestra, hoc verificare ptēdendo. Et quia hmōi causæ cognitio ad forum spectat ecclesiasticum: vobis mandamus qđ convocatis coram vobis in hac parte convocand', rei veritatem super præmissis diligenter inquiratis. Et quid inde inquisieritis, constare faciatis justitiariis nr̄is apud Westm̄ tali die ꝑ literas vestras patentes & clausas. Et habeatis ibi hoc breve. T. &c. Bře episcopo ad inquirendū si mulier sit legitimo matrimonio copulata.

¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quòd capias I. de C, & eum salvò &c. ita quòd habeas corpus ejus coram justitiariis nostris apud Westmonasterium tali die, ad satisfaciend' G. de K. tam de viginti solidis quos idem G. in curia nostra &c. recuperavit versus eum, q̃ de viginti solidis qui ei in eadem curia nostra adjudicati fuerunt ꝓ damnis suis quæ habuit occasione detentionis debiti prædicti. Et habeas ibi hoc breve. T. &c. Capias ad satisfaciend' pro parte.

¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quòd non omittas propter aliquā libertatem comitatus tui, quin capias T. de H. si &c. & eum salvò &c. ita quòd habeas corpus ejus corā justitiariis nostris &c. tali die, ad satisfaciendū nobis de redemptione sua ꝓ quadam transgressione Wilhelmo de Thorp militi vi & armis & contra pacem nostrā facta, prout ꝑ quandā juratam corā R. de K. uno justitiarioř nostroř de communi banco apud Quappladde die Martis proximo post festum Eph' dñi inde inter eos sum̄ & captam convictum fuit. Et habeas &c. Aliter pro rege

¶ Rex vic' salutem. Cùm R. & M. uxor ejus in curia nostra coram justitiariis nostris apud W. peterent versus K. medietatem manerij de F. cum pertiñ ut jus ipsius M. eadem K. venit in eadem curia nostra & dixit quòd ipsa tenuit prædictam medietatem cum pertiñ ad terminum vitæ suæ tantum, reversione inde post mortem ejusdem K. ad I. Venire fac' ut per aspectum corporis &c.

filium

filium & hæred' T. spectante sine quo non potuit p̄fato R. & M. inde respondere & petiit auxiliū de ipso I. Et ꝓ eo quòd idem I. fuit infra ætatem, petiit quòd loquela illa inde remaneret usq; ad ætatē ejusdē I, qđ iidem Richardus & M. in eadem curia nostra replicand' dixerūt, qđ idē I. fuit plenæ ætatis. Et ideo tibi p̄cipimus qd' venire facias coram justitiariis nostris apud Westm̄ tali die prædictum Johannem, ut per aspectum corporis sui constare possit præfatis justitiariis nostris, si idem I. sit plenæ ætatis necne. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Resomons. ¶ Rex vic' salutē. Summoneas ꝑ bonos sum̄ G, quòd sit &c. octavis I. auditur̄ juratam patriæ in quam se posuit, de loquela quæ fuit in curia nostra &c. inter N. petentem & ipsum G. tenentem, de 2. mesuagiis cum pertin̄ in K. quæ idem N. in curia nostra &c. clamat ut jus suum versus eum, ita quod loquela illa tunc sit ibi in eodem statu quo fuit in eadem curia nostra in octavis sancti Michaelis anno xlij, ad quem diem loquela illa remansit sine die, eo quòd idem N. adtunc fuit infra ætatem & 'modo plenæ ætatis est ut dicitur. Præcipimus etiā tibi qđ venire facias coram justitiariis nostris apud Westm̄ ad præfatum terminum, 12. &c. de visinetu de K. per quos &c. & qui nec &c. ad recogn̄ super sacramentum suum si satis descend' prefato N. apud K. de quodam I. avunculo ipsius N. cujus hæres ipse est in feodo simplici, ad valenciam ten̄torum prædictor̄ cū pertin̄, per quod ipse virtute cujusdā scripti quietæ clamantiæ & warr̄ in eodem contentæ, sub nomine ejusd' I. in eadem curia n̄ra ꝓlati, ab actione de ten̄ p̄dictis versus eū habenda excludi debeat, sicut idem G. dicit, vel nō sicut p̄dictus N. dicit, quia tā &c. Et habeas ibi sum̄ nomina jurator̄ & hoc breve. T &c.

Breve de venire faciendo vic' ad respond' de falso retorno. ¶ Rex custodibus placitor̄ coronæ suæ in com̄ Somers. salutē. Cū nuper H. D. vic' nostro com̄ p̄dicti per breve nostrum p̄ceperimus, quòd distringeret I. de K. & alios juratores sum̄ in curia nostra corā &c. inter T. de O. & O. de C. de placito transgr̄, & qđ haberet corpora eorū coram justitiariis n̄ris apud W. in octavis sanctæ Trinitatis proximò p̄teritis, ad fac' juratam illam: idem vic' p̄fatis justitiariis nostris apud W. &c. ad diem illū mand', quòd breve n̄rm præd' adeò tardè sibi liberatū fuit, qd' illud exequi non potuit, super quo præfatus T. quoddam bilectum sigillo p̄fati vic' signatū in ead' curia n̄ra ꝓtulit, testificans qd' idem vic' breve n̄rm p̄dict' apud Y. in vigilia sancti Dunstani proximè p̄terita ꝓ executione inde faciend' recepit, petend' sibi per nos in ea parte de remedio congruo ꝓvideri. Et quia retornū p̄d' in forma præd' factū, tam in n̄ri & in curiæ nostræ contemptū, quā p̄fati T. damnum non modicum & gravamen cedit & redundat manifestè, ac volentes præfatum vic' juxta sui demeritum ea occasione in exemplum aliorum castigari, & præfato T. similiter in ea parte quod est justum & consonum rationi adhiberi: vobis præcipimus qd' venire faciatis coram præfatis justitiariis nostris apud Westm̄ in crastino Johannis prædictum vic', super præmissis tam nobis quam p̄fato T. responsurum, & ulterius factur̄ & receptur̄ quod curia n̄ra de eo consideraverit in hac parte. Et habeatis ibi hoc breve. &c.

¶ Rex

¶ Rex, custodibus placitorum coronæ suæ in comitatu Eborum salutem. Ostensum est nobis ex parte plurimorum hominum, tam diversa negocia quàm brevia originalia & judicialia in curia nr̄a coram justitiariis nostris apud Westm̄, tam terras & ten̄ta quàm alias actiones p̱sonales in comitatu tuo prædicto tangentia prosequentium, & coram p̄fatis justitiariis nostris apud W. in octavis sanctæ Trinitatis p̱ximè præteritis retornabilia, ut cum ipsi hujusmodi ad easdem octavas retornabilia Rich. de Hastynges vicecomiti comitatus prædicti tempore congruo liberassent: idem tamen vic' executionem inde facere, seu brevia illa, seu diversa brevia nostra pro nobis & nomine nr̄o prosecuta, coram eisdem justitiariis nostris ad easdem octavas sanctæ Trinitatis retornabilia suppressit & elongavit, in nostri ac curiæ nostræ contemptum & præjudicium, partiumq; diversa hujusmodi brevia in eadem curia nostra à non modico tempore prosequentium damnum & exhæredationem manifestam, & contra sacramentum ipsius vicecomitis in ea parte præstitum. Et ideo vobis præcipimus quòd venire facias coram justitiariis nostris apud Westm̄ in octavis sancti Johannis præfatum vic', super præmissis responsurum & ulterius facturum & recepturum quod curia nostra de eo consideraverit in pręmissis. &c. Breve ad venire faciendū vicecomitem ad respondendum quare non retornat breve.

¶ Rex. vicecomiti salutem. Scias quod decanus & capitulum ecclesiæ sanctæ Trinitatis Cicestr̄ in curia dn̄i E. nuper regis Angliæ avi nr̄i, apud W. scilicet tali die anno regni sui I. corā R. B. & sociis suis tunc justitiariis ejusdem avi nostri in bāco recuperavit seisinā suam versus R. de I. de manerio de C. cū pertinentiis in B. ut de jure ecclesiæ suæ &c. per defaltam ipsius R. per breve p̄dicti avi nostri quare cessavit per biennium, prout p̱ recordum de tempore p̄dicti avi nostri corā justitiariis nr̄is apud W. inde habitū plenius apparet. Sed pro eo quòd dubitatur de fraude in ea parte p̄locuta contra formam statuti, quo cavetur ne terrę seu ten̄ta ad manum mortuam devenirent quoquomodo: consideratum fuit in curia p̄dicti avi nostri quòd executio judicij p̄dicti cessaret quousq; rei veritas inde inquireretur, secundū formā statuti ejusdem. Ac jam ex insinuatione p̄dictorū decani & capituli accepimus, quòd pendende inquisitione inter p̄dict' avum nr̄um & ipsos decanū & capitulum in curia prædicti avi nr̄i p̱ jure suo in manerio p̄dicto juxta formam statuti p̄dicti declarand': idem avus noster diē suū clausit extremum, petendo sibi p̱ nos restitutionem & executionē de mesuagio p̄dicto fieri jubere. Ac nos volentes ea q̄ in curia p̄dicti avi nr̄i rite acta sunt, debitæ executioni demādari p̱ut de jure & secund' legem & consuetudinē regni nr̄i Angliæ, ac formā statuti p̄dicti fuerit faciendum, tibi p̄cipimus quod venire facias coram justitiariis &c. crastino Martini 12. &c. tam milites &c. p̱ quos &c. Et qui p̄dict' decanū & capitulum nulla &c. ad recognoscendum &c. quale jus iidem decanus & capitulum habent in manerio p̄dicto, & quis prædecessorum suorū fuit in seisina de servitiis inde exeuntibus ut de jure ecclesiæ suæ prædictæ. Et interim mesuagium p̄dictum in manum nostram capias, & salvò &c. Ita quòd neuter eorum ad illud &c. donec &c. Et de Resomōs super Quale jus.

de exitibus ejusdem ad scaccarium nostrum nobis respond'. Et illud per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu tuo extendi & apprec' fac'. Et scire facias capitalibus dominis feodi illius mediatis & immediatis, quòd tunc sint ibi audituri juratam prædictā si voluerint. Et habeas ibi nomina eorum per quorum sacramentū extentam & appreciationem illam feceris, juratorum dominorum, & eorum per quos eis scire feceris, & hoc breve. Teste &c.

Scire facias.

¶ Rex, vic' salutem. Cum prior de R. in curia dñi E. nuper regis Angł avi nostri, apud W. scilicet in octavis sanctæ Trinitatis anno regni sui 5. coram &c. per considerationem ejusdem curiæ recuperasset versus T. de Deterff. quendam annum reditum 10. marcaꝝ singulis annis ad festa Paschæ & sancti Michaelis per æquales portiones apud R. solvend', & etiam viginti & quinq; marcas de arreragiis annui reditus ꝑdicti, necnon 60. s. pro damnis suis occasione detentionis annui reditus illius, prout per quandam juratam coram præfatis justitiariis prædicti avi nostri apud Westm̄, ad ꝑfatas octavas sanctæ Trinitatis inde inter eos sum̄ & captam convictū fuit: 5. tamen marcæ de arreragiis annui reditus prædicti post prædictum judicium redditum, videlicet de termino sancti Michaelis proximè pręterito, ac etiam ꝑdictæ 25. marcæ de arreragiis ejusdem annui reditus ante pręd̄ictum judicium reddidum, necnon damna prædicta eidem priori à retro existunt, ꝓut ex insinuatione ipsius prioris accepimus. Et quia &c. tibi præcipimus quòd ꝑ bonos &c. scire facias præfato Thomæ, quòd sit coram &c. in crastino sancti Martini, ostensurus si quid &c. quare tam prædictæ 5. marc' de arreragiis annui reditus prædicti post pręd̄ictum judicium redditum, quàm prædictæ 25. marc' de arreragiis ejusdem ante idem judicium redditum, necnon prædicti 60. s. qui eidem priori pro damnis suis prædictis in ea parre adjudicati fuerunt, de terris & catallis suis in balliva tua fieri, & eidē priori reddi non debeant si sibi viderit. &c. Et habeas. &c. T. &c.

Breve de mittendo recordū utlagariæ.

¶ Rex, I. de R. nuper vic' regis Angł avi nr̄i comitatus Devoñ, ac T. & S. nuper custodibus placitorū coronæ ejusdem avi nr̄i in comitatu ꝑdicto salutem. Cùm nuper per breve avi nostri sub testimonio R. B. tunc capitalis justitiarij ipsius avi nr̄i de banco de dato 10. diei Novēbris anno regni sui 50, tibi præfato nuper vic' ad sectam R. de D. præceptū fuisset, quòd exigi fac' A. de B. de com̄ &c. quousq; secundū legē & cōsuetudinē regni nr̄i Angł utlagaretur si non &c. & si &c. & salvò &c. ita quòd haberes corpus ejus corā justitiariis ꝑdicti avi nr̄i apud Westm̄ in octavis s. Johannis Baptistæ tunc ꝓximè sequētibus, ad respond' pręfato R. de D. de placito quòd reddat ei 20. li. quas &c. ut dicit, & licèt prædictus avus noster ante diem retorni brevis ꝑdicti diē suum clausit extremum: ꝑdictus tamen A. de B. virtute brevis ꝑdicti in vita ejusdē avi nr̄i in comitatu ꝑdicto utlagatus fuit ut accepimus, quæ quidē utlagaꝛ penes vos remanet ut dicitur in curia avi nostri ꝑdicti, sive in curia nostra nondum retornata. Et ideo vobis mandamus firmiter injungendo, quòd si aliqua hujusmodi utlagaꝛ in com̄ ꝑdicto

prædicti

prædicti avi nostri in p̃fatum A.de B.promulgatarum , penes vos remaneat:tunc recordum inde unà cum recordis omniũ aliarum utlagariarum virtute omniũ brevium p̃dicti avi nostri sub sigillo p̃dicti R. Bealknap nuper capitalis justitiarii ejusdem avi nostri de banco, inter quascunq; personas in comitatu p̃dicto promulgatarum, & coram p̃fatis justitiariis p̃dicti avi nostri non retorñ,quæ penes vos vel aliquẽ vestrum remanent,habeatis coram justitiariis nostris apud Westm̃ in octavis sancti Hillarii , unà cum brevibus de exigendis inde tibi præfato nuper vicecomiti priùs directis,ut ulterius inde facere valeamus prout de jure & secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ fuerit faciendum.Et habeas ibi &c. T.&c.

¶ Rex,vicecomiti Londoñ salutem.Ostensum est nobis ex parte Wilhelmi Hilderwelle Eborũ, ut cùm I. More de Londoñ mercer nuper in curia dñi E.nuper regis Angliæ avi nostri apud Westm̃,implacitasset eum de eo quòd redderet ei 18.li. quas ei debet & injustè detinet, super quo processus in eadem curia p̃dicti avi nostri continuatus fuisset,quousq; idem W. ea de causa utlagatus fuisset , qui quidem W. postmodum occasione utlagariæ illius se prisonæ p̃dictæ prædicti avi nostri de Flete reddiderit , & idem avus noster utlagariã illam ei p̃donaverit,ita tamen quòd staret recto secundum formã statuti in hujusmodi casu provisi , super quo idem W. breve p̃dicti avi nostri secundum formam statuti p̃dicti de præmonendo præfatum Jo. essendi coram justitiariis ipsius avi nostri tali die proximo p̃terito habuit , & licèt ante eundem diem idem avus noster obiit,prædictus tamen W. pro die suo conservando , & vim & effectũ cartæ suę prædictæ obtinend',usq; curiam nostram apud Westm̃ ad p̃fatas octavas sancti Michaelis accessit , & breve nostrũ de præmonendo p̃dictum Johannem essendi coram justitiariis nr̃is apud W.in octavis sancti Hillarij proximè futuris , ad sequendum versus eum placitum prædictũ si voluisset imperavit,& ad expectãd eundem diem manucaptores invenit , prout per recordum inde habitũ plenius apparet.vos tamen eundem W. ad sectam prædicti Johannis machinantis ipsum vigorẽ cartæ suæ p̃dictæ amitter̃,ac manucaptores suos ea de causa damnum incurrere & perditionem,eundem W.cepistis & in prisona nr̃a de Newgate detinetis ut dicitur.Et ideo tibi præcipimus quòd si idem W. in prisona nostra prædicta in custodia vestra existat : tunc corpus ejusdem W. habeatis coram justitiariis nostris apud Westmonasteriũ die sabbati proximè futuro, ad diem suum prædictum conservandum, & ulteriùs faciendum & recipiendum quod curia nostra in ea parte consideraverit.Et habeatis ibi hoc breve.T.&c.

Breve de habendo corpus imprisonati occasione cujusdã utlagariæ

¶ Rex,vicecomiti Essex salutem.Cùm M.quæ fuit uxor I.in curia domini E.nuper regis Angliæ avi nostri apud Westm̃,scilicet in octavis sanctæ Trinitatis anno regni sui 5. coram R. B. & sociis suis tunc justitiariis ejusdem avi nostri de banco , per cõsiderationem ejusdẽ curiæ recuperasset seisinam suam versus R.N.& R. de tertia parte unius mesuagii,CC.acris terræ,& quatuor marcatis reditus cum pertinẽtiis in

Scire facias.

P,ut de dote ipsius M. ex donatione pfati Joannis quondam viri sui, prout per inspectionem rotulorum & recordorum de tempore prædicti avi nostri nobis constat: executio tamen judicii prædicti adhuc restat facienda, prout ex insinuatione ipsius M. accepimus. Et quia volumus ea quæ &c. tibi præcipimus quòd per probos & legales homines &c. scire facias prædictis R. N. & R, quòd sint coram justitiariis nostris apud Westm̃ à die &c. ostensuri si quid pro se habeant vel dicere sciant quare executio judicii prædicti fieri non deberet, si &c. Et habeas &c. T. &c.

Breve de estrepamento.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm Guilhelmus & Johanna uxor ejus in curia nostra &c. per consideratione ejusdem curiæ nr̃æ recuperassent seisinam suam versus Aliciã Swerd' de B, de uno mesuagio & duabus bovatis terræ cum pertinentiis in B. ut de jure ipsius Johannæ per defaltam ejusdem Aliciæ, ac nos diu ante p consideratione curiæ nostræ prædictæ, pendente inter eos in eadem curia nostra placito prædicto, p breve nostrum recitando cùm in statuto nostro apud Glouc' nuper ædito inter alia contineatur, quòd cùm placitum motum fuerit in curia nostra per breve nostrũ, tenens non faciet vastũ vel estreppamentum de tenementis quæ sunt in demanda pendente placito inde inter eos in eadem curia nostra indiscusso, eidem A. prohibuerimus ne quicquam contra formã statuti pdicti, quod in nostri pjudicium sive pdictorum G. & I. damnum cedere valeret quovismodo, attẽtare psumerent pendente placito inde inter eos in eadem curia nr̃a indiscusso: eadem tamen Alicia & quidam G. de R. quem ipsa Alicia cepit in virũ pendente in eadẽ curia nostra placito prædicto, domos & ædificia in tenementis prædictis existentia extirpaverunt, & arbores similiaer in eisdem tenementis crescentes succiderunt, & arbores illas ac maeremium ad valenciam 40. li. ceperunt & asportaverunt, in nostri ac mandati nostri pdicti contemptum manifestum, & prædictorum Guilhelmi Wylde & Johannę damnum non modicum & gravamen ac contra formam statuti prædicti, prout ex insinuatione ipsorum Guilhelmi W. & Johannę accepimus. Et quia eisdem Guilhelmo Wylde & Johañę in hac parte subvenire volumus ut tenemur: tibi præcipimus quòd capta securitate de præfato Guilhelmo & Johanna de clamore suo prosequendo, venire facias corã iustitiariis nostris &c. 15. Paschæ pdictos Guilhelmum de R. & Aliciam, ad respondendum tam nobis quàm pfato Guilhelmo & Wylde Johannæ de contemptu & transgressione prędictis, & ulteriùs factur̃ & receptur̃ quod curia nostra consideraverit in præmissis. Et habeas ibi hoc breve. T. rege Bealknap.

Venditioni exponas.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præeipimus tibi quòd illa bona & catalla Joh. personæ ecclesiæ de C. ad valenciam 7. li. 6. s. 8. d. quæ per præceptum nostrum in manum nr̃am cepisti, & penes te pro defectu emptorum detines, prout tu ipse mandasti justitiariis nostris apud W. 15. Paschæ, ad G. præbendar̃ de 25. marc' de arrer̃ cujusdam annui reditus 10. marc' unde idem præbendar' in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm̃ recuperavit executionem versus eum singulis annis

ad

ad festa Paschæ & sancti Michaelis per æquales portiones solvẽd', virtute cujusdã judicij nuper in curia domini E. nuper regis Angliæ avi nostri inter R.de S.nuper p̃bendarium præbendæ prædictæ & Galfridum Trench' tunc personam ecclesiæ prædictæ super quodam brevi de annuo reditu p̃dicto redditi. Præcipimus etiam tibi quòd de terris & catallis ejusdem Johannis in balliva tua fieri facias quatuordecim marcas residuas de prædictis 25.marc', & illas habeas coram p̃fatis justitiariis nostris apud W.ad præfatum terminum ad reddend' p̃dicto G. Præcipimus etiam tibi quòd de terris & catallis ejusdem Johannis in balliva tua fieri facias 5.marcas de arreragiis annui reditus prædicti, & illas habeas coram prę fatis.&c.ad reddend' præfato Guilhelmo de arreragiis annui reditus prædicti, & quas quidem quinq; marcas ei solvisse debuit ad festum sancti Michaelis proximè præteritum, & illas ei nondum solvit ut dicit. Et habeas ibi &c.T.&c.

¶ Robertus Belknappe & Rog' de Fulthorp justitiarii dñi regis ad recordum & processum loquelæ, quæ fuit corã nuper majore & vicecomitibus dñi regis Londoñ in Hustengo dñi regis Londoñ, inter priorem hospitalis sancti Johañis &c.& Adam Huntoñ episcopum Menene' de triginta solidis & quatuor denariis cum pertinentiis in suburbio Londoñ, in præsentia nunc majoris & vicecomitum civitatis prædictæ supervidend' & examinand', & errorem, si quem in recordo & processu prædictis, aut in redditione judicij loquelæ prædictæ inveniri cõtigerit, corrigendum, & plenam & celerem justitiam præfato nũc episcopo & nunc priori hospitalis prędicti inde secundum legem & consuetudinem civitatis p̃dictæ faciend' assignati, nunc majori & vicecomitibus Londoñ salutẽ. Ex parte domini regis vobis mandamus sicut aliàs vobis mandavimus, quòd habeatis coram nobis apud ecclesiam sancti Martini magni Lõdoñ die tali proximo futuro, recordum & processum loquelæ prædictæ cum omnibus ea tangentibus. Et vos p̃fati vicecomites scire faciatis priori hospitalis sancti Johãnis &c.qui nunc est, quòd sit coram nobis præfato die & loco, auditurus errorem si quem in recordo & processu prædictis, aut in redditione judicij loquelæ prædictæ inveniri contigerit si voluerit, & ulteriùs facturus & recepturus quod curia domini regis cõsideraverit in præmissis. Et vos ipsi tam major quàm vicecomites sitis corã nobis præfato die & loco in propriis personis vestris, ad faciendum ea quæ ad vos & ad officiũ vestrum pertinent in hac parte. Et unde vos ipsi tam major quàm vicecomites mandastis coram nobis apud ecclesiam sancti Martini magni Londoñ p̃dicto die Jovis in prima septimana quadragesimæ proximè præterita, quod tam breve domini regis clausum inde, quàm mandatum per nos ex parte domini regis virtute literarum domini regis patentium nobis directarũ, vobis inde directa & liberata, adeo tardè venerunt quòd executionem inde facere non potuistis. Et vos præfati vicecomites habeatis tunc ibidem corã nobis nomina eorum per quos præfato nunc priori scire feceritis, & hoc mandatum. Datum apud Westmonasterium vicesimo die Februarii, anno quinto &c.

Mandatũ justitiariorum assignatorum ad errorẽ corrigendum.

 ¶ Rober-

Mandatũ super breve de errore.

¶ Rob. Bealknap & alii justitiarii dñi regis ad recordum & processum loquelæ, quæ fuit in Hustengo dñi E. nuper regis Angliæ avi dñi regis nunc Londoñ, corã tunc majore & vicecomitibus Londoñ per breve ipsius avi dñi regis nũc, inter H. de Wostoñ de Londoñ goldsmith & D. uxorem ejus & T. de Frandoñ, de uno mesuagio cũ pertinentiis in suburbio Lõdoñ, & in psentia nunc majoris & vicecomitum civitatis pdictæ apud ecclesiã s. Martini magni Lõdoñ, supervidend' & examinand', & errorem, si quem in recordo & processu pdict' aut redditione judicii loquelæ pdictę inveniri contigerit, corrigendũ, & ad plenã & celerem justitiã inde partibus prædict' secundũ legẽ & consuetudinẽ civitatis pdictæ faciend', nunc majori & vicecomitib' Londoñ salutẽ. Ex parte dñi regis vobis mandamus, quòd venire faciatis corã nobis tribus vel duobus nostrum apud Ecclesiam s. Martini Londoñ die tali proximo futuro, recordũ & processum loquelæ pdictæ cum omnibus ea tangentibus quæ penes vos resident ut dicitur. Et vos psati nunc vicecomites scire faciatis psato Thomæ, quòd sit coram nobis tribus vel duobus nr̃um ad præfatum diem & locum, auditurus errorem si quem in recordo & processu prædict', aut in redditione judicii loquelæ pdictæ inveniri cõtigerit, & ulteriùs factur̃ & receptur̃ quod curia regis consideraverit in pmissis. & vos ipsi tam nunc major quàm nunc vicecomites sitis coram nobis tribus vel duobus nostrum pdict' die & loco, ad faciend' ea quæ ad vos & officium vestrum pertinent in hac parte. Et vos nunc vicecomites habeatis tunc ibidem nomina eorum per quos præfato T. scire feceritis, breve domini regis clausum vobis & præfato nunc majori inde directum in omnibus secundum vim & effectum ejusdem executum, & hoc mandatum. Datum &c.

Breve ad inquirendum de plenitudine ecclesiæ.

¶ Rex, vicec' Norff. salutem. Scias quòd Henricus comes Arundell & Surr̃ aliàs in curia dñi E. nuper regis Angliæ avi nr̃i apud Westm̃, scilicet termino Paschæ anno regni sui quinto, per diversa brevia recuperasset psentationem suam versus Henricum episcopum Norwic' & Edmundum de Arundell chivaler, ad ecclesiam de Bescoñ vacantẽ & ad dotationem suam spectãtem, prout per recordum & processum inde corã justitiariis nostris apud Westm̃ remanentẽ, pleniùs apparet. Et quia nescitur quæ damna idẽ comes sustinuit occasione quòd iidẽ episcopus & Edmundus ad præsentand' ad ecclesiam pdictam ipsum comitem impediverunt: tibi præcipimus quòd per sacramentũ pborũ & legalium hominum de comitatu tuo diligenter inquiras, quantũ ecclesia pdicta valet per annum secundũ verum valorẽ eiusdẽ, & quantum tẽporis elabitur à tempore mortis ultimæ personæ impersonatæ in eadem, & si ecclesia illa plena sit nec ne, & si sit plena, tunc ad cujus vel ad quorum præsentationẽ ecclesia illa plena existat. Et inquisitionem, quam inde feceris, scire facias justitiariis nostris apud Westm̃ in 15. Hillarii sub sigillo tuo & sigillis eorum per quorum sacramentũ inquisitionem illam feceris. Et habeas ibi nomina eorum per quorũ sacramentum inquisitionem illam feceris & hoc breve. T. &c.

Summonetis in auxilium.

¶ Rex, vicecomiti Surr̃ salutem. Cum Johannes Hamelyñ chivaler in curia

curia nostra coram &c. summonitus esset ad respōdend' Johañ at lote, de eo quare cepit averia ipsius Johañ at lote & ea injustè detinuit cōtra vad' & pleg': item Johannes H. venit in eadem curia nostra, & dixit quòd ipse est dominus trium partiū manerii de H. in separalitate per se, & Nicolaus abbas Westmonasterii est dominus quartæ partis ejusdem manerii in separalitate per se, & quòd quidam locus vocatus Noore, in quo prædicta averia capta fuerūt, est quædā magna pastura quam idem Johañ H. & prædictus abbas tenent pro indiviso, q̄ quidem pastura est separalis ipsorū Johannis & abbatis ꝑ indiviso quolibet anno à festo Purificationis &c. usq; festum sancti Petri ad vincula. Et quia ipse invenit averia prædicta in pastura illa damnū facientia, & herbam suam ibidem depascentia: idem Johañ H. pro semetipso & ut ballivus ipsius abbatis advocat captionem averiorum illorum. Ad qd' præfatus Johannes at lote in eadem curia nostra replicādo dixit, quòd idem Johañ H. captionem averiorum prædictorum ꝑ seipso sive ut ballivus p̄dicti abbatis justam cognoscere non potest, dixit enim qd' ipse habet & tenet in eadem villa de H. unum mesuag' & 30. acras terræ cū pertinentiis ut de jure Aliciæ uxoris suæ ratione, quorum ipse habet communiam in loco prædicto quolibet anno à prædicto festo Purificationis usq; prædict' festum sancti Petri ad vincula, cū aliquibus averiis suis tanquā pertinentē ad teñta sua p̄dicta, & hoc per patriam verificare prætendebat. Ad quod idem Johannes H. in eadem curia nostra dixit, quòd locus prædictus tempore captionis p̄dictæ extitit separale ipsius Johannis H. & prædicti abbatis prout ipse præallegavit, & non communia p̄dictorum Johañ at lote & Aliciæ uxoris ejus tanquam pertinens ad tenementa sua prædicta ꝑut idem Johannes at lote asseruit, hoc ꝑ patriam verificare prætendendo, quā quidem verificationem p̄dictus Johannes H. dixit absq; p̄fato abbate expectare non posse, & petiit auxilium de ipso abbate. Et ideo tibi p̄cipimus quòd summoneas per bonos sum̄ p̄dictum abbatem, qd' sit coram justitiariis &c. in octavis sancti Hillarii ad manutenendam verificationem simul cum prædicto Johanne H. si voluerit. Et habeas ibi sum̄ & hoc breve. T. &c.

¶ Rex, vic' Essex salutem. Præcipimus tibi qd' reattachias Alexandrū & Johannē ballivos suos si ipsi inventi non fuerint, quòd sint coram H. de B. & H. A. justitiariis nostris ad omnes assisas, juratas, & certificationes coram quibuscunq; justitiariis tam domini Edwardi nuper regis Angliæ avi nostri quàm nostris in comitatu tuo arraiñ & arrainand' capiend' assignatis apud Stratford' Langthorñ, die Jovis &c. audiendum recordum & judicium suum cujusdam assisæ novæ disseisinæ, quam talis aliàs in curia prædicti avi nostri apud S. L. coram præfato Roberto & Henrico tunc justitiariis ejusdem avi nostri ad assisas in eodem comitatu arrainatas capiendas assignatis, arraiñ versus eos de tenementis in tali villa, ita qd' assisa illa tunc sit ibi in eodē statu in quo fuit corā præfatis justitiariis p̄dicti avi nr̄i apud W. die Sabbati proximo &c. qñ adiornata fuit corā eisdem justitiariis ipsius Reattachiamētum in assisa.

 avi

avi nostri apud Westm̄,ad diē Martis in vigilia nativitatis sancti Johan̄ Baptistæ tunc proximè sequenti,ante quē diem assisa illa p mortem ejusdem avi nr̄i sine die remansit.Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Mandatum justitiariorum ad assisas.

¶ Robertus Bealknappe & Henricus Astye justitiarii domini regis ad omnes assisas,juratas,& certificationes coram quibuscūq; justitiariis, tam dn̄i E.nuper Regis Angliæ avi domini regis, quam ipsius domini regis nunc in comitatu Essex arraiñ & arrainand',capiend' assign̄, vic' Essex salutē.Ex parte domini regis tibi præcipimus, quòd venire facias coram nobis apud S.tali die, omnia brevia assisarum , juratarum & certificationum tam de tempore prædicti avi dn̄i regis nunc, quam tempore ejusdā domini regis nunc de comitatu tuo unà cum panellis, attachiamentis,reattachiamentis,summonitionibus, resum̄ , & omnibus aliis adminiculis assisas, juratas, & certificationes prędictas qualitercunq; tangentibus. Proviso semper ut attachiamenta, reattachiamenta,summonitiones,& resummonitiones,inde fiant per quindecim dies ante prædictum diem &c. Et in qualibet hujusmodi assisa,jurata, & certificatione ponas 24.tā milites quàm &c.ita qđ assisæ,juratæ, & certificationes prædictæ pro defectu recognitorum non remaneant capiend'.Et habeas ibi omnia hujusmodi brevia assisarum, juratarum, & certificationum,secund' formam & naturam earundē modo debito arraiatarum,breve dn̄i regis clausum de intendendo,& hoc mandatū. Datum apud Westm̄.&c.

Scire fac' de quo jam debito recuperato per mortem regis.

¶ Rex vic' Eborum salutem.Cùm E.episcopus D. in curia dn̄i E. nuper regis Angliæ avi nostri apud Westmon̄, coram H. de B. & sociis suis justitiariis &c. recuperavit versus Wilhelmum de F.quoddā debitum ducentarum librarum , per quod avus noster vic' suo ejusdem comitatus præceperat, quod omnia bona & catalla prædicta præter boves & affros de caruca sua &c. & qualiter illud præceptum suum fuisset executus,scire faceret p̄fatis justitiariis suis apud Westm̄ à die Paschæ in quindecim dies proximo præterito,ac idem vicecomes coram eisdem justitiariis prædicti avi nostri apud Westm̄ ad diem illum mandasset quandam extentā coram eo factam apud Dancastr̄,die Lunæ proximo ante festum sancti Martini anno regni avi nostri quinto per sacramentum proborum & legalium hominum de balliva tua,per quam compertum est quòd p̄dictus Wilhelmus de F.habuit prædicto die p̄dictæ extentæ captæ in p̄dicto com̄ Eborum apud E.tantā terrā & sic,totam extentā, ꝓut ꝑ recordū & extentā p̄dictā penes justitiarios nr̄os apud Westm̄ remanentia pleniùs apparet,idē tamen episcopus executionem sive liberationē p̄dictæ medietatis terrar̄ & ten̄torum p̄dictorum sic extentorū juxta formam statuti nondū est assecutus, prout ex insinuatione ipsius episcopi accepimus. Et quia volumus ea quæ &c.tibi præcipimus quòd per bonos &c. scire fac' p̄dicto Wilhelmo,quòd sit &c. in octavis sancti Hillarij, ostensur̄ &c.quare medietas omniū terrar̄ & ten̄torum p̄dictor̄ in extēta p̄dicta contēta, eidem episcopo liberari nō debeat, tenend' per extentā p̄dictā priùs inde factam ut liberum ten̄tū sibi & assignatis suis, quousq; prædictas ducentas

ducentas marcas inde levaverit si sibi viderit expedire. Et habeas ibi nomina eorum &c. T. &c.

¶ Et qui nec I. & M. nec T. & A. in aliqua &c. si quidam Johañ de W. vel aliquis antecessorum suorum unquam aliquid habuit in dominico vel in servitio in uno mesuagio cum pertiñ in R, quæ iidem Johannes de S. & M. in curia nostra &c. clamãt ut jus ipsius M. versus prædictos T. & A, ita quòd ipsos T. & A, vel aliquem antecessorum suorũ inde feoffasse potuit, per quòd iidem T. & A. advocare inde ad warrantũ eundem I. de W. admitti debeant, sicut iidẽ I. de S. & M. dicũt, vel nõ &c. quia tam &c. Et habeas &c. Venire fac' super quoddam vocare ad war'.

¶ Rex vic' Suffex salutem. Præcipimus tibi qd' per probos & legales homines de com̃ tuo, scire facias Edmundo Herbert chivaler consanguineo & hæredi Andr̃ Panell chivaler, quòd sit coram &c. in quindena Paschæ ad respondendum Thomæ Camoys filio & hæredi Joh' fratris Thomæ filii Radulphi de C. simul cum Johañ Many, de placito unius molendini, 20. acrar̃ terræ, & 16. acrarũ bosci in N. quæ sunt parcella manerii de A, unde Thomas Camoys filius & hæres Johañ, in curia nostra &c. petit executionem versus eum virtute cujusdam finis nuper levati in curia domini Edwardi nuper regis Angliæ avi nr̃i apud Eborum in octavis sanctæ Trinitatis anno regni sui quintodecimo, coram Wilhelmo de B. & sociis suis tunc justitiariis ejusdẽ avi nostri de banco, inter Radulphum de B. querentem, & Petrum de G. personam ecclesiæ de B. & Johannem de H. personam ecclesiæ & Petworth' desorciantes de p̃dicto manerio de A. ac de maneriis de E. B. & D. cum pertinentiis, & de advocationibus ecclesiarum de B. E. & R. & cantariæ de B, & unde idem Johannes M. placitando in eadem curia nostra dixit, quòd ipse tenuit prædicta tenementa cũ pertinentiis unde executio secuta est versus eum ad terminũ vitæ suæ tantùm, ex dimissione p̃dicti Andreæ qui jam obiit, reversione inde post mortem ejusdem Johannis Many ad præfatum Edwardum consanguineum & hæredem ejusdem Andreæ spectante, sine quo quidẽ Edmundo idem Johannes Many non potuit præfato T. Canoys fil' & hæredi I. inde respondere, & petiit auxilium inde de eodem Johanne occasione præmissa. Et habeas ibi nomina eorum &c. Scire fac' petito in auxiliũ.

¶ Rex venerabili in Christo patri Wil' eadem gratia episcopo Sarũ salutẽ. Sciatis qd' Henr̃ persona ecclesiæ de C. fuit in curia nostra &c. tali die ad respondend' Gerardo de T. de placito debiti, per sequestrũ qd' ei inde per mandatum nostrum fecistis. Et ideo vobis mandamus, qd' sequestrum illud ea occasione factum, omnino relaxetis. T. &c. De sequestro habendo.

¶ Rex vic' salutem. Summoneas per summonitores M. de B, quòd sit &c. tali die, ad warrantizandum W. custodiam unius mesuagii & sex bovatarum terræ cum pertinentiis in N. quam R. de F. in curia nostra &c. clamat ad se pertinere, eo quòd I. de W. tenementa p̃dicta de eo tenuit per servitium militare ut dicit, & unde idem W. in eadẽ curia nostra vocavit prædict' M. ad warrantum versus eum. Et habeas ibi sum̃ & hoc breve. T. &c. Warrantia custodiæ.

¶ Rex

Summoneas ad acquietādū in alio comitatu.

¶ Rex vic' salutem. Summoneas per bonos summonitores H, quòd sit &c. tali die ad respondend' T. de placito quòd acquietet ipsum de servitio, quod C. ab eo exigit de libero tenemento suo quòd de præfato H. tenet in B, unde idē H. qui medius est inter eos eū acquietare debet ut dicit, & unde vicecomes noster Suth' mandavit justitiariis nr̄is apud Westm̄ tali die qd' prædictus H. non habet terras nec tenta in balliva sua ubi potest summ̄. Et testatum est in eadem curia quòd idem H. habet terras & tenementa in balliva tua ad sufficientiam vbi &c. Et habeas ibi &c.

De exitibus deliberandis.

¶ Rex vicecomiti salutem. Cùm nuper tibi præceperimus quòd distringeres fratrem Nicolaum quondā custodem hospitalis sancti Johannis Oxoñ, quòd esset coram justitiariis nostris &c. tali die ꝓximè præterito ad respondendū Henrico de B. de placito debiti: idem Nicolaus ad diem illum fecit defaltam, & quidam Robertus de T. clericus venit in eadem curia nostra, & dixit quòd ipse habet custodiam p̄dictæ domus ex commissione nostra. Et quia nolumus quòd defalta p̄dicti Nicolai quondam custodis, p̄dicto Roberto in hac parte esset p̄judiciar: tibi p̄cipimus quòd districtionem illam omnino relaxes, & omnes exitus, quos de terris & catallis prædicti Nicolai quondam custodis ea occasione in balliva tua sic fecisti, prædicto R. sine dilatione liberari facias. T. &c.

Breve ad cogn' quid juris clamat.

¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quòd venire facias corā justitiariis nostris &c. tali die G. & A. uxorem ejus, ad cognoscendum quid juris clamant in uno mesuagio & decem bovatis terræ cum pertinentiis in B, quæ tenementa cum pertinentiis M. quæ fuit uxor G. in curia nr̄a &c. cōcessit A. de B. per finē ibi inde inter eos factū. Et habeas &c.

Admensuratio dotis.

¶ Rex vic' salutē. Præcipimus tibi quòd assumptis tecū quatuor discretis & legalibus militibus de comitatu tuo, in ꝓpria persona tua accedas ad tenta in C, quæ H. fil' I. de T. in curia nostra &c. clamat admēsurari versus H. de W. & Helenam uxorem ejus, & ibidem coram te venire facias xij. tam milites &c. de visinetu prædicto, per quos &c. Et qui nec prædictum H. nec prædictos H. & Helenam aliqua &c. Et per eorum sacramentum extendi & appreciari facias prædicta tenementa, & similiter omnia tenementa quæ prædicti H. & Helena tenent in dote ipsius H. de hæreditate prędicti H. in prædicta villa, habito respectu ad verum valorem eorundem tenementorū de tempore quo ipsa H. inde dotata fuerit. Et extentam & appreciationem &c. Et habeas &c.

De superoneratione pasturæ.

¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi sicut aliàs tibi præceperimus &c. qd' ponas corā justitiariis nostris &c. tali die loquelā quæ est in com̄ tuo per breve nr̄m inter I. de K. & G. de B, de eo quod idem G. injustè superoneravit pasturam suam in L. Et summoneas per bonos summonitores p̄dictum G, quòd sit coram justitiariis nr̄is apud Westm̄ tali die &c. ad præfatum terminum, præfato Johanni inde responsurus. Et tu ipse tunc sis &c. Et habeas ibi &c.

De habendo liberā chaccā.

¶ Rex vic' &c. Scias quòd I. de S. & M. uxor ejus in curia nostra &c. recupe-

recuperaverunt liberam chaceam versus E. de M. in bosco ipsor̄ I.& M,tanquam pertinentem ad manerium ipsor̄ I.& C,ꝑ quandā juratā ibi inter eos captam.Et ideo tibi ꝑcipimus qd eisdem I.& C.ꝑdictam liberā chaceā suā in ꝑdicto bosco sicut dn̄i ꝑdicti manerij de S.habere consueverunt temporibus retroactis, sine dilatione habere fac'.T.&c.

¶ Rex vic' salutem.Ostensum est nobis ex parte I.de A.qđ cum nuper tibi præcepetimus quòd corpora P.de T,& P.de B,& ipsius I. de W. si laici essent &c. caperes, & in prisona nostra salvò custodiri faceres, quousq; I.de Abbyngton̄ plene satisfecissent de 24.li.quas iidem P.& P.& I.de W,& quilibet ipsorū in solid' tali die &c.corā I.deB.nuper majore civitatis nostræ London̄,& I.de N.tunc clerico ad recognitiones debitorum apud London̄ accipiend' deputatis, recognoverunt se debere eidem I.de A, & quas ei solvisse debuerunt ad festum tale proximè sequens,& eas ei nondum solverunt ut dicit,& si iidem P,P, & I.de W.in balliva tua inventi nō fuissent,vel clerici essent, tunc omnia bona & catalla terras & ten̄ta ipsorū P,P, & Johannis de W.quæ &c. actu per illud præceptum nostrum eidem Johanni de A, omnia bona & catalla terras & tenementa ipsius Johannis de W.liberasses ꝑ prædicto debito,de quibus bonis & catallis terris & ten̄tis idem I. de A.partem debiti illius levasset,& residuum ejusdem debiti per manus ipsius I.de W.recepisset,ita quòd eidem Johanni de A.de debito prædicto plenariè fuisset satisfactum:idem tamen Johann̄ de A.falsò & in deceptionem curiæ nostræ secutus fuit aliud breve nostrum vic' n̄ris London̄ de corpore ipsius Johann̄ de W.capiendo pro prædicto debito, prætextu cujus brevis iidem vicecom̄ corpus prædicti I. de W. ceperunt,& in prisona nostra detinuerunt, in ipsius I.de W. dispendium non modicum & gravamen.Et quia tantam maliciam si excogitata fuerit transire nolumus impunitam : tibi præcipimus quòd venire facias &c.tali die prædictum I. de A, ad respondendum tam nobis q̄ prædicto Johanni de W.de falsitate & deceptione prædictis. Et habeas &c. De deceptione in brevi de statuto mercatorum.

¶ Rex vicecom̄ salutem.Ex parte Hermanni de L.nobis est ostensum, quòd cùm idem Hermannus tali die coram Richardo de S.nuper majore &c.& R.tunc clerico &c.recognovit se debere Johanni de L. decem marcas certis terminis in recognitione illa contentas solvenđ, ac idem Hermannus postea quædam tenementa sua in Bokerell in comitatu tuo præfato Johanni dimisisset,tenenđ ad terminum vitæ ipsius Johannis in allocatione prædicti debiti, de quibus tenementis idem Johannes adhuc est seisitus in forma prædicta : præfatus Johannes licèt ei de prædicto debito per prædictum Hermannum plenariè fuerit satisfactum ut prædictum est, nihilominus breve nostrū de capiendo prædictum Hermannum tibi directum secundū formam statuti de hujusmodi recognitionibus factis æditi, falsò & in deceptionē ejusdem curiæ nostræ impetravit, cujus brevis ꝑtextu præfatū Hermannum cepisti & in prisona nostra de tali loco detines ꝑ debito ꝑdicto,& etiam terras& tenemēta ipsius Hermanni in balliva tua eidē Aliter.

Johanni

Johanni liberasti, tenend' ut liberum teñtum ꝑ idem statutū, quousque prædictum debitū inde levaverint, in ipsius Hermanni dispendium, & curiæ nostræ circumventionem manifestam. Et quia præfato Hermanno fieri volumus justitiæ complementum in hac parte: tibi præcipimus quòd capta securitate ab ipso H. de clamore suo ꝓsequēdo, & etiam bona & sufficienti manucaptione periculo tuo de prædictis denariis ꝑfato Johañ solvend' tali die ꝓximo futuro, nisi ꝑdictus Hermannus convincere possit se præd' I. de ꝑdictis denariis prius satisfecisse, tunc ꝑdictum Hermannum à prædicta prisona nostra liberari facias. Et venire facias coram justitiariis nostris apud G. ad præfatum terminum prædictum I, ad respōdend' tam nobis q̄ præfato Hermanno de falsitate & deceptione supradictis, & ad faciendum & recipiend' quod curia nostra in hac parte &c. Et habeas &c.

Breve vic' ad acquietandum de damnis & ad deliberandum averia.

¶ Rex vic' salutem. Ostensum est nobis ex parte P. de L, quòd cùm B. de S. in curia nostra &c. sum̄ esset ad respondend' eidem P. de placito quare cepit unum equum ipsius Petri in separali ipsius Petri, & eum injustè detinuit contra vadiū & pleg', & idem B venisset in eadem curia & dixisset quòd ipse cepit averia illa in damno suo pascentia separalem pasturam ipsius Bernardi, & partes hinc inde posuissent se in juratam patriæ, per quam postea in eadem curia nostra convictum fuit, quòd prædictus Bernardus averia cepit in damno suo in separali pastura ipsius Bernardi, ita quòd idem Bernardus per considerationem curiæ nostræ haberet retornum averiorum prædictorum: præfatus Bernardus licèt prædictus Petrus rationabiles & sufficientes emend' pro damnis & transgressione prædictis sæpius ei obtulerit, prędicta averia detinet imparcata, contra legem & consuetudinem regni nostri, ad damnum ipsius Petri non modicum & gravamen. Et quia nolumus quòd prædictus Petrus injurietur in hac parte, tibi præcipimus quòd in ꝑsentia eorundem Petri & Bernardi ad hoc ꝑmonitorum si interesse voluerint, per sacramentum proboꝝ & legalium hominum de visinetu illo neutri parti suspectoꝝ, diligenter inquiras quæ damna ꝑdictus Bernardus habuit occasione transgressionis prædictæ. Et quàm citiùs dictus Petrus eidē P. satisfecerit de damno illius juxta taxationem eorundem juratorum, prædicta averia eidem Petro sine dilatione liberari facias, juxta eundem valorem & præcium cujus fuerunt tempore quo fuerunt eidem Bernardo retornata. Et qualiter &c. Et habeas &c.

Supersedeas super cognitione cujusdam debiti.

¶ Rex vic' salutem. Monstravit nobis Richardus, quòd cùm ipse solvisset Hermanno de W. viginti libras quas idem Richardus corā &c. cognovit se debere eidē Hermanno, & literas de acquietantia de ipso Hermanno inde habeat suffic': idem Hermannus falsò & in deceptionē curiæ nostræ secutus est ꝑ breve nostrum de judicio, ad levandam prędictam summam de terris & catallis ipsius R, ac si ei nihil inde reddidisset, in ipsius R. dispendiū nō modicū, & nr̄i contēptū manifestū. Et quia nolumus tantā malicia̅ ꝑtermittere impunitā si cōmissa fuit, ac prædictus R. sec' justitiarios nr̄os apud Westm̄ securos de clamore

more suo ꝓsequendo ꝑ I. & D. de comitatu tali: tibi p̄cipimus quòd attachias prædictum H. ꝑ corpus suum, ita quòd eum habeas coram justitiariis nr̄is apud Westm̄ tali die, ad respondendum tam nobis q̄ prædicto R. de prædictis falsitate & deceptione. Et de p̄dictis viginti libris de terris & catallis ipsius R. occasione prædicta levand' omnino supersedeas donec aliud &c. Et si quid de terris & catallis ipsius Richardi hac occasione in balliva tua fieri fecisti, id ei sine dilatione rehabere facias. Et habeas &c. T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd associatis tibi custodibus placitorum coronæ nostræ in com̄ tuo, ꝑ sacramentū ꝓborum & legalium hominū ejusdem comitatus, extendi & appreciari facias unum mesuagium cum pertiñ in K, unde A. quæ fuit uxor G. in cur̄ nr̄a &c. clamat tertiam partem in dotem versus Hermannū de Upton, & idē Hermannus in eadē cur̄ nr̄a vocat I. fil̄ & hæredem G. de T. in custodia nr̄a existentem ad warrantū versus eum. Et extentam & appreciationem quam &c. scire facias &c. sub sigillo tuo & sigillis prædictorū coronatorum, & similiter eorum ꝑ quorū sacramentū &c. Et si quid in curia nr̄a convinci poterit, quòd in p̄dicta extenta adeo favorabilis sis petenti, quòd in aliquo sumus ꝑdentes, tam graviter ad te capiemus, quòd aliis cedet in exemplum consimiliter delinquendi. Et habeas ibi nomina eorum ꝑ quorū sacramentū &c. Teste rege B. &c.

Ad faciendum extentam qn' hæres est infra ætatem & in custodia regis.

¶ Rex, vic' salutem. Monstravit nobis Daniel de B, quòd cum S. persona ecclesiæ de C. & G. vicarius ejusd' ecclesiæ, in cur̄ nr̄a &c. attach' essent ad respondend' eidē D. de placito quare secuti fuerunt placitum in curia Christianitatis de catallis & debitis ipsius D, de xl. s. quæ non sunt de testamento &c. ut dicit, ac iidē S. & G. tali die ꝓximè p̄terito dixissent quòd ipsi nunquam secuti fuerunt aliquod placitum in prædicta curia Christianitatis, de laic' catallis p̄dicti Danielis de B, & vadiassent inde eidem D. legem suam, & habuissent diem coram p̄fatis justitiariis &c. tali die ꝓximè futuro, ad easdem leges suas eidem Danieli inde faciend': iidem S. & G. pendente inter eos in præfata curia nostra placito prædicto, iteratò traxerunt ipsum Danielem in curiam Christianitatis coram offic' episcopi London̄, ea occasione qua priùs eum traxerunt, in ipsius D. præjudicium & nr̄i contemptum manifestum, & læsionem dignitatis & coronæ nr̄æ. Et quia hujus maliciæ si commissa fuerit, volumus obviare: tibi præcipimus quòd si prædictus D. fecerit te securum &c. tunc pone &c. p̄dictos S. & G, quòd sint &c. ad respondend' tam nobis quā prædicto D. de transgressione & contemptu p̄dictis. Et habeas &c. T. &c.

Qn' aliquis trahitur in curiam christianitatis pendente placito in curia regis de eodem.

¶ Rex, vic' salutem. Scias quòd cùm nuper tibi p̄ceperimus quòd in ꝓpria persona tua accederes ad communiā pasture in W, unde I. & M. uxor ejus questi fuerunt, quòd G. de C. & A. uxor ejus pasturam illam superoneraverint, & ꝑ sacramentum ꝓborū & legalium hominū de com̄ tuo pasturam illam admensurari faceres, ita quod iidē G. & A. nō haberēt plura animalia in ea vel pecora quā habere debent & ad illos ꝑtinerent habend', secundū liberum teñtum suū quod habent in eadē

Admensuratio pasturæ.

 villa,

villa,& admensurationem, quam inde fecisses, scire faceres justitiariis nostris &c. ac tu ad diem illum præfatis justitiariis nris &c. admensurationem inde factã misisses, qui dicit qd' pdicta communia pasturæ continet septies viginti & quatuordecim acras moræ & brueri,& prædicti I.& M. habent in dominico in pdicta villa quadraginta & quinquies viginti acras terræ arabilis, secundum quæ teñta ad ipsos ptinet habere in prædicta pastura, duodecim boves, viginti & octo vaccas, cum exitibus unius anni, viginti & octo boviculos & juvenculas, unũ taurum, octies xxviij. porcos cum uno apro, mille quadraginta bidentes & quadraginta multones, & quòd pdicti G.& A. habent in dñico in pd' villa quater viginti & duas acras terræ arabilis, secundum quæ teñta habere debent in pastura illa, tres equos, duos boves, quater viginti vaccas cum exitibus unius anni, quatuor boviculos & juvenculas,&c. iidem G. & A. venerunt in eadẽ curia nra & concesserunt hinc inde admensurationẽ pdictã. Et ideo tibi pcipimus quòd pdictã communiam pasturæ exoneres, ita quòd prædicti I.& M. habeant in communia illa tot animalia & pecora quot ad ipsos ptinet habend' ut pdictum est. Et prædictos G. & A. plura animalia & pecora quàm ad ipsos pertinet habend' ut prædictum est, in eadem communia pasturæ habere non permittas. T.&c.

Quando tenens erit intendens capitali domino

¶ Rex, vic' salutem. Cùm nuper tibi præceperimus, quòd distringeres G. p omnes terras &c. ad respondendũ tali de placito quod acquietet ipsum de servitio quod R. ab eo exigit de libero teñto &c. & quòd in duobus plenis comitatibus pclamari faceres quòd pdictus G. veniret corã præfatis justitiariis &c. ad pfatum terminũ, ad acquietandũ &c. de pfato servitio: tu ad diem illũ mandasti, quòd distrinxisti pdictũ G,& in duobus plenis comitatibus publicè pclamari fecisti in forma pdicta, idẽ G. ad diem illum non venit, ita quòd p formam statuti inde æditi consideratum fuit, quòd prædictus G. amitteret de cætero servitium prædictę Aliciæ tenentis sui de prædicto tenemento, & quòd prędicta A. esset intendens de cætero pdicto R. capitali domino feodi illius, de eisdem serviciis & consuetudinibus quæ prædictus G. de eodem tenemento ei facere consuevit. Et ideo tibi præcipimus quòd nõ permittas prædictum G. distringere prædictam Aliciam ad aliquod servitium ei pro prædicto tenemento facere, nec prædictum R. exigere à præfata A. alias cõsuetudines & servitia de teñtis pdictis quàm prædictus G. ei facere consuevit. T.&c.

De terris & catallis teñtis ultra debitum servitum.

¶ Rex, vic' salutẽ. Ostensum est nobis ex parte I, qd' cùm nuper tibi pceperimus qd' omnia bona & catalla, terras & teñta ipsius I, quæ habuit in balliva tua die quo idẽ I. corã I. de C. &c. recognovit se debere H. de S. xl. li. certis terminis in recogñ illa cõtentis solvend', vel unquã postea ad quorũcũq; manus devenerũt, nisi &c. eidẽ H. liberari faceres p rationabile &c. tenend' ut liberũ teñtum &c. juxta formã statuti &c. quousq; de terris & catallis præd' & quibusdã teñtis & catallis p vic' nrm Suff. eadem occasione eidẽ H. p præceptum nrm quædam tenementa & catalla ipsius I. in balliva tua p rationabile preciũ &c. eidẽ

H. libe-

H.liberasses in forma p̄d',& idē H. de catallis & tentis p̄dictis p̄dictū debitum plenè levavit, & licèt prædicta tenementa post p̄dictum debitum inde levatum,p̄dicto I.reverti debeant ꝑ formā statuti p̄dicti: prædictus H.ipsum I.prædicta tenementa in balliva tua ingredi nō ꝑmittit,immò tenementa illa ulteriùs tenet contra tenorē ejusdem statuti in ipsius Johannis dispendium non modicū ꝓut ex gravi querela ipsius Johannis accepimus, Et quia prædicto Johanni si ita sit subvenire volumus ꝑ idem statutum ut tenemur : tibi præcipimus quòd venire facias corā justitiariis nr̄is &c, tali die prædictum Hermannū, ad ostendendum quare prædicta tenementa unde & de aliis bonis & catallis per manus p̄dicti Johannis eidē Hermanno occasione prædicti debiti,post prædictā recognitionem plenariè satisfactū est ut dicitur, prædicto A.restitui non debeant,& ad faciendum & recipiendū quod curia nostra consideraverit in hac parte.Et habeas &c. Teste. &c.

¶ Rex,vic' salutem. Cùm S. de B.traxisset in placitum Hugonem de B.in curia Christianitatis coram N.&c.de catallis & debitis quæ non sunt &c.de matrimonio,& idem Hugo literas nostras de ꝓhibitione præfato N. porrexisset,ne placitum illud ulteriùs teneret in eadē curia prædicta,per quod ipsum N. postea per breve nostrum ad ꝓsecutionem prædicti H. tibi directū ꝓout moris est in regno nostro attachiari præcepissemus, quòd esset coram justitiariis nostris tali die ꝓximè præterito,ostensurus quare tenuit prædictum placitum in curia Christianitatis contra prohibitionem nostram,ac idem N. occasione prædicti brevis nostri de attachiamento prædicto corā præfatis justitiariis &c.ad prædictam quindenam Paschæ retornati,præfatum Hugonem tanquam excommunicatum & claves ecclesiæ contemnentem, per breve nostrum ad denunciationem venerabilis in Christo patris R.Cantuar̄ archiepiscopi super hoc impetratum, per te capi & in prisona nostra de N. detineri maliciosè ꝓcurasset, ut sic eum impedire posset quò minùs placitum attachiamenti p̄dicti coram p̄fatis justitiariis nostris secundū legem &c.ꝓsequi posset,in ipsius Hugonis dispēdium non modicum, & nr̄i contemptum manifestum, & ideo iteratò præceperimus quòd ipsum Hugonē si ea occasione & non alia detentus fuisset in prisona p̄d',sine dilatione liberari faceres, quousq; placitum attachiamenti p̄dicti inter eos terminatum fuerit secundum legē & cōsuetudinē regni nr̄i,& qualiter &c.scire faceres &c. tali die ꝓximè præterito, tu in executione p̄cepti nr̄i quod tibi inde venit negligenter te gerens,p̄fatis justitiariis &c.ad diē illū mandasti,quòd præd' H.detinetur in prisona nr̄a prædicta ꝓ offensa cōmissa in causa matrimoniali,eo quòd noluit uxorē suā maritali affectu ꝑtractare. Et quia ex parte ipsius H.conquerendo graviter nobis est ostensum,quòd &c. tibi præcipimus quòd eundē H.captū & imprisonatū si ea occasione & non alia detētus fuerit in prisona nr̄a prædicta, sine dilatione deliberari fac',quousq; placitū attach' prædicti inde inter eos terminetur secundum legem &c.Et qualiter &c. Et habeas &c.

Deliberatio imprisonati capti causa excommunicationis.

¶ Rex,vic' salutē. Ostensum est nobis ex parte I.de B, qd' cùm A.quæ fuit

Quando vicecomes levavit plus quàm levare debet.

fuit uxor E. nuper in curia nr̄a recuperasset versus eum sexcentas & quadraginta libras pro damnis suis quę habuit occasione detentionis dotis suæ de maneriis de B. in com̄ Eborum & T. in com̄ Lincolñ, per quandam juratam ibi inter eos captam, ac idem I. duas partes maneriorum de B. & C. in com̄ Suff. cum ꝑtiñ, postea per quoddam scriptũ chyrographatum inde inter eos confectum, unde quædam pars sigillo ipsius A. signata nobis ostensa fuit, tenend' ꝑ duos annos in allocationem trecentarum quater viginti & quinq; librarũ &c. unde se tenuit, tenend' ut dicitur eisdem assignasset, & ad residuum de terris & catallis ipsius I. fieri fac' tibi sicut & aliis vicecomitibus nostris de comitatibus N, Bed', & Lincolñ, in quorum ballivis idẽ Johannes terras habuit & tenementa, p̄ceptum fuisset quòd de terris & catallis ejusdem I. in balliva tua quandã partẽ illius residui ad opus prædictæ A. fieri faceres: eadẽ A. erga te sicut & erga alios vicecomites nr̄os p̄dictos in tantũ est ꝓsecuta, quòd tu & alij vicecm̄ nr̄i de comitatibus p̄dictis, quandam summam pecuniæ prædictum residuum in multo excedentem, prout literæ acquietantiæ sub nominibus ipsorũ vicecomitũ nobis inde ꝓlatæ testantur, & de terris & catallis ipsius I. in balliva tua fieri fecisti, & ad hoc de die in diẽ facere non desistis, in ipsius I. dispendium manifestũ, sicut ex gravi querela ipsius I. accepimus. Et quia volumus eorum utriq; justitiam in hac parte plenius exhiberi: tibi præcipimus quod si prædictus I. &c. & etiam de residuo dictæ pecuniæ si quid defuerit eidem A. satisfaciendo, tunc venire facias coram &c. tali die p̄dictam A, facturam & recepturã quod justitia requirit in hac parte. Et tu ipse vel subvicecomes tuus tunc sis ibi, eosdem justitiarios nostros super præmissis inde de contingentibus certificaturus. Et interim prædicto I. pacem habere permittas, ita quòd de terris & catallis ejusdem per nullum breve nostrum hucusq; impetratum, aliquid levari præsumas. Et habeas &c.

Distringas ad acquietandum de servitiis.

¶ Rex, vic' salutẽ. Scias quòd cùm in curia nr̄a &c. ꝑ quandam juratã inter priorem de H. & Hugonẽ de C. captã convictũ fuit, quòd prædictus Hugo prædictũ priorem de cætero acquietare debeat de homagio, quod G. de T. P. de N. &c. à præfato priore exigunt, de uno mesuagio cũ pertinentiis in A, quod de præfato H. tenet per servitiũ feodi unius militis & unius paris calcarium deauratorum ꝑ annum ꝓ omnibus servitiis. Et ideo tibi præcipimus quòd distringas prædictum H. ad acquietandũ p̄dictũ priorẽ versus p̄dictos G. & P. de prædictis servitiis. Præcipimus etiam tibi quòd de terris & catallis p̄dicti H, si tibi constiterit quòd idẽ Hugo nõ sit ꝓfectus ad partes Vascoñ in obsequio nr̄o, aut aliud p̄ceptũ nr̄m inde receperit speciale: in balliva tua fieri fac' decẽ libras, & illas prẹd' priori reddas ꝓ servitiis p̄dictis versus p̄fatũ P. & G. nõ acquietatis, ꝓut per p̄d' juratã ibi inter eos summonitam & captam convictum fuit. Et qualiter &c. Et habeas &c.

Aliter.

¶ Rex, vic' salutẽ. Cùm H. de S. in curia nr̄a &c. sum̄ esset ad respondendum priori, de placito qd' acquietet ipsum de homagio quod &c. de libero

de libero tenemento quod de eo tenet in A.idem H.venit in eadē curia nr̄a, & cognovit quòd prædictum priorem acquietare debet versus quoscunq; de prædicto homagio, ita quòd consideratū fuit in eadem curia nr̄a, quòd idē H. p̄fatum priorē versus p̄dictos W. & P. de prædicto homagio acquietaret. Et ideo tibi præcipimus quòd distr̄ p̄dictum Hugonem ad acquietandum præfatum priorem versus prædictos W. & P. de prædicto homagio, & unde vicecomes noster Suff. aliàs mandavit justitiariis &c. quòd prædictus Hugo non habet terras nec tenementa in balliva sua per quæ potest distringi, & testatum est in eadem curia nostra, quòd idem Hugo habet terras & tenementa ad sufficientiam in balliva tua ꝑ quæ potest distringi. Et qualiter &c. Et habeas &c.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd assumptis tecum custodibus placitorum coronæ nr̄æ in com̄ tuo, venire facias coram te duodecim tam milites quam &c. ꝑ quos &c. & qui nec E. de P. nec I. & I. uxorem ejus, aliqua &c. & per eorum sacramentum in præsentia partium ad hoc sufficienter præmonitarum si &c. extendi & apprec' facias xl. acras bosci, quæ prædictus E. tenet de hæreditate R. de P. quondam viri prædictæ I. Et etiā extendi & apprec' facias omnes terras & tenementa quæ prædicti I. & I. tenēt in dotem ipsius I, de hæreditate prædicti E. in B, secundum statum & valorem in quo fuere tēpore quo prædictus R. ea tenuit, quam quidem dotē prædictus E. in curia nr̄a &c. clamat admensurari versus eos. Et extentam & apprec' quas inde feceris &c. tali die sub sigillo tuo & sigillis eorum per quorum sacramentum &c. Et habeas ibi &c. Teste rege, Bealknap &c. Admensuratio dotis.

¶ Rex, vic' salutem. Ostensum est nobis ex parte I, quòd cùm T. in curia nostra tali die summonitus esset ad respondendum prædicto I, de placito quare cepit averia ipsius I. & ea injustè &c. ut dicitur & habuisset diem hinc inde coram justitiariis nostris &c. tali die ꝑximo futuro: idem T. pendente inter eos in præfata curia coram &c. prædicto placito, iteratò cepit averia p̄dicti I. occasione qua priùs ceperat. Et quia hoc maximè est contra legem & consuetudinem regni nostri & contra pacem nostram. tibi præcipimus quòd si prædictus I. fecerit te securum de clamore &c. tunc pone &c. prædictum T, quòd sit &c. ad præfatum terminum ad respondendū tam nobis quàm p̄dicto I. de prædictis transgressione & contemptu. Et interim prædicto I. prædicta averia sine dilatione deliberari facias, & deliberata teneri quousq; prædictum placitum inde inter eos in præfata curia motum plenar̄ terminetur. Et habeas &c. Deliberatio ad veriorum.

¶ Rex, vic' salutem. Ostensum est nobis ex parte P. custodis corporis & terrarū T. fil' & Hæredis H. de C, quòd cùm R. quæ fuit uxor A. in curia nr̄a &c. peteret versus R. de F. tertiā partē xij acrarū terræ &c. ut dotem suam, idem R. venisset in eadē curia nr̄a &c. & vocavit inde ad warrantū præd' hæredē in custodia ipsius P. existeñ, qui quidē P. nomine ejusdem hær̄ warr̄ & reddidisset p̄dictæ R. prædictam dotē suā cum pertiñ, ita quòd cōsideratum fuisset in ead' curia nr̄a quòd præd' Scire facias.

 R. teneret

R.teneret in pace, & quòd prædicta R. haberet de terris p̄dicti hæredis in custodia p̄dicti P. existentis ad valenciam prædictę tertiæ partis &c. p quod tibi præceperimus quòd eidē R. de terra p̄dicti hæredis in custodia p̄dicti P. existentis, ad valenciam p̄dictæ tertiæ partis versus prædictum R. petitæ in loco competenti habere & assignari faceres: tu eidem R. per illud præceptum nr̄m in favorem ipsius R. de terris prędicti hæredis in custodia prædicti P. existentibus, in duplū valorem prædictæ tertiæ partis habere & assignari fecisti, in ipsius P. dispendium non modicum & gravamen, put ex gravi querela ipsius P. accepimus. Et volentes partibus hinc inde justitiæ complementū fieri in hac parte: tibi præcipimus quòd per probos & legales homines de comitatu tuo scire facias A. viro ipsius R. & ipsi R, quòd sint &c. tali die, ostensuri si quid p se habeant vel dicere sciant, quare id quod ipsi A. & R. tenent de hæreditate prædicti T. per valorem prædictę tertię partis versus prædictum R. petitæ ultra verum valorem ejusdem, prætextu assignationis prædictę eidem custod' restitui non debeat si sibi viderit &c. Et habeas &c.

Quando vicecomes liberavit plus de terra hæredis quàm liberari debet.

¶ Rex, vic' salutē. Cùm D. quæ fuit uxor A. nuper in curia nostra &c. peteret versus D. de F. tertiam partem xij. acrarū terræ &c. ut in brevi pximo præcedente recitando illud breve in forma recitationis usq;, put ex insinuatione ipsius P. accepimus, & tibi p̄ceperimus quòd per pbos &c. scire faceres &c. ostensuri &c. tu præfatis justitiariis nr̄is ad diem illum mandasti, quòd scire fecisti prædictis D. & A. quòd essent coram justitiariis nr̄is apud E. ad p̄fatum terminum, ostensuri in forma prædicta, qui quidem A. & D. venire noluerunt. Et ideo tibi præcipimus quòd per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu tuo neutri parti suspectorum, in præsentia partium ad hoc sufficienter præmonitarum si interesse voluerint, de novo extendi & apprec' facias prædictam tertiam partem & similiter p̄dicta tenementa prædicti D. per valorem p̄dictæ tertiæ partis assignatæ, secundum verum valorem eorundem. Et id quod de terra p̄dicti hæredis in custodia prædicti P. existentis p̄dicto R. habere & assignari fecisti ultra verum valorem tertiæ partis, eidem P. sine dilatione habere facias Et qualiter &c. Et habeas &c.

Attincta.

¶ Rex, vic' salutē. Si N. fecerit &c. tunc summoneas xxiiij. legales milites de visinetu de B, quòd sint &c. tali die, parati sacramento recognoscere si prædictus N. injustè & sine &c. disseis. E. de libero tenemento suo in B, post primam &c. in Vascoñ, unde idem N. quæritur quòd jurata assisæ novæ disseisinæ quæ inde inter ipsum E. & præfatū N. coram dilectis & fidelibus nr̄is I. & W. nuper justitiariis nostris ad assisas in com̄ tuo capiendas assignatis apud G. per breve nostrum summ̄ fuit & capta, falsum fecerunt sacramentum. Et interim diligenter inquiras qui fuerunt juratores illius assisæ, & eos tunc habeas corā præfatis justitiariis nostris. Et summ̄ &c. prædictū E, quòd tunc sit ibi ad audiendum illam recognitionem. Et habeas ibi summ̄ nomina militum & hoc breve. T. &c.

¶ Rex,

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi sicut aliàs &c. quòd summoneas p bonos summonitores xxiiij. legales milites de visinetu de B. qd' sint &c. tali die, parati sacramento recognoscere si N. injustè &c. Et totum breve ꝓximè præcedens usque, falsum fecerunt sacramentum &c. Et scias quod amerciatus es ad xx, s. eò quòd retornasti coram &c. tali die nomina xxiiij. leg' militum de visinetu prædicto, nullam mentionem in retorno illo faciendo, quòd iidem xxiiij. milites summ̄ fuerunt, nec de nominibus aliquorum summonitorum eorundem xxiiij. militum prout tibi præceptum fuit. Et gravius amerciaberis nisi hoc mandatum nostrum pleniùs exequaris. Et habeas ibi sum̄ & hoc breve. T. rege B. apud Westm̄. Aliter quando vicecomes non retùrnat nomina summonitorum xxiiij. militum.

¶ Rex, vic' London̄ salutem. Cùm R. in curia dn̄i E. nuper &c. apud Westm̄ scilicet termino sanctæ Trinitatis ꝓximè preterito, coram R. B. & sociis suis tunc justitiariis ejusdem avi nr̄i de Banco, per considerationem ejusdem curiæ recuperasset versus G. quoddā debitum C. li. ac etiā xx. s. occasione detentionis debiti illius, ꝓut per recordum de tēpore p̄dicti avi nr̄i corā justitiariis nr̄is apud Westm̄ inde habitum pleniùs apparet, & idē G. prisonæ p̄dicti avi nr̄i de Flete p considerationē curiæ suæ p̄dictæ commissus fuisset, in eadē moratur̄ quousque præfato R. de debito & damnis p̄dictis plenariè satisfecisset: idem G. postea venit in curia nr̄a coram &c. apud Westm̄, & dixit quòd ipse præfato R. de debito & damnis p̄dictis plenariè satisfecit, ꝓferendo ibidem quoddam scriptū acquietantiæ sub nomine prædicti R, receptionem eorundem debiti & damnorum testificans, & petiit se à prisona prædicta deliberari. Et quia nescitur si scriptum prædictū sit factū prædicti R. necne: vobis præcipimus quòd p probos &c. scire faciatis eidem R, quòd sit &c. in crastino Ascentionis domini, ad cognoscendum vel dedicendum scriptum prædictum, & ulteriùs ad faciendū & recipiendum quod curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeatis &c. nomina eorum &c. T. &c. Scire facias de quodam debito recuperato.

¶ Rex, vic' salutē. Scias quòd comes &c. in curia nr̄a &c. recuperavit seisinā suā versus abbatem de Burgo &c. de advocatione quartæ partis ecclesiæ de Estyngton̄ cum ꝑtin̄, tenenda eidem comiti & hæredibus suis quietè de prædicto abbate & successoribus suis & ecclesia sua sancti Petri prædicta imperpetuum, per defaltam ipsius abbatis. Et ideo &c. quòd eidem comiti de prædicta advocatione quartæ partis ecclesiæ prædictæ cum pertinentiis tenenda in forma prædicta, sine dilatione plenariam seisinam habere facias. T. &c. Seisina de advocatione quartæ partis ecclesiæ.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm quidam nuper prior de Hartford' in curia dn̄i E. &c. scilicet tali die anno regni sui tertio, coram Wilhelmo de H. & sociis suis tunc justitiariis &c. per considerationem ejusdem curiæ ipsius avi nostri recuperasset versus quendam R. tunc personam ecclesiæ de S. quendam annuum reditum duarum marcarum, singulis annis eidem nunc priori & successoribus suis ad duos anni terminos, videlicet in octavis sancti Michaelis unā marc', & in octavis Paschæ unā marc' imperpetuū solvend', ꝓut per rec' & ꝓcessum loquelæ p̄d' Scire facias de annuo reditu.

 coram

corā justitiariis nr̄is apud Westm̄ de mandato nostro ad ꝓsecutionē J.nunc prioris de H.succ' præfati nunc prioris loci p̄dicti missa liquet manifestè, xij.marc' de arreragiis annui reditus p̄dicti post p̄dictū judicium redditū, videlicet de sex annis ꝓximè p̄teritis p̄fato Johanni nunc priori de H.à retro existunt, ut ex insinuatione ipsius nunc prioris accepimus. Et quia volumus &c. tibi præcipimus quòd ꝑ bonos &c. scire facias Guilhelmo Newehawe clerico nunc ꝑsonæ ecclesiæ p̄d', successori p̄fati Roberti tunc ꝑsonæ ejusdē ecclesiæ, quòd sit &c. xv. Trinitatis, ostēsurus si quid &c. quare p̄dictæ xij.marcæ de arreragiis annui reditus de terris & catallis suis in balliva tua fieri, & p̄fato nunc priori reddi non debeant, si &c. Et habeas &c.

Scire facias petito in auxiliū.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm I.nunc prior de Hartford in curia nr̄a corā &c. peteret executionem versus W. N. clericū nunc ꝑsonam ecclesiæ de S, de xij.marc' de arreragiis cujusdā annui reditus duarum marcarum, quem quidam prior de H.prædecessor ipsius nunc prioris in curia domini E. nuper regis Angl' avi nostri, coram W. de H. & sociis suis tunc justitiariis ejusdem avi nostri de banco apud Eborum, recuperauit versus quendam R. de Beverley tunc personam ecclesiæ prædictæ de S.prędecessorem prædicti Wilhelmi nunc personę ejusdem ecclesiæ, singulis annis eidem nuper priori & successoribus suis ad duos anni terminos, videlicet in octavis sancti Michaelis unam marc' & in octavis Paschæ unam marc' imperpetuum solvend', prout per recordum & processum loquelæ prædictæ coram justitiariis nostris apud Westm̄ de mandato nostro ad prosecutionem p̄dicti nunc prioris missa liquet manifestè: idem Wilhelmus venit in eadem curia nostra, & dixit quòd ipse non potuit ecclesiam illam sine Roberto Coventr' & Lich' episcopo loci illius ordinario, & I. Trussell' & Alicia uxore ejus ejusdem ecclesiæ patronis onerar̄, & petiit auxilium de ipsis episcopo & patronis. Et ideò tibi precipimus quòd per probos &c. scire facias præfato episcopo, Johanni Trussell' & Aliciæ, quòd &c. xv. Trinitatis, ad respondendum prefato nunc priori simul cum prædicto Wilhelmo, de prædicto placito si voluerint. Et habeas ibi nomina &c.

Mandatum justitiariorū assignatorum ad audiendum & terminandum.

¶ Robertus Bealknap & socij sui justitiarij domini regis ad quandam transgressionem A.de C. in com̄ Canc' illatam audiendū & terminandum assigñ, vic' ejusdem comitatus salutē. Ex parte dñi regis tibi præcipimus, quòd capta securitate à præfato Adam de clamore suo prosequendo: tūc venire facias coram nobis apud M. tali die Johannem, Wilhelmum, & Robertū, ad respondendum præfato Adę de placito quare ipsi simul cū &c. ut in commissione. Venire etiā facias corā nobis apud M. prædictis die & anno, xxiiij. ꝓbos & legales homines de visinetu de R, ꝑ quos &c. ad inquirendum qui malefactores & pacis domini regis perturbatores unà cùm p̄fatis I. W. & R. præfato Adæ transgressionem prædictam ꝑpetraverint. Et habeas ibi nomina pleg' jur̄ quos sic venire feceris, breve domini regis clausum de intendendo quod tibi inde venit, & hoc mandatum. Datum &c.

¶ Rex,

¶ Rex, venerabili in Christo patri I. eadē gratia Linc' Episcopo salutē. Cùm Prior de Landa in curia nr̄a apud Leycestr̄ corā dilecto & fideli nr̄o Rogero de K. uno justitiariorū nostrorū de cōmuni banco, scilicet die Martis ꝓximo post festū sanctæ Trinitatis ꝓximè p̄terito, recuperasset versus R. Basset de Drayton chivaler præsentationem suam ad ecclesiā de A. vestræ dioc' vacantē, & ad suā donationē spectantē, ꝓut ꝑ quandā juratā ibi inde inter eos virtute cujusdā brevis nr̄i nisi priùs summonitā & captā convictū fuit, ac vobis mandaverimus qd' non obstante reclamatione p̄dicti R. ad ꝓsecutionē p̄dicti prioris ad ecclesiā p̄dictā, idoneā personā admitteretis: vos tamen virtute mandati nostri prædicti nihil fecistis nec facere curastis, ꝓut ex insinuatione p̄dicti prioris accepimus. Et ideo vobis mandamus sicut aliàs vobis mandavimus, quòd non obstante reclamatione prædicti R. ad ꝓsecutionem ejusdē prioris ad eandē ecclesiā idoneam personam admittatis, vel causam ob quam id non feceritis scire faciatis justitiariis nostris apud W. tali die, hoc breve coram eisdē justitiariis nostris ad eundem terminum remittentes. Teste &c. Breve episcopo ad admittendum personam idoneam.

¶ Rex, vic' salutē. Cùm nos nuper in cur̄ nr̄a coram justitiariis nostris apud W. videlicet in octavis sanctæ Trinitatis ꝓximè præteritis, recuperassemus p̄sentationē nostram versus Johannem clericū, ad ecclesiam de N. vacantē & ad nostrā donationē spectantē ꝑ defaltam ipsius Johannis, per quod W. episcopo London̄ loci illius dioc' mandaverimus, qd' non obstante reclamatione p̄dicti Johannis ad præsentationem nr̄am ad ecclesiam p̄dictam idoneā personam admitteret; idem tamen episcopus W. de G. clericum ꝑ nos virtute judicij p̄dicti ad ecclesiam prædictam præsentatum admittere recusavit ut accepimus, in nr̄i ac mandatorum nostrorum contemptum, & judicij prædicti in curia nr̄a prædicta redditi enervationē manifestam. Et ideo tibi præcipimus quòd ponas ꝑ vadium & salvos plegios prædictum episcopum, quòd sit coram justitiariis nostris apud W. tali die, ad respondendum nobis de contemptu in hac parte facto, & ulteriùs factur̄ & receptur̄ quod curia nr̄a consideraverit in hac parte. Et habeas &c. T. &c. Breve de contemptu versus episcopum qui non admisit præsentatum regis.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm Cecilia Ferror de Granthm̄, ꝓ eo quòd nō venit in curia dn̄i E. nuper regis Angliæ avi nr̄i coram justitiariis suis de banco, ad satisfaciendum Bernardo fil̄ Phil̄ de Haryngton de G. tā de quodam debito xl. li. quod idem B. in curia ejusdem avi nostri per considerationē ejusdem curiæ recuperavit versus eam, quàm de xviij. marc' vi. s. viij. d. de viginti marc' eidem B. adjudicatis ꝓ damnis suis occasione detentionis debiti prædicti in exigendis posita fuisset, & postea ea occasione in comitatu tuo waiviata & occasione waiviariæ illius se postmodum prisonæ nostræ de Flete reddiderit, ac nos waiavariam illam eidem C. postea perdonaverimus, ita tamen quòd satisfaceret eidem B. de debito & damnis prædictis, eademq; Cecilia postea venit coram justitiariis nostris apud Westmonasterium, & allegando quòd præfatus Bernardus mortuus fuit dixit quòd quædam Elizabetha quæ fuit uxor ejusdē Bernardi, executrix ipsius Bernardi, Scire facias post exigendas.

post

post mortē ejusdē B. p quoddā scriptū suū quod in cur̄ nr̄a ꝓtulit, sub dato primi diei Maij anno regni nr̄i primo, remisit & relaxavit eidē C. omnimodas actiones debiti, vel alterius rei cujuscūq; ac omnes demandas quas versus eam quovismodo habere potuit, petendo se à prisona nr̄a deliberari, & quia nescitur si præfatus Bernardus mortuus sit necne, sive si scriptum p̄dictum factū præfatæ Elizabethæ existat: tibi præcipimus quòd si tibi constare possit quòd p̄fatus B. mortuus sit, tunc p bonos & legales &c. scire facias præfatæ Elizabethæ quòd sit &c. tali die ad cogn̄ vel dedicend' scriptum prædictum, & ad ostendendum si quid pro se habeat vel dicere sciat, quare præfata Cicilia à prisona nostra prædicta deliberari non debeat, & ulteriùs ad faciendū & recipiendum quod curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeas ibi. T. &c.

Scire facias in brevi de statuto mercatorum.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm nuper p̄ breve dn̄i Edwardi nuper regis Ang' avi nr̄i tunc vicecomiti suo Westmerl' præceptū fuit, quòd omnia terras & ten̄ta, quæ Adam fil' G. de L, habuit in balliva sua quarto die Februar̄ anno regni sui xxxvij. vel unquam postea, H. de M. civi Eborum sine dilatione liberari faceret p rationabile precium & extentā, tenēdum ut liberum ten̄itum sibi & assignatis suis quousq; l. li. de C. li. unà cum damnis & custagiis suis levasset, quas idē Adam prædictis die & anno coram I. de L. nuper maiore Eborum & H. de A. tunc clerico ad recognitiones debitorum apud Eborum accipiendas deputatis recognovit se debere eidē H, quas ei solvisse debuit ad festū tale tunc ꝓximè sequens, & eas &c. ut dicitur, & qualiter idē nuper vicecomes præceptum eiusdē aui nr̄i fuisset executus, scire faceret justitiariis ipsius avi nr̄i apud W. à die sancti Michaelis in xv. dies anno regni sui. l. idē vic' præfatis justitiariis ipsius avi nr̄i apud R. ad diem illum mandavit quandam extentam corā eo virtute brevis prædicti inde factā, p quā compertum est quòd idē Adam habuit prædictis die & anno in com̄ prædicto manerium de B. in K. cum pertin̄, quod valet p annum ultra reprisas in omnibus exitibus. xxviij. li. iiij. s. Mandavit etiam idē nuper vic' coram præfatis nunc justitiariis, quòd maneriū illud p̄dicto H. nō deliberavit, eò quòd nullus venit ex parte ipsius H. ad prædictum manerium recipiendū, ꝓut per recordum corā justitiariis nr̄is apud W: inde habitum liquet manifestè. Idem H. postea venit in curia nr̄a corā justitiariis nostris apud W. & dixit', quòd ipse liberationē manerij p̄dicti nondum est assecutus, petendo sibi per nos remedium inde adhiberi. Et quia volumus ea quæ in curia prædicti avi nr̄i rite acta sunt debitæ executioni demandari: tibi præcipimus quòd per ꝓbos &c. scire fac' præfato Adæ quòd sit &c. xv. Michaelis, ostensur̄ si quid &c. quare prædictum manerium cum pertin̄ præfato H. liberari non debeat, tenendum ut liberum tenementum sibi & assign̄ suis per extentam per præfatum nuper vic' prædicti avi priùs inde factam, quousq; prædictas. l. li. de prædictis C. li. unà cum damnis & custagiis suis necessariis & rationabilibus inde levaverit si sibi viderit expedire. Et habeas ibi nomina &c.

¶ Johannes

¶ Johannes de C. & socij sui justitiarij dñi episcopi Elieñ infra insulam de Ely, senescallo de Ely salutẽ. Cùm I. de W. civis Londoñ, in curia p̃dicti episcopi Elieñ coram nobis apud Ely summonitus esset ad respondendum Roberto L. chivaler, de placito quare cepit duos boves ipsius Roberti & eos injustè detinuit contra &c. idem Robertus postea in eadem curia coram nobis apud Ely fecit defaltam, per quod consideratum fuit ibidem quòd præfatus Robertus & plegij sui de prosequendo essent in misericordia, & quòd prædictus I. iret inde sine die, & quod idem I. haberet retornũ boum prædictorum. Et ideo tibi præcipimus quòd boves prædictos eidem I. sine dilatione retornari facias, & eos ad querimoniam ipsius R. non deliberes sine mandato ex parte nostra quod de præfato judicio expressam facit mẽtionem. Datum apud Ely 10. die Junij anno regni regis &c.

Mandatum justitiariorum episcopi Elien' directum senescallo ejusdem.

¶ Rex, vic' salutẽ. Præcipimus tibi quod de terris & catallis I. B. in balliva tua fieri facias 25. li. & illas habeas corã justitiariis nostris &c. 15. Michaelis, ad reddendum Johanni de W. ꝑ damnis suis quæ habuit occasione detentionis custodiæ I. fil' & hæred' H. Mascalf', cujus custodia ad ipsum Johannem de W. pertinet, eò quòd p̃dictus H. terram suam de eo tenuit per servitium militare, prout per quandam juratam quam nuper per te fieri fecimus compertum fuit. Et habeas &c. T. &c.

Fieri facias in brevi de custodia.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm R. S. in curia &c. recuperasset versus G. de Braynford' 40. li. pro triplo damnorum suorum quæ habuit occasione cujusdam vasti de tenementis in G, ꝑ ipsum G. ad exhæredationem p̃dicti R. facti, prout per quandam inquisitionem, quã nuper per te fieri fecimus, convictum fuit: idem R. postea venit in eadem curia nostra, & per statutum in hujusmodi casu provisum, elegit sibi deliberari omnia bona & catalla prædicti G. præter boves & affros de caruca sua, & similiter medietatem terrarum & tenementorum suorũ per rationabile precium & extentam, tenendum ut liberum tenementum sibi & assignatis juxta formam statuti prædicti, quousque prædictas 40. li. inde levaverit. Et ideo tibi præcipimus quòd omnia bona & catalla præter &c. & similiter medietatem &c. in balliva tua, eidem R. sine dilatione liberari facias per rationabile &c. tenend' &c. in forma prædicta, quousque &c. Et qualiter &c. scire facias justitiariis nostris &c. tali die. Et habeas &c.

Elegit in brevi de vasto.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Pręcipimus tibi quòd de bonis & catallis I. H. de Burley nunc personæ ecclesiæ de Hoptole, in balliva tua fieri facias 6. li. unde abbas de sancto Albano in curia nostra &c. recuperavit executionem versus eum, & illas habeas coram justitiariis nostris apud W. tali die, ad respondendum eidem abbati de arreragiis cujusdam annui reditus 30. s. quem idẽ abbas in curia domini E. nuper regis Angliæ avi nostri apud W, scilicet in octavis sancti Michaelis anno regni sui 35. corãm R. de T. & sociis suis tunc justitiariis ejusdẽ avi nostri de bãco recuperavit versus I. de I. tunc personam ecclesiæ prædictæ, singulis annis ad 15. Paschæ & 15. sancti Michaelis per æquales portiones solvend' &c. T. &c.

Fieri facias post fieri fac'.

¶ Rex,

Breve de fieri facias directum justitiario Hyberniæ.

¶ Rex, justitiario suo Hyberñ salutem. Cum nuper vicecomiti nostro Midd' præceperimus, quòd de terris & catallis Roberti Wikford clerici jam archiepiscopi Dubliñ, in balliva tua fieri faceret 10. li. & illas haberet coram justitiariis nostris apud W. 15. Paschæ proximè præterita, ad reddendum T. de N. clerico de arr̄ cujusdā annui reditus 10. li. quem idem T. in curia domini E. nuper regis Angliæ, scilicet termino sancti Michaelis anno regni sui 33. coram R. de T. & sociis suis tum justitiariis ejusdem avi nostri de banco, per considerationē ejusdem curiæ recuperavit versus eum, singulis annis ad festum sancti Michaelis solvend', quas quidem 10. li. eidem Thomæ solvisse debuit ad festum sancti Michaelis proximè præteritum, & illas ei nōdum solvit ut dicitur: idem vicecomes præfatis justitiariis nostris &c. ad diem illum mandavit, quod præfatus Robertus clericus fuit, & archiepiscopus Dubliñ in Hyberñ, nullas habens terras aut tenementa bona seu catalla in balliva sua unde aliqui denar̄ fieri potuerunt, & cùm hoc testatum extiterit in eadem curia nostra ex parte ejusdem Thomæ, quòd idem Robertus archiepiscopus Dubliñ in Hyberñ fuit, & in terra nostra Hyberniæ habuit diversa bona & catalla, terras & tenementa, tam de perquisito suo proprio quam ratione archiepiscopatus sui prædicti unde prædictæ 10. li. fieri potuerunt. Et ideo vobis mandamus quòd de terris & catallis ejusdem Roberti jam archiepiscopi in terra nostra Hyberñ fieri faciatis prædictas 10. li. & illas habeatis coram &c. octavis Michaelis ad reddendum præfato Thomæ de arreragiis annui reditus prædicti. Et habeatis ibi hoc breve T. &c.

Breve vicecomiti ad respondendum de falso retorno brevium.

¶ Rex, Wilhelmo Brytoñ vic' Leyc' salutem. Scias quod compertæ sunt diversæ scedulæ sub nomine brevium nostrorū judicialiū, & sub testimonio dilecti & fidelis nr̄i Roberti Bealknap capitalis justitiarij nostri de communi banco ꝑ se, coram justitiariis nostris apud Westm̄ in octavis sancti Michaelis proximè præteritis retornatorū quæ quidem scedulæ si rite & modo debito per originalia in cancellaria nr̄a prosequenda prout moris est originē sumpsissent, & ꝑ processum secundū legem & consuetudinem regni nr̄i Angliæ factū prosecutæ fuissent, brevia nr̄a dici debuissent. Ac scrutatis tam brevib' originalibus coram præfatis justitiariis nr̄is ante hæc tempora retornatis q̄ rotulis de banco prædicto: nō sunt comperta aliqua brevia originalia sive aliqua alia memoranda ꝑ quæ hujusmodi scedulæ, quæ sub nomine brevium retornantur, warrantizantur sive warrantizari possunt. Et ideo tibi ꝑcipimus quòd quacunq; excusatione cessante, sis corā justitiariis nostris apud W. in crastino Martini proximè futuro in propria persona tua, unà cum subvicecomite tuo receptore brevium sub nomine tuo & aliis ministris tuis quibus de hujusmodi retorno faciendo potestatem contulisti, ad certificand' p̄fatis justitiariis nr̄is de præmissis, & ulteriùs ad faciend' & recipiend' quòd curia nostra cōsideraverit in hac parte, & hoc non omittas sub pœna C. li. Et habeas &c. T. &c.

Scire facias.

¶ Rex, vicecomitibus salutem. Cum Rich. Berford de N. & K. uxor ejus, in curia domini E. nuper regis Angliæ avi nr̄i apud W. scilicet

termino

termino sanctæ Trinitatis proximè præterito, coram Rob. Bealknap & sociis suis tunc justitiariis ejusdem avi nri de banco, per considerationē ejusdē curiæ recuperasset versus Galfridū Cypherwhast quoddam debitum C.li.ac etiam 20. s. occasione detentionis debiti illius, prout ꝑ recordum de tempore ꝑdicti avi nostri coram justitiariis nris apud W.inde habitum pleniùs apparet,& idem G.prisonæ ꝑdicti avi nostri de Flete per considerationem curiæ suę prædictæ cōmissus fuisset,in eadem moraturus quousq; præfatis Richardo & Katerinæ de debito & damnis prædictis plenariè satisfecisset: idem Galfridus postea venit in curia nostra corā justitiariis nris apud W, & dixit quòd ipse præfatis Richardo & Katerinę de debito & damnis prædictis plenariè satisfecisset,proferendo ibidem quoddam scriptum acquietantiæ sub nominibus prędictorum Richardi & Katerinæ, receptionem eorundem debiti & damnorum testificans,& petiit se à prisona prædicta deliberari.Et quia nescitur si scriptum ꝑdictum sit factum prædictorum Richardi & Katerinę nécne : vobis præcipimus quòd per probos &c.scire faciatis eisdem Richardo & Katerinæ, quòd sint &c. crastino Martini,ad cognoscendum vel dedicendum scriptum prædictum,& ulteriùs ad faciendum vel recipiend' quòd curia nostra consideraverit in hac parte &c.Et habeatis &c.T.&c.

¶ Rex,vic' N.salutē.Scias quòd A.in curia nra corā &c. ꝑ considerationem ejusdem curiæ,recuperavit seisinam suā versus G.de T.de una acra terræ cum pertinentiis in S.ut jus suū &c. Et ideo tibi ꝑcipimus quòd eidem A. de ꝑdictis tenementis cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam habere facias. T.rege B. apud Westm̄ &c. Seisina.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu tuo, extendi & apprec' facias manerium de S.cum pertinentiis & advocationem ecclesiæ ejusdem manerij,unde A.in curia nostra coram &c. clamat tertiam partem in dotem versus R.Et extēntam & appreciationem q̃ inde feceris, scire facias justitiariis nostris &c.tali die sub sigillo tuo & sigillis eorum ꝑ quorum sacramentum inquisitionem illam feceris. Et habeas &c. Extendi facias manerium unde tertia pars petita est.

¶ Rex,vic' salutem. Summoneas per bonos sum̄ A,quòd sit &c.audiend' record' & judicium suum de loquela quæ fuit &c.inter I.& prædictū A,de eo quòd idem A.reddat ei rationabile cōputū suū &c. ita quòd loquela illa tunc sit in eodē statu quo fuit in ꝑfata curia nra coram præfatis justitiar̄ nris apud W.tali die proximè ꝑterito, quando loquela illa remansit sine die,eò quòd ꝑdict' A.tunc morabatur in obsequio nostro ꝑ præceptum nostrum in partibus Scotiæ,& habuit inde protectionem nostram à festo Pur̄ &c.usq; festum s. Michaelis tūc proximè sequens &c.vel sic,inter I.petentem & prædictum A.tenentem de uno messuagio in H,quod idem I.in eadem curia nostra clamat ut jus suum versus eum, ita quòd &c.eò quòd idem A. cum dilecto & fideli nro C.in obsequium nostrum in partibus B. morabatur, & habuit inde protectionem nostram à tali die anno regni nostri Angliæ 20.per unum annum duraturam.Et habeas &c. T. &c. Resommons post protectionem allocatam.

Extendi facias, manerium quod vocavit ad warrantum.

¶ Rex, vic' salutē. Præcipimus tibi quod extendi & apprec' facias maneriū de M. cum pertinentiis, quod I. in curia nr̄a corā justitiariis &c. clamat ut jus suum versus R. & unde idem R. in eadem curia nr̄a vocavit H. de F. suñ in tali comitatu qui nullas terras habet in comitatu Lincolñ ad warrantum versus eum. Et extentam & apprec' &c.

Ad inquirendū si vir obiit seisitus.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd per sacramentum &c. diligenter inquiras, si R. quondā vir A. quæ fuit uxor &c. obiit seisitus de una acra terræ cum pertinentiis in C, & unde eadem A. in eadem curia nostra recuperavit tertiam partem in dotem versus I. quem W. vocavit ad warrantum pro defectu ipsius I. Et si per inquisitionem illam inveneris quòd prædictus R. obiit inde seisitus: tunc per eorum sacramentum diligenter inquiras, quæ damna prædicta A. tunc habuit occasione detentionis dotis suæ prædictæ. Et inquiras quam &c. scire facias &c. T. &c.

Seisina versus vocatū ad warrantum quando amisit per defaltam.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm R. & I. uxor ejus in curia nostra &c. peterent versus W. tertiam partem duorū mesuagiorū cum pertinentiis in D. ut dotem ipsius I, idem W. postea venit in eadē curia nr̄a, & vocavit inde ad warrantum L. filium & hæred' C, qui postea prædictā tertiam partem in curia nostra &c. per defaltam amisit, ita quòd consideratum fuit in eadem curia quòd prædictus W. teneret in pace, & prædicti W. & I. haberent de terra prædicti L. fil' C. ad valenciam prædictæ tertiæ partis cum pertinentiis &c. Et ideo &c.

Seisina versus tenentem & ad valenciam pro tenente versus vocatum ad warrantum eò quod vocatus perdidit per defaltam.

¶ Rex, vic' salutē. Cùm L. in curia nostra &c. peteret versus G. unum mesuagium cum pertinentiis in S. idem G. postea venit in eadem curia nostra & vocavit inde ad warrantum H. in p̄dictis tenementis in curia nostra coram &c. per defaltā amisit, ita quòd consideratum fuit in eadem curia nostra quòd prædictus L. recuperaret inde seisinam suam versus prædictum G, & prædictus G. haberet de terra prædicti H. ad valenciam predictorum teñtorum cum pertinentiis. Et ideo tibi præcipimus quòd prædicto L. versus prædictum G. de tenementis prædictis plenam seisinam sine &c. habere &c. & prædicto G. de terra prædicti H. ad valenciam eorundem teñ cum pertinentiis in loco competenti habere & assignari facias. T. &c.

Aliter.

¶ Rex, vic' salutem. Scias quòd cùm M. quæ fuit uxor G. in curia &c. peteret versus D. tertiam partem unius mesuagij ut dotem suā: idē D. venit in eadem curia nostra & vocavit inde ad warrantum D, qui quidem D. venit in eadem curia nr̄a & tanquam hæres p̄dicti G. sanguine nihil habens per descensum hæreditaī de eodē G, eis warrantizavit, & reddidit p̄dictæ M. prædictam dotem suam, ꝓ quod consideratū fuit in eadem curia nr̄a quòd si prædictus D. satis haberet de libero tenemento quod fuit p̄dicti G. quondam viri p̄dictæ M. unde facere possit prædictæ M. ad valenciam p̄dictæ dotis suæ, tunc prædictus D. teneret in pace, & p̄dicta M. haberet de terra prædicti D. ad valenciā prædictæ tertiæ partis cū pertiñ, & si quid ei inde defuisset: id haberet de prædicta tertia parte versus D. & E. petentes. Et ideo tibi præcipimus quòd si prædictus D. satis habeat de libero teñ quod fuit prædicti G

quondam,

quondam viri ejusdam M, unde facere posset pdictæ M. ad valenciam prædictæ tertiæ partis cū pertinentiis: tunc eidem M. de terra pdicti R. ad valenciam pdictæ tertiæ partis habere & assignari, & si quid ei inde defuerit, id eidem M. de prædicta tertia parte versus prædictos R. & E. petentes sine dilatione habere & assignari facias. T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Scias quòd cùm I. & M. uxor ejus in curia nra &c. peterent versus R. quem I. &c. quem R. & E. uxor ejus vocaverunt ad warrantum, unum mesuagium cum pertinentiis ut dotem ipsius M. ex dotatione C. fil & hæred' D. quōdam viri ipsius M, qui de assensu & voluntate prædicti patris sui ad ostiū ecclesiæ eam inde dotavit quādo eam disponsavit: idem R. venit in eadē curia nostra & reddidit pdictis I. & M. prædictum mesuagium cum pertinentiis. Et ideo tibi præcipimus quòd eisdem I. & M. de pdicto mesuagio cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam habere fac'. T. &c.

Seisina de dote recuperata pro viro & uxore un' dos fuit assign' præfatæ uxori de ascensu patris ad ostium ecclesiæ

¶ Rex, vicecomiti salutem. Scias quòd cùm A. & B. uxor ejus in curia &c. peterent versus I. tertiam partem unius mesuagij cum pertinentiis in G. ut dotem ipsius B, idē I. venit in eadem curia nostra, & vocavit inde ad warrantum R. fil & hæredem W. infra ætatem & in custodia H. existentem, qui quidem H. venit in eadem curia nostra & nomine prædicti hæredis ei warrantizavit, per quod postea consideratum fuit in eadem curia nostra quòd prædictus I. teneret in pace, & quòd prædicti A. & B. haberent de terra prædicti hæredis in custodia prædicti H. ad valenciam prædictæ tertiæ partis cum pertinentiis. Et ideo tibi præcipimus quòd eisdem A. & B. de terra prædicti hæredis, in custodia H. existentis, ad valenciam pdictæ tertiæ partis cum pertinentiis sine dilatione habere & assignari fac'. T. &c.

Seisina versus hæredē ubi hæres ille vocatus fuit ad warrantum in custodia existens, & custos ille nomine dicti hæredis venit in eadem curia & cognovit warrantum.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd sine dilatione habere facias abbati de S. visum de uno mesuagio prioris de W, & quadraginta acris terræ ejusdem abbatis in eadem villa, unde idem prior in curia nostra exigit sectam ad mesuagium prædictum de omnibus bladis crescentibus in eadem villa ut dicitur &c.

Habere facias visum de uno mesuagio ipsius petentis, & de 40 acris terræ ipsius defendentis, ubi petens petit sectā ad prædicta de omnibus bladis in tali villa.

¶ Rex, vicecom salutem. Summoneas per bonos summonitores W, quòd sit &c. tali die auditurus recordū &c. inter I. querentem & prædictum W. de averiis ipsius Johannis captis & injustè detentis ut dicitur, ita quòd loquela illa tunc sit &c. 15. Martini proximè præterita, quando ballivi de S. venerunt in eadem curia nostra & petierunt inde curiam suam & obtinuerunt, & postea partibus de justitia inde faciend' defecerunt ut dicitur &c. vel sic, quando ballivi libertatis abbatis de S. de hundredo suo de F. venerunt in eadem curia nostra, & petierunt inde curiam suam & obtinuerūt, & postea &c. vel sic, quando atterminata fuit coram eisdē justitiariis nostris apud Westmonasterium in octavis sancti Michaelis tunc proximè sequentibus, ad quē diem eadem loquela remansit sine die per absentiam eorundem justitiariorum nostrorum, tunc per præceptum nostrum alibi existentium. Et habeas ibi sum & hoc breve. T. &c.

Quando curia alicujus petita est in curia regis & concessa, & parti quærēti deficiunt de justitia.

¶ Rex vic' salutem. Scias quòd cùm T. & A. uxor ejus, in curia &c. peterent

Seisina versus custodē de hæ-

redit ate si satis habeat in custodia, ubi vocatus ad warrantum vocavit ipsum hæredem in custodia existent' ad warrantum.

peterent versus I. quem Johannes filius I. vocavit ad warrantū, & qui eis warrantizavit tertiam partem unius mesuagij cum pertinentiis in S. ut dotem ipsius A, idem I. venit in eadem curia nr̄a & vocavit inde ad warrantum D. fil' & hær' D. infra ætatem & in custodia W. & G. existentem, qui quidem W. & G. venerunt in eadem curia nostra & nomine prædicti hæredis ei warrantizaverūt & reddiderunt p̄dictis T. & A. petentibus, prædictam dotem ipsius A. cū pertinentiis, p quod consideratum fuit in eadem curia nostra quòd si prædicti custodes haberent de terra prædicti hæredis in custodia sua unde facere possent p̄dictis petentibus ad valenciam p̄dictæ tertiæ partis cum pertin̄, tunc prædicti I. & I. tenerent in pace, & p̄dicti petentes haberent de terra prædicti hær' ad valenciam p̄dictæ tertiæ partis, & si quid eis inde defuerit id haberent de prædicta tertia parte versus prædictum I. fil' I. petentem, & idem I. fil' haberet de terra prædicti I. de G. & idem I. de G. haberet de terra prædicti hæredis cum acciderit ad valenciam prædictæ tertiæ partis cum pertinentiis. Et ideo tibi præcipimus quòd si tibi constare possit, quòd prædicti custodes habeant de terra prædicti hȩredis in custodia sua unde facere possunt prædictis petentibus ad valenciam prædictæ tertiæ partis cum pertinentiis: tunc prædicti I. & I. teneant in pace, & prædictis petentibus de terra prædicti hæredis in custodia sua, ad valenciam prædictæ tertiæ partis habere & assignari facias. Et si quid eis inde defuerit, id eisdem de p̄dicta tertia parte versus prædictum I. fil' petentem habere, & eidem I. fil', de terra prædicti I. de G. & eidem I. de G. de terra prædicti hæredis cùm acciderit ad valenciam ejusdem tertiæ partis cum pertin̄ in loco competenti sine dilatione habere & assignari facias. T. &c.

Quando petens recuperavit seisinam suā versus vocatum ad warrantum in custodia existentem si satis haberet per descensum hæreditarium post mortem patris, & tenens tenebit in pace aliter versus tenentē & tenens versus vocatum & c. cum acciderit.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Scias quòd cùm A. quȩ fuit uxor D, in curia &c. peteret versus P. de T, & C. uxorem ejus tertiam partem unius mesuagij ut dotem suam: iidem P. & C. venerunt in eadem curia nostra, & vocaverunt inde ad warrantum L. fil' & hæred' L. infra ætatem in custodia P. de S. existentem, qui quidem P. de S. venit in eadem cur' nostra, & nomine prædicti hæredis nihil habēs in custodia sua de hær' ejusdem hæred' de libero tenemento quòd fuit prȩdicti patris sui in feodo simplici, quod eidem hæred' descendit p descensum hær' de eodem L patre suo, eis warrātizavit & reddidit prædictæ L. dotē suam cum pertinentiis, per quòd consideratum fuit in eadem curia nostra quòd si prædictus P. de S. haberet terras & tenementa in custodia sua de libero tenemento quod fuit prædicti Laurentij patris prædicti hȩredis, quæ eidem hæredi descendunt per descensum hæreditar' de prædicto Laurentio patre suo ad valenciam tertiæ partis cum pertinētiis, tunc prædicti P. & C. tenerent in pace, & prædicta Lucia haberet de terra prædicti hæredis in custodia prædicti P. de S. quæ ei descendit in forma p̄dicta, ad valenciam prædictæ tertiæ partis cum pertinentiis, & si quid ei inde defuisset, id haberet de p̄dicta tertia parte versus p̄dictos Petrū & Caterinam petentes, & iidē Petrus & Caterina haberent de terra p̄dicti hæredis quæ ei descendit per descensum hæreditar' de

prædicto

prædicto L. patre suo ut de feodo simplici cum acciderit, ad valenciam ejusdem tertiæ partis cum pertinentiis. Et ideo tibi præcipimus quòd si tibi constare possit quòd prædictus Petrus de S. habeat terras & tenementa in custodia sua de libero tenemento quod fuit prædicti Joh. patris prædicti hæredis, quòd ei descendit in forma p̄dicta, ad valenciam ejusdem tertiæ partis cum pertinentiis in loco competenti habere, & si quid ei inde defuerit, id eidem Laur̄ de prædicta tertia parte versus prædictos Petrum & C. petentes habere, & eisdem P. & C. de terra prædicti hæredis quæ ei descendit in forma prædicta cùm acciderit ad valenciam ejusdē tertiæ partis cum pertinentiis, sine dilatione habere & assignari facias. T. &c.

¶ Rex, vic' salutem. Scias quòd cùm A. quæ fuit uxor T. in curia &c. peteret versus H. tertiam partem unius mesuagij cum pertinentiis, & versus H. tertiā partem unius acræ terræ in eadem villa ut dotem suā: iidem H. & H. venerunt in eadem curia nostra, & vocaverunt inde ad warrantum Joh. fil̄ & hæredem T. qui postea venit in eadem curia nostra, & tanquam hæres ipsius T. sanguine nihil habens per descensum hæreditarium de eodem T. eis warrantizavit, & reddidit prędictæ A. prædictam dotem suam cū pertinentiis, p̱ quod consideratum fuit in eadem curia nostra, quòd si p̄dictus Joh. à quindena Paschæ p̱ximè p̄terita, quando iidem H. & H. vocaverunt ipsum inde ad warrantum versus eam vel unqūā postea, haberet terras & tēn̄ta quæ ei descenderunt p̱ descensum hæreditarium de p̄dicto T. patre suo, de libero tenemento quod fuit ipsius T. quondā viri ipsius A. unde ei facere possunt ad valenciā p̄dictæ terræ cū pertin̄, tunc iidem H. & H. tenerent in pace, & eadem A. haberet de terra p̄dicti I. quæ ei descendit in forma p̄dicta ad valenciam earundem tertiarum partium cum pertinentiis, & si quid ei inde defuisset, id haberet de prædictis tertiis partibus versus prædictos H. & H. petitis. Et ideo tibi præcipimus quòd si tibi constare possit, quòd præfatus Joh. ad p̄fatam quindenam Paschæ vel unquam postea, habuit terras seu tenementa quæ ei descenderunt in forma prædicta, de libero tenemento quòd fuit prædicti T. quondam viri ejusdem A. unde ei facere possit ad valenciam earundem tertiarum partium cum pertinentiis: tunc eidem A. de terra p̄dicti Joh: quæ ei descendit in forma prædicta, ad valenciam prædictarum partium cum pertinentiis in loco cōpetenti habere & assignari, & si quid ei inde defuerit, id eidem A. de p̄dictis tertiis partibus versus p̄dictos H. & H. petitis sine dilatione habere & assignari facias. T. &c.

Aliter versus hæredem quando hæres vocatus est ad warrantum per factum patris si hæres satis habeat die vocationis prædictæ vel unquam postea.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Scias quòd A. de W. in curia nr̄a recuperavit seisinam suā versus I. de S. de uno mesuagio cum pertinentiis in M. ut de jure ecclesiæ suæ de F. per defaltam ipsius I. p̱ breve quare cessavit per biennium. Et quia dubitatur de fraude inter eos prælocuta contra statutum nostrum, quo cavetur ne terræ seu tenementa ad manum mortuam deveniant quoquo modo: tibi præcipimus quòd venire facias coram justitiariis &c. tali die 12. tā milites &c. de visinetu p̄dicto, quorum &c. p̱ quos &c. & qui p̄dictum A. nulla affinitate &c. ad

Quale jus ubi terra amissa est per defaltam in brevi de cessavit ne fraus fiat statuto.

ad recognoſcend' &c. quale jus idem A. habet in meſuagio p̄dicto, & quis prædeceſſorum ſuorum fuit inde ſeiſitus ut de jure eccleſiæ ſuæ prædictæ, & quantũ meſuagium illud &c. in manum noſtram capias, ita quòd neuter eorum ad illud manũ apponat donec &c. & quòd de exitibus ejuſdem ad ſcaccarium noſtrum nobis reſpondeas. Et ſcire facias capitalibus dominis feodi illius mediatis, quòd tunc ſint ibi audituri juratam illam ſi voluerint. Et habeas ibi nomina juratorum, dominorum, & hoc breve. T. &c.

Summoneas ad warrantum verſus virũ & uxorẽ ubi mulier admiſſa eſt ad defenſionẽ juris ſui ob defectum viri.

¶ Rex, vic' ſalutem. Summoneas p̱ bonos ſummonitores Joh. de R. & A. uxorẽ ejus fil' & hæredẽ G. de L. quod &c. ad warrantizandũ uxori T. quæ p̱ defaltam ipſius T. admiſſa eſt ad defenſionem juris ſui, manerium de G. cum pertinentiis, quòd B. in curia &c. clamat ut jus ſuũ verſus eam, & p̄dicta T. in eadem curia &c. vocat p̄dictos I. & A. uxorem ejus ad warrantum verſus eum. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

Seiſina pro petente verſus tenentem & pro tenente verſus vocatum ad warrantum ubi ipſe vocatus ten' prædicta amiſit per ſuam defaltam.

¶ Rex, vic' ſalutem. Cùm I. de L. in curia &c. peteret verſus M. unum meſuagium cum pertiñ in S. idem M. venit in eadem curia nr̃a & vocavit inde ad warrantum A. de T. qui prædict' meſuag' in curia &c. per defaltam amiſit, p̱ quod conſideratum fuit in eadem curia noſtra quòd prædictus Johannes recuperaret inde ſeiſinam ſuam verſus p̄dictum M. & quòd predictus Johannes haberet de terra p̄dicti A. ad valenciam teñtorum p̄dictorũ cum pertinentiis. Et ideo tibi p̄cipimus quòd eidem I. de p̄dicto meſuagio cũ pertiñ ſine dilatione plenariam ſeiſinam &c & p̄dicto M. de terra p̄dicti A. ad valenciam ejuſdem meſuagij in loco competenti habere & aſſignari facias. T. &c.

Ad inquirendũ de exitibus terræ de tali termino uſque ad talem, ubi unus proferat ſe admitti ad defenſionem juris ſui & admiſſio illa deducta fuit & poſtea fecit defaltam.

¶ Rex, vicecomiti ſalutem. Cùm I. fil' H. in curia &c. implacitaſſet G. filium M. de uno meſuagio cũ pertinentiis, idemq; G. in eadem curia &c. tali die feciſſet defaltam, p̱ quod prædict' Johannes petiit ſeiſinã de p̄dicto meſuagio per defaltam ejuſdem Guilhelmi ſibi adjudicari: quidam H. tunc ſuper defalta illa petiit ſe admitti ad defenſionem juris ſui meſuagij prædicti. Ad quòd idem I. in eadem curia nr̃a dixit, quòd prædictus Henricus ad defenſionem juris ſui admitti nõ debuit in hac parte, & poſuerũt ſe hinc inde in juratam patriæ, & continuato inde proceſſu uſq; talem diem anno &c. apud Weſtm̃, quo prædictus G. fecit defaltam, per quod tunc conſideratũ fuit in eadem curia noſtra, quòd prædictus Johannes recuperaret inde ſeiſinam ſuam verſus prædictum G. & etiam verſus prædictũ H. exitus medij temporis de terra illa. Et ideo tibi præcipimus quòd per ſacramentũ &c. diligenter inquiras, ad quantũ exitus ſe extendit de terra illa à prædicta 15. Triñ anno &c. uſq; præfatum diem anno tali. Et inquiſitionem, quam inde &c. ſcire facias &c. Et habeas &c.

Summoneas ad warrantum in aſſiſa mortis anteceſſoris in alio comitatu &c. ubi forinſecum vocat ad warrantum.

¶ Rex, vicecomiti ſalutem. Summoneas &c. G. quòd ſit &c. tali die ad warrantizand' I. unum meſuagium, unde A. in curia &c. ad aſſiſas in comitatu tali capiendas aſſignatis apud Weſtmonaſterium, arrainavit quandam aſſiſam mortis anteceſſoris verſus eos, & unde idem I. in eadem curia noſtra vocat prædictũ G. ſum̃ in comitatu tuo ad warrantum verſus eum. Et habeas &c.

¶ Rex

¶ Rex vic' salutem. Scias qd A. in curia &c. recuperavit seisinā suam versus B, de uno mesuagio cum pertiñ per defaltam ipsius B. Et ideo tibi pcipimus quòd prædictæ A. de pdicto mesuagio cum pertiñ sine dilatione plenariam seisinam habere facias. T. &c. Seisina de terra recuperata per defaltam tenentis.

¶ Rex venerabili in Christo patri I. eadem gratia episcopo Lincolñ salutē. Scias qd cùm Agnes, q fuit uxor P. in curia &c. peteret versus M. unum mesuagium cum pertiñ in S. ut jus & hæreditatem suam de seisina cujusdā I. consanguinei pdictæ A. cujus hæredem propinquiorem ead' A. se asserebat: idem M. venit in eadem curia nrā & objecit pdictæ A. quod ipsa nulla hæres esse potest, eo qd bastarda est. Et quia hujusmodi causæ cognitio ad forum spectat ecclesiasticum: vobis mandamus quòd convocatis coram vobis in hac parte convocandis, rei veritatem diligenter inquiratis, & quid inde inquisieritis, constare faciatis justitiar &c. tali die p literas vestras patentes. Et habeatis &c. T. &c. Breve episcopo ad inquirendū si petens sit bastarda, ubi petit ten' post mortē antecessoris sui.

¶ Rex, vic' salutē. Præcipimus tibi quòd habeas coram justitiar &c. corpora A. B. & C. recogñ cujusdam assisæ, quam B. in curia &c. arrainavit versus C. de teñto in S, ad faciend' recogñ assisæ pdictę. Præcipimus etiā tibi quòd octo tales &c. in assisam illā ponas, & illos habeas &c. ad faciend' simul cum pdictis recognitoribus assisæ pdictæ. Et habeas &c. Breve ad habēd' corpora ipsorū jurat' qui non comparuerūt in assisa, & ad ponend' octo tales in assisa prædicta.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm I. in curia nostra &c. peteret versus B. & C. uxorem ejus unum mesuag' cum pertinentiis in S. ut jus suum: iidem B. & C. venerunt in eadem curia nostra, & dixerunt quòd ipsi tenent mesuagium illud ad terminum vitæ ipsius C. & qd jus & feodū ejusdem mesuagij est in persona cujusdam N. filij N. qui est infra ætatem, & petierunt quòd loquela illa remaneret usq; ad ætatem pdicti Nicolai, ad quòd Johannes replicando dixit, quòd præd' Nicolaus est plenę ætatis. Et ideo tibi præcipimus qd venire facias corā &c. tali die pdictum Nicolaum, ut per aspectum corporis sui constare possit pfatis justitiariis nostris si præd' Nicolaus sit plenę ætatis necne. Et habeas ibi hoc breve &c. Teste. &c. Br' ad faciend' venire ipsum in reversione corā justitiar' ad vidend' si sit plenæ ætatis necne, ubi tenens dicit ipsum in reversione esse infra ætatem, & petens contrariū replicādo

¶ Rex, vic' salutē. Cū I. & M. uxor ejus in curia &c. peterent versus H. unā acram terræ cum pertiñ ut jus ipsius M: idem H. in eadē curia nostra dixit, qd' ipse teñta illa conjūctim cum quadam M. p cartam cujusdā F. tenuit die impetrationis brevis sui scilicet tali die, & hoc paratus fuit verificare, unde petit judicium de brevi. Et quia verificationē illā sine pdicta M. expectare non potest: tibi pcipimus qd' scire facias pdictæ M. qd' sit &c. tali die ad respōd' pdictis I. & M. tā de principali placito quā de exceptione pdicta si voluerit. Et habeas &c. T. Scire fac' versus convict' feoffatū ad respōd' de principali placito ac ad exceptionem tenentis manutenendam.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm M. in curia nostra in octavis sancti Michaelis, anno &c. recuperasset seisinam suam versus G. de uno mesuagio cum pertinentiis in S. per defaltam ipsius G. ac tibi pceperimus qd' eidem M. de prædictis tenementis cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam habere faceres, tu nihil inde fecisti, ut ex gravi querela prædicti M. accepimus. Et quia volumus &c. tibi præ- Habere facias seisinam sicut alias de ten' recuperatis per defaltam ten' vel qd' vicecomes scire facias justitiar' ob quā causā id facere non potuit.

præcipimus ſicut aliàs tibi præcepetimus, quòd eidem M. de p̄dictis tenementis ſine dilatione plenariam ſeiſinam habere facias, vel cauſam, ob quā id non feceris, ſcire facias juſtitiariis noſtris apud Weſtm̄ tali &c. Et habeas ibi &c.

Breve de executione ubi aliquis petit ten' virtute cujuſdā finis verſus virū & uxoré, & uxor illa admiſſa fuit per defaltā viri, & poſtea fecit defaltam.

¶ Rex vic'. ſalutem. Cùm H. & M. ut conſanguinei & heredes I. fratris A. in curia &c. peterent verſus T. & A. uxorem ejus, executionem de uno meſuagio cum pertinentiis in S. virtute cujuſdam finis nuper levati in curia domini Edwardi nuper regis Angliæ avi noſtri, corā F. & ſociis ſuis tunc juſtitiariis ejuſdem avi de banco apud Weſtm̄ in octavis ſancti Hillarij anno regni ſui decimo inter præfatum I. querentem & B. deforciantem de tenementis prædictis: idem T. poſtea in eadem curia noſtra fecit defaltam, p̱ quod prædicta A. petit in eadem curia ſe admitti ad defenſionem juris ſui in ea parte, & admiſſa fuit. Quę quidem A. poſtea in eadem curia noſtra fecit defaltam, p̱ quod conſideratū fuit in eadem curia noſtra, quòd p̄dicti H. & M. haberent executionem de tenementis prædictis. Et ideo tibi præcipimus quòd eiſdem H. & M. de teñtis prædictis plenam ſeiſinam ſine dilatione habere facias. T. &c.

Sum' ad warr' verſus diverſos cuſtodes, & qd' unus ipſorum habeat hæredē in curia ad diem in brevi limit' qui quidē hæres in ſua cuſtodia in diverſis com' vocatus eſt ad warrantū

¶ Rex vic' ſalutem. Summoneas &c. I. cuſtodē corporis & quarundā partium terrarum I. filij & hæredis P, & M. cuſtod' aliarum partium terrar̄ p̄dicti heredis, quòd ſint &c. tali die & p̄dictus Johannes tunc ibi habeat p̄dictum hæredem, ad warrantizand' P. de M. tertiam partē unius meſuagij cum pertinentiis in S. quam H. & A. uxor ejus in curia &c. clamat ut dotem ipſius A. ex dotatione H. quondam viri ſui verſus eum, & unde idem H. in eadem curia noſtra vocat p̄dictum hæred' in cuſtodia p̄dicti Johannis exiſtentem ſum̄ in com̄ tuo & comitatibus Devoñ & Wilteſ. ad warr̄ verſus eum. Et habeas &c.

Breve ad inquirendū de exitibus terræ de tali die uſq; ad talem, ubi profert ſe admitti ad defenſionem juris ſui & admiſſio illa deducta eſt & poſtea fecit defal. ā

¶ Rex, vic' ſalutem. Cùm I. fil' H. in curia &c. implacitaſſet D. de 20. acris terræ cum pertinentiis in S. idémq; D. in eadem curia &c. tali die feciſſet defaltam, per quod prædictus Johannes petit ſeiſinam de p̄dicta terra p̱ defaltam ejuſdē D. ſibi adjudicari: quidam H. tunc ſuper defaltam illam petit ſe admitti ad defenſionem juris ſui terræ prædictæ, ad quod idem I. in eadem curia noſtra dixit, quòd prædictus Henricus ad defenſionem juris ſui admitti non debuit in hac parte, & poſuerunt ſe hinc inde in juratam patriæ, & continuato inde proceſſu uſq; ad talem diē &c. apud Weſtm̄, quo p̄dictus H. fecit defaltam, p̱ quod tunc conſideratum fuit in eadem curia noſtra, quòd prædictus I. recuperaret inde ſeiſinam ſuam verſus p̄dictum D. & etiam verſus p̄dictum H. exitus medij temporis de terra illa. Et ideo tibi p̄cipimus quòd per ſacramentum &c. diligenter inquiras, ad quantum exitus ſe extendit de terra illa prædictis die & anno &c. uſq; talem diem &c. Et inquiſitionem quam inde &c. Et habeas &c.

Cape in manū noſtrā ad quorumcunq; manus terra devenerit.

¶ Rex, vic' ſalutem. Cape in manum &c. tertiam partem unius meſuagij cum pertinentiis in S. quæ I. de L. tenuit tali die, ad quorumcunq; manus devenerint in balliva tua, quā Iſabella quæ fuit uxor I. in curia &c. clamat in dotem verſus prædictam I. pro defectu ipſius I. Et diem

diem &c.Et sum &c.inde responsurus & ostensurus quare non fuit apud E,tali die sicut summonitus fuit,& unde tu ipse &c.15.Michaelis, quòd prædictus I.non habet aliqua terras seu teñta in balliva tua quæ capi possunt in manum nostram & testatum est in eadem curia nostra, quòd prædictus Johannes p̃dictis die & anno tenuit prædicta teñta cum pertiñ,unde prædicta tertia pars capi potest in manum nostrã. Et habeas ibi hoc breve.Teste rege B.&c.

¶ Rex vic' salutem. Scias quòd cùm H.in curia &c. recuperasset seisinam suã versus E. de uno mesuagio cum pertiñ per desaltã ipsius Edmundi,ac tibi præceperimus quòd eidem H.de mesuagio p̃dicto cum pertiñ sine dilatione plenariam seisinam habere faceres : tu nihil inde fecisti,prout ex gravi querela ipsius H. accepimus.Et ideo tibi præcipimus sicut aliàs tibi præceperimus,quòd eidem H. de p̃dicto mesuagio sine dilatione &c. vel causam ob quam &c. scire facias justitiariis nostris apud W.tali die.Et habeas &c. T. &c. Habere facias seisinam sicut aliàs de terra per desaltam recuperata.

¶ Rex, vic' saluté. Cùm C.in curia &c. peteret versus E. unam acram terræ in B. ut jus suum: idem E.venit in eadem curia nostra, & vocat inde ad warrantum P, qui postea venit in eadem curia nostra & fecit desaltam,ita quòd tunc cõsideratum fuit in eadem curia nostra, quòd p̃dictus C.recuperaret seisinam suam versus prædictum E, & idem E. haberet de terra prædicti P, ad valenciam p̃dictæ terræ cum pertiñ. Et ideo tibi p̃cipimus quòd p̃dicto C.de prędicta terra cum pertinentiis sine dilatione plenariam seisinam habere, & p̃dicto E. de terra p̃dicti P.ad valenciam prædictæ terræ cum pertiñ in loco competenti assignari facias. T. &c. Habere facias seisinam versus tenentem & ad valenciam pro tenente versus vocatũ ad war'.

¶ Rex,vic' salutem.Cùm I.quæ fuit uxor P.nuper in curia &c.peteret versus I.de B.& A.uxorem ejus tertiam partem unius mesuagij ut dotem suam, & iidem I. & A.postea venissent in eadem curia nostra, & vocassent inde ad warrantum P. fil' P. qui postea in eadem curia nr̃a fecit desaltam, & postea pro eo quòd testatum fuit in eadem curia nr̃a quòd idem P.filius P. satis habuit de libero teñto qd' fuit prædicti P. quondam viri ipsius I. consideratum fuit ibidem quòd prædicti I.& A.tenerent in pace,& quòd prædicta I.haberet de terra p̃dicti P.fil' P. ad valenciam tertiæ partis cum pertiñ, virtute cujus judicij eadẽ I.de terra p̃dicti P.fil' P.ad valenciam ejusdem p̃dictæ tertiæ partis cũ p̃tinentiis obtinuit.Et licèt executio judicij p̃dicti postmodum in curia nostra &c.adnullata fuit,eo quòd p̃dicti I. & A. falsò & in deceptionem curiæ nostræ p̃dictæ ꝓsecuti fuerunt versus prædictum P. fil' P. de warr̃ sua habenda,prout convictus fuerit ibidem, per quod eadem I.terram ad valenciam tertiæ partis præd' cũ pertiñ ei assigñ in forma præd' omnino amisit,& executio tñ de dote ipsius I.habend' de præd' tertia parte cum pertiñ versus p̃d' I. & A.petita adhuc omnino restat faciend', prout ex insinuatione ipsius I.accepimus. Et quia volumus & tenemur eidem I.subvenire in hac parte : tibi præcipimus qđ per probos &c.scire facias prædictis I.& A.quòd sint &c. ostensuri quare executio p̃dicta versus prædictos I. & A.fieri non debeat, si &c. Scire fac' versus tenentem ubi uxor recuperavit dotem versus vocatum ad warr' per defaltum,ubi executio illius judicij adnullata fuit.

Breve de procedendum in loquela directum ballivis ubi loquela posita fuit coram justitiar' ad sectã tenentis, & postmodum fecit defaltam.

¶ Rex ballivis &c. salutem. Cùm H. de S. in curia pdicti dñi vestri de P. peteret versus T. tñ ut jus suum p breve nostrum de recto, quæ q. dem loquela ad sectam prædicti T. asserentis tenementa illa tenere ad communem legem, p cartam I. &c. nuper &c. & non occasione cons. pdicti manerij, posita fuit coram justitiar nostris apud Westm tali die & postmodum coram eisdem justitiariis nris apud Westm. in eadem intantum sit processum quòd prædict' T. fecit defaltam, p quod consideratum fuit in eadem curia nostra quòd loquela pdicta vobis mitteretur, ad procedend' in eadem secund' consuetudinem manerij pdicti. Et ideo vobis mandamus quòd in loquela prædicta procedatis, & partibus pdictis secund' cons. manerij pdicti plenũ rectũ teneatis, secund formam brevis nostri prædicti vobis aliàs inde directi. T. &c.

Breve episcopo ad certificandũ justitiar' si mulier fuit legitimo matrimonio copulata.

¶ Rex episcopo L. salutem. Cùm A. quæ fuit uxor B. in curia &c. peteret versus P. tertiam partẽ unius mesuagij cum pertinentiis in R. ut dotem suam: idem P. venit in eadẽ curia & dixit, quòd pdicta A. nõ fuit eidem B. legitimo matrimonio copulata. Ad quòd eadẽ A. replicando dixit, quòd ipsa ad ostium talis ecclesiæ fuit eidem B. legitimo matrimonio copulata. Et quia &c. vobis mandamus quòd convocatis coram vobis in hac parte convocandis, rei veritatem de præmissis diligenter inquiratis. Et quid inde inquisieritis, cõstare faciatis justitiar nostris tali die per literas vestras patentes. Et habeatis &c.

Breve episcopo ad certificandũ si petens sit bastardus an non.

¶ Rex episcopo L. salutem. Cùm A. in curia &c. peteret versus G. tñ, ut jus & hæreditatẽ suam de seisina B. patris prædicti A. cujus hæres ipse se asserit: idem G. venit in eadem curia nra, & objecit pdicto A. quòd nullus hæres esse potuit, eo quòd bastardus est. Ad quod idẽ A. replicando dixit, quòd legitimus fuit & non bastardus. Et quia &c. ut in præcedendi, & non detur dies &c.

Habere fac' seisinã versus vocatos ad war' in casu quod satis habeant in feodo simplici post mortem patris, & si quid defuerit versus ten' & tenens versus vocatos cũ acciderit.

¶ Rex vic' S. salutem. Cùm P. & I. uxor ejus in curia &c. peterent versus B. tertiam partem unius mesuagij cum pertinentiis in M. ut dotem ipsius I. ex dotatione C. quondã viri sui: idẽ B. venit in ead' curia nostra & vocavit inde ad warrantum versus eos D. & A. filios & hæred prædicti C. qui quidem D. & A. postmodum in eadẽ curia nostra fecerunt defaltam, ita quòd tunc consideratum fuit in eadem curia nostra, quòd si prædicti hæredes haberent terras & tenementa, quæ eis descenderunt per descensum hæreditarium in feodo simplici de prædicto C. patre suo ad valenciam prædictæ tertiæ partis, quòd prædictus B. teneret in pace, & prędicti P. & I. haberent de terris prædictorum hæredum quæ eis descenderunt ad valenciam prędictę tertiæ partis. & si quid eis inde defuerit, id haberent de eadem tertia parte superiùs petita, & idem B. de terra prædicta hæred ad valentiã quod inde sic defuerit cum acciderit. Et ideo tibi præcipimus quòd si prædicti hæredes habeant in balliva tua terras & tenementa quæ eis descenderunt de prędicto C. patre suo per descensum hæreditarium in feodo simplici ad valenciam pręd' tertię partis cum pertiñ &c. sine dilatione plenariam seisinã habere facias. Et si quid eis inde defuerit: id eisd' P. & I. de pd' tertia pte superiùs petita in loco cõpetẽti eid' B. de terra

terra prædicti hæredis ad valenciam illius quod sic defuerit cum acciderit, sine dilatione habere & assignari facias &c. T. &c.

¶ Rex vicecom̃ salutẽ. Ostensum est nobis ex parte H, qd' cum I. nuper in curia nostra &c. coram &c. peteret versus A. tertiã partem quatuor mesuagior̃ cum pertiñ in C. in comitatu tali, quæ extendit ꝑ annum ad duos solidos, ut dotem suam, ac idem A. venisset in eadem curia nostra & vocavit ad war̃ p̃dict' H, qui quidem H. &c. ita quod cõsideratum fuit in eadem curia nostra quòd p̃dictus A. teneret in pace, & prædicto I. de terra prædicti H. ad valenciam p̃dictæ tertiæ partis cum pertinentiis habere & assignari faceres: tu idem p̃ceptum nr̃m minus rite exequendo extendisti quamlibet acrarum terræ ad sex denarios per annum, & id per extentam illam eidẽ I. de terra p̃dicti H. ad valenciam p̃dictæ tertiæ partis versus prædictum A. petitæ habere & assignari fecisti, in ipsius H. damnum non modicum & gravamẽ, cum tamen quælibet acra terræ ipsius Henr̃ in villa prædicta valeat tres solidos secundum verum valorem ejusdem, prout ex gravi querela ipsius H. accepimus. Et ideo tibi præcipimus quòd per sacramentũ probor̃ & legalium hominũ de com̃ tuo neutri parti suspector̃ partibus ad hoc præmonitis si interesse voluerint, de novo extendi & appreciari facias prædicta teñta cum pertiñ, quæ eidem Johanni ad valentiam prędictæ tertiæ partis de terra prædicti H. prius assigñ, secundum verum valorem ejusdem tertiæ partis in H. in com̃ S, quæ extendunt per annum ad decem solidos, eidem H. sine dilatione rehabere facias, & qualiter &c.

Extendi facias de novo, ubi extenta facta fuit nimis parva.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd sine dilatione habere facias A. visum de molẽdino L. de C. & de uno mesuag' & una virgata terrę ipsius A. cum pertinentiis in eadem villa, ad quod quidem molendinũ prædictus L. in curia nostra &c. clamat ut jus suum, quòd idem A. faciat sectam molend' omnimoda blada sua in prædicta terra crescentia ad vicesimum granum, quam ad illud facere debet & solet ut dicit &c. vt in alijs brevibus &c.

Habere facias visum de uno molendino petentis, & de una virgata terræ defendentis.

¶ Rex vic' salutem. Cape &c. tertiam partem unius mesuagij cum pertiñ in T. q̃ M. & E. vxor ejus in curia &c. clamant in dotem ipsius E. versus A. fil' & hæred' H. quam N. in curia nostra &c. vocat ad warrãtum in custodia T. existentem, qui quidem custos nomine p̃dicti hær̃ ei war̃ pro defectu ipsius custodis. Et sum̃ &c. prædictum A. quòd sit &c. tali die ad audiendum judicium suum &c.

Cape in manũ nostram tertiã partem unius mesuagij ob defectum &c.

¶ Rex, vic' salutẽ. Præcipimus tibi qd̃ per sacram̃ &c. extendi & appreciari fac' omnia terras & tñta, q̃ H. custos quarundã partiũ terrarũ L. fil' & hær̃ E. habet in custodia sua de hær̃ p̃dicti hær̃, & etiã omnia terras & teñ quæ T. custos quarundã aliar̃ partiũ terrar̃ ejusdẽ hær̃ habet in custod' sua, de hær̃ ipsius hæred̃ in balliva tua, quã I. de S. in custodia &c. vocat ad war̃ versus A. quæ fuit uxor T. de tęrtia parte manerij de G. in com̃ B, quod extenditur per annum ad C. solidos clam̃ eadẽ A in curia &c. clamat in dotem versus eũ. Et extentã & appreciationem &c. scire fac' &c. tali die &c. Et habeas &c. T. &c.

Extendi & appreciari facias omnia terras & ten' quæ talis & talis habent in custodia.

¶ Rex

Summ' 4. milites ad eligendū magnā assisam de secta ad molendinum.

¶ Rex, vic' salutem. Summoneas quatuor legales milites de comitatu tuo, quòd sint &c. tali die, ad eligendum super sacramentū suum duodecim de legalibus militibus de visinetu de N, qui meliùs sciant & volunt veritatem dicere, ad faciend' recognī assisæ nostræ inter M. querentem & G. de R, de eo quòd idem G. faceret sectam ad molendinum ipsius M. ad duodecim vasa, de omnimodis bladis crescentibus in una acra terræ ipsius G, & unde idem G. posuit se in magnā assisam nrām & petit recognitionem fieri utrùm ipse majus jus habeat tenendi p̄dictam terram cū pertinentiis quietè, absq; hoc qd' ipse inde fecit sectā ad molend' prædict' sicut illam tenet, an prædictus N. habend' sectam illam sicut exigit. Et habeas ibi nomina quatuor militum sum̄ & hoc breve. T. &c.

Scire fac' versus vocatū ad wan' ubi ipsa quæ sequitur recuperavit doté versus ipsum ad recuperandū dāna ubi de damnis prius non fuit inquisitum.

¶ Rex vic' salutem. Cùm D. quæ fuit uxor Johannis in curia &c. peteret versus R. filium Simonis, tertiam partem unius mesuagij cum pertinentiis in C. ut dotem suam, ac idem R. in eadem curia nostra vocavit inde ad warrantum T, qui venit & ei warrantizavit, & postea per quandam juratam inde inter ipsum & prædictam A. captam, p̄dictam tertiā partē amisit p qd' consideratū fuit quòd idē R. teneret in pace prædicta tenementa, & quòd eadem A. haberet de terra prædicti T. ad valenciam ejusdem tertiæ partis, ac ex parte ipsius A. nobis postea fuerit ostensum, quòd prædictus Johannes quondam vir suus obierit de prædictis tenementis seisitus, per quòd secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ damna sua inde habere debeat, & de damnis illis inquirendis & taxandis in eadem curia nostra hactenus est omissum: tibi præcipimus quòd scire facias T. quòd sit coram &c. tali die, ostensurus &c. si quid &c. quare de damnis illis inquirendis, & eidem A. prout justum fuerit in hoc casu habere faciend' procedi non debeat si &c.

Summ' duos custodes, & qd' unus eorum habeat coram justitiariis corpus hæredis.

¶ Rex, vic' salutem. Summoneas &c. B. custodem corporis & quarundam partium terrarum C. consanguinei & hæred' L, & G. custod' aliarum partium ejusdem hæredis, quòd sint &c. tali die &c. Et prædictus B. tunc ibi habeat prædictum hæredem ad warr̄ G. tertiam partem unius mesuagij in S, quam A. clamat in dotem versus eum. Et unde &c. prædictus hæres in custodia prædicti R. existens sum̄ in comitatu tuo & tali comitatu ad warrantum versus eum &c. Et habeas &c. T. &c.

Sūmonitio versus custodem.

¶ Rex vic' salutem. Summoneas F. custodē corporis & terrar̄ Johañ, quòd sit &c. tali die &c. habeat ibi p̄dictum hæredē ad warrantizand' I. &c. Et unde &c. prædictum hæredem in custodia prædicti Johannis ad warrantum versus eum &c.

Summoneas ad warr' per omnia terras & tenementa quæ habuit tali die adq; quorúcunq; manus devenerunt.

¶ Rex vicecom̄ salutem. Præcipimus tibi quòd sum̄ &c. R. per omnia terras & teñta sua quæ habuit tali die proximè præterito, ad quorumcunq; manus devenerunt in balliva tua, quòd sit &c. tali die ad warrantizandum W. tantum quod Johannes &c. clamat ut jus suum versus eum, & unde &c. ipse mandasti &c. tali die quòd prædictus Radulphus non habet terras seu tenementa in balliva tua ubi potest

summo-

sum̄,& testatum est in eadem curia nostra quòd idem R. prædictis die & anno habuit terras & tenementa sufficientia apud C. in balliva tua, & ibi potest sum̄. Et habeas &c. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm M. & E. soror ejus in curia &c. recuperassent seisinam suam versus G. de uno mesuagio cū pertinentiis per defaltam ipsius G, & antequam eædem M. & E. seisinā suam inde consequi potuerunt, prædicta E. obiit sine hærede de se, prout ex insinuatione ipsius M. accepimus, per quod jus pro partis suæ ejusdem mesuagij cum pertinentiis p̄fatę M. ut sorori & hæredi ejusdem E. descend', ac quidam P. prædictum mesuagium cum pertinentiis modò tenet ut dicitur, & quia &c. quod &c. scire facias prædicto P. quòd sit &c. tali die ostensurus &c. quare prædicta M. seisinam suam de prædicto mesuagio cum pertinentiis habere non debeat, si &c. Scire facias post recuperationē.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm quidam finis levasset in curia &c. inter A. querentem & B. deforciantē de uno mesuagio &c. ac ex insinuatione C. & D. consanguineorū & hæred' prædicti B. acceperimus &c. quòd &c. obiit &c. & quòd quædam E. p̄dict' mesuagiū cum pertinentiis ingressa est, & illud tenet contra formam finis prædicti &c. quòd per probos &c. quòd esset &c. tali die proximè p̄terito ostensur̄ &c. quare prędict' mesuagium cum pertinētiis p̄dictis C. & D. cons. & hæred' p̄dicti B. reverti nō debet si &c. ac pro eo quòd idē D. postea in eadem curia nr̄a dixit, quòd prædictus C. sequeretur executionem finis prædicti de medietate prędicti mesuagij cū pertin̄ versus prædictā E. eadem E. venit in eadem curia nr̄a & dixit, quòd ipsa tenet mesuag' p̄dict' cum pertin̄ ex dimissione N, & quòd reversio inde post mortē ejusdē E. ad p̄dict' N. spectat, sine quo nō potest p̄dictæ C. de medietate mesuagij prædicti respondere, & petit auxiliū de ipso N. & ideo &c. quòd per probos &c. scire facias p̄dicto N. quòd sit, &c. ad respondend' prædicto C. simul cum prædicto D. de prædicto placito si &c. Scire facias petito in auxiliū.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi sicut plurìes tibi præceperimus, quòd sum̄ &c. R. quòd sit corā justitiariis nr̄is &c. ad respondend' T. & I. uxori ejus, simul cum H. & I. uxore ejus, de placito unius mesuagij cum pertin̄ in N. quòd p̄dicti T. & I. in curia &c. clamant ut jus ipsius I. versus eos, & unde iidem H. & I. in eadem curia nr̄a petierunt auxiliū p̄dicti R. sum̄ in comitatu tuo & in comitatu Wiltes. versus eos si voluerit. Præcipimus etiā tibi sicut pluries &c. quod summoneas &c. D. de T. & G. quòd sint coram præfatis justitiariis &c. ad war̄ Henrico de B, medietatem unius mesuagij cum pertinentiis in eadem villa, quam prædicti T. & I. in eadem curia nostra clamant ut jus ipsius I. versus eos, & unde prædictus Henricus in eadem curia vocat prædictos D. & G. ad warrantum versus eos sum̄ in comitatu tuo & in comitatu Wiltes. Et habeas sum̄ &c. Summoneas sicut plurìes in auxilium & etiam sicut plurìes ad warrantum.

¶ Rex, venerabili in Christo episcopo Lincoln̄ salutem. Sciatis quòd nos in curia nostra corā dilecto & fideli nostro R. B. uno justitiariorū nostrorū de banco, recuperavimus præsentationem nr̄am versus vos ad præbendam de C. in ecclesia beatæ Mariæ Lincoln̄, per quandam Breve episcopo ad admittendū cleric' regis, ubi rex versus ipsū episcopū &c.

 juratam

iuratam inter nos & vos præfatum episcopum coram præfato R.apud D.summonitam & captam.Et ideo vobis mandamus quod non obstāte reclamatione vestra, ad præsentationem nostram ad præbendā p̄dictam idoneam personam admittatis.T. &c.

Breve ad inquirendum de valore ecclesiæ per annum & si tēpus semestre trāsierit necne.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Sciatis quòd consideratū est &c. quòd I. habeat executionem versus T. ad præsentand' hac vice ad medietatē ecclesiæ de D.virtute cuiusdam finis levati in curia &c.p defaltā ipsius T. quàm de damnis eidem I. adiudicand', quæ sustinuit occasione quòd p̄dictus T. ipsum iniustè impedivit hac vice ad p̄sentandum ad p̄dictam medietatem ecclesiæ prædictæ.Et quia nescitur quantum ecclesia prædicta valet per annum,aut si tempus semestre transierit post mortē ultimæ personæ in p̄dicta medietate ecclesiæ p̄dictæ impersonatæ necne: tibi p̄cipimus quòd p sacramentum proborum &c. diligenter inquiras, quantum ecclesia prædicta valet per annum secundum verum valorem eiusdem, & si tempus semestre transierit necne. Et inquisitionem quam inde feceris &c. scire facias &c.

Breve episcopo ad certificandū curiam si petēs sit monialis religiosa & professa necne.

¶ Rex episcopo salutem.Cùm A.in curia &c.peteret versus G. unum mesuagium &c.ut jus suum de seisina &c. idem G. venit in eadem curia nostra,& dixit quòd prædicta A.est monialis religiosa, & professa fuit in ordine M.& fuit die impetrationis brevis sui scilicet tali die,ad quòd prædicta A. dixit quòd ipsa est secularis & non monialis professa & hoc parata fuit verificare.Et quia &c.

Breve episcopo ad certificādum curiæ si mulier fuerit legitimo matrimōio copulata necne.

¶ Rex,episcopo salutē.Cùm A.in curia &c. peteret versus B. tertiam partem unius mesuagij in C.ut dotē suā, ex dotatione B. quondā viri sui: idem B.venit in eadem curia nr̄a &c.& dixit quòd p̄dicta A.non debet inde dotē habere,quia dixit quòd ipsa nunquā fuit p̄dicto B.legitimo matrimonio copulata.Ad quod idem B.in eadem curia nr̄a replicando dixit quòd ipsa fuit p̄dicto B. legitimo matrimonio copulata ad ostium ecclesiæ de C.in dioc' vestra. Et quia &c.tali die &c.

Cape ad valenciam tanti in manum regis ob defect' custodis & summoneas ipsum custodem.

¶ Rex,vicecomiti salutem. Cape in manum nostram &c. de terra L. consanguinei & hæredis N.in custodia B.existentis, pro defectu ipsius B.pro portione ipsum contingente de hæreditate prædicta ad valēciam tanti in comitatu tali,quod extendit p annum ad tantum, quod S.&c.clamat versus H. & unde idem H. vocat prædictū hæred' in custodia p̄dicti B.& G.sum̄ in comitatu tuo ad warrantum versus eum. Et diem &c.& summoneas &c. prædictum &c.

Cape in manū nostrā ad valēciam sicut pluriès quia testatum est.

¶ Rex,vic' salutem. Præcipimus tibi quòd distringas Henricũ & Johannam uxorem ejus ꝑ omnes terras &c. ad cognoscend' quid juris

clamant

clamant in uno mesuagio cū pertinentijs quod A. in curia &c. concessit E. quæ uxor fuit Johannis & præfatæ I. per finem ibi inde inter eos factum &c. Et habeas &c.

¶ Rex, vic' salutē. Cùm abbas de A. nuper in curia &c. ꝑ considerationem curiæ nr̄æ recuperavit versus Edmundū episcopū Linc' præsentationē ad vicariā de S, ꝑ quod eidem episcopo mandavimus, qd' non obstante reclamatione sua, ad p̄sentationē p̄dicti abbatis ad vicariam prædictam idoneam ꝑsonā admitteret: idē episcopus H. de L. clericū per prædictū abbatem ad vicariā præd' præsentatum admittere recusavit, in nr̄i ac mandatorum nr̄orum prædictorum contemptū, ac executionis curiæ nr̄æ prædictæ retardationem manifestam, & prædicti abbatis damnum non modicum & gravamē. Et ideo tibi præcipimus, quòd si prædictus abbas fecerit &c. tunc summoneas &c. quòd sit &c. ad respondendum tam nobis de contemptu, quàm prædicto abbati de placito prædicto &c. Summoneas episcopum ad respondendum regi de cōtemptu & parti de placito, ubi pars recuperavit præsentationem versus episcopum, & episcopus recusat admittere clericum.

¶ Rex, vic' salutē. Præcipimus tibi quòd de terris & catallis I. & E. & K. manucaptorum ejusdem I. in balliva tua fieri facias viginti solidos, & illos habeas &c. ad reddendum T. ꝑ damnis suis quæ habuit tali die & anno, usq; ad talem ꝓximè præteritum, ad quem diem prædictus I. petijt se admitti ad defensionem juris sui versus prædictū Thomam de uno mesuagio cum pertinentijs, quod idem Thomas in curia &c. recuperavit versus M. per defaltam ipsius M. occasione petitionis prædictæ. Et habeas &c. Fieri facias versus ipsum qui petijt se admitti & ejus manucaptores &c.

¶ Rex, vic' salutē. Præcipimus tibi quòd de terris & catallis G. tenentis terrarū, & tenitorum quæ fuerunt I. tali &c. in balliva tua fieri facias centum solidos, & illos habeas &c. tali die, ad reddendum P. de arreragijs cujusdam annui reditus decem solid', quem idē P. in cur̄ nr̄a &c. ꝑ considerationem ejusdem curiæ nr̄æ recuperavit versus eum singulis annis in festo tali soluend', & unde ei reddidisse debuit termino Michaelis anno tali tantum, & termino tali anno &c. & deinceps &c. & illos ei nondum reddidit &c. Et habeas &c. T. &c. Fieri facias de arreragijs cujusdam annui reditus recuperati.

¶ Rex, vic' salutē. Cape in manū nr̄am &c. de terra I. de S. pro defectu ipsius I. ad valenciā unius acræ terræ cum pertin̄ in S, quā S. in cur̄ &c. clamat ut jus suum versus E, unde idē E. in eadem cur̄ &c. vocavit p̄d' I. ad war̄ versus eum. Et dic̄ &c. & sum̄ &c. octavis Trinitat̄, inde responsur̄ & ostensur̄ quare non servavit diem sibi datum per essonium suum coram &c. tali die &c. Et habeas &c. Cape magnum ad valentiam.

¶ Rex, vic' salutē. Præcipimus tibi qd' capias A. & A. iur̄ cujusdā primæ inquisitionis inter B. petentem & T. tenentem de uno mesuag' si &c. & salvo &c. ita qd' &c. ad satisfaciend' nobis de redemptione sua, de eo quare fecerunt falsū sacram̄ inter partes prædictas de prædictis tenitis, ꝓut per quandā juratam xxiiij. militum coram justitiarijs nr̄is apud W. nuper inde captam convicti fuerunt. Et habeas &c. Cape juratores ad satisfaciendū regi de redemptione, eo quod ipsi convicti sint de falso sacramento.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd venire fac' &c. A. & B. testes nominatos in quodam scripto quietæ clamantiæ, quod R. in curia nostra &c. ꝓtulit sub nomine T. de manerio de S, unde idem T. in Venire facias testes nominatos in quodam scripto quietæ

clamantiæ deducto in assisa novæ disseisinæ.

eadem cur̃ nr̃a &c. arrainaverit quandam assisam novæ disseisinæ versus eum, & præter illos xij. tam milites &c. ad recognoscendum simul &c. si prædictum scriptum sit factum prædicti T. sicut prædictus T. filius R. dicit, vel non &c. quia &c.

Replegiari de averijs, faciens mencionem de judicio.

¶ Rex, vic' E. salutẽ. Si A. fecerit te &c. & etiã de catallis retorñ quæ B. in curia nr̃a &c. adjudicata fuerunt ob defaltã ipsius A, si retornum inde adjudicetur: tunc eidẽ A. averia & catalla p̃dicta sine dilatione liberari facias. Et pone &c. p̃dictum B. quòd &c. ad respondendum p̃d' A. de captione averiorum & catallorum p̃dictorum. Et habeas &c.

Ad inquirendũ de valore custodiæ, & si hæres maritetur & cujus ætatis est, & ad quam summam damna extendunt.

¶ Rex, vic' salutẽ. Scias quod consideratũ est &c. qd' A. recuperet versus B. custodiã I. filij & hæredis F, quæ ad ipsum A. ptinet, eò qd' prædictus F. terrã suã de eo tenuit &c. & q' idẽ B, recuperet versus C. ad valenciã custodiæ præd'. Et quia nescitur quantum custodia illa valet p annũ, vel si p̃dictus hæres maritetur necne, nec cujus ætatis idẽ hæres existit, nec ad quã summã damna se extendunt occasione detentionis custodiæ prædictæ: tibi p̃cipimus quòd p sacramentũ &c. diligẽter inquiras, quantum custodia p̃dicta valet p̃ annum secundum verũ valorem ejusdem, & si prædictus hæres maritetur necne, & cujus ætatis idem hæres existit, & etiam ad quam summam damna se extendunt quæ idem A. sustinuit occasione detentionis prædictæ. Et inquisitionem quam inde feceris &c.

Breve de extirpatione ante judicium.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm A. in curia nr̃a &c. recuperasset seisinam suã versus B. de uno mesuagio in A. p quandã juratam coram dilecto & fideli I. de W. apud A. inter eos summonitam & captam: antequam judicium fuit inde redditum, & præd' A. seisinam de p̃dicto mesuagio consequi possit, prædictus B. unam aulam præcij x. s. in præd' mesuagio situatam extirpavit, in nr̃i & coronæ nr̃æ contemptum manifestum, & ipsius A. dispendium non modicum & gravamen, put ex gravi querela ipsius A. accepimus. Et ideo tibi præcipimus quòd si A. fecerit te &c. tunc venire facias coram &c. tali die prædictũ B, ad respond' tam nobis quàm prædicto A. de transgressione & contemptu prædictis, & ulteriùs factur̃ & receptur̃ quod curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeas &c.

Scire facias pro executoribus, de debito.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm W. in curia &c. tali die cognovit se debere G. C. s. unde ei solvisse debuit ad festum sancti Michaelis proximè futurum l. s. & ad talem diem tunc proximè sequentem l. s. prædictus W. præfato G. in vita sua prædictos denarios nondum reddidit, prout ex insinuatione A. executoris testamenti ejusdem G. accepimus. Et quia &c. tibi præcipimus quòd per probos &c. scire facias prædicto W. quod sit &c. tali die, ostensurus si quid &c. quare prædicti denarij de terris & catallis in balliva tua fieri, & prædicto G. reddi non debeant, si &c. Et habeas &c.

Justitiarijs ad assisas ad inquirendum de exitibus.

¶ Rex justitiarijs ad assisas &c. salutẽ. Cùm nu p vic' nr̃o comitatus p̃dicti p̃ceperimus, quòd distringeret C. per omnes terras &c. ad resp̃ondendũ D. de tali placito: idẽ vicecomes ad diẽ illũ de exitibus terrarũ & catallorũ p̃dicti C. in balliva sua de x. d. tantum nobis respondebat,

cùm

cùm tamen testatum sit in eadem curia nostra, quòd idē vicecomes ad diem illum postquam breve nrum de prædicta districtione sibi inde venit, de exitibus terrarum & catallorum prædicti C. in balliva tua de x.li. nobis respōdisse potuit. Et ideo vobis mandamus quòd per sacramentum &c. in p̄sentia ipsius vicecomitis si interesse voluerit, diligenter inquiras de quibus & quantis exitibus idē vicecomes de exitibus terrarum & catallorū p̄dicti C. in balliva sua à tēpore, quo breve nostrum de districtione sibi inde venit usq; ad p̄fatum diem nobis respōdisse potuit. Et inquisitionem, quam inde feceritis, scire faciatis &c. tali die per literas vestras patentes. Et habeatis ibi hoc breve. T. &c.

¶ Rex, episcopo Eborū salutē. Sciatis quòd A. & T. in curia &c. summoniti essent ad respond' B. de placito quòd ipsi simul cum decano & capitulo &c. p̄mittat ipsum p̄sentare idoneā personā ad ecclesiā de E. quæ vacat & ad suam spectat donationē, qui dixerunt quòd ipsi nō debeant eidē B. ad hoc breve respōdere, dixerunt enim quòd ecclesia illa est plena & consulta de advocatione sua p̄pria ut parcella p̄bendæ de G. unde p̄dict' A. est præbend', & parcella præbend' de W. unde p̄dict' W. est præbend' in ecclesia beati Petri Eborū. Et quia hm̄di causæ &c. vobis mandamus quòd convocatis coram vobis &c. diligenter inquiratis si ecclesia p̄dicta sit vacans necne, & si non sit vacans, tunc de quo tempore & ad cujus præsentationem illa plena fuerit. Et quid &c. Breve episcopo ad inquirendū dē plenitudine ecclesiæ.

¶ Rex, vic' salutē. Cùm A. &c. arrainaverit quandā assisam novæ disseisinæ versus I. de una acra terræ cum p̄tin: idem I. venit in eadem curia nr̄a, & dixit quòd ipse tenuit tenementa illa conjunctim feoffatus cum E. uxore ipsius I. quæ nō nominatur in brevi, & petit judicium de brevi. Ad quod prædictus A. replicando dixit, quòd die impetrationis brevis sui, scilicet &c. prædictus I. fuit solus tenens de prædicta terra. Et ideo &c. tibi præcipimus quòd scire facias prædictæ E. quod sit &c. ad respondend' prædicto A. simul cum prædicto I. tam de principali placito quàm de exceptione prædicta, si &c. Et habeas &c. Scire facias uxori ubi tenens dicit se conjunctim tenere sesi cum uxore sua ad responden. dū tam de principali placito quam de exceptione prædicta.

¶ Rex, vic' salutem. Pone &c. quòd sit &c. tali die apud N. ad audiendū recordum & judicium suum de loquela quæ fuit in curia &c. apud E, per quandam assisam novæ disseisinæ inter R. querentem & prædictum A, de una acra terræ &c. ita quòd loquela tunc sit ibi in eodem statu in quo fuit in curia nostra coram &c. apud N. tali die proximè præterito, quando loquela atterminata fuit coram eisdem justitiar̄ apud S. tali die ad tunc proximè sequenti, ad quē diem loquela illa remansit sine die per absentiam prædictorum justitiar̄ nostrorum alibi per præceptum nostrum existentium. Et habeas &c. Pone per vadiū tenentem quòd sit &c. ad audiendum judiciū suum, ubi justitiarij ad diem præcedentem fuerunt absentes.

¶ Rex, vic' salutē. Cum I. in curia nr̄a summonita esset ad respond' W. episcopo Linc' de placito quòd reddat ei custodiam W. filij Johannis Edgar &c. eadem I. venit in eadē curia nostra, & dixit quòd ipsa nihil clamat in custodia hæredis prædicti, nisi tanquam mater ejusdem hæredis ratione nutritur̄, & quòd T. in eadem curia nostra tulit versus eū breve nostrum de custodia hær̄ prædicti, quod quidem breve in eadē curia nostra pendens existit, & idem T. in præfata curia nostra exigit Scire facias ad reddendum hæredem infra ætatem existentem.

versus

versus eam custodiam prædictam, & dixit quòd parata fuit ad reddendum hæred' prædictum cui præd' W. & T. curia nra considera-vissét reddi debere & hæredē pdictum tunc obtulit in eadem curia. Et ideo tibi præcipimus quòd p pbos &c. scire facias prædicto T. quòd sit &c. tali die, ostensurus si quid &c. quare pdictus hæres prædicto W. reddi non debeat, si &c. Et habeas &c.

Scire facias versus vocatum ad warrantum ad recuperandum ad valenciam, ubi uxor admissa fuit.

¶ Rex, vic' salutē. Cùm nuper in curia &c. termino tali consideratum fuisset, quòd A. recuperaret seisinam suam versus B. uxorē C. quæ fuit p desaltam ipsius C. admissa ad defensionē juris sui de uno mesuagio cum ptin in S, p desaltā D. quem eadem B. vocavit ad warrantum, & quòd eadē B. haberet de terra pdicti D. ad valenciā pdictorū tentorū cum ptin, ac licet præfatus A. virtute judicij pdicti de prædictis tentis versus pdictam B. recuperatis, plenariam seisinā suam à die isto habuerit: eadē tamen B. de terra præd' D. ad valenciam tenementorum prædictorum seisinam nondum est assecuta. Et ideo tibi præcipimus quòd p pbos &c. scire facias pdicto D, quòd sit tali die, ostensurus si quid &c. quare eadem B. & pdictus vir suus virtute considerationis curiæ nræ pd', de terra ipsius D. ad valenciam tenementorum prædictorum cum pertin habere non debeant, si &c. Et habeas &c.

Venire facias in brevi de deceptione primos summonitores, p quos &c. & ipsos p quorum visum ten ad valentiam capta fuerunt in manū regis, & secundos summonitores.

¶ Rex, vic' salutē. Ostendit nobis L. filius L, quòd cùm I. quæ fuit uxor A. nuper in curia &c. apud Westm, peteret versus I. & L. uxorē ejus tertiam partem unius mesuagij ut dotem suā, & ijdem I. & L. venerunt in eadem curia nra, & vocaverunt inde ad warrantum prædictum L. filium L, qui postea p desaltam in eadem curia nra prædictam tertiā partē amisit, ita quòd postmodum in eadem curia nra pro eo quòd testatum fuit ibidem, quòd idē L. fil. L. habuit terras & tenta ad valenciam prædictæ tertiæ partis cum pertin, quod fuit pdicti L. quondam viri ipsius I, consideratum fuit quòd prædicti I. & L. tenerent in pace, & prædicta I. haberet de terra prædicti L. filij L. ad valenciā prædictæ tertiæ partis, falsò & in deceptionē ejusdē curiæ nræ eadem I. de terra prædicti L. fil' L. ad valenciam prædictæ tertiæ partis cum pertinentijs per desaltam ipsius L. fil' L. &c. nec iteratò summonitus fuisset essendi in eadem curia nostra, ad respondendum prædictis I. & L. tam de warrantia prædicta quam de prædicta desalta, prout moris est in regno nostro Angliæ. Et ideo tibi præcipimus, quòd si prædictus L fil' L. fecerit te &c. tunc venire facias tali die H. & I. primos summonitores, per quos mandasti pfatis justitiarijs nris apud W, quòd sum pdictum L. fil' L, quòd esset coram &c. tali die & anno, ad warr prædictis I. & L. prædictā tertiam partē cū ptin. Et etiam A, B, C, & D, per quorum visum mandasti &c. quòd tenementa prædicti L. filij L. ad valenciam prædictæ tertiæ partis cum ptin capta fuerunt in manum nostram. Et similiter H. & E. secūdos summonitores, p quos &c. pdictus L. summonitus fuit quòd esset coram &c. tali die &c. ad respondendū prædictis I. & L. tam de warrantia prædicta quam de prædicta desalta. Et tu ipse vel subvicecomes tuus sis ibi in propria psona tua ad certificādos pfatos justitiarios nros simul cū pdictis sūmonitoribus & visoribus,

ſoribus. Venire facias etiam &c.ad p̄ſatum terminum,ad reſpondendum tam nobis quam &c. de deceptione & falſitate p̄dictis. Præcipimus etiam tibi quòd ꝑ ſacramentum &c. extendi &c. Et interim p̄dictam tertiam partem in manum nr̄am capias,ita quòd neuter &c.Et qd' de extenta &c. Præcipimus etiam tibi quòd ꝑ bonos &c. ſcire facias prædictæ I, quòd ſit &c.aud' judicium ſuum & exam̄, captionem & ſummonitionem prædicta. Et ulterius &c.

¶ Rex,vic' ſalutē. Cùm H.W.& P.in curia nr̄a &c. ſummoniti eſſent ad reſpondendum R, de placito quare ceperunt averia ipſius R. & ea &c. ijdem H.& alij veniſſent in eadem curia nr̄a,& idem H.ꝓ ſe & ꝓ alijs cognoverit captionem p̄dictam tanquam ballivus prioris de S, in quodam loco vocato B.in villa de K, ꝓ quibuſdam cōſuetudinibus & ſervitijs eidem priori debitis. Ac idem R. in eadem curia nr̄a dixiſſet quòd prædictus H.captionem prædictam juſtam in prædicto loco cognoſcere non potuit,pro eo quòd prædictus locus eſt extra feodum prædicti prioris,& hoc verificare prætendebat. Ad quod idem H.allegavit quòd ipſe verificationem prædictam abſq; prædicto priore expectare non poteſt,& petit auxiliū de ipſo priore. Et ideo tibi præcipimus quòd ſummoneas &c. prædictum priorem quod ſit &c. tali die ad reſpondendum prædicto R. ſimul cum prædicto H. de p̄dicto placito ſi &c. Et habeas &c. Summoneas in auxilium in brevi de tranſgreſſione.

¶ Rex,vic' ſalutē.Præcipimus tibi qd' diſtringas A.& B.teſtes nominatos in quodā ſcripto quietæ clamantiæ,quod C.in curia &c. ꝓtulit, ſub nomine H.patris N.cujus hæres ipſe eſt,ad excludendum ipſum N ab actione verſus eum habenda de uno meſuagio cum ꝑtiñ, qd' E. in curia nr̄a clamat ut jus ſuum verſus eum, ad recognoſcendum ſu ꝑ ſacramentum ſuum ſimul cum juratoribus impanellatis, ſi p̄dictū ſcriptum ſit factum prædicti H. ſicut &c. Diſtringas etiam A. & B. &c. juratores &c. inter partes prædictas &c. ad faciendum ſimul cum teſtibus prædictis juratam prædictam &c. Diſtringas teſtes nominatos in quodam &c. Diſtringas etiā juratores inter partes.

¶ Rex,vic' ſalutem.Præcipimus tibi qd' de terris & catallis W.in balliva tua fieri facias centum ſolidos, & illos habeas &c. ad reſpondendum A. pro damnis ſuis quæ habuit occaſione detentionis unius meſuagij, quod idem A. &c. recuperavit ut jus ſuum verſus eum per defaltam ipſius W, & unde P.avus prædicti A.obijt inde ſeiſitus, prout per quandam inquiſitionem per te nuper captam convictum fuit. Et habeas &c. Fieri facias ad reddendum parti, ubi anteceſſor obijt ſeiſitus, prout patet per quandam inquiſitionem.

¶ Rex,vic' Londoñ ſalutem. Cùm I.de W.tali die & anno, corā tunc majore & vicecomitibus Londoñ in huſtego nr̄o civitatis prædictæ, per conſiderationem ejuſdem huſtengi recuperaſſet verſus A.quæ fuit uxor R. unum meſuagium cum pertinentijs in Londoñ per breve noſtrum de recto, ſupponendo per narrationem ſuam ſuper eodem brevi in huſtengo noſtro p̄dicto, quendam P. dediſſe tenementa p̄d' cum pertiñ cuidam Richardo de W. in liberum maritagium cum I. fil' ejuſdem P, & ea poſt mortem R. & I. &c. & ſic totum jus deſcend' ut in narratione &c.& nos ad proſecutionem W. & prædicti A. Elegit vel fieri facias vicecomitibus Lond' de exitibus recuperatis virtute cujuſdā brevis de errore, ubi judicium adnullatum fuit ad eccleſiam ſancti Martini magni Lond'.

nunc uxoris ejus asserentium diversos errores in recordo & processu, ac etiam in redditione judicij loquelæ prædictæ intervenisse, per literas nr̄as patentes assignaverimus dilectos & fideles nr̄os W. R. & R. & duos eorum justitiarios nr̄os, ad recordum & ꝓcessum loquelæ p̄d' in præsentia nunc majoris civitatis prædictæ & vestra, per eosdem justitiarios nr̄os inde præmonend' si interesse voluerint, apud ecclesiam sancti Martini magni London̄ supervidenda & examinanda, & errorem, si quem in recordo & ꝓcessu prædictis, & in redditione judicij loquelæ prædictæ inveniri contigerit, corrigendum, & ad plenam & celerem justitiam inde partibus prædictis faciendam, secundum legem & consuetudinem civitatis prædictæ, ac etiā per alias literas patentes associaverimus dilectum & fidelem nr̄m R. præfatis justitiarijs nr̄is, ad p̄missa omnia & singula facienda & explenda in forma p̄dicta, postmodumq; in curia nr̄a coram p̄fatis justitiarijs nr̄is ad prædictam ecclesiam &c. tali die ꝓximo præterito in præsentia partium p̄dictarū, recitatis, visis, & examinatis recordo & ꝓcessu prædictis, auditisque hinc inde earum rationibus, diversi errores in recordo p̄dicto, necnon in redditione judicij loquelæ prædictæ comperti extitissent, per quod tunc consideratum fuisset in eadem curia coram p̄fatis justitiarijs nostris, quòd p̄dictum judicium tanquam erronium adnullaretur & omnino revocaretur imperpetuum, & quòd præd' W. & A. haberent seisinā suā de ten̄ p̄dictis cum pertin̄ aliàs per judicium prædictū erronium amissis, simul cum exitibus eorundem tenementorum post idem judicium erronium in hustingo nr̄o prædicto redditum, & quia tunc nesciebatur quantum ten̄ prædicta valebant per annum, vobis p̄ceperimus quòd per sacramentum &c. de civitate p̄dicta, per quos rei &c. diligenter inquireres quantum ten̄ prædicta valebant per annum in omnibus exitibus secundum verum valorem eorundem, & qualiter præmissa fuissent executa, scire faceres præfatis justitiarijs nr̄is apud ecclesiā prædictā tali die, sub sigillo vr̄o & sigillis eorum, ꝑ quorum sacramentum inquisitionem illā fecissetis, ad quem diem vos p̄fatis justitiarijs nr̄is mandastis, quòd virtute mandati nostri prædicti, de valore ten̄ prædictorum inquisivistis, ꝑ quam quidem inquisitionē coram vobis comꝑtum fuit, quòd tenementa prædicta valent ꝑ annū in omnibus exitibus eorundem x. s. ꝑ quod ꝑ recordum & ꝓcessum prædicta, necnon ꝑ retornum vestrum manifestè liquet, quòd exitus ten̄ prædictorum inter judicium prædictum ꝑ præfatum nuper majorem & vicecomites redditum, & judicium coram præfatis justitiarijs nostris ad ecclesiam illam prædictam redditum, ad summam &c. attingunt, prædicti W. & A. venerunt in eadem curia nostra &c. Et quia per statutum &c. ut in communi brevi, &c.

Pone per vadium &c. episcopum, ita quòd habeat clericum &c. ubi custos spiritualitatis &c. retornat quòd clericus præmonitus fuit.

¶ Rex, vic' salutē. Pone ꝑ vadiū & salvos plegios I. episcopum Linc', ita quòd habeat tali die W. clericum suum, ad respondendum R. de tali placito, & unde custos spiritualitatis episcopatus p̄dicti sede vacante, mandavit justitiarijs nostris apud W. tali die, quòd prædictus W p̄monitus est. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve. T. &c.

¶ Rex,

Breve episcopo ad admittendum clericum ubi ipse qui sequitur recuperavit presentationem per defaltam non obstante reclamatione.

¶ Rex, episcopo Linc' salutẽ. Sciatis qd' A. in cur̄ &c. recuperavit p̄sẽtationẽ suã versus B. ad ecclesiã de C. quæ vacat ut dicitur, ꝑ defaltam ipsius B. Et ideo vobis mãdamus, qd' nõ obstãte reclam̄ ipsius B, ad p̄sentationẽ p̄dicti A. ad ecclesiam p̄d' idoneã ꝑsonã admittatis. T. &c.

Breve ad inquirendum de valore tenementorum, & quantum tempus elabitur à tempore disseisinæ, ubi ten' recuperata fuerunt per defaltam in brevi de ingressu super disseisinam.

¶ Rex, vic' salutẽ. Cùm H. & I. uxor ejus in curia &c. peterent versus A. vnũ mesuagium cum ꝑtiñ in C, in quod idẽ A. non habet ingressum nisi ꝑ W. qui illud ei dimisit, qui inde injuste &c. disseisivit p̄fatum I. post primam transfretationem dñi H. &c. idem A. venit in eadẽ curia nr̄a, & vocavit ad war̄ W, ꝑ cujus defaltam p̄dicti H. & I. postea in eadẽ curia nr̄a recuperaverunt seisinam versus p̄d' A. de prædicto mesuagio cum ꝑtiñ. Et quia nescitur quæ damna p̄dicti H. & I. sustinuerunt occasione disseisinæ p̄dictæ: tibi p̄cipimus quòd ꝑ sacramentum &c. diligenter inquiras, quantum p̄dictum mesuagium valet ꝑ annũ in omnibus exitibus juxta verum valorem ejusdem, & quantum tempus elabitur à tempore disseisinæ prædictæ præfatæ. I. Inde factæ, & ꝑ quantum tempus uterq; prædictorum A. & W. separatim seisitus fuit in eodem mesuagio cum pertinentijs post disseisinam prædictam. Et inquisitionem &c. scire facias &c. tali die sub sigillo &c. vel sic, idem W. postea in eadem curia nr̄a fecit defaltam, ꝑ qd' consideratum fuit in eadem cur̄ nr̄a quòd p̄dicti H. & I. recuperarent inde seisinam suam versus p̄dictum A. ꝑ defaltam p̄dictam. Et quia nescitur &c.

Habere facias seisinam versus tenentẽ, & pro tenente ad valenciam versus vocatum ad warrantum, ubi vocatus postquam posuit se in magnam assisam fecit defaltam.

¶ Rex, vic' salutem. Scias quòd cùm B. in curia per breve nostrum de recto, peteret versus F. quem G. de I. vocavit ad warrantum & qui ei warrantizavit, unum mesuagium cum pertinentijs ut jus suum: idem F postea venit in eadem curia nostra, & fecit defaltam postquam posuit se in magnam assisam nostram, ita quòd consideratum fuit in cur̄ nr̄a, quòd prædictus B. recuperaret seisinam suam versus prædictum G. de prædicto mesuagio cum pertinentijs, tenend' eidem B. & hæredibus suis quietè de ipso G. & hæredibus suis imperpetuum. Et ideo tibi præcipimus quòd eidem B. de prædicto mesuagio cum pertinentijs, tenend' sibi & hæred' suis imperpetuum, sine dilatione plenariam seisinam habere, & eidem G. de terra prædicti F. tenend' eidem G. & hæredibus suis imperpetuum, ad valenciam prædicti mesuagij cum pertinentijs in loco competenti sine dilatione habere & assignari facias. T. &c.

Habere facias seisinam de libera eleemosyna talis ecclesiæ pro persona ejusdem ecclesiæ versus tenentem, & pro tenente versus vocatum ad warrantum ad valenciam ubi jurata illa capta fuit per defaltam tenentis & vocati ad warrantum.

¶ Rex, vic' salutẽ. Cũm H. in curia &c. arrainaverit quandam juratam, utrùm una acra terræ cũ ꝑtiñ in C. esset libera eleemosyna pertinens ad ecclesiam de B. unde idẽ Henricus est ꝑsona, an laicum feodum M, eademq; M. vocasset ad warrantum T, qui quidem T. & M. postea in eadẽ curia nr̄a fecerunt defaltam, ita &c. quòd jurata illa versus eos ꝑ defaltam illam caperetur, & quia ꝑ juratam illã postea corã dilecto & fideli nr̄o I. apud S. inde inter eos captam convictum est, quòd p̄dicta terra est eleemosyna ꝑtinens ad ecclesiam illã p̄dictum, & non laicum feodum p̄dictæ M, consideratum fuit in eadẽ curia nr̄a quòd p̄dictus H. recuperaret inde seisinam suam versus eam, & eadem M. haberet de terra prædicti T. ad valenciam terræ prædictæ cum pertinentijs.

Et

Et ideo tibi præcipimus quòd eidem H.de terra prædicta cum pertiñ, per visum iuř prædictæ sine dilatione plenař seisinam habere, & eidē M.de terra prædicti T.ad valentiam &c.T.&c.

Habere facias retornum auctiorum irreplegiabile secundum formam statuti.W.ij.ca.ij.

¶ Rex,vic' salutē.Cùm G.in curia &c.suñ esset,ad respondend' A.de placito quare cepit averia ipsius A.&c.ac etiam postea in eadem curia nřa fecisset defaltam, ita quòd consideratum fuit in eadem curia nřa, quòd prædictus G.haberet retornum averiorum pdictorū, ac idē G. postea in eadē curia nřa attachiatus fuit ad sectam ipsius A,ad respondend' eidem A. de pd' placito p breve nřm de judicio secundum formam statuti nři inde pvisi,qui quidem A.in pfata curia nostra iteratò fecit defaltā, ita quòd consideratum fuit in eadem curia nřa quòd pd' G.haberet retornum averiorum prædictorum, & quod prædicta averia secundum statutum nřm ad tunc irrepleg' remanerēt imperpetuū. Et ideo tibi pcipimus quòd eidem G. aueria prædicta sine dilatione returnari facias in forma prædicta.T.&c.

Exigi facias de nouo vel alloc' tribus comitatibus, & exigi facias de comitatu in comitatum quousque &c.

¶ Rex,vic' salutem.Præcipimus tibi quòd de novo exigi facias A.&c. vel sic,Præcipimus tibi quòd alloc' tribus com ad quos A.exactus fuit, & ad nullum eorum comparuit, put tu ipse tali die mandasti &c. exigi facias pdictum A.de comitatu in comitatum quousq; &c.

Scire facias versus ipsum qui fecit statutum mercatorium, vbi defendens profert statutum illud curiæ virtute breuis de detentione, & dicit statutum &c.sibi sub certis conditionibus liberari.

¶ Rex,vic' salutem.Cùm R.in curia &c.suñ esset ad respondend' I, de placito quòd reddat ei quoddam scriptum obligatorium, sigillo nřo p recogñ debitorū secundum formam statuti mercatorum apud N. rec' I.deput. & sigillo cujusdam H.signatum, p qd' idem H.recognouit se debere pdicto I.viginti libris,soluendas eidem I. terminis in pdicto scripto contentis,quod quidem scriptum pdicti I.& H. vnanimi assensu prædicto R.sub certis conditionibus ex parte prædicti H. non observatis vt dicitur,nuper tradiderunt custodiend',& pdicto I. si pd' H.conditiones illas non observaret liberand': idem R.venit in eadem curia nřa , & cognovit se scriptum illud in forma pdicta recepisse, & se paratum esse in curia &c. scriptum prædictum liberare. Sed vtrum pdictus H. conditiones illas observaverit necne , dicit se penitus ignorare. Et ideo tibi præcipimus quòd p pbos &c. scire facias pdicto H.quòd &c.tali die ostensurus,si quid &c.quare pdictum scriptū prædicto I.liberari non debeat,si &c.

Breue episcopo ad admittendum clericum ipsius versus quem breue de quare impedit erat prosecutū eò quòd ipse qui sequitur fecit defaltam.

¶ Rex,episcopo salutem. Sciatis quòd cùm D. in cuř &c.suñ esset ad respondend' I, de placito qd' pmittat ipsum psentare idoneā psonam ad ecclesiam de N.quæ vacat vt dicitur: idem I.postea venit in eadem curia nřa & fecit defaltam, p quod consideratū fuit in eadē curia nřa, quòd pdictus D. recuperaret psentationem suā versus eum ad ecclesiā pdictā. Et ideo vobis mandamus qd' nō obstante reclamatione præd' I,ad præsentationē ipsius D.idoneā psonā admittatis &c.T.&c.

Scire facias abbati ad ostendendū &c. quare xx.li.fi-

¶ Rex,vic' salutē.Cùm Henricus in cuř nřa &c.tali die,p considerationē ejusdē curiæ nřæ recuperasset versus Guilhelmū tunc abbatem de A, quendā annuum reditum quinq; marcarū singulis annis ad tale festum,quousq; pdicti abbas & ejusdem loci conventus pd' Henrico de beneficijs ecclesiasticis cōpetenter pvidissent,soluēd',& etiā xx.li. de

arrera-

arreragijs ejusdem annui reditus post prædictum judicium redditum, videlicet de tali termino tantum,& tali termino &c.nōdum reddidit, prout ex gravi querela ipsius Henrici accepimus. Et quia &c. scire fac' nunc abbati loci prædicti, quòd sit &c. tali die, ostensurus si quid &c.quare prædictæ viginti libræ & etiam quinq; marcæ de terris &c. in balliva tua fieri, & præfato H. reddi non debeant si &c.

ei & præfato petenti reddi nō debeant, virtute recuperationis p breve de annuitate versus suum pdecessorem.

¶ Rex, vic' s. Cùm G.in curia &c. recuperasset versus T.20.li. & etiam viginti solidos pro dānis suis quæ habuit occasione debiti pdicti:idem T.prædictas viginti libras & etiam viginti solidos &c.eidem G. nondum reddidit, prout ex gravi querela ipsius G.accepimus. Et quia &c.ut suprà.

Fieri facias vel elegit de debito & damnis occasione detentionis recuperatis.

¶ Rex,vic' salutem. Cùm I.de P.miles nuper coram Andrea Aubrey majore civitatis nostræ Londoñ, & Guihelmo de Carletoñ clerico ad recognitiones debitorum apud Londoñ accipiend' deputatis,die sabbati &c. anno tertio, recognovit se debere G. de monte acuto comiti Sarum mille libras,quas ei solvisse debuit ad tale festum tunc proximè sequens, & eò quòd idem I.prædictos denarios pfato comiti termino statuto nō solvit, tu ad prosecutionem ejusdē comitis tā in cācellaria nr̃a quàm coram justitiarijs nr̃is de banco habitam,postmodū virtute cujusdam brevis nr̃i de judicio inde tibi directi, quædā bona & catalla præfati I. ac etiam omnia terras & tenementa sua quæ habuit in balliva tua prædicto die recogñ debiti prædicti,eidem G.liberasti per rationabile pcium & extentā,videlicet quatuor mesuagia,& sex molendina,quinq; solidos sterlingorum,quadraginta acras terræ & quatuor li.reditus cum pertiñ in L,tenend' juxta formā statuti nostri apud W. æditi,quousq; prædictas mille libras vnà cum damnis& custagijs suis necessarijs inde levasset,ac jam ex insinuatione G.de M,Simonis episcopi Lincolñ, & D.executorū testamenti præfati comitis accepimus, quòd licèt prædictus comes in vita sua , vel præfati executores post mortem pdicti comitis, debitum prædictum de pdictis teñ nondū levaverint : quidam tamen Adam F.& T.de F.cives& mercenarij Londoñ, pro eo quòd prædict'I.de P.& quidam M.de T.die Veneris &c. anno &c.in eadem civitate per formā statuti nr̃i prædicti,recognoverint se &quelibet eorum in solid' debere pfatis A.& T.de F.ducentas libras certo termino in eadem recognitione contento solvend', & eis terminis statutis nō solverunt,sint prosecuti quòd tu virtute cujusdam brevis nostri de judicio tibi inde directi, deliberares eis omnia terras & tenementa quæ idem Johannes habuit die recognitionis debiti pdicti eis factæ,tenend' quousq; ducentas li.& 40.li. inde levassent, & tu eadem terras & tenementa, quæ præfato comiti priùs liberata fuerunt in forma supradicta,prædictis Adæ & T.de F.postea liberasti,tenend' per formam statuti nostri prædicti, donec ducentas libras & quadraginta libras unà cū damnis & custagijs suis necessarijs inde levaverint. Et quia pdicta recognitio pdictarum mille librarū præfato comiti facta,est de anteriori dato quàm pdicta recogñ ducentarū & quadraginta librarū præfatis Adæ & T.de F.facta,& judiciū in curia nostra ritè

Scire facias pro executoribus versus ipsos quod seisiti sunt per executionem virtute cujusdam statuti mercatorij,ad adnullandum executionē eò quod prædicti executores virtute statuti mercatorij,de anteriori dato seisiti fuerunt.

redditum, ac executiones eorūdem manutenere volumus ut tenemur, tibi præcipimus quòd per probos &c. scire facias præfatis Adæ & T. de B. quòd sint &c. tali die, ostensuri si quid &c. quare prædicti executores seisinam suam de terris & teñ prædictis juxta formam primæ considerationis curiæ nostræ rehabere non debent, si &c.

Scire facias pro rege ubi rex recuperavit præsentationem suam, & executio adhuc restat facienda.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm nos in curia &c. tali die & anno &c. recuperaverimus versus abbatem de Botto Herelwyñ, præsentationẽ nostram ad ecclesiam de E. nunc vacantem & ad nostram donationem spectantem, ratione temporalium abbatiæ de B.H. tunc vacantis & in manu nostra existentis per defaltam ejusdem abbatis: executio adhuc inde restat facienda ut dicitur. Et quia volumus ea quæ in curia nostra rite acta sunt debitæ executioni demandari: tibi præcipimus quòd per probos &c. scire facias prædicto abbati, quòd sit &c. tali die, ostensurus si quid &c. quare nos præsentationem nostram ad ecclesiam prædictam, juxta formam recuperationis prædictæ habere non debeamus, si &c. Et habeas &c.

Venire facias ipsum qui sequitur executionem virtute cujusdam falsi statuti mercatorij, & quòd habeat corpus ejus qui captus est ad sectam ꝓdictam ad sequendum &c. & supersedeas interim de executione &c.

¶ Rex, vicecomitibus Londoñ salutem. Ex parte H. filij I. de Londoñ nobis est graviter cōquerendo monstratū, quòd cum ipse nuper coram A. Aubrey tūc majore nr̃o Londoñ, & G.C. clerico ad recognitiones debitorum apud Londoñ accipiendas deputatis, recognovit se debere Henrico de H. civi Londoñ 40. li. ad certum terminū in dicta recognitione cōtentū jam ꝑteritum solvend', & licèt idẽ H. fil' I. ꝓdictas 40. libras ꝑfato H. de H. jā diu est solverit, idémq; H. de H. literā obligatoriam de summa ꝓdicta cōfectam, eidem H. fil' I. loco literarum acquitantiæ liberavit: ꝓdict' tamen H. de H. postmodū prætextu literæ cōsimilis obligationis de summa & nominibus prædictis per ꝑfatum H. de H. contrafactæ ut dicitur, quoddā breve nr̃um de capiendo corpus prædicti H. filij I. si laicus esset, coram justitiarijs nostris de banco ad certum diem jam ꝑteritum retornatum impetravit, quo ꝑtextu per ꝓcessum inde factū in eadem curia nostra coram ꝑfatis &c. in bāco, per aliud breve nr̃m idem H. fil' I. captus & in prisona detentus existit, in ipsius H. fil' I. damnū non modicum, & vitæ suæ periculum manifestū, super quo ex parte ꝓdicti H. nobis in cācellaria nr̃a est supplicatum, ei de remedio congruo providere. Nos nolentes eidem H. fil' I. injuriari in hac parte, præfatis justitiarijs nostris mandaverimus, quòd convocatis coram eis partibus ac alijs in hac parte evocandis, auditísq; hinc inde rationibus &c. in præmissis facerent, quod de jure & secundum consuetudinẽ regni nr̃i Angliæ fore viderint faciend'. Et ideo vobis ꝑceperimus quòd venire faceretis &c. tali die ꝓdictū H. de H. super ꝑmissis respoñ, & ulteriùs factur̃ & receptur̃ quod curia nostra cōsiderasset in hac parte. Et quia vos justitiarijs nostris apud W. tali die &c. mādastis, quòd corpus ꝓdicti H. fil' I. occasione ꝑmissa cepistis: vobis præcipimus quòd habeatis corpus ꝓdicti H. fil' I. coram ꝑfatis justitiar̃ &c. ad ꝑfatum terminum, ad sequend' versus præfatum H. de H. placitū suū ꝓdict' si voluerit, & ad faciend' & recipiẽd' quod curia nr̃a consideraverit in hac parte. Præcipimus etiā vobis quòd interim de executione

tione terrarũ & teñ, bonorum seu catallorum prædicti H. fil' I, prædicto H. de H. ulteriùs faciend' supersedeatis omnino. Et habeas &c.

¶ Rex, vicecomiti salutẽ. Cùm omnia temporalia episcopatus N, unà cum dominijs, feodis militum, & advocationibus ecclesiarum & præbendarum ac dignitatũ eidem episcopatui quovismodo spectantibus, per considerationem curiæ nr̃æ in manum nostram certis de causis seisita sint, & jam temporalibus illis in manu nostra sic existentibus, archidiaconatus Suff. qui est de advocatione episcopatus p̄dicti, cujus collatio de jure ad nos dignoscitur pertinere, vacavit & vacans est in præsenti, per quod archidiaconatum illum contulerimus dilecto clerico nr̃o M. de T. regio jure nr̃o: nos volentes ea quæ per judicium curiæ nr̃æ rite acta sunt tam pro nobis quam pro alijs, debitæ executioni demandari, tibi præcipimus quòd per probos &c. scire facias H. de L. possessori archidiaconatus prædicti injustè incumbenti, quòd sit &c. tali die, ad ostendẽdum si quid &c. quare &c. collatio nostra prædicta ad archidiaconatum prædictum ad executionem sortiri non debeat & effectum, si sibi viderit expedire, & ad faciendum & ulteriùs recipiendum, quod curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeas ibi &c.

Scire facias possessori cujusdam archidiaconatus, cujus collatio p̄tinet regi eo quod archidiaconatus vacat tempore quo tẽporalia episcopatus seisita sunt in manu regis.

¶ Rex, vic' salutem. Cum I. de W. comes Surrey, in curia &c. summonitus esset ad resp̄ondend' Henrico nuper comiti Lanc', de placito quòd reddat ei Johãnem filium & hæredem I. de B, cujus custodia ad ipsum comitem Lanc' pertineret, eò quòd prædictus I. de B. terram suam de eo tenuit, per servitiũ militare ut dicitur, & habuissent inde diem corã &c. tali die proximè præterito, pendente inter eos in præfata curia nostra placito prædicto, ante diem illum prædictus H. obijt, prout ex insinuatione H. nunc comitis Lanc' filij & hæredis p̄dicti nuper comitis Lanc' acceperimus, & quia volumus eidem comiti Lanc' filio & hæredi prædicti nuper comitis Lãcastriæ, juxta formam statuti nr̃i inde provisi subvenire, præceperimus vicecomiti nr̃o Wigorniæ quòd summoneret &c. prædictum comitẽ Surr̃, quòd esset tali die proximè præterito, ad respondendum prædicto nunc comiti Lanc' filio & hæredi prædicti nuper comiti Lanc' de p̄dicto placito: idem vicecomes præfatis justitiarijs &c. ad præfatum diem mandavit, quòd prædictus comes Surr̃ nihil habet in balliva sua ubi potest summoneri, & testatũ est in eadem curia nostra, quòd prædictus comes habet terras & tenementa ad sufficientiam in balliva tua, ubi &c. Et ideo tibi præcipimus quòd summoneas &c. prædictum comitem, quòd &c. tali die, ad respondendum prædicto nunc comiti Lanc' filio & hæredi prædicti nuper comitis Lanc' de prædicto placito &c.

Sũmoneas &c. p̄ testatum est, in brevi de recto de custodia ad sectam hæredis, ubi antecessor moriebatur ante placitum fuit terminatum secundũ formam statuti W. 2.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi sicut pluriès tibi præcepimus quòd distringas C. & G, per quorum visum & quorundam Johannis E. & G. F. mandasti justitiarijs &c. tali die & anno, quòd una virgata terræ & dimidia captæ fuerunt cum pertinentijs in H. in manum nostram, quas Thomas de F. falsò & in deceptione curiæ nostræ recuperavit versus Johannem filium I. R. & I. L, per defaltam

Distringas duos ipsorum per quorum visum terra capta fuit in manum regis virtute brevis de deceptione, & quod vicecomes vel subvicecomes sit &c.

 ipsorum

ipſorum I. & Johannæ, ſicut ex parte prædictorũ Johannæ & I. nobis eſt oſtenſum, per omnes terras &c. & quòd de exitibus &c. ita quòd habeas &c. tali die, ad certificandum præfatis juſtitiarijs noſtris de captione pdicta, & ad audiendum &c. Et tu ipſe vel ſubvicecomes tuus ſis ibi in propria perſona ad certificandum præfatis juſtitiarijs noſtris ſimul cum prædictis R. & W. de captione prædicta. Et habeas &c.

Elegit ſicut aliàs p teſtatum eſt, ubi ipſe verſus quem primum breve erat proſecutũ, plura habuit terras & teñ poſt recognitionem factam, de quibus in primo brevi p vicecomitem non fiebat mentio.

¶ Rex, vicecomiti ſalutem. Cùm nuper tibi præceperimus quòd omnia bona & catalla E. de B. præter boves & affros de caruca ſua, & ſimiliter medietatẽ omnium terrarum & tenementorum quæ fuerunt ejuſdem E. de B. die ſabbati &c. anno &c. vel unquã poſtea ad quorũcunq; manus deveniſſent in balliva tua, Johanni de G. & I. filio ejuſdem Johannis executoribus teſtamenti I. de C. clerici nunc defuncti, ſine dilatione liberari faceres per rationabile preciũ, & extentam, tenend' ut liberum tenementum ſibi & aſſignatis ſuis juxta formam ſtatuti noſtri inde proviſi, quouſq; centum libras inde levaſſent, quas idẽ Edmundus de B. in curia prædicti avi noſtri corã juſtitiarijs ſuis apud Weſtmonaſterium prædictis die & anno recognovit ſe debere eidem Johanni, & unde ei reddidiſſe debuit ad tale feſtum proximè ſequens viginti libras, & ad tale feſtum viginti libras: prædictus Edmundus prædictas centum libras eidem Johanni in vita ſua, ſeu prædictis executoribus poſt mortem prædicti Johannis nondũ reddidit ut dicunt, & qualiter &c. tu præfatis juſtitiarijs noſtris apud Weſtmonaſterium ad diem illum mandaſti, quòd prædictus Edmundus nulla habuit bona ſeu catalla, terras ſeu tenemẽta prædictis die & anno in balliva tua, ſed poſtea habuit terras in S. M. T. &c. quarum medietas extenditur ad undecim libras, quam quidem medietatem liberaſti prædictis executoribus per extentam illam, tenend' in forma prædicta. Et quia teſtatum eſt in eadem curia noſtra, quòd prædictus Edmundus poſt recognitionem habuit plures terras & tenementa in B. & P. in comitatu tuo, unde medietatem eiſdẽ executoribus liberaſſe potuiſti: tibi præcipimus ſicut aliàs tibi præceperimus, quòd omnia bona & catalla pdicti Edmundi quæ habet præter boves & affros de caruca ſua, & ſimiliter medietatem omnium aliorum terrarum & tenementorũ, quæ fuerint pdicti Edmundi prædictis die & anno vel unquam poſtea, in prædictis villis de B. & P. & alibi in comitatu tuo, ad quorumcunq; manus devenerunt prædicta tenementa, unde medietas prædicta liberatur, exceptis &c. prædictis executoribus ſine dilatione liberari facias per rationabile precium & extentam, tenend' unà cũ prædicta medietate eiſdem executoribus ut prædictũ eſt liberata in forma prædicta quouſq; centum libras inde levaverint. Et qualiter &c. tali die, ſcire facias præfatis juſtitiarijs noſtris &c. ad præfatum terminum diſtinctè & apertè, quæ tenementa illa ſunt quæ liberantur prædictis executoribus, & medietatem prædictorum terrarum & tenementorum quæ fuerunt prædicti Edmundi in S. M. & T. & eorundem particularem quantitatem. Et tu ipſe tunc ſis ibi auditurus &c.

¶ Rex,

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm T. de R. in curia domini E. &c. tali die & anno &c. cognovit se debere Isabellæ quæ fuit uxor Georgij Ferr quadraginta libras, unde ei reddidisset ad tale festū tunc ꝓximè sequens centum solidos, & sic de anno in annum ad eosdem terminos centum solidos, quousq; quadraginta libræ plenè fuissent solutæ, dictáq; Isabella post prædictum terminum completum, venisset in curia nostra coram &c. asserens prædictum T. prædictum debitum ei nondum reddidisse, & per statutum nostrum inde in hujusmodi casu provisum, elegisset sibi liberari omnia bona & catalla prædicti T. præter boves & affros de caruca sua, & similiter medietatem terrarum & tenementorum suorum quæ habuit in balliva tua die recognitionis p̄dictæ, tenendum ut liberum tenementum sibi & assignatis suis juxta formam ejusdem statuti nostri quousq; p̄dictum debitū inde levasset, ac tibi præceperimus quòd omnia bona & catalla prædicti T. præter boves & affros de caruca sua, & similiter medietatem terrarū & tenementorum suorum quæ habuit in balliva tua die recognitionis prædictæ ad quorumcunq; manus devenissent, eidem I. sine dilatione liberari faceres per rationabile precium & extentam, tenendum in forma p̄dicta, & qualiter &c. scire faceres &c. tali die: tu præfatis justitiarijs nostris apud Westm̄ mādasti quòd T. L. ballivus libertatis archiepiscopatus Cantuariensis fecit executionem terrarum & tenementorum quæ fuerunt prædicti T. de R. prædictis die & anno, & inde medietatem, quæ extēditur per annum ad sex libras, prædictæ I. in forma prædicta tenendam liberavit. Et quia ex insinuatione prædicti T. accepimus, quòd licèt prædicta medietas terrarum & tenementorum ejusdem T. præfatæ I. sic liberata ad sex libras tantum extendebantur: eadem tamen I, de exitibus prædictæ medietatis, cujus verus valor per annum ad maximam summam ultra extentam prædictam se extendit, centum solidos ultra debitum prædictum jam levavit, super quo nobis supplicavit sibi per nos de remedio provideri. Nos eidem T. de R. in hac parte fieri volentes quod est justum: tibi præcipimus quòd venire facias coram &c. tali die prædictam I, ad computandum cum prædicto T. de R. de denarijs & exitibus prædictæ medietatis, juxta verum valorem ejusdem à tempore liberationis prædictæ perceptis, & ulteriùs factur̄ & recepturam quod curia nostra consideraverit in hac parte. Et habeas &c.

Venire facias ad cōputandū versus ipsū qui habuit executionem virtute cujusdam recognitionis debiti, ubi debitū levatum est.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd venire facias coram &c. A. B. C. & D. juratores summonitos in curia &c. inter I. querentem & E. de placito computi, ad faciendam juratā illam. Præcipimus etiam tibi quòd capias prædictum E. si &c. & salvò &c. ita quòd habeas &c. ad præfatum terminum auditur̄ juratam prædictam. Præcipimus etiam tibi quòd habeas Richardum, Johannem, Lambertum & Simonem manucaptores prædicti Edwardi, si &c. & eos &c. ita quòd &c. ad præfatum terminum, ad satisfaciendum nobis de eo quare non habuerint coram præfatis &c. tali die prædictū Edwardum sicut eum manuceperunt. Et habeas &c.

Venire facias juratam, & capias ipsum qui manucaptus fuerit ad audiendū juratam illam. Ac etiam capias ejus manucaptores, ad faciendum finem eo quod non habuerunt corpus &c.

Summoneas ad warrantum ubi uxor est admissa pro defectu viri versus diversos custodes, ubi hæres infra ætaté vocatur ad warrãtum,& quod duo ipsorũ custodum habeant corpus hæredis, eo quod hæres in custodia illorum est.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cum Patricius & Maria uxor ejus in curia &c. peterent versus E. uxorem I, quæ per defaltam ipsius I. admissa est ad defensionem juris sui, tertiam partem manerij de W. cum pertinentijs in comitatu B. ut dotem ipsius M, ex dotatione P. quondam viri sui, eadémq; E. venit in eadẽ curia nostra & vocavit inde ad warrantum W. filium & hæredem P, qui infra ætatem est, cujus corpus & quædam pars terræ quæ tenetur per servitiũ militare est in custodia N.& R. matris ejusdem hæredis, & quædam pars terræ quæ tenetur in socagio est in custodia eorũdem N.& R. ratione nutritur̃ summ̃ in comitatu tuo & tali comitatu, & quædam pars terræ ejusdem hæredis in custodia E. H. summoniti in comitatu Leycestr̃, & quædam alia pars terræ ejusdem hæredis in custodia Georgij F. militis, ratione tenuræ per servitium militare summoniti in comitatu prædicto, & quædam alia pars ejusdem hær̃ in Londoñ in possessione W. comitis Huntyngton ex legatione prædicti I. secundum consuetudinem civitatis nostræ Londoñ, tenendũ eidem comiti usque ad legitimam ætatem hæredis prædicti facta, & liberum tenementum in persona ejusdem hæredis existit summ̃ in p̃dictis comitatibus Londoñ existunt versus eum. Et ideo tibi præcipimus sicut pluriès &c. quòd summoneas prædictum G. &c. & W. com̃ H. quòd sint &c. & prædictos N. & R. custodes corporis hæredis prædicti, quòd tunc habeant hæredem prædictum ibi ad warrantizandum prædictæ E. prædictam tertiam partem cum pertinentijs. Et habeas ibi summ̃ & hoc breve. T. &c.

Summoneas in auxilium ipsos in reversione, ubi tenens dicit se nihil habere nisi ad terminũ vitæ suæ.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm I. filius R. in curia nostra peteret versus T. & E. uxorem ejus unum mesuagium cum pertinentijs in N. ut jus & hæreditatem suam: ijdem T. & E. venerunt in eadem curia nostra, & placitando dixerunt quòd ipsi nihil habent nec tenent in tenementis p̃dictis, nisi ad terminũ vitæ ipsius E. tantũ, ex dimissione A. & R. uxoris ejus, reversione inde post mortẽ p̃dictæ E. ad p̃fatos A. & R. spectãte, & petunt auxiliũ de ipsis A. & R. Et ideo tibi p̃cipimus quòd summoneas &c. A. & R. quòd sint &c. tali die, ad respond' simul cũ prædictis T. & E. si voluerint. Et habeas ibi summ̃ & hoc breve. Teste &c.

Distrinctio in brevi de admẽsuratione dotis cum proclamatione secundum formam statuti W. 2.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd distringas A. quæ fuit uxor T, per omnes terras &c. & quòd de exitibus &c. & habeas &c. respondendum T. filio T. & A. uxori ejus de placito admensurationis dotis ipsius A. quæ fuit uxor T, de libero tenemento quod fuit prædicti T. quondam viri sui avi prædictæ A. uxoris T. filij G. cujus hæres ipsa est in B. & in C, unde prædicti T. filius G. & A. uxor ejus queruntur quòd prædicta A. quæ fuit uxor T. habet plus quàm habere debet & ad ipsam pertinet habendum. Et interim in duobus plenis comitatibus tuis publicè proclamari facias, quòd prædicta A. quæ fuit uxor T. veniat coram præfatis justitiarijs &c. ad respondendum prædictis T. & A. si voluerit, & ad audiendum judicium suum de pluribus defaltis. Et habeas ibi &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm prior de B. in curia &c. tali die & anno,

¶ Rex, vic' salutem. Ostensum est nobis ex parte H. de T, G. de T. & I, quòd cùm G. de W. quondam comes Surr̃, per cartam suam, quam diversi comites ejusdem loci & progenitores nostri quondam reges Angliæ, per cartas suas quas inspeximus postmodum cōfirmaverint, inter cætera dedisset & concessisset tunc priori de L. omnes decimas ꝓvenientes de terris & dominijs quæ fuerunt ipsor̃ comitum ac omniũ tenentium suor̃ in E, prout in cartis prædictis pleniùs continetur, quo prætextu dilectus nobis in Christo nunc prior de L. & ꝑdecessores sui priores loci prædicti, à tempore confectionis cartarum prædictar̃ hucusq;, decimas illas præcipere & habere cōsuevere, ac nos attendẽtes qđ magister H. de S. persona ecclesiæ de E, clamans decimas prædictas ad ecclesiam suam prædictã pertinere, traxit H. & alios inde in placitum in curia Christianitatis, & pro eo quòd placitum prædictum tetigit nos & coronam & dignitatem nostram, præsertim cùm cognitiones de advocationibus hujusmodi decimarũ, necnon confirmationum prædictarum, ad nos & non ad alium spectant infra regnũ nostrũ, ac collatio earundem decimarum ad nos ratione custodiæ possit devolvi, nósq; consimiles decimas in aliquibus dominijs nostris, & etiam plures magnates in regno nostro in dñicis suis conferunt & hactenus conferre consueverunt, ꝓhibuerimus ꝑfato H. ne placitũ aliquod de decimis provenientibus de terris & dñicis quæ fuerunt ipsor̃ comitũ, hominum & tenentium suorum in prædicta villa de E, sic datis & concessis, aliqualiter sequeretur in curia Christianitatis, nec aliquid, quod in derogationem regiæ dignitatis nostræ cedere valeret, in hac parte attentaret, seu per alios attentari faceret quovismodo: Johannes H. secutus est placitum in curia Christianitatis de decimis prædictis, in læsionem coronæ & dignitatis nostræ, ad grave damnum ipsorũ Henrici & aliorum & contra prohibitionem nostrã ut dicitur, & habeant inde diem versus eum coram justitiarijs &c. tali die proximè futuro, prædictus H. pendente inter eos in præfata curia nostra prædicto placito, nihilominus in præfata curia Christianitatis secutus fuit idem placitum, quousq; sententia in ipsos H. & alios tanquam claves ecclesiæ contemnentes promulgata fuit, & per quoddam breve nostrũ impetratum per te capi, & in prisona nostra castri Norwic' maliciosè detineri procuravit, in nostri contempt̃ manifestũ & coronæ & dignitatis nostræ læsionem, & prædictorum H, & aliorũ dispendium nō modicum & gravamen. Et quia tantam maliciam si perpetrata fuerit nolumus transire impunitã: tibi præcipimus quòd capta securitate &c. ponas per vadiũ & salvos pleg' præd' H. quòd sit &c. ad præfatum diẽ, ad respondend' tam nobis quam prædictis Henr̃ & alijs, de malicia & contemptu prædictis. Præcipimus etiã quòd si tibi constare possit,

Aliter de eodẽ qñ corpus est in prisona ad ipsum deliberãdũ extra prisonã si ea de causa & nō alia in prisona extiterit &c.

quòd

quòd prædicti H. & alij occasione prædicta & non alia, excommunicati & in prisona nostra detenti sint: tunc ipsos à prisona illa deliberari facias. Et interim ipsos firmam pacem habere permittas, quousq; placitum attachiamenti prædicti in præfata curia nostra motum, plenař terminetur. Et habeas ibi nomina pleg' & hoc breve &c.

Venire facias ipsum qui sequitur executionem cujusdam statuti mercatorij ad cogñ script' suum vel dedicendum ad sectam tenentis qui est extraneus ad statutum, & interim supersedeas de executione &c.

¶ Rex, vic' salutem. Ex parte Johañ de I. tenentis manerij de S. quod fuit N. de C. nobis est ostẽsum, quòd cùm prædictus Nicholaus d. e & anno &c. coram N. de F. tunc majore civitatis Londoñ, & I. de B. clerico ad recognitiones debitorum in eadem civitate accipiend' deputatis, recogñ se debere A. fil' G. militis quadraginta libras, certis terminis in recognitione illa contentis solvend': eadem A. virtute certificationis de recognitione prædicta in cancellaria nostra prout moris est, quoddam breve nostrum de capiendo prædictum N. retornatum coram &c. tali die proximè præterito impetravit. Et pro eo quòd tu justitiarijs nostris apud westm̃ madasti, qđ corpus N. in balliva tua inventum non fuit, per brẽ nrm̃ de judicio corã eisdem justitiarijs &c. tali die proximè præterito retornabile, ad ꝓsecutionem ipsius A. ꝑceperimus, qd' corpus ꝑdicti Nocolai si laicus esset &c. donec eidẽ A. de prædicto debito plenariè satisfecerit, & si idem N. in balliva tua inventus nõ fuisset, vel clericus esset, tunc omnia bona & catalla, terras & teñta ipsius N. quæ habuit in balliva tua die recognitionis ꝑdictæ, eidem A. sine dilatione liberari faceres per rationabile precium & extentam, tenend' ut liberũ teñtum suum sibi & assignatis, juxta formam statuti nostri inde provisi, cùm tamen ꝑdictus Johañ coram nobis in cancellaria nostra asseruit ꝑdictum A. per scriptum suum præfato Nicolao inde factum, remisisse, relaxasse, & quietè clamasse eidem Nicolao, omnimodas actiones quas versus prædictum Nicolaum ante 20. diem Augusti anno &c. habuit, sicut per scriptum suum ꝑdict' quod idem Johañ dicit penes se habere, pleniùs potest apparere, & nobis supplicaverit sibi per nos in hac parte de remedio ꝓvideri. Super quo ꝑfatis justitiarijs nr̃is apud westm̃ præceperimus, quòd audita querela ipsius Johañ, viso scripto prædicto, vocatáq; coram eis ꝑfata A, & auditis hinc inde ꝑtium ꝑdictař rationibus, fieri facerẽt quod de jure & secund' legem & consuetud' regni nostri fuerit faciend', idémq; Johãnes in curia ꝑdictum scriptum sub nomine ꝑdictæ A. præfato N. factũ ut dicitur ostenderit, in quo cõtinetur quòd eadem A. per scriptũ illud remisit, relaxavit, & quietè clamavit præfato N. omnimodas actiones, quas versus præfatum N. ante 20. diem Julij, anno &c. habuit virtute recognitionis aut obligationis quarumcunq; per statutum pro mercatoribus æditum, aut alio modo seu causa quibuscunq;. Et ideo tibi præcipimus quòd venire facias coram &c, tali die prædictam A, ad cognoscend' prædictum factum vel dedicend', & ad faciendum & recipiendum qđ curia nostra consideraverit in ꝑmissis. Et interim de executione recognitionis prædictæ, per quodcunq; breve nostrum priùs inde tibi directum, prædicto Johanni ulteriùs faciend' supersedeas omnino. Et habeas &c.

¶ Rex,

¶ Rex majori & vic' civitatis Londoñ salutem. Cùm H. de P. nuper in hustengo civitatis nostræ Londoñ prædictæ, peteret versus H. B. unum mesuagium & duas shopas cum pertiñ in Londoñ, quæ extenduntur per annu m ad quadraginta solidos, ut jus suum, idémq; H. in eodem hustengo vocavit inde ad warrant L. de S. de comitatu Essex & I. de C, qui nulla terras seu tenementa habent in civitate prædicta sum̃ in prædicto comitatu Essex versus eum, pro eo quòd loquela inde postea coram justitiarijs &c. apud Westm̃, & processu inde continuato coram eisdem justitiarijs nostris remissa fuit ad hustengum prædictũ coram vobis ibidem secundum consuetudinem civitatis nostræ prædictæ terminand', ac pro eo quod in tenore recordi & processus loquelæ prædictæ, coram p̃fatis justitiarijs nostris habitorum, & vobis aliàs ad prosecutionem præd' Henrici sub officio eorundẽ justitiariorum nostrorũ missæ, non erat expressum nec contentum quòd dictum erat per eosdem justitiarios nr̃os p̃fato H, qd̃ esset ibidem corã vobis ad proximum hustengum ad placitum suum p̃dictum si voluisset prosequi, nihil inde fecistis, ad grave damnum ipsius H. & exhæredationis periculum manifestum, prout ex gravi querela sua accepimus: nos volentes eidem H. in hac parte fieri quod est justum, vobis mandamus qd' in loquela p̃dicta virtute tenoris p̃dicti vobis alias missi procedatis, & partibus prædictis plenam & celerem justitiam faciatis, prout secund' legem & consuetud' civitatis nostræ p̃dictæ fuerit faciend' nõ obstante quòd in tenore p̃dicto expressa mentio facta non existat, qd̃ dictum erat p̃dicto H. qd' esset coram vobis ad sequend' jus suũ in forma p̃dicta, de eo qd' ijdem justitiarij nostri aliquẽ diem certum ad aliquem hustengum coram vobis tenend' nullatenus præfixisse, nec notitiam inde quovismodo habere potuerunt. T. &c.

Procedendo in loquela direct' majori & vic' Lond' non obstante in priori brevi vobis directo dies datus nõ fuit petenti, & ea de causa procedere noluistis, quia forinseci vocati fuerũt ad warrant' &c.

¶ Rex, vicec' salutem. Præcipimus tibi sicut aliàs &c. quòd per probos & legales homines de comitatu tuo, scire facias Johanni Guervoñ & Henrico Basset separatim, quòd sint corã &c. tali die, ad respondend' Johañ de A. & K. uxori ejus consanguineæ & hæredi Gilberti Petche & I. uxoris ejus, videlicet prædictus Johannes Guervoñ simul cum Johanne Oundell', de placito unius mesuagij & duarum carucatarum terræ parcell' manerij de C. ut dicitur, unde prædicti I. & K. in curia nostra coram justitiarijs nostris &c. petunt executionem versus prædictum Johannem Oundel', virtute cujusdam finis levati in curia domini E. nuper regis Angliæ avi nostri apud Westmonasterium in octavis sancti Martini, anno regni sui tricesimo quarto corã H. de H. & socijs suis tunc justitiarijs ipsius avi nostri de banco, inter prædictos Gilbertum Petche & I. quer̃, & S. Petche deforciantem, de manerio prædicto cum pertinentijs, & in quo placito p̃dictus Johannes Oundell' in dicta curia petit auxilium de prædicto I. G, & idem I. G. ad respondend' prædictis I. & K. simul cum p̃dicto Henrico de placito manerij præd' cum pertinentijs, exceptis uno mesuagio cum duabus carucatis terræ, quadraginta acris bosci, & quadraginta s. reditus in eodem manerio, de quo, exceptis tenementis superiùs exceptis, præd' I. & K.

Scire facias.

& K.in eadem curia noſtra petunt executionem verſus prædictum H. virtute finis prædicti, & unde idem Henr̄ tanquam conſanguineus & unus hæred̄ H.C. in eadem curia noſtra, petit auxilium de prædicto Johañ Gervoñ, tanquam cōſanguineo & altero hæred' ejuſdem H,& prædictus Henricus ad reſpondend' prædictis I. & K. ſimul cum prædicto Johañ Gervoñ de placito quadraginta acrarum boſci. & 40. s. reditus in eodem manerio ut dicitur, de quibus teñtis prædicti Johannes & K.in præfata curia noſtra petunt executionem verſus prædictum I.G.virtute finis prædicti, & unde idem Johañ tanquam cōnſanguineus & unus hæred' prædicti Hermanni in eadem curia nr̄a petit auxilium de prædicto H. conſanguineo & altero hæred' prædicti Hermanni, ſi ſibi viderit expedire. Et habeas &c.

War̄ juſtitiarij directum vic', ad faciend̄ venire corā ipſo juſtitiario ad certum locū & diem juratores cujuſdā inquiſ.

¶ Reginaldus unus juſtitiar̄ dñi regis de banco vic' ſalutem. Ex parte dñi regis tibi mando qd' venire fac' coram me apud S.tali die, juratores cujuſdam inquiſitionis inter dñum regem & R.H. in com̄ tuo capiend̄, ad faciendam inde juratam juxta formam & effectum cujuſdam brevis dñi regis tibi inde directi. Et habeas ibi nomina juratoꝝ, breve præd', & hoc mandatum. Datum &c.

Scire fac' tenēti per elegit, qñ partē levaverit & alteram partem pars profert in curia.

¶ Cùm nuper tibi præceperimus qd' bona & catalla Rogeri H. præter boves & affros de caruca ſua, & ſimiliter medietatem omniū terrarū & teñtorum ſuorum in balliva tua, priori ſancti Johannis Hieruſalem ſine dilatione liberari faceres per rationabile precium & extentam, tenend' ut liberum teñtum ſuum juxta formam ſtatuti inde proviſi, quouſq; 50.li.& 7.ſolid'& 8.d'. præfato priori pro triplo damnoꝝ ſuoꝝ quæ habuit occaſione quòd prædictus Rogerus fecit vaſtum, venditionem & deſtructionem de tenementis in T.S.& C, quæ idem prior ei dimiſit ad terminum vitæ ipſius Rogeri, adjudic', prout per quandā inquiſitionem quā nuꝑ per te fieri fecimus, erat cōpertum, inde levaverit, & qualiter illud præceptum noſtrum fuiſſes executus, ſcire faceres juſtitiarijs noſtris apud Weſtm̄ in octavis Hillarij anno regni noſtri Angliæ quadrageſimo ſecundo: tu præfatis juſtitiarijs apud Weſtm̄ ad diem illum mandaſti, quòd prædictus R. nulla habuit bona ſeu catalla in balliva tua, & quòd omnia terræ & teñta ſua in balliva tua per inquiſitionem inde captam ad 10.li. 6. ſolid' 8.d. per annum extendi feciſti, & medietatem earundem terrarum & teñtorum præfato priori per extentam illam tenend' in forma prædicta liberaſti. Et licèt idem prior 12.li.18.s. quadr̄ de terris & teñtis prædictis per extentam illam levaverit, prout per extentam illam pleniùs liquet, & reſiduum damnorū prædictorum quod ſe extendit ad 17.li.9.s.7.d.ob. quadr̄ eidem priori paratus ſit ſolvere: idem prior eos huc uſq; recipere omnino recuſavit, prout ex inſinuatione prædicti R. accepimus. Et ideo tibi præcipimus quòd per probos &c. ſcire facias prædicto priori, qd̄ ſit &c. 15. Trinitatis, oſtenſurus ſi quid &c. quare eidem priori de prædictis 17.li.9.s.7.d.ob. q. de damnis prædictis ſatisfieri, & dicta medietas teñtorum prædicti R. eidem R. liberari non debeat, ſi ſibi viderit expedire. Et habeas &c.

¶ Rex,

¶ Rex vic' salutē. Præcipimus tibi quòd de terris & catallis Johānis de T.& aliorum extentatorū, terrarum, & tenētorum quæ fuerunt T. de W.& B.de K.de com̄ tuo in balliva tua fieri facias viij. li. viij. d. & illos habeas &c.tali die, ad respōdend' L.de L.& K. uxori ejus de com̄ Surr̄, ꝑ valorem omniū terrarum & tenētorum quæ fuerunt eorundē T.& B. decimo die mensis Novembris anno xxxix. ab octavis sancti Hillarij an̄ xliiij.usq; easdem octavas tunc proximè sequentes ꝑ unū annum integrum, quæ quidem terra & tenēta per extentam prædictā juxta formam statuti n̄ri in hm̄oi casu provisi, eò quòd ultra verū valorem extendebantur, ꝓut ex gravi querela ꝑdictorum L. & K. accepimus, eisdem extētatoribus videlicet ad præfatas octavas sancti Hillarij an̄ xliiij. ꝑ virtutem cujusdam brevis n̄ri liberata extiterunt, tenend' ut liberum ten̄ sibi assign̄ suis quamdiu tenementa illa in manibus ipsorum L.& K.remansisse debuissent per extentam prædictam, quousq; L.& K.quadraginta libras de terris & catallis ipsorum extentatorum per extentam illam levaverint, quas idem T. & B. prædictis die & anno recognover̄ se debere eisdem L. & K. & quas eis solvisse debuerunt ad festum omnium sanctorum tunc ꝓximè sequens, & illas ei nondum solverunt ut dicitur. Et habeas ibi &c. Breve de executione versus executores secundum formā statuti.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd habeas coram justitiariis n̄ris ad assisas in com̄ tuo capiendas assignatis apud S. tali die, corpora S.K.& B.recogn̄ assisæ novæ diss.inter T.querentem & I. tenentem, de duobus mesuagiis cum pertin̄ in S. ad faciend' recogn̄ assisæ prædictæ. Præcipimus etiam tibi quòd reattachias ꝑdictum I. quòd sit coram ꝑfatis justitiariis n̄ris apud S. ad ꝑfatum terminū aud' recogn̄ assisæ ꝑdictæ. Et habeas ibi nomina pleg' & hoc breve. T. &c. Habeas corpora juratorum, & reattachias tenentem in assisa novæ disseisinæ.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi quòd de terris & catallis I. in balliva tua fieri facias decem libras, & illas sine dilatione liberari facias H.de xx. li.quæ ei in curia n̄ra coram justitiariis n̄ris apud W. adjudicatæ fuerunt ꝓ damnis suis quæ habuit occasione cujusdam disseisinæ eidem H.per præfatum I. factæ in N. ꝓut per quandam &c. sine dilatione &c. Et qualiter &c. Fieri facias x. li.de xx. li. in curia adjudicatis in assisa novæ disseisinæ.

¶ A.& B. justitiarii dn̄i regis ad omnes assisas, juratas, & certificationes coram quibusdā justitiariis dn̄i regis in com̄ tali arraian̄ capiendas assignati, vic' ejusdem comitatus salutem. Ex parte dn̄i regis tibi mandamus, quòd venire facias coram nobis apud S.tali die, omnia brevia assisarum, juratarum, & certificationum in com̄ tuo, unà cum panellis, attachiamentis, reattach', summonitionibus & resum̄, & omnibus aliis adminiculis assisas, juratas, & certificationes prædictas qualitercunq; tangentibus. Proviso semper quòd attachiamēta, reattach', summonitiones, & resum̄, inde fiant ꝑ xv. dies ante prædictum diem. Et habeas ibi nomina &c. Warrantum justitiariorum directum vicecomiti, ad faciendum venire omnia brevia assisarum, juratarum, & certificationū in comitatu tuo cum panellis &c.

¶ Rex vic' salutem. Cū W. in cur̄ n̄ra &c. recuperatet seisinā suā versus T.de tertia parte unius mesuagij cum pertin̄, ꝑ quandam assisam novæ diss. ibi inter eos sum̄ & captā ꝑ defaltā ipsius T. ac idē T. postea venit in eadem curia nostra apud S. & dixit se fuisse tenentem de prædicta Scire fac' ipsi qui recuperaverit seisinam suam per assisam novæ disseisinæ. At

etiam venire facias juratores ejuſdem aſſiſæ, qñ ipſe verſus quem &c. profert cartam anteceſſoris &c. p quam ipſe tenetur ad warrantizandum.

tertia parte cū pertiñ tēpore quo prædicta aſſiſa inde inter eos tranſivit, & protulerit quoddam ſcriptum quietæ clamantiæ ſub nomine cujuſdam I. fratris p̄dicti T. cujus hæres ipſe eſt ut dicitur, eidem T. factum de p̄dicta tertia parte cū pertiñ, in quo continetur quod idem Johannes, obligavit ſe & hæredes ſuos ad warr̄ p̄dicto T. p̄dictā tertiam partē, & p ſtatutū petiit inde ſibi de remedio pvideri: nos volentes eidem T. juſtitiam fieri in hac parte, tibi præcipimus quòd per probos &c. ſcire facias p̄dicto W. quòd ſit &c. tali die, oſtenſurus ſi &c. quare juratores illius aſſiſæ ſuper confectione ſcripti p̄dicti & aliis articulis ſcriptum illud tangentibus examinari non debeant, ſi &c. Præcipimus etiam tibi quòd venire facias coram p̄fatis juſtitiariis noſtris apud S. ad præfatum diē jur̄ aſſiſæ prædictæ, ad recognoſcendum ſuper ſacramentum ſuum ſi prædictum ſcriptum ſit factum prædicti I. & de aliis ſcriptum illud tangentibus. Et habeas ibi nomina eorum per quos eis ſcire feceris &c.

Habere facias ſeiſinā de quodam corrodio recuperato per aſſiſam novæ diſſeiſinæ, percipiendo de quodam prioratu.

¶ Rex vic' ſalutē. Scias quòd H. in curia &c. recuperavit ſeiſinam ſuā verſus I. de uno corrodio capiendo ad vitam ipſius Henrici in prioratu de K. videlicet qualibet ſeptimana unum buſhellum frumenti, octo p quarterio, & duos buſhellos braſei de eadem menſuratione, & quolibet die unum ferculum generale de carnibus vel piſcibus, put unus monachus prioratus prædicti de die in diem percipit, vel unum denarium p diem cum pertiñ in K. per aſſiſam &c. Et ideo &c. quòd de corrodio prædicto &c.

Breve coronatoribus ad certificandum indictamenta coram juſtitiariis ad gaolam deliberādā & quòd coronatores ſint ibidem &c.

¶ Rex, coronatoribus ſuis comitatus talis ſalutē. Quia A. & S. in priſona noſtra de M. detinentur p diverſis feloniis p ipſos in com̄ p̄dicto perpetratis, unde corā vobis ut accepimus ſeparatim ſint indictati, ſuper quibus indictamentis volumus certiorari antequam ad deliberationem p̄dictorum A. & S. in hac parte &c. vobis mandamus qd' ſcrutatis rotulis & aliis memorandis veſtris, indictamenta, ſi quæ in eiſdē ipſos tangentia inveneritis, habeatis coram juſtitiariis noſtris ad gaolam noſtram prædictam tali die indilatè, ut iidem juſtitiarii nr̄i ulteriùs inde faciant &c. Et vos ipſi tunc ſitis ibidem in propriis perſonis veſtris, ad faciend' ea quæ ad officium veſtrum pertinent in hac parte. Et habeatis &c.

Breve directum abbati aut ſuo ſeneſcallo ſeu cuſtodi, ad habendum corpus ipſius qui eſt in cuſtodia &c. coram juſtitiariis ad gaolam deliberandam virtute cujuſdam appelli de morte hominis.

¶ Rex, abbati de Bello aut ejus ſeneſcallo ſeu cuſtodi gaolæ nr̄æ ibidem ſalutem. Quia A. ad ſectam Bernardi coram coronatore & vicecomitibus civitatis Londoñ appellatur de morte C. conſanguinei ipſius B. apud S. in com̄ tali ſelonicè interfecti tali die & anno, & idē A. in priſona noſtra in gaola noſtra prædicta jā eſt detētus ut dicitur: vobis mandamus quod corpus prædicti Antonii habeatis coram juſtitiariis noſtris ad gaolam noſtram de Newgate deliberandam aſſignatis apud Newgate tali die, unà cum ejus attachiamentis & omnibus aliis adminiculis ipſum qualitercunq; tangentibus, ut iidem juſtitiarii noſtri ad diſcuſſionem appelli prædicti procedere valeant, prout de jure &c. inde fore viderint faciendum, & hoc nullo modo omittatis ſicut vos indemnes erga nos velitis obſervare &c.

¶ Rex,

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus tibi qd' venire facias corā &c. tali die, vel coram B. si priùs tali die apud sanctum Martinum venerint xxiiij. tam cives quā alios ꝓbos & legales homines de visinetu &c. ꝑ quos &c. ad recogn̄ &c. si prædictus A. tali die apud S. ipsum T. cum quodā cultello percussit, & ipsum felonice mahemiavit &c. sicut prædictus T. dicit vel non sicut prædictus A. dicit. Quia tam &c.

Nisi prius ad inquirēdum de quodam mahemio.

¶ Rex, vic' salutem. Præcipimus quòd habeas corā nobis tali die corpora W. & S. juratorū sum̄ in cur̄ nr̄a corā nobis, ad inquirend' qui malefactores &c. vel sic, juratorū sum̄ coram p̄fatis justitiariis nostris inter A. & B. de placito transgressionis.

Habeas corpora juratorum, ad inquirendū qui malefactores &c.

¶ Rex vic' salutē. Præcipimus tibi qd' distringas A. B. C. &c. juratores sum̄ in cur̄ nr̄a corā nobis, ad recogn̄ ad sectā nr̄am super sacramentū suum, si S. culpabilis sit de receptione quorundā felonum indictatorum post felonias suas factas scienter, unde coram nobis indictatus est, nécne, ꝑ omnes terras & catalla sua in balliva &c. & quòd de exitibus &c. & quòd &c. tali die ad faciendum juratam illam, & ad audiendum judicium &c. Præcipimus etiam tibi quòd octo tales habeas coram p̄fatis justitiariis nr̄is vel coram p̄fatis W. & S. vel uno eorum, si priùs ibidem venerit ad faciend' juratam illā, ita quòd jurata illa ad diē illū non remaneat capienda ꝓ defectu juratorum. Et habeas ibi nomina eorum quoꝝ de novo apposueris & hoc breve. T. &c.

Distringas juratores ad inquirendum si sit culpabilis de receptione quorundam felonum, & qd' habeas octo tales &c.

¶ Præcipimus etiā tibi quòd amotis A. B. C. & D. &c. loco eorum apponas xl. tam milites quàm alios liberos & legales homines de visinetu de S. neutri parti suspectos, & illos habeas coram p̄fatis justitiariis nr̄is ibidē ad p̄fatum diem, ad recognoscendum super sacramentū suū simul cum juratoribus p̄dictis in forma p̄dicta. Et habeas ibi nomina eorum quos de novo apposueris, & hoc breve. T. &c.

Breve ad amovendum A. B. C. & D. &c. primos juratores, & loco ipsorum xl. alios apponas & illos cum prioribus juratoribus habeas &c.

¶ Rex vic' salutē. Cùm A. nuper coram justitiariis nostris ad diversas felonias &c. de quibusdam transgressionibus nobis in regij juris nr̄i læsionē & exhæredationē nr̄am factis indictatus fuisset, & inde ꝑ eosdem justitiarios nr̄os allocutus allegasset se inde culpabilē non fuisse, & inde in juratā patriæ se posuisset ꝑ quod corpus p̄dicti A. in custodia tua ꝑ p̄ceptum justitiariorū nr̄orū p̄dictorum cōmittebatur, donec jurata prædicta transivisset salvò custodiend', ac ꝓ eo qd' idē A. postea se in gratiā nr̄am reddidit, & finē nobiscū fecit ꝓ transgressionibus p̄dictis: tibi p̄cipimus qd' corpus p̄dicti A. à prisona nr̄a de custod' tua sine dilatione deliberes, nisi ꝓ alia causa in custod' tua existat, ip̄m ulteriùs hac de causa non molestando in aliquo seu gravando. Et qualiter &c.

Breve ad deliberandum corpus in prisona causa cujusdam trīs unde corā justitiariis indictatus est, eò quòd pendente placito fecit finem pro transgressione prædicta.

¶ Rex, vic' salutē. Cùm prior de M. in cur̄ nr̄a corā nobis tali die, recuperasset versus G. decē libras ꝓ damnis suis quæ habuit occasione cujusdā transgressionis eidē priori ꝑ p̄fatum G. vi & armis & contra pacem nr̄am factæ, ꝓut ꝑ quandā juratam inde inter eos captā convictū fuit, ac ex parte p̄dicti prioris accepimus, qd' quinq; libræ de damnis p̄dictis ei adhuc restant solvend', & quia volumus ea quæ in curia nr̄a coram nobis rite acta sunt, debitæ executioni demandari: tibi præcipimus

Scire facias W. ad ostendendū quare v. li quæ sunt parcella x. li. quæ &c. fieri &c. reddi non debeant.

pimus

pimus quòd p ꝓbos &c. scire facias pfato Guilhelmo, quòd sit coram nobis tali die, ad ostendend' si quid ꝓ se habeat vel dicere sciat, quare prędictæ quinq; libræ de terris & catallis suis in balliva tua fieri, & p̄fato priori reddi nō debeāt si sibi viderit expedire. Et ulterius factur̄ & receptur̄ qd' curia nr̄a consideraverit in hac parte. Et habeas &c.

Breve ad deliberandum bona & catalla ipsius qui est acquietatus de felonia coram justitiariis unde indictatus fuit, eò quòd fugam non fecit.

¶ Rex, vic' salutē. Cùm G. de quibusdā feloniis sit indictatus, & inde corā justitiariis nr̄is ad gaolā de N. deliberand' assignatis allocutus, & p inquisitionē patriæ, in quam se inde de bono & malo posuit, acquietatus fuisset, & licèt p quandam inquisitionē compertum fuisset, quòd prædictus Guilhelmus fugā nō fecit occasione indictamenti p̄dicti: tu tamen bona & catalla ejusdē Guilhelmi occasione indictamēti prædicti p te in manum nr̄am capta, ei adhuc detines minùs justè, in ipsius Guilhelmi damnum non modicum & gravamen. Et ideo tibi præcipimus firmiter injungendo, quòd eidem Guilhelmo bona & catalla sua prædicta, si ea occasione indictamenti p̄dicti & non alia in manum nr̄am cepisti, sine dilatione liberes ut est justum. T. &c.

Fieri facias de terris &c. x. li. pro clericis & xl. li pro parte qui illas l. li. recuperavit in assisa novæ disseisinæ pro damnis suis, & capias ipsum qui fecit disseisinā, ad faciendum finem eò quòd &c. Venditioni exponas pro clericis, & pro parte qn̄ vicecomes retornat &c.

¶ Rex, vic' salutē. Præcipimus tibi quòd de terris & catallis A. &c. decem libras &c. & denarios illos habeas &c. ad reddend' G. & sociis suis clericis nr̄is assign̄ B. de xl. libris quas idem B. recuperavit in curia nr̄a corā nobis versus præfatum A. ꝓ dānis suis quæ habuit occasione cujusdam disseisinæ eidē B. p præfatū A. de tenementis in C. vi & armis factæ, ꝓut p quandā assisam ibi inter eos sum̄ & captam convictum fuit. Præcipimus etiam tibi quòd capias prædictū A. ad satisfaciend' nobis &c. occasione disseisinæ prædictæ. Et habeas &c.

¶ Rex, vic' salutē. Præcipimus tibi quòd illa bona & catalla G. de C. ad valenciam x. li. quæ p præceptū nr̄m cepisti, & penes te detines pro defectu emptorum, ꝓut nobis in octavis Trinitatis ꝓximè præteritis retorn̄ venditioni exponas, & denarios quos inde levaveris habeas coram nobis tali die, ad reddend' tam R. de S. & sociis suis clericis nostris assign̄, quàm I. de T. quas eadem I. in curia nr̄a coram nobis recuperavit versus eum, ꝓ damnis suis quæ habuit occasione cujusdam transgressionis eidem I. p præfatum G. vi & armis & contra pacem nostram apud D. factæ, ꝓut per quandam juratam &c. T. &c.

Habeas corpora juratorum in bri de attincta, & distringas primos juratores.

¶ Rex vic' salutē. Præcipimus tibi quòd corpora I. & C. habeas coram nobis tali die &c. parati sacramēto recogn̄, si juratores p quos quædā inquisitio nuper sum̄ fuit & capta coram &c. tali die apud W. sine bri nostro inter R. & B. de quadam transgressione eidem R. per præfatum B. illata ut dicebatur, falsum fecerunt sacramentum, sicut idem B. nobis graviter conquerendo monstravit necne, ad fac' &c. Præcipimus etiam tibi quòd distringas B. & F. juratores primæ inquisitionis prædictæ per omnes &c. Et de exitibus &c. Et quòd habeas corpora &c. ad p̄fatum terminum aud' &c. Et ad aud' &c.

Supersedeas in exigendis de felon̄ eò quòd ipse versus quem breve prosecutus est

¶ Rex, vic' salutē. Quia A. p B. &c. de morte &c. appellatur, & per ꝓsecutionē nobis inde factā se prisonæ marescalsiæ nr̄æ corā nobis reddiderit, & ea occasione in eadē moratur, & jam ex parte ipsius A. accepimus, quòd idē A. in com̄ tuo pro morte præd', ac ꝓ aliis felon̄ & trans-

transgressionibus unde coram dil' & fid' nostris S.& A.& sociis suis justitiariis &c.indictatus est, positus est in exigendo in eodē com̄ ad utlagandum, nobis supplicavit sibi de remedio congruo providere velimus in hac parte, Et quia non est juri consonum quòd præd' A. dummodo sic in prisona nostra detineatur, utlagetur: tibi præcipimus qđ de in exigendo ipsum A. capiend' vel aliter molestando prætextu cujusdam brevis nostri tibi inde directi ipso A. sic in prisona nostra existente supersedeas omnino. T.&c.

sè coram nobis prisonæ marescalsiæ reddidit.

¶ Rex vic' salutē. Præcipimus tibi quòd venire facias coram dilectis & fidelibus nostris G.& B. & sociis suis justitiariis nostris ad gaolam nostram de G. de prisonibus in ea existentibus deliberand' assignatis, apud W. tali die 24. tam milites &c. de visinetu de B. per quos &c.& qui nec &c. ad recognoscendum &c. si prædicti G.& A. filius ejus culpabiles sint de morte H. quondam magistri sui, & P. gartionis sui felon̄ interfecti unde indictati sunt necne, quia prædicti G.& A. posuerunt se inde in juratam illam. Præmoneri etiam facias R. coronatorē nostrum castri de B. in comitatu tuo, quòd tunc sit ibi cum rotulis & aliis memorandis suis, ad faciendum id quod ad officium suum pertinet. Et habeas ibi nomina juratorum & hoc breve. &c.

Venire facias 24. &c. coram justitiariis ad gaolam &c. assign̄, ac etiam p̄moneri facias corōn qd' sit &c. cū rotulis &c.

¶ Rex vicecomiti salutem. Præcipimus tibi sub pœna 40.li. quòd corpus T. capti in prisona n̄ra de K. in custodia tua detenti, prout in 15. Hillarii nobis retornasti sub salva &c. habeas coram nobis tali die ubicunq; &c. ad respondendum nobis de diversis feloniis & transgressionibus unde indictatus est. Et scias te amerciatum esse ad centum solidos per retornum tuum prædictum quod frivolum reputamus, & graviùs amerciaberis nisi hoc præceptum nostrum pleniùs exequaris. Et habeas &c.

Habeas corpus &c. sub pœna, ad respondend' de diversis feloniis &c.

¶ Rex vic' salutem. Præcipimus tibi quod capias S. si &c. & in prisona nostra &c. ita quòd habeas &c. ad respondendū nobis de diversis feloniis & transgressionibus unde per quendam ꝓbatorem in gaola nostra villæ sancti Edmundi nuper existentem qui obiit, appellatus est. Et habeas ibi &c. vel sic, non omittas propter aliquam libertatē com̄ tui, quin &c. ut suprà, ad satisfaciendum nobis de redemptione sua, ꝑ eo quòd non est prosecutus breve suum de appellatione versus B. de morte C prout in curia nostra corā nobis illud incepit. Et habeas &c. vel sic, ad satisfaciendum nobis de redemptione sua, pro eo quòd non veniebat in curia nostra tali die aud' juratā patriæ in quā aliàs se posuit ad sectam B. de placito transgressionis, sicut in curia nostra corā nobis manucaptus fuit. Et habeas &c.

Capias ad respond' de diversis feloniis unde p probatorem appellatus est qui obiit in prisona, vel capias ad satisfaciend' pro redemptione, eo quod non prosequitur bre de appellatiōe &c.

¶ Rex, vic' salutē. Præcipimus tibi quod venire facias coram nobis tali die ubicunq; &c. viginti quatuor tam milites &c. de visinetu &c, per quos &c.& qui &c. nulla affinitate attingunt, ad recognoscendum &c. si prædictus C. culpabilis sit de quibusdam feloniis unde corā nobis indictatus est, quia idem A. in curia nostra coram nobis ad sectam nostram de bono & malo posuit se in juratam illam. Et habeas ibi nomina &c.

Venire facias 24. &c. ad inquirend' &c. si culpabilis sit &c. unde &c.

¶ Rex

Certiorari directũ vic' & coroñ, ad certificand de indictamentis sive appellis, si quæ coram eis facta fuerũt de morte &c.

¶ Rex, vic' & coronatoribus talis comitatus salutem. Quia quibusdã certis &c. volumus super indictamentũ sive appellum, si quæ facta fuerint coram vobis in comitatu prædicto super R. de morte B. fratris A. unde idem A. in curia nostra coram nobis per breve nostrum eum appellat, & postmodum breve illud versus eum non est prosecutus: vobis præcipimus quòd scrutatis rotulis & aliis memorandis vestris, si quod indictamentum sive appellum super prædicto R. de morte prædicta inveniri contigerit in eisdem, illud distinctè & apertè mittatis coram nobis tali die ubicunq; &c. sub sigillo vestro & sigillis eorum per quorum sacramentum inquisitio illa facta fuerit &c. & hoc breve. T. &c.

Certiorari directũ senescallo & marescallo, ac coronatoribus hospitii, ad certificãd indictamenta de morte adeo plene &c.

¶ Rex, senescallo & marescallo ac coronatoribus hospitii sui salutem. Cùm nos nuper &c. vel super tenorem indictamenti facti coram vobis præfatis coronatoribus &c. de morte A. infra virgã hospitii nostri prædicti in comitatu C. nuper ut dicitur interfecti, unde D. & alii extiterunt indictati, vobis mandaverimus quòd tenorem indictamenti p̃dicti sub sigillis vestris distinctè & apertè nobis in cancellaria nostra mitteretis, vósq; tenorem p̃dict' in cancellaria nostra misistis, quem postea certis de causis coram nobis venire fecimus terminand' ac postmodum quædam M. uxor prædicti A. de auxilio & procur̃ mortis ejusdem A. indictata, corã nobis personaliter comparens, protulit cartam nostram de perdonatione de morte p̃dicti A. sibi per nos facta, petendo ipsam virtute cartæ inde exonerari & quòd inde sine die redire valeat, & pro eo q̃d nos ad allocationem cartę p̃dictæ super hujusmodi tenore ꝓcedere non possumus, quousq; de pleno indictamẽto certioremur: ideo vobis mandamus quòd indictament' p̃dict' de morte p̃dicta corã vobis habitum, adeo plenè & integrè prout corã vobis captum fuit, sub sigillis vestris distinctè & apertè mittatis corã nobis in octavis Michaelis ubicunq; &c. ut nos inde ulteriùs fieri faciamus quod de jure & secundum legem. &c. Et habeatis &c.

Certiorari directũ justic' de pace ad certificand de indictament' & de omnibus aliis &c. eo quod in dictamus marescalliæ se reddiderit &c.

¶ Rex dilectis & fidelibus suis A & K. salutem. Cùm B. quæ fuit uxor C. coram nobis appellavit D. de morte prædicti C. quondam viri &c. sicut per appellum corã nobis inde habitum manifestè apparet, qui quidem D. ea occasione postmodum marescalliæ nostræ coram nobis se reddiderit, prout per recordum rotulorum corã nobis inde habitorum est compert', & datum est nobis intelligi q̃d' idem D. corã vobis & sociis vestris justitiariis nostris ad diversas felonias & trñs in comitatu prædicto factas audiend' & terminand' assignatis de morte prædicta est indictatus, & nos de indictamento illo, etiam de omnibus aliis indictamentis ipsum D. qualitercunque tangentibus certiorari volentes, priusquã ad deliberationem prædicti D. procedamus in hac parte: vobis mandamus quòd indictamentum mortis prædicti C. & omnia alia indictamenta corã vobis habita ipsum D. qualitercunque tangentia cum omnibus adminiculis, mittatis coram nobis tali die ubicunq; &c. ut ulteriùs inde quod justum fuerit fieri faciamus quod de jure &c. Et habeatis ibi &c T. &c.

¶ Rex

¶ Rex dilectis & fidelibus suis A. & sociis suis justitiar̃ ad placita coram nobis tenend' assignatis salutem. Cùm nuper vic' nostro Lincolñ præceperimus, quòd per probos & legales &c. de comitatu præd'cto per quos &c. diligenter inquireret, de diversis feloñ & roberiis priori de S. sancti Johannis Hierusalem in Anglia apud B. in comitatu prædicto factis, & inquisitiones inde distinctè & apertè factas nobis in cancellariam nostram mitteret, quo prætextu quidam R. fil' R. de B. sub nomine R. de P. extitit indictatus, quod quidem indictamentum super hoc vobis misimus ad executionem inde faciend', ac idem R. pro eo quòd non veniebat coram nobis ad responden' nobis de feloniis prædictis, positus fuerit in exigend' in comitatu prædicto ad utlag', & ea occasione postmodum utlagatus, ac ex parte R. fil' R. fil' H. P. nobis sit supplicatum, ut cùm quidam emuli sui ptendentes ipsum de feloñ pdictis fore indictatum, & ea de causa esse utlagatum, & idem R. fil' R. fil' H. P. paratus sit ut asserit se reddere prisonæ marescalsiæ nostræ corã nobis ad stand' recto ad sectã nostram & aliorum quorumcunq; versus eum inde conquer̃ volentium, & viis & modis quibus poterit edocere qd' ipse nõ est ead' psona quæ indictata seu utlagata existit, velimus ei inde de remedio subvenire, & quia non est juri cõsonũ qđ aliquis pro alieno delicto puniatur: vobis mãdamus qđ viso indictamento pdicto, necnõ recordo & pcessu utlag' penes vos residentibus, si per inspectionem eorund', vel per inquisitionem inde factã, aut alio modo legitimo, vobis constare poterit, ipsum R. non esse eand' psonã quæ indictata seu utlagata existit, tunc ipm occasione ideptitatis nominis & cogñ pdictor̃ non molestetis in aliquo seu gravetis. T. &c. Idemptitate nominis directũ justitiariis ad placita coram nobis tenend'.

¶ Præcipimus etiã &c. 24. &c. per quos rei &c. & qui nec &c. ad respond' &c. si prædictus A ballivus a die Lunæ &c. an no. &c. quando returnum brevis nostri pr te recipit, ad distr̃ B. per omnes terras &c. usq; 15. Trinitatis de 20. li. de exitibus &c. prædicti B. nobis respondisse potuisset, sicut C. qui pro nobis sequitur dicit necne, quia idem A. posuit se &c & tu ipse tunc sis in propria persona tua ad audiendũ judicium tuum de hoc quòd præceptum nostrũ tibi priùs inde directum nõ es executus &c. Venire facias 24. ad inquirẽd' si ballivus libertatis de plenis exitibus respondere potuisset necne.

¶ Rex dilectis & fid' suis S. G. S. & sociis suis nuper justitiariis nostris ad diversas felonias & transgressiones in com̃ K. factas audiendas & terminandas ad sectam nr̃am tantum assigñ salutem. Cùm nuper G. in curia nostra coram nobis per breve nostrum appellavit I. de morte R. fratris sui, idémq; G. breve illud postmodum non fuit prosecutus, idémq; I. coram præfato S. & sociis suis justitiariis nostris in comitatu pdicto de morte pdicta, necnon de aliis feloniis est indictatus, quæ quidem indictamenta penes vos in custodia vestra remanent ut accepimus, & nos de indictamentis prædictis certiorari velimus antequam ad deliberationem ipsius I. in hac parte procedamus, qđ omnia indictamenta corã pfatis justitiariis habita ipsum I. tangentia & in custodia vestra existentia, habeatis coram nobis in octavis Hil', ut ulteriùs fac' &c. fuerit faciendum. Et habeatis &c. Certiorari directũ nuper justitiariis ad habẽd' omnia indictamẽta corã eis habita in eorum custodia existentia, corã justitiariis &c. I. quoquo modo tangentia.

Capias felones directũ vic' & W. de B. conjunctim & divisim non obstante aliqua libertate &c.

¶ Rex vic' & W. de B. salutẽ. Quia A. & B. qui corã coronatoribus nostris com̃ ꝑdicti, de diversis feloniis in eodẽ com̃ ut dicitur perpetratis indictati sunt, sicut nobis constat per indictament' illud, quod corã nobis inter alia indictam̃ta certis de causis venire fecimus terminand', jam vagantur in diversis locis infra com̃ prædict' tam infra libertatem quà extra diversa mala perpetrantes ut accepimus: vobis & alteri vestrũ mandamus conjunctim & divisim, qd' non omittatis propter aliquam libertatem &c. infra com̃ prædictum, quin capiatis prædictos A. & B. &c. Ita quòd habeatis &c.

Certiorari directũ coroñ ad habend' coram &c. cogñ & appella probatoris.

¶ Rex coronatori salutem. Quia A. qui coram nobis de diversis feloñ est indictatus, coram te cognovit se esse latronem & plenam feloniam fecisse, & quosdam de feloniis illis appellavit ut accepimus, de quibus expediens est ut certioremur: tibi præcipimus qđ cognitiones & appella prædicta coram te facta & penes te residentia, habeas coram nobis tali die. ut ulteriùs &c.

Distring' sicut pluries juratores ad faciend' juratam inter regẽ & partem in felonia.

¶ Rex vic' salutẽ. Præcipimus tibi sicut pluriès &c. quòd distringas &c. jur̃ sum̃ in curia nostra coram nobis, ad respond' super sacram̃tum ad sectam nostram, si T. culpabilis sit de quibusdam articulis super ipsum corã nobis præsentatis necne, per omnes terras &c. ad faciend' juratã illã &c.

Venire facias 24. de quolibet hũdredo & burgo com̃ &c. nõ obstante libertate, & ad proclamand' quod oẽs qui velint conqueri tunc sint &c. & scire facias coroñ & ballivis quod sint. &c.

¶ Rex, vic' salutẽ. Præcipimus tibi qđ non omittas ꝓpter &c. quin venire fac' corã nobis tali die de quolibet hũdredo & burgo com̃ tui 24. tam milites &c. ad faciend' ea quæ ex parte nr̃a eis ibidem injungẽtur. Publicè etiam &c. qđ omnes illi qui se conquer̃ volent versus quascũque personas de cõspirationibus, confeder̃, ambidextr̃, cãbipartibus, extortionibus, oppressionibus, dãnis, gravaminibus seu injuriis quibuscunq;, quòd tunc sint ibidẽ billas suas propositur̃ in factoq; subitur̃ si sibi viderint expedire. Scire etiam facias coroñ, necnon ballivis libertatis com̃ prædicti, quòd tunc sint ibid' cum rotulis & aliis memorandis suis, ad faciend' ea quæ ad officium suum pertinent in hac parte. Et tu ipse intendens sis & auxilians servientibus nostris &c.

Bre de deceptione ubi tenẽs qui amisit per defaltã terram suam nunquam fuit summonitus inde &c.

¶ Rex, vic' K. salutem. Ostensum est nobis ex parte G. R. quòd Johannes Strode in curia nostra corã justitiariis nostris apud westm̃ falsò & in deceptione ejusdẽ curiæ, recuperavit seisinã suã versus eum de duabus acris terræ cum pertinentiis in H. per defaltam ipsius G. cùm idem G. nunquam summonitus fuit essendi coram eisdem justitiariis &c. ad aliquem certum diem jam præteritum ad respondendũ præfato Johañ Strode de ꝑdicto placito, nec ꝑdicta terra unquam in manum nostrã capta fuit ob aliquã defaltam ipsius G. nec idem G. iteratò summ̃ fuit essendi corã justitiariis nostris apud Westm̃ ad aliquem certum diem jã præteritum, ad respondendum eidem Johanni Strode tam de principali placito quã de prædicta defalta, prout moris est in regno nostro Angliæ. Et ideo tibi præcipimus quòd capta securitate à præfato G. de clamore suo prosequendo, venire facias corã &c. à die sancti Johañ Baptistæ in 15. dies Robertum H. & Richardũ Cliot primos sum̃, per quos Wilhelmus S. nuper vicecomes noster

comitatus

comitatus prædicti mandavit justitiariis nris &c.quòd sum pdictu G. essendi coram eisdem justitiariis &c.in octavis sancti Michaelis pximè præteritis,ad respondendum præfato Johanni Strode de prædicto placito. Venire facias etiã corã eisdẽ justitiariis &c. ad præfatam xv. sancti Johannis Baptistæ,Henric' Rudham, Johannem Athalf, Alexandrum Reede, & Johannem Rudham, p quorum visum Wilhelmus Topclyve senescallus libertatis archiepiscopi Cantuar virtute returni brevis nostri sibi per te inde directi, tibi respond' quòd cepit terrã prædictam in manum nram, & etiam Johannem Hunt & Johannem Geffe secundos sum,per quos idem senescallus virtute returni brevis nri prædicti sibi inde directi,tibi respondit quòd summonuit prædictũ Galfridum essendi corã prefatis justitiariis &c. in octavis sanctæ Trinitatis pximè præteritis, ad respondendum pdicto Johanni Strode tam de principali placito quàm de defalta prædicta, put tu ipse eisdẽ justitiariis &c.ad easdem octavas sanctæ Trinitatis mandasti, ad certificandum pfatis justitiariis nostris de summonitione & captione prædictis.Venire etiam facias coram præfatis justitiariis &c.ad præfatam xv.sancti Johannis Baptistæ,tam prædictos Wilhelmum Septuane & Wilhelmum Topclyve quàm præfatos Johannem Strode, videlicet W. S. ad certificandum præfatos justitiarios nostros simul cũ prædictis primis summ de prima summonitione illa,& prædictum W.T.ad certificandum eosdem justitiarios nostros simul cũ prædictæ captionis visoribus & secundis summ de captione & summonitione illis, & prædictum I.G.ad respondendum tam nobis quàm præfato Galfrido de falsitate & deceptione prædictis. Præcipimus etiam tibi quòd per sacramentum proborum & legalium hominum de comitatu tuo, extendi & appreciari facias prædictam terram cum pertinentiis, & extentam & appreciationem quas inde feceris,scire facias præfatis justitiariis nostris &c.ad præfatas xv.sancti Johannis Baptistæ, sub sigillo tuo & sigillis eorum per quorum sacramentum extentam & appreciationem illas feceris.Et interim terram illam in manum nostram capias, & salvò &c. ita quòd neuter eorum ad ea manum apponat, donec &c.& quòd de exitibus ejusdem ad scaccarium nostrum nobis respondes. Et habeas ibi nomina eorum per quorum sacramentum extentam & appreciationem illas feceris, nomina plegiorum & hoc breve.T. &c.

¶ Rex, vic' Cantuar salutẽ. Cùm Wilhelmus Rastell ballivus Johannis Brewes militis,in curia nra corã justitiariis nris apud W. summonitus esset ad respondendum Roberto de Asheton militi, de placito quare cepit iiij.equos ipsius Roberti in villa de Bokesworthe, in quodam loco qui vocatur Overbaldole, & eos injustè detinuit contra vadium & plegios:idem Wilhelmus venit in eadem curia, & ut ballivus Johannis Brewes chivaler & A.uxoris ejus, cognovit captionẽ equorũ pdictorũ,quia dixit quòd quidã Wilhelmus Lovet & A. uxor ejus soror & hæres W.de Boksworthe,tenẽt de eisdẽ I.de Brewes & Agn, & de manerio suo de C.ut de jure ipsius A.maneriũ de B. voc' le Goys Mavior

Summoneas in auxilium ubi ballivus cognovit captionem averiorum, & vocavit dominum in auxilium.

Mavior cum ptiñ in servitio p homagium & fidelitatem & p servitiũ quinq; feodorum militum cum ptiñ, de quibus servitiis pfata Agneta seisita fuit dum sola fuit p manus pdicti Wilhelmi de Bokesworth ut p manus veri tenentis sui, & quia fidelitas prædictorũ, Wilhelmi Lovet & A. & similiter xxv. li. de relevio ejusdem Alic' post mortẽ pfati W. de B. fratris pro v. feod' pdicti. p maneriis prædictis, eisdem Johanni & Agnetæ à retro fuerunt, pro fidelitate eorundem W. L. & A. sic à retro existente, cognovit ipse captionẽ unius equi de equis prædictis, & etiam p lx. s. de prædictis xxv. li. de relevio prædicto post mortẽ prædicti W. de L. similiter à retro existente, cognovit ipse captionem trium equorum de equis prædictis, ut ballivus eorundem I. & A. in prædicto loco vocato Overhaldole, ut in parcella maneriorum pdictorũ de ipsis I. & A. ut de jure ipsius Agnetæ in forma prædicta tentorum & infra feodum eorundum I. & A. & hoc per patriam verificare ptendebatur. Ad quod prædictus Robertus in eadem curia replicando dixit, quòd prædictus locus vocatus Overhaldole est extra feod' pdictorũ I. & A. & hoc per patriam verificare prætendebat, quam quidem verific' pdictus W. ballivus I. dixit se absq; præfatis I. de B. chivaler & A. expectare non posse, & petiit auxilium de ipsis I. de B. chivaler & A. Et ideo tibi præcipimus quòd summoneas prædictos I. de B. chivaler & A. quod sint coram justitiariis nostris &c. xv. Triñ, ad manutenendum verificationem pdictam simul cum prædicto W. ballivo ipsius I. si voluerint. Et habeas ibi sum̃ & hoc breve. T. &c.

Breve vicecomitibus & coronatori Londoñ ubi quoddam breve de exigendo tempore alterius regis eisdem vicecomitibus directum, non fuit retornatũ sed cancellatũ, & in quo brevi defendens fuit utlagatus.

¶ Rex, R. de Launde & Johanni Northampton nuper vicecomitibus dñi E. nuper regis Angliæ avi nr̃i Londoñ, at Henrico de Mertoñ tũc coroñ ejusdem avi nr̃i in civitate Londoñ salutem. Cùm nuper vobis vos pfati nuper vic' p breve prædicti avi nr̃i præceptum fuisset, quòd exigi faceretis Richardum Skelman de Quye de hustengo in husteng', quousq; secundum legem & consuetudinem regni nr̃i Angliæ utlagaretur si &c. & si &c. & salvò &c. ita quòd haberetis &c. xv. Hil' anno &c. ad respondendum Thomæ Trygge civi Londoñ & I. uxori ejus, de placito quòd reddat eis rationabile computum suum de tempore quo fuit receptor denariorum prædictæ I. & licet idem Rogerus virtute brevis prædicti occasione prædicta in Hustengo Londoñ utlagatus fuisset: vos tamen præfati vicecomites breve prædicti avi nr̃i prædictum ad præfatum xv. Hil' minimè retornastis nec retornari curastis ut accepimus, in prædicti avi nostri præjudicium & damnum non modicum. Et ideo vobis nuper vicecomitibus & coroñ prædicti avi nostri præcipimus, quòd scrutatis rotulis, recordis, & aliis memorandis in custodia vestra existentibus, id quod inde inveneritis in eisdem præmissa qualitercunq; tangeñ, distinctè & apertè scire faciatis justitiariis nostris apud Westm̃ in xv. Paschæ. Et habeatis ibi hoc br̃e. T. rege B. &c.

De liberatione & restitutione

¶ Rex, vic' Linc' salutem. Cùm nuper tibi pceperimus qd' omnia terra & tenta, quæ fuerunt Johannis fil' Roberti de W. in balliva tua die Martis

Martis proximo post festum sancti Mathiæ apostoli anno regni domini E. nuper regis Angliæ avi nr̄i xxxiij. vel unquam postea, ad quorumcunq; manus devenissent, nisi alicui hær̄ infra ętatē existenti jur̄ hæreditar̄ descēdissent, Margaretæ, quæ fuit uxor Richardi Aust̄ē de Grantham, sine dilatione deliberari faceres ꝑ rationabile precium & extentam, tenendū ut liberum tenementum sibi & assignatis suis juxta formam statuti in hujusmodi casu provisi, quousq; xx. li. unà cū damnis & custagiis suis necessariis, ut in laboribus, sectis, dilationibus, & expensis inde levasset, quas quidem xx. li. prædictus Johannes filius R. die & anno supradictis corā Petro B. nuper majore civitatis Lincolñ, & Wilhelmo tunc clerico ad recognitiones debitorum apud Linc' accipiendas deputatis, recognovit se debere præfato R. & quas ei solvisse debuisset in festo Paschæ tunc proximè sequenti, & eas eidē Richardo in vita sua, sive executor̄ post mortē ejusdē Richardi nondum solvit ut dicitur, & qualiter illud præceptum nr̄m fuisses executus, scire faceres justitiariis nr̄is apud W. in octavis sancti Michaelis proximè præteritis: tu p̄fatis justitiariis nr̄is apud W. ad diem illū mandasti quandā extentā indè coram te factā apud G. die sabbati in crastino Nativitatis beatæ Mariæ an̄ regni nr̄i nono, ꝑ sacramentum xij. proborum & legalium hominum in balliva tua, ꝑ quam compertum est quòd prædictus Johannes filius Roberti, habuit apud W. in balliva tua die recognitionis debiti prædicti & postea unū mesuagiū, tria cotagia & vij. bovatas terræ cū pertiñ, quæ valent ꝑ annū ultra reprisas xxxiij. s. iiij. d, & eadē terra & tenementa jur̄ hæreditar̄ post mortē prædicti Johannis fil̄ R. descenderunt quibusdā Alic', Beatrici, Margaretæ, & Johannæ, ut filiabus & hæredibus ejusdē Johannis fil̄ R. & quòd eadē Alicia, Beatrix, & Margareta fuerūt plenæ ætatis, videlicet viginti & unius annorū & ampliùs, & quòd prædicta Johanna non excedebat ætatem decem & septem annorū. Mandasti etiā præfatis justitiariis nostris apud Westmonasterium ad præfatum terminum, quòd ꝑ eo quòd ꝑ veredictū juratorum extentæ prædictæ compertum fuit, quod prædicta Johanna una filiarū & hæredum prædicti I. fil̄ R. non excedebat ætatem. xvij. annorum, ideo de proparte terrarum & tenementorum prædictorum ipsam I. contingente, de hæreditate prædicta nihil actum fuit, & residuum terrarum & tenementorum prædictorum executoribus prædictis liberari fecisti, tenendum ut liberum tenementum sibi & assignatis suis juxta formam statuti nostri inde æditi, quousque debitum prædictum unà cum damnis suis inde levassent. Ac in brevi nostro prædicto priùs inde tibi directo expressā fuit mentio, quòd omnia terra & tenementa, quæ fuerunt prædicti Johannis fil̄ R. die recognitionis debiti prędicti, præfatis executoribus liberari faceres, nisi alicui hær̄ infra ætatem existenti per descensum hæreditar̄ descendissent juxta formam statuti in hujusmodi casu provisi, & per extentam prædictam ac responsum tunc expressē compertum est, quòd eadem terra & ten̄ post mortē prædicti I. fil̄ R. præfatis A. B. M. & I. ut filiabus & hær̄ ipsius I. jur̄ hæreditar̄ descen-

habendi hæredibus recognitoris in quodā statuto mercatorio de earum ten̄ unde executio facta fuit virtute statuti prædicti, una earum infra ætatem existēte.

descēderût, & quòd eadē I. est infra ætatē, ꝑ qd' nulla liberatio terrarum & teñ ꝑdictorũ, quæ eisdē A.B. M. & I. in forma ꝑd' descenderunt, durante minore ætate ipsius I. ꝑfatis executoꝛ ꝑ legem terꝛ fieri debuisset, unde eædē A.B.M. & I. nobis supplicarunt sibi de remedio congruo in hac parte ꝓvideri. Et quia eisdē A. B. M. & I. de præmissis fieri velimus quod est justũ: præcipimus tibi quòd totum & quicquid teñ ꝑdictorũ & quamlibet parcellam eorundem, quæ ꝑfatis executoribus ꝓ executione debiti prædicti ꝑ extentam ꝑdictam liberari fecisti, ꝑfatis A.B.M. & I. unà cum exitibus eorundē à tempore liberationis ꝑdictæ per executores ꝑdictos ꝑceptis, sine dilatione reliberes, & plenam restitutionem inde eisdē A.B. M. & I. extra possessionē executorum prædictorum habere facias indilatè, tenend' modo & forma, quibus ante prædictam extentam captam tenuerunt. Et qualiter &c. octavis Hilꝛ &c. Et habeas ibi hoc breve, T. &c.

Breve de attachiando quosdam juratores, eò quòd iidem juratores diem suum sibi præfixum coram eodem vicecomite ad rogatũ suum proprium non servaverũt &c.

¶ Rex, vic' Dorſ. salutē. Cũ nuper tibi sicut aliàs præceperimus, quòd non omitteres ꝓpter libertatem episcopi Sarũ de Schirborñ, quin ꝑ sacramentum ꝓborum & leg' hominum de coñ tuo extendi & apprec' faceres unum mesuagium, unum molendinum, duas acras terræ ix. acꝛ prati, xij. acꝛ pasturæ, vj. acras alveti, & v. solidatas reditus cum ꝑtiñ in W.C. juxta B. in prædicto coñ Dorſ. quæ T. B. in curia &c. peteret versus I. quæ fuit uxor I. de B. & extentam & apprec' quas inde fecisses scire faceres justitiariis nr̃is apud W. octavis Michaelis ꝓximè præteritis, sub sigillo tuo & sigillis eorum ꝑ quorum sacramentũ extentam & apprec' illas feceris: tu ꝑfatis justitiariis nr̃is apud W. ad diem illum mandasti, quòd virtute brevis prædicti, I. F. &c. suñ fuerunt essendi coram te apud S. die Jovis ꝓximo post festum sancti Michaelis ꝓximè ꝑteritum, qui venerunt & sacramentum suum præstiterunt ad extendendum & appreciand' omnia terras & tenementa ꝑdicta, qui allegabant se de tenementis prædictis aut de valore eorundem noticiam adtunc non habuisse, super quo tu ꝑfixisti eis diē super sacramentum suum prædictũ, essendi apud D. corã te die Lunæ ꝓximè sequenti, ad reddendũ ibidē eorũ veredictum de ꝑmissis, & interim ad prædicta teñta videndũ & de valore eorundem ꝑ annũ inquirendũ. Ad quem diem prædictis juratoribus in pleno coñ ibidem, tento, prædicto die Lunæ solemniter exactis, prædicti I. F. R. & W. quatuor de eisdem juratoribus comparuerunt, & residui eorũ juratorum non venerunt nec venire curaverunt, & ea de causa & ꝓpter brevitatem temporis, ad executionem ꝑdicti brevis ulteriùs ꝓcedere nõ potuisti. Et ideo tibi præcipimus quòd non omittas ꝓpter aliquã libertatem, quin attachias prædictos I. W. &c. & octo juratorum prædictorũ, ita quòd habeas corpora eorum coram justitiariis nr̃is apud W. in crastino Martini ad respondendum nobis de contemptu in præmissis facto, videlicet ꝓ eo quòd ad veredictum suum dicend', ad diē eis ad rogatũ suum ꝓprium ꝑfixum coram te non venerunt, & ulteriùs ad faciendum & recipiendũ omnia & singula quæ curia nr̃a considera verit in præmissis. Et habeas ibi nomina pleg' & hoc br̃e. T. &c.

¶ Rex,

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quod venire facias coram &c. tali die 24. milites de visinetu de M. per quos &c. & qui nec &c. ad recognoscendum super sacramentum suũ, si p̄dict' A. simul &c. tali die apud N. ipsam felonice mahemiavit, sicut idem I. dicit, vel non sicut p̄dictus A. dicit, quia tam &c. Præcipimus etiam tibi quòd capias p̄dictos S. &c. ita quòd habeas corpora eorum corã nobis ad præfatum terminum, ad respondendum I. de mahemio prædicta & pace nr̃a fracta, unde similiter eos appellat, & unde &c. Et habeas &c. T. &c.

Venire facias 24. in appello de mahemio &c. & capias ipsos qui non comparuerunt, ita quod &c.

¶ Rex vic' salutẽ. Præcipimus tibi quod habeas coram nobis &c. corpora A. & B. ad respondendum L. quæ fuit uxor T. simul cum aliis hominibus de morte prædicti T. unde eos appellat, & unde tu ipse retornasti tali die, quòd prædicti A. & B. capti sunt & in prisona nostra de T. detenti tanta infirmitate, quòd ipsos corã nobis ad diem illũ absq; mortis periculo habere non potuisti. Et habeas ibi &c. T. &c.

Habeas corpora ipsorum qui languidi sunt in prisona.

¶ Johannes Holt & socii sui justitiarii domini regis, ad inquirendum qui nativi homines, & terram nativè tenentes decani & capituli ecclesiæ sancti Pauli Londoñ, apud Thorp Kirby & Walton in comitatu Essex, ad procurationem quorundam consiliariorum, manutentorum, & abbettatorum suorum, consuetudines & servitia eisdem decano & capitulo ibidem debita à diu est rebellice retraxerũt, & ea facere contradixerunt, & in diversis conventiculis adinvicem confederati, & sacramento interligati, ad resistendum eisdem decano & capitulo & eorum ministris, ne hujusmodi consuetudines & servitia facerent ut deberent sint congregati, contra formã ordinationis de hujusmodi nativis & terram nativè tenentibus nuper factæ, & ad præmissa omnia & singula, & quædam alia in literis domini regis patẽtibus nobis directis contenta, tam ad sectam domini regis quam prædictorum decani & capituli audiendum & terminand', faciendũ & explend' assignati, vicecomiti Essex salutem. Ex parte domini regis tibi præcipimus, quòd venire fac' coram nobis apud C. &c. 24. probos & legales homines de visinetu de Thorp Kirby & Waltoñ, per quos rei veritas de præmissis omnibus & singulis meliùs sciri poterit & inquiri, ad faciendum omnia & singula quæ tunc ibidem eis ex parte domini regis injungentur. Publicè etiam proclamari facias in balliva tua, si prædicti decanus & capitulum versus aliquam personã pro domino rege vel pro se ipsis occasione aliquorum præmissorum prosequi voluerint, quòd sint coram nobis ad prædictos diem & locum querelas illas suas prout justũ fuerit prosecuturi. Et habeas ibi nomina juratorum quos sic venire feceris, breve domini regis de intẽdendo quod tibi inde venit, & hoc mandatum. Datum apud Westm̃ &c.

Ad inquirendũ de nativis &c.

¶ Rex, vicecomiti Lincolñ salutem. Cum Wilhelmus S. de Spaldynge & Katherina uxor ejus, in curia &c. summoniti essent ad respõdendum Richardo G. & Isabellæ uxori ejus, de placito quare cùm iidem Richardus, Isabella, Wilhelmus & Katherina insimul & ꝓ indiviso teneant unum mesuagiũ, cxliiij. acras & tres rodas terræ cum pertinẽtiis de hæreditate q̃ fuit Isabellæ quæ fuit uxor T. de Friskenay,

De partitione facienda.

matris prædictarum Is. uxoris prædicti Richardi, & K. uxoris prædicti Wilhelmi cujus hæredes ipsæ sunt in F. iidem Wilhelmus & K. partitioni inde inter eos secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ faciend' contradixerunt, & eam fieri nō permiserūt minùs justè. Et postea iidem Wilhelmus & K. venerunt in eadem curia nr̄a & placitando concesserunt partitionem prædictam de tenementis prædictis inter ipsos & prædictos Richardum & Isabellam uxorē ejus secundum legē & cōsuetudinem regni nostri Angliæ fieri. Et ideo tibi præcipimus quòd assumptis tecum 12. &c. de visinetu prædicto, per quos rei veritas meliùs inde sciri poterit, in propria persona tua accedas ad tenementa prædicta, & ibidem per eorum sacramentum in p̄sentia partium prædictarum per te præmonendarum si interesse voluerint, partitionem inter partes prædictas de tenementis prædictis fieri facias, ita quòd una medietas inde assignetur & allocetur præfatis Richardo & Isabellæ uxori ejus, pro parte ejusdem Isabellæ uxoris Richardi, tenenda in separalitate per se, & altera medietas eorundem tenementorum assignetur & allocetur præfatis Wilhelmo & K. pro propartia ejusdem K. tenenda in separalitate per se, ita quòd hinc inde de propartiis suis se appruar̄ possint. Et partitionē inde per te distinctè & apertè in forma p̄dicta factam, scire facias justitiariis &c. octavis Michaelis sub sigillo tuo & sigillis eorum per quorum sacramentum partitionem illam feceris. Et habeas ibi nomina eorum per quorum sacramentum partitionem prædictam feceris &c. T. &c.

Breve de attachiādo episcopum eo quod nō admisit clericū regis postquam rex præsentationē suā versus eum recuperasset in curia sua.

¶ Rex vic' salutem. Cùm nos nuper in curia nostra coram justitiariis nostris apud Westm̄, p considerationem ejusdem curiæ recuperaverimus versus R. Coventr̄ & Lich' episcopum, & R. de S. clericum, præsentationem nostrā ad decanatū in ecclesia collegiata sanctæ Ceddæ Salop̄ vacantem, & ad nostram donationem spectantem, per quod eidem episcopo mandaverimus quòd non obstante reclamatione sua & prædicti Roberti, ad presentationem nostram ad decanatum prædictū idoneam personam admitteret: idem tamen episcopus magistrū M. clericum ad decanatum prædictum virtute judicii prædicti præsentatum admittere recusavit in nostri ac mandatorum nostrorū contemptum, & executionis curiæ nostræ p̄dictæ retardationem manifestam ut accepimus. Et ideo tibi præcipimus quòd ponas per vadium & salvos plegios p̄dictum episcopum, quòd sit &c. tali die, ad responděndum nobis de contemptu prædicto, & ulteriùs ad faciendum & recipiendum omnia & singula quæ curia nostra prædicta consideraverit in præmissis. Et habeas ibi nomina plegiorum & hoc breve. T. &c.

Breve de deceptione p covinā inter querentem & vicecomitem, ubi breve fuit rasum in dato.

¶ Rex, custodibus placitorum coronæ suæ in comitatu Dors. salutem. Cùm G. de B. & R. C. in curia &c. per quoddam breve nostrum de debito vicecomiti nr̄o comitatus p̄dicti directum returnabile & returnatū corā justitiariis nostris apud W. tali die, implacitassent I. de W. de quodam debito C. li. cujus quidem debiti origo & cōtractus facti fuerunt apud W. in comitatu B. & licèt in parliamento nostro apud westm̄ in octavis sancti Michaelis proximè præteritis tento, inter alia concor-

concordatum fuit & ordinatum, quòd illi qui brevia de debito sive de aliquibus contractibus ex tunc prosequi voluissent, eadem brevia in eisdē comitatibus ubi hujusmodi contractus facti fuissent prosequerentur, & si aliquod breve originale contra formam statuti prædicti in posterum prosequeretur, illud breve pro nullo haberetur, ac breve originale pdictū, E.F. vic' nostro comitatus prædicti de dato decimo die Octobris anno &c. 6. liberatum fuisset, ad executionem inde faciendā, idem tamen vicecomes per coviniam inter ipsum & alios factam, post receptionem ejusdem brevis p brevi illo sic manutenendo breve illud rasit, & loco pdicti decimi diei Octobris in eodem brevi inseri fecit decimum diem Septembris ante parliamētum prædictum falsò & in deceptionem curiæ nostræ, & prædicti I. damnum non modicū & gravamen, prout ex gravi querela ipsius Johannis accepimus. Et ideo vobis pcipimus quòd capta securitate à pfato Johañe de clamore suo prosequēdo, venire facias coram justitiariis nostris &c. prædictum E. nunc vicecomitem comitatus prædicti, ad respondendum tam de falsitate & deceptione prædictis, quàm præfato I. de damnis quæ idem Johannes sustinuit occasione præmissa, & ulteriùs ad faciend' & recipiend' quod curia nostra &c. Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Cùm nuper tibi præceperimus, quod caperes Simonem C. capellanum utlagatū in comitatu B. tali die & anno &c. ad sectam A. de L. de placito transgressionis si &c. tali die &c. ad faciendum &c. tu prætextu brevis nostri prædicti eundem Simonem cepisti, & in gaola nostra de N. detines ut accepimus. Et ideo tibi præcipimus quòd si ita sit, tunc corpus ejusdem S. habeas coram justitiariis nostris apud westmonasterium hoc instante die Lunæ proximo &c. ad faciend' & recipiend' omnia & singula quæ curia nostra cōsideraverit in præmissis. Et habeas ibi hoc breve. T. &c. Habeas corpus utlagati coram justitiariis apud Westmonasterium.

¶ Rex vicecom salutem. Ostensum est nobis ex parte G.B. de C. ut cū ipse captus esset per vicecomitem de C. virtute cujusdam brevis nostri essendi coram justitiariis nostris &c. ad respondendum T.W. de placito &c. ac idem T. ad diem prædictum in eadem curia &c. præfato G. super brevi suo prædicto narravit, super quo idem Guilhelmus in eadem curia nostra petit licentiam inde loquendi, quæ ei per curiam nostram concessa fuit, ac postea quidā malevoli machinantes eundem Guilhelmū p defectu responsionis præfato Thomæ in damnū, prout idem T. versus eum narravit in curia, condemnari, ex malicia præcogitata eundem Guilhelmum infra civitatem nostram Londoñ per vos capi, & in prisona nostra de N. detineri fecerunt ut accepimus. Et quia eundem G. sic per maliciam præcogitatam indebitè prægravari, & erga præfatum Thomam indebitè per hujusmodi maliciam condēnari nolumus: vobis præcipimus quòd si prædictus Guilhelmus per vos captus & in prisona nr̄a detentus existat, tunc corpus ipsius Guilhelmi habeatis hoc instanti die Veneris proximo &c. apud Westmonasterium, ad respondendum prædicto Thomæ de prædicto placito, & ulterius ad faciend' & recipiend' quod curia nostra &c. Habeas corpus capti in prisona

Aliter ubi vicecomes returnat quod non est invẽtus, & testatũ est in curia quod est in custodia vicecom.

¶ Rex, vicecomitibus salutẽ. Ostensum est nobis ex parte G.S. de comitatu Eborum, ut cùm ipse in curia &c. implacitasset N.D. de debito quadraginta librarum, ac per processum inde in curia nostra factum, sicut pluries vobis præcipimus quòd caperetis eundem N. ita quòd haberetis corpus &c. tali die &c. ad respondend' prædicto G. de prædicto placito: vos corã justitiariis nostris apud Westmonasterium ad diem illum mandastis, quòd idem N. non fuit inventus in balliva tua, cùm in eadem curia nostra per prædictum G. sit testatum, quòd idem N. in gaola nostra de N. sub custodia vestra detineatur. Et ideo vobis præcipimus quòd si ita sit, tunc corpus eisdem N. habeatis coram &c. hoc instante die Lunæ &c. ad respondend' præfato G. de prædicto placito, & ulteriùs ad faciendum & recipiendum quod curia nostra consideraverit. Et habeatis &c. T. &c.

Aliter ubi utlagatus pro debito veniẽs versus curiã pro carta perdonationis habẽda, captus est & in prisona detentus.

¶ Rex vicecomitibus salutem. Cum I.S. de W. pro eo quòd nõ venit in curiam nostrã coram &c. ad respõdend' I.C. civi London̄ de placito debiti, in comitatu D. utlagatus fuisset, & postmodum versus curiã nostram veniendo p̄ carta nr̄a perdonationis utlagariæ prædictæ stand' recto: prætextu cujusdam brevis nostri vobis directi de capiendo eundem Johannẽ S. occasione utlagariæ p̄dictæ retornabilis corã &c. tali die cepistis, & in prisona nr̄a de N. detinetis ut accepimus. Et ideo vobis p̄cipimus quòd si ita sit, tunc corpus ejusdem Johannis S. habeatis coram &c. hoc instanti die sabbati &c. ad faciend' & recipiend' omnia & singula quæ curia nostra &c. Et habeatis ibi hoc breve. T. &c.

Venire facias 12. simul cum visoribus terræ &c.

¶ Rex, vic' salutẽ. Præcipimus tibi quòd venire facias corã &c. octavis Michaelis 12. &c. per quos fecisti I. quæ fuit uxor Johannis de F. militis visum de manerio de B. cum pertinentiis, ad sectam I. de H. & K. uxoris ejus & R.B. per quos &c. ad recogn̄ &c. simul cum visoribus prædictis, si duo mesuagia, centum acræ terræ, viginti acræ prati, ducẽtæ acræ bosci, duodecim acræ moræ, & viginti solidati reditus cum pertinentiis in B. quæ iidem I. de H. & K. aliàs in curia B. de B. clamant ut jus ipsius K. per protestationem prosequendi per formam brevis de forma donationis virtute cujusdam parvi brevis nostri de recto ballivis ejusdem curiæ directi, teneantur ad communem legem, prout iidem R. & Johannes placitando in curia nostra coram &c. allegarunt, per quod loquela prædicta in prædicta curia de E. ulteriùs deduci non debeat, sicut iidem R. & I. dicunt vel non, immò tenementa prædicta teneantur secundum consuetudinem manerij prædicti, sicut prædicti I. & K. per p̄dictum parvum breve nr̄m de recto supposuerunt, & postmodum in curia nostra coram &c. in manutentionem sectæ suæ prædictæ allegarunt, quia tam prædicti Johannes & K. quàm prædicti I. & K. inter quos &c. Et supervisores p̄dictos. Et habeas ibi juratorum visorum nomina & hoc breve. T. &c.

Idemptitate nominis.

¶ Rex vic' salutem. Ex parte I.B. de comitatu W. nobis est ostensum, ut cùm G.S. nuper implacitasset I. de B. de W. in comitatu Sussex per nomen I.B. tantum, corã justitiariis nostris de banco per breve nr̄um, de quadã transgressione eidem G.S. per præfatum I.B. de W. illata ut dicitur,

dicitur, virtute cujus brevis & ꝓcessus inde secuti, præfatus I.B.de W. utlagatus existit ut dicitur, & licet idē I.B. de comitatu W. & dictus I.B.de W. diversę personę & nō una & eadem persona existant, sicut idem I.B.de comitatu W. viis & modis quibus curia consideraverit paratus est edocere : idem tamen Johannes B.de comitatu W. occasione utlagariæ ꝑdictæ & ratione idēptitatis nominis & cognominis ꝑdictorum, ꝑ Jacobum G. nuper escaetorem nr̄um de comitatu W. multipliciter inquietatur in status sui oppressionem manifestā, super quo nobis est supplicatū de remedio provideri. Et quia eidem Johāni B.de comitatu W. injuriari nolumus : vobis mandaverimus quòd si aliquo modo legitimè eis cōstare possit, ipsum Johannem B. de comitatu W. & dictū Johannē B. de W. diversas personas & non unam & eandem personam existere, & processum ꝑdictum versus ꝑdict' Johannem B.de W. & non versus præfatum Johannem B. de comitatu W. prosecutum fuisse, tunc præfato escaetori darent in mādatis, quòd præfatum Johannem B. de comitatu W. occasione utlagariæ ꝑdictæ seu ratione idemptitatis nominis & cognominis prædictorum nō molestaret in aliquo seu gravaret, processum versus Johannem B. de W. occasione utlagariæ prædictæ faciētes prout decet. Et quia nescitur si allegatio prædicti Johannis B.de comitatu W. vera sit necne: tibi ꝑcipimus quòd per sacramentum &c. in præsentia ꝑdicti G. per te præmonendi si interesse voluerit, diligēter inquiras si prædictus Johannes B.de comitatu W. sit illa eadem persona quæ per nomen I.B.ad sectā prædicti G. utlagata existat vel non, immò I. B. de W. est illa eadem persona quæ per nomen I. B. tantum ad sectam prædictam utlagata est, & si Johannes B.de comitatu W. & Johannes B. de W. sint una & eadem persona vel diversæ personę. Et inquisitionem quam inde feceris, scire facias &c. Et habeas ibi &c. Teste. &c.

¶ Rex, vicecomiti & custodibus placitorum coronæ suæ in comitatu Suff. salutem. Cum nuper Henrico Bygot vicecomiti nostro comitatus prædicti per breve nostrum de judicio præceperimus, quòd caperet in manum nr̄am per visum legalium hominum de comitatu tuo, medietatem unius mesuagii & unius carucatæ terræ cū pertinentiis in N. & B. quam Johannes C. & Maria uxor ejus in in curia nostra &c. clamant in dotem ipsius Marię versus G. C. & etiam medietatem quinque acrarum terræ cum pertinentiis in M. quam iidem Johannes & Maria in eadem curia nostra clamant in dotem eiusdem Mariæ versus G. G. & qualiter breve nostrum prædictum fuisset executus, scire faceret justitiariis nostris apud Westmonasterium 15. Paschę, & licèt breve nostrum prædictum die ante præfatam 15. diem liberatum fuisset, videlicet apud G. die sabbati &c. ad executionem inde faciendam ut accepimus : idem tamen vicecomes coram justitiariis nostris apud westmonasterium ad eandem quindenā retornavit, quòd breve nostrum prædictū adeo tardè sibi liberatum fuit quòd illud exequi non potuit, in nostri contemptum & prædictorū Johannis & M. grave damnū & retardationem sectæ suæ ꝑdictæ. Et ideo vobis præcipimus

Venire facias vicecomitē sur per returno tardè.

cipimus

pimus quòd capta securitate de præfatis I. & M. de clamore suo prosequendo: venire facias coram præfatis justitiariis nostris apud westmonasterium in octavis Trinitatis prædictum vicecomitem, tam nobis quàm præfatis I. & M. super præmissis responsurũ, & ulteriùs factur &c. omnia & singula quæ curia nostra &c. Et habeas ibi nomina plegiorum &c. T. &c.

Capias juxta formam statuti de provisoribus.

¶ Rex, vicecomiti salutem. Præcipimus tibi quòd non omittas propter &c. quin capias L. de C. & L. de B. qui extra protectionem nostrã tam ad sectam nostram quàm I. clerici positi sunt, eò quòd idem L. de C. prosecutus fuit placitum in aliena curia, videlicet in curia Romana extra regnum nostrum Angliæ, de patronatu ecclesiæ de I. Lincolñ dioc', quæ de laicali patronatu I. de B. & L. de P. existit, & præfatus L. de B. manutentor ejusdem L. de C. ad præmissa facienda extitit, contra formam ordinationis & provisionis in hujusmodi casu æditarum si &c. & eum in prisona nr̃a salvò custodiri facias, ita quòd &c. octavis Hillarii ad respondendum tam nobis de contemptu & præjudicio in præmissis factis, quàm prædicto I. de B. de damnis sibi in ea parte illatis. Et habeas &c. T. &c.

Scire facias quare quoddã scriptum liberari nõ debeat.

¶ Rex, vic' salutem. Cùm N. H. in curia &c. peteret versus I. B. unum mesuagium & unã carucatã terræ cum pertinentiis in F. idem Johannes venit in eadem curia & protulit ibidem quoddã scriptum quietæ clamantiæ sub nomine prædicti N. ad excludend' eũ ab actione tenementorum prædictorum versus eum habenda, quod quidem scriptum idem N. tunc dedixit, per quod scriptũ illud in custodia R. de T. clerici ejusdem avi nr̃i de bãco custodiend' remansit, & adhuc in custodia ejusdem R. remanet. Ac jam ex insinuatione prædicti Johãnis accepimus, quòd placitũ prædictũ per mortem prædicti avi nr̃i sine die remansit, & adhuc remanet, petend' scriptum prædictum sibi liberari. Et quia nescitur si præfatus Nicolaus placitum prædictum ulterius prosequi voluerit néene: tibi præcipimus quòd per probos & legales homines de comitatu tuo scire facias eidem N. quòd sit coram &c. octavis Trinitatis, ostensurus si quid pro se habeat vel dicere sciat quare ꝓdict' scriptũ ꝓfato I. liberari nõ debeat si sibi viderit expedire. Et habeas ibi nomina eorum per quos ei scire feceris & hoc breve. T. &c.

Præceptum justitiariorum ad quandam assisam novæ disseisinæ in confinio diversorũ comitatuũ &c.

¶ R. B. & C. justitiarii domini regis ad quandã assisam novæ disseisinæ, quàm A. quæ fuit uxor A. de F. nuper civis Londoñ arrainavit per diversa brevia domini regis nunc versus G. C. & alios in brevibus originalibus assisæ illius contentos, de tenementis in I. in comitatu S. & S. & G. in comitatu K. in confinio comitatuũ prædictorum capiendãm assignati, vicecomiti S. salutem. Ex parte domini regis tibi ꝓcipimus, quòd venire facias coram nobis apud P. juxta B. in comitatu tuo, & G. in comitatu K. in cõfinio comitatuũ ꝓdictorũ die Jovis &c. breve originale assisæ prædictæ tibi inde directum, secundum formã, vim, & effectum ejusdem in omnibus executum & arraiatum. Proviso semper quòd attachiamẽtũ inde fiat ꝑ quindecim dies ante ꝓdict' die Jovis, & insuper facias recognitores assisæ ꝓdictæ videre tenemẽta in comitatu

comitatu tuo, & etiam tenitum in comitatu K. in visu per legem terræ in assisa prædicta ponenda. Sis etiam in auxilium ad faciend' recognitores assisæ prædictæ de pdicto com̄ Kanc', habere visum de tenitis in I. in comitatu tuo in visu ponend'. Et habeas ibi breve originale prædictum plenar̄ in omnibus ut prædicitur executum, & hoc mandatū. Datum apud Westm̄ &c.

¶ Rex vic' salutem. Cùm Thomas de G. in curia nostra coram &c. attachiatus esset ad respondend' H.B. de eo quòd ipse clausum ipsius H. apud A. fregit, & blada & herbam sua ibidem nuper crescentia ad valorem viginti librarum cum quibusdam averiis depastus fuit, conculcavit, & consumpsit: idem Thomas venit in eadē curia nostra, & quoad fractionem clausi necnon depastum bladorum & herbæ prædictorum, dixit quòd locus, quo supponitur transgressionem pdictam fieri, est quidam campus vocatus C. dixit etiam qd' ipse habet & tenet in prædicta villa de A. ducentas acras terræ jacentes in quodā loco vocato W. quæ sunt parcella manerii abbatis de H. vocati le A. ad firmā ex dimissione abbatis de H. videlicet ad festum Michaelis proximè futurum, & ab eodem festo usq; ad finem termini decem annorum proximè sequentiū. Ad quas quidem ducentas acras terræ idem abbas & prædecessores sui habuerunt cōmuniam in eodem campo vocato C. videlicet quibuslibet duobus annis post blada messa & asportata quousq; campus ille reseminetur, & quolibet titulo warecti p totum annum, à tempore quo non extat memoria, tanquam pertinentia ad easdem ducentas acras terræ, & quòd illo anno, quo supponitur trāsgressionem prædictā fieri, campus prædict' vocatus C. friscus jacuisse debuit, & pręfatus H. blada diversa in campo illo ex malicia & causa impediendi & aggravandi eundem Thomam de communia sua ibidem seminari fecit, super quo idem Thomas recenter post blada illa sic seminata, antequā ingravata fuerit herba ex radicibus seminis eorundem bladorum provenien̄ utendo communia sua prædicta in eodem campo vocato C. tanquā pertinente ad easdem ducentas acras terræ, quas ipse tenet ex dimissione pdicti abbatis ut pdicitur, cū averiis suis depastus fuit prout sibi benè licuit, & hoc per patriā in ead' curia nr̄a verificare ptendebat. Ad qd' pdictus H. in ead' curia nr̄a replicādo dixit, quòd pdictus campus vocatus C. separale ipsius H. quolibet tempore anni, absq; hoc qd' pfatus T. habet communiam in eodem campo pertinentem ad pdictas ducentas acras terræ, put idem T. in pfata curia nostra placitando allegavit, & hoc per patriam verificare ptendebar. Quā quidem verificationem pfatus Thomas dixit se absq; pfato abbate expectare non posse, & petit auxiliū de ipso abbate. Et ideo tibi præcipimus quòd summ̄ per bonos sum̄ pdict' abbatem, quòd sit coram &c. 15. Trinitatis, ad manutenend' verificationem pdictā simul cum pdicto T. si voluerit. Et habeas ibi &c. T. &c. Summoneas in auxilium.

¶ Rex vic' salutem. &c. Cùm G. de M. nuper in gaola nostra de N. in custodia vestra detentus, & coram G. nuper majore civitatis nostræ London̄ & sociis suis nuper justitiariis nostris ad gaolā prædictā de De restituendo hominē extractū ab ecclesia.

prisonibus in eadem gaola existentibus deliberand' assign, per vos ductus allocutus fuisset per appellum D. B. custodis gaolæ prædictæ, de eo quòd ipse cum aliis unanimi assensu & consensu die Lunæ 6. die Julii anno &c.13.gaolam nostram de N. in parochia sancti Sepulchri in warda de Faringdoñ Londoñ, circa horã nonã mediæ noctis felonicè fregit & abinde evasit, & G. & V. servientes dicti D.B. in prisona prædicta cũ quodam instrumento vocato H. de ferro ꝓ uno ostio, uno bolt,& aliis instrumentis de ferro vocatis P.felonicè interfecit,& etiam diversa bona & catalla ipsius D.videlicet duos basserdos,precii 4.s. & novem paria compedum vocata fetters de ferro precii 20. s. ibidem tunc felonicè furatus fuit & asportavit : idem G. M. in ead' curia corã ꝑfatis nuper justitiariis nostris dixit,qd' post tempus quo supponitur felonias prædictas fuisse,videlicet die dominico ꝓximo &c. anno &c.ipse fuit in ecclesia de B. & qđ ipse eodẽ die dñico ꝑ quosdam emulos suos ab eadẽ ecclesia vi & armis extractus fuit, petendo jurisdictionem ecclesiasticã, & ipsum ad ecclesiam ꝑdict' reduci, quæ quidem suggestio per juratã patriæ de visinetu de B. in prædicto com̃ B.inde sum̃,& postmodũ coram A. L. nuper majore &c. & sociis suis tunc justitiariis nostris ad gaolam præd' deliberandã assignatis apud N.captam compert est verum, per quod consideratum fuit in eadem curia nostra coram ꝑfato &c.quòd ꝑdictus G. ad prædictam ecclesiam de B.juxta ecclesiasticam libertatem reduceretur. Et ideo vobis præcipimus quòd, capta à I.B.commissario episcopi Londoñ sufficiente securitate,quòd ipse ꝑfatum G.M.ad ecclesiam de B. prædictam salvò & securè reduci faciat : ipsum G. M. eidem cõmissario à gaola nostra prædicta sine dilatione liberetis,ut idem commissarius ipsum G. M.ad ecclesiam eandem de B. in forma prædicta juxta sacrosanctã ecclesiæ libertatem reducere possit.Et qualiter &c.scire facias &c. octavis Michaelis.Et habeas ibi hoc breve. T. &c.

De carta proclamãda de quadã foresta dissaforestata.

¶ Rex vic' salutẽ. Cùm nos considerantes qualiter quamplures homines & ligei subditi nostri de com̃ C. qui jam ad manum nostram per mortem charissimi primogeniti nostri E. nuper principis Walł & comitis Cestř devenit, damna, gravamina & jacturas quãplurima occasione forestæ cujusdam placeæ sive loci infra comitatum prædictũ vocati W.multipliciter sustinuerunt, ac proinde & pro salute animæ nostræ & animæ ipsius filʼ nostri, qui dictorum hominũ quietẽ & relevationem maxime affectabat, & in fine dierum suoř nobis intime recommendabat, volentes quòd ipsis hominibus in emendationẽ status eorum gratiã feliciter impertiri,concesserimus & carta nostra cõfirmaverimus pro nobis & hæř nřis,archiepiscopis,episcopis, abbatibus, prioribus, ducibus, comitibus, baronibus, militibus, liberis hominibus & tenentibus,& omnibus aliis tã clericis quã laicis qui terras & teñta infra metas dictæ placeę seu loci de Wirhale habent seu habebunt in futuro,qd' dicta placea sive locus de Whirhale & quicquid infra metas continetur,sit omnino deafforestata inperpetuũ, tã de venatione quã de omnibus aliis quæ ad forestã & ad forestarios ꝑtinẽt,

ita

ita scilicet quòd omnes prædicti & eorum hæredes sive eorum successores omnem im̄unitatē infra metas prædictas habeant, infra quas nullus forestarius noster vel hær̄ nostroȓ vel justitiarius aut alius minister noster forestæ nostræ vel hær̄ nostrorum, de terris &c.

¶ Rex, vic' Londoñ salutem. Cùm clerici nostri & progenitorum nostrorum quondam regum Angliæ de banco, ad respondendum corā aliquibus justitiariis nostris seu ministris, aut aliis judicibus secularibus quibuscunq; præterquam coram justitiariis nostris de banco, super aliquibus placitis, querelis, seu demandis quæ nos non tangunt, in locis illis ubi placea illa esse contigerit emergentibus, placitis de libero teñto, feloniis & appellis duntaxat exceptis, juxta consuetudinem hactenus usitatam & approbatam, citra voluntatem suam trahi vel cōpelli non debeant, nec aliquibus temporibus retroactis consueverunt, ac jam ex gravi querela G. H. clerici nostri de banco accepimus, quòd quidam R. T. ipsum G. per nomen Guilhelmi de H. in comitatu W. coram vobis in curia vestra, de quodam debito viginti quatuor libraȓ quod idem Richardus de præfato Guilhelmo exigit, ac de aliis fictis querelis implacitat, quod si permitteretur, in jurisdictionem curiæ nostræ prædictæ & libertatis & privilegii clericorum nostrorum de banco prædicto, ac dictæ consuetudinis enervationem & derogationem cederet manifestè, & quia jurisdictionem, privilegium, & consuetudinem prædicta à tam longo tempore obtenta & approbata, volumus illęsa observare: vobis præcipimus quòd omnibus placitis & querelis versus præd' Guilhelmum per præfatum Richardum coram vobis in curia vestra motis vel movendis, placitis de libero teñto, feloniis, & appellis duntaxat exceptis, ulteriùs tenend' supers. omnino, dicentes eidem Richardo ex parte nostra, quod querelas suas p̄dictas coram justitiariis nostris de banco prædicto prosequatur si sibi viderit expedire. T. &c. Supsedeas pro clericis de bāco.

¶ Rex senescallo & marescallo hospitii sui salutem. Ex parte Thomę P. de L. nobis est ostensum, ut cùm ipse communis attornatus in communi banco nostro existat & diversa negocia plurimorum ligeorum nostroȓ in eodem banco nostro prosequentium ut eorū attornatus ꝓsequatur idémq; Thomas & omnes alii attornati in banco p̄dicto, dū sic aliqua negocia in eodem banco ꝓsequantur, secund' legem & consuetudinem regni nostri Anglię sub protectione nostra in veniendo versus curiā nr̄am, ibidem morando, & exinde versus ꝓpria redeundo existant, & de jure esse debeant: quidam tamen Johannes E. de N. machinans ipsum Thomam & magistros suos, quorum negocia idem Thomas in banco nostro prædicto ut eorum attorñ prosequitur, multipliciter pręgravare, ipsum Thomam in veniendo versus curiam nostram prædictam ad negocia magistrorum suorum, quorum attornatus idem Thomas existit, in eadem curia prosequenda & defendenda, ꝑ ministros vestros arrestari, & prisonę marescalsiæ nostræ prædictæ mancipari, & in eadem detineri maliciosè procuravit, in nostri & curię nostrę p̄dictæ contemptum, ac prædicti Thomæ & magistrorum Supsedeas pro attorñ.

suorum

suorum prædictorum damnum non modicum & gravamen ut accepimus. Et ideo vobis mandamus, quòd corpus ejusdem T. habeatis coram &c. hoc instanti die sabbati, ad negocia magistrorum suor, quorū idem T. attornatus existit, in eadem curia nostra secundum legem & consuetudinem regni nostri Angliæ prosequend' & defendend'. Et habeatis &c. T. &c.

Mandat' justitiarior directū vic', ad faciend' venire, 24.

¶ Robertus de W. & socii sui justitiarii dñi regis ad inquirend' per sacram tam militum quam alior probor & legalium hominum de metis, bundis & devisis in partibus Holand' & Kestevē, ab antiquo habitis, factis, positis, sive fixis, videlicet in quodam marisco qui se extēdit inter aquas de Weland' & Withim in confinio partiū prædictarū, ac infra dictam aquam de Weland', ac de locis & placeis ubi hmdi metæ, bundæ, & devisæ olim positæ fuerunt sive factæ, & ad metas, bundas, & devisas inter partes prædictas per palos & fossata, cruces lapideas seu alia signa sufficientia in locis & placeis prædictis, per quæ hmdi bundæ, metæ, & devisæ, sicut fuerunt temporibus retroactis, in certo sciri valeant & cognosci, erigend', limitand', & assigñ, ita quòd homines utriusq; partium prædictarum metas, bundas, & devisas illas, per hmdi signa clarè & apertè scire valeant & cognoscere in futurum, & ad præmissa ac omnia & singula negocium illud tangentia faciend' & explend' assigñ, vicecomiti Linc' salutem. Ex parte domini regis tibi pcipimus, quòd non omittas propter aliquam libertatem partium pdictarum, quin venire facias coram nobis apud crucem lapideam super le Brygdyk in confinio partium prædictar de Holand' & Kestevē, inter Donygtō in partibus Holand' & seint Savours in partibus de Kestevē, die veneris proximo post festum Corporis Christi, vigintiquatuor tam milites quàm alios liberos & legales homines de utraq; partium prædictar, per quos metę, bundæ, & devisæ prædictæ fideliùs & securiùs fieri, ac rei veritas in præmissis meliùs sciri poterit & inquiri. Et interim juratores de utraq; partiū prædictarum de Holand' & Kestevē, quos sic venire feceris, metas, bundas, & devisas in partas supradictas videre cum diligentia facias, ut per eorundem sacramentum pmissa omnia & singula securiùs fieri valeant & expleri. Et publicè pclamari facias tam infra libertatem quàm extra in locis partium prædictar de Holand' & Kestevē ubi meliùs videris expedire, quòd omnes illi, quos præmissa aliqualiter concernunt, assignationi, positionī, & limitationi metarum, bundarum, & divisarum hmdi, coram nobis ad prædictos diem & locum personaliter intersint, si sibi viderint expedire. Et habeas ibi nomina juratorum de utraq; partium prædictar quos sic venire feceris, breve dñi regis clausum quod tibi inde venit, & hoc mandatum, in omnibus secundum formam vim & effectum eorūdem arraiata & executa. Datum &c.

Supersedeas pro clerico de bāco curia aperta existente.

¶ Rex majori civitatis suę Londoñ salutem. Cùm clerici nostri & pgenitor nostror quondam regum Angliæ de banco, sedente curia nostra ibidem, sub ptectione nra in veniendo versus curiā nram pdictā, ibid' morando & exinde versus loca consueta, pro negociis curiæ nræ

prædictæ

prædictæ tam pro nobis quã pro aliis ligeis nostris quibuscunq; in eadem curia prosequentibus & defendentibus exercend', & prout ad officium eorund' clericor̃ pertinet ad faciend' existãt, & à tẽpore quo nõ extat memoria fuer̃, & ad respond' coram aliquibus justitiariis seu ministris nostris seu aliis judicibus secularibus, præterquam justitiar̃ nostris de banco p̃dicto super aliquibus placitis, querelis, seu demandis, quæ nos non tangunt, in locis illis ubi placita illa esse contigerit emergentibus, placitis de libero teñto, feloniis & appellis duntaxat exceptis, trahi non debeant, nec tẽporibus retroactis consueverunt, curia nostra de banco prædicto aperta existente: quidam tamen Johannes Dyer ex malicia præcogitata, quendam Thomã Gaiford' unũ clericorum nostrorum de banco prædicto, in ecclesia sancti Bartholomei Londoñ ubi brevia nostra de banco p̃dicto sigillantur, tam in servitio nostro quam aliorum legeor̃ nostror̃ in curia nostra prædicta prosequentium & defendentium, in faciendo officium suum existentem, per ministros vestros arrestari fecit, & ipsum Thomã curia nr̃a de banco prædicto aperta existente, coram vobis de quibusdã debatis & querelis traxit in placitũ & implacitat, in nostri & curiæ nostræ p̃judicium, & ipsius Thomæ grave damnum, & plurimorum in eadem curia nostra prosequentium & defendentiũ exhæredationis periculum manifestum, prout ex gravi querela ipsius Thomæ accepimus. Et quia curiam nostram prædictam servare volumus illæsam, eo quòd curia illa absq; clericis ad diversa officia in banco prædicto facienda deputatis, quorum unus præfatus Thomas existit, servari non potest: vobis mandamus qd' de omnibus placitis & querelis versus ip̃m T. per p̃fatum Johañ coram vobis in curia vestra motis vel movendis, curia nostra de banco p̃dicto aperta existente, ulteriùs tenend' supersedeas omnino, placitis de libero teñto, feloniis, & appellis duntaxat exceptis, p̃fato I. ex parte nostra dicentes, quòd ipse querelas suas p̃dictas versus præd' Thomam corã justitiariis nostris de banco prædicto ꝓsequatur, si sibi viderit expedire &c. T. &c.

¶ Rex, vic' Norf. salutem. Scias quòd cùm Johañ Elys señ, in curia nostra &c. attachiatus esset per breve nostrum de secunda deliberatione, ad respond' Johañ Boketoñ de magna Jermuth', de placito quare cepit averia ipsius Johannis B. & ea injustè detinuit contra vad' & plegios: idem Johannes B. in eadem curia nostra postea fecit defaltam, ita quòd tunc consideratũ fuit in eadem curia nostra quòd prædictus I. B. & plegii sui de prosequendo essent in misericordia, & quòd prædictus Johannes Elys haberet retornum averiorum prædictorum irreplegiabile. Et ideo &c. quòd eidem Johañ Elys averia prædicta irreplegiabilia sine dilatione retornari fac', T. &c. 20. die Octobris anno 28. Deliberatio irreplegiabilis.

¶ Rex majori stapulæ Westm̃ salutẽ. Ostensum est nobis ex parte N. Charwode unius attornator̃ de communi banco, ut cum ipse communis attornatus in banco prædicto existat, & diversa negocia plurimorum ligeorum nostror̃ in eodem banco prosequentiũ & defendentiũ, Supersedeas pro attorñ de communi banco.

ut

ut eorum attornatus prosequatur, idémq; Nicolaus & omnes alii attornati in banco prædicto prosequentes, ad respondendum coram aliquibus judicibus secularibus de aliquibus placitis, curia nostra de banco prædicto, aperta existente, præterquam corã justitiariis nostris de banco prædicto. feloniis & appellis ac placitis de libero tenemento dũtaxat exceptis, trahi non debeant, nec à tempore quo non extat memoria consueverunt: quædam tamen Cecilia quæ fuit uxor Galfridi Walderñ mercatoris stapulæ Westm̃ & Wilhelmus fil' & hæres p̃dicti Galfridi executores testamenti ejusdem G. super demãda 17. li. ipsum Nicholaũ coram vobis traxerunt in placitum, & per ministros vestros arrestari & in prisona nostra in custodia vestra detineri, curia nostra de banco prædicto aperta existente procurarunt, in ipsius Nicholai grave damnum, & plurimorum leg' nostrorum in curia nostra prædicta prosequeñ & defend', quorum attornatus idem Nicholaus existit, periculum manifestum, unde nobis supplicavit sibi de remedio congruo in hac parte provideri. Ac nos volentes fieri quod est justum, vobis præcipimus quòd si corpus ejusdem Nicholai in prisona nostra in custodia vestra occasione præmissa & non alia existat: tunc ipsum Nicholaum à prisona nostra prædicta sine dilatione deliberari faciatis, & placito prædicto per prædictos Ceciliam & Wilhelmum in forma prædicta coram vobis versus prædict' N. Charwod habito, curia nostra de banco aperta existente, ulterius tenend' supersedeatis omnino, præfatis Ceciliæ & Wilhelmo ex parte nostra dicentes, quòd ipsi querelam suam prædictam in curia nostra de banco prædicto versus p̃dictum N. prosequantur, si sibi viderint expedire &c. Teste &c.

FINIS.